Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIOTHECÆ ONUENSIS SOCIETATIS IESU

Universidad de Deusto
Biblioteca

Escrivió también este Autor un Libº intitulº

Disquisitiones Magicarum.

y otros opusculos latinos muy gordos gerundiamente.

IN
CANTICVM
CANTICORVM
SALOMONIS

COMMENTARIVS
litteralis, & catena mystica

Ille auctore,

Hæc collectore

MARTINO DEL'RIO,
ANTVERPIENSE, SOCIETATIS
Iesu Presbytero, & S. Theologiæ Doctore.

NVNC SEDVLO RECOgnita, & emendata, plurimisq; S. Scripturæ citationibus, ac brevibus additionibus illustrata.

Accesserunt etiam duo alij Indices, vnus locorum S. Scripturæ, alter rerum, quæ vel prætermissæ fuerant, vel obscurè in alio delitescebant.

PERMISSV SVPERIORVM.

LVGDVNI,
SVMPTIBVS HORATII CARDON.

1604

FACULTAD DE TEOLOGÍA
Univ. de Deusto
BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

SERENISSIMO PRINCIPI

FERDINANDO ARCHIDVCI AVSTRIAE, DVCI BVRGVNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLIÆ, &c. Comiti Tirolis, Goritiæ, &c. domino suo clementissimo,

BIBLIOTECA PUBL. DE BIBLIOTECA

MARTINVS DEL' RIO SOCIETATIS IESV PRESBYTER, S. PERPET.

QVos olim Louanij publicè de suggestu succinctiùs fui professus, & hîc Græcij in tua, FERDINANDE SERENISS. Academia priuato studio auxi, & recensui, de spiritualibus SPONSI & SPONSAE deliciis, quadripartitos cõmentarios; tandem præsens præsenti, qua decet submissione, libens, lætus offero: sed multis debitos nominibus. quòd à me, Societatis IESV homine, quæ obstricta, vt Mecænati, vt defensori, ac Patrono, à quo, sicut oculi pupilla diligitur; & ab huius Academiæ Pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fessore, quam maximo reip. in hoc firmo Barbariei, & Infidelitatis repellendæ propugnaculo; bono, PRINCEPS optimus, parens tuus KAROLVS, erexit, sed auxisti & stabiliuisti. quòd rursùs ad te, qui SPONSI ac SPONSAE verus, & sincerus amicus, vt quis alius principum Catholicorum, primus signum sustulisti sartæ tectæ FIDEI præstandæ; & (quod bonus quisque FORTITVDINI, CONSTANTIÆ, ZELO DOMVS DOMINI ascripsit) ditioni tuæ ab hæresi expurgandæ, sponte magis quàm monitis aliorum, non promisisis tantùm, aut verbis, sed opera, & reipsa desudasti. Magnum erat audere, & incipere. quale quamtumq; in ipsis Principatus crepundiis, vix cœptum perficere? sic primus sponsi iussis obtemperasti. *vulpes paruulas vineæ Dei Sabaoth demolitrices, cinxisti indagine, comprehensas expulisti.* Quamquam non illæ vulpeculæ gannientes, sed vulpes adultæ, dente terribiles. nihil tamen illis vel minarũ iactãtia, vel versutia, qua scelesta secta scelestiorẽ occulebant; vel molimina fœderũ externorũ, & hostis immanissimi accersiti, & Canysiæ summo flagitio proditę, profuerũt. Quia tibi decretum SOLI CONFIDERE, VNO NITI DEO; & hoc fretum, quod Imperij leges, & summi dominij iura cuilibet etiam minuto Baroni permittunt, id Archiducali culmini per pusillanimitatem non sinere deperire. Fas non fuerit illud tibi fortè oblitum, sed de Dei libro nunquam delendum, neque ex memoria Ecclesiæ oblitterandum, prætermittere: regium inquam illud, & dignum Regis ac Martyris Ermenigildi Nepote dictum: *Malle cum coniuge, Matre, Sororibus extorrem mendicare: quàm in grege tibi credito pati, diutius hanc Fidei Catholicæ, Ecclesiæ, & Deo inuisam iniuriam vigere.*

Ferdinandus Archidux Austriæ hæreticos ex suis ditionibus expulit.

Cãt. 2. v. 15.

Ferdinandi dictum Ermenigildi nepote dignum.

Macte PRINCEPS hoc animo, hac pietate, hac religione.

Sequere vestigia Impp. RVDOLPHI I. & FERDINANDI I. auorum tuorum; illius erga Sacrosanctam Eucharistiam reuerentiam; huius erga Societatem beneuolentiam, erga subditos clementiam, erga omnes liberalitatem. placebit id Deo, & dabit Regum Catholicorum Hispaniæ FERDINANDI & ISABELLAE à quibus originem ducis, pace, bellóque fortunam, & plurium Regnorum accessionem. Hoc auguror, hoc voueo. AMEN.

GRAECII è Collegio tuo Archiducali. VI. Kal. Octob. cIↃ. IↃ. CIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FACVLTAS ORDINIS.

EGo Alphonsus Carrillius, Præpositus Prouincialis Societatis IESV in Prouincia Austriæ; potestate ad id mihi facta, à Reuerendo admodum Patre nostro Claudio Aquauiua, Præposito nostro Generali, facultatem concedo, vt Commentarij in Cant. Canticorum à Patre Martino Del' Rio S.S. Theologiæ Doctore, Societatis nostræ ac publico Sacrarum litterarum in Græcensi Academia Professore, compositi, & eiusdem Societatis grauium, doctorúmque virorum iudicio examinati, & approbati, typis excudantur. In quorum fidem has litteras, manu nostra subscriptas, sigillóque nostro munitas dedimus, Olomucij, 3. Kalend. Ianuarij Anno 1603.

Alphonsus Carrillius.

Locus Sigilli.

APPROBATIO.

CVm hæc R.P. MARTINI DEL'RIO, Societatis IESV in Cant. Canticorum Salomonis explanatio rectæ fidei, bonísque moribus nihil aduersum contineat, quinimmò, vti alia eiusdem DEL'RIO opera iam antè edita, pia sit, erudita, accurata, & ex optimis, veterum præsertim, interpretationibus, veluti ex variis floribus texta corona pulcherrima, spiret perquàm suauiter & salubriter; dignissima etiam mihi videtur, quæ typis committatur, & in vsum fructúmque plurimorum quamprimùm publicè appareat.

ALBERTVS HVNGERVS, *S.Theol. D. Professor & Procancellarius, necnon Collegij Theologici pro tempore Decanus, in Academia Ingolstadiana.*

BIBLIOPOLA LECTORI BENEVOLO S.

OPera Martini Del'Rio, maximi è Societate Iesu Theologi, necnon grauissimi & prudentissimi Iurecõsulti, doctissimorũ virorũ iudicio talia sunt, vt siue multiplicis doctrinę varietatẽ, siue reconditam difficillimarũ rerũ cognitionẽ, siue peregrinarũ linguarum peritiã, siue Latini sermonis elegantiã spectes, in paucis, qui hoc æuo Scriptorum fertilitate copiosissimo, sui ingenij posteris monumenta reliquerunt, censeri iure possit. Sed isti in diuini vatis Canticum Canticorũ Commentarij, præter eximiam in Deum Opt. Max. pietatem, quam vbiuis spirant, & attentis auidísque auribus instillant, præter Latinæ linguæ suauitatem, & veluti ciuilitatem, quam in aliis suis operibus, dum se ad Iusti Lipsij viri amicissimi familiarem sermonem cõponit, nescio qua peregrinitate infecerat, præter seruatã in opere valdè lubrico, & amatoriarũ quasi cantilenarũ specie tenus apparentia ad aliquã sermonis obscœnitatẽ procliui, loqẽudi modestiã & grauitatẽ, siue ad litteram ipsam, litteræque mentem, siue ad morum institutionem & instructionem, siue ad singularem erga D. Virginem religionem, ad quam speciali quodam iure Canticum istud pertinere compertum est, siue ad cœlestium diuinarúmque rerum contemplationem, animum adiicias, inter omnia eius opera, quæ adhuc publicum meruerũt, præstare, eminere, excellere, transcendere, iure meritóque videntur. Sed quid? In tam eximio & præstanti Commentario, meamicè amici monuerunt, in rerum verborúmque Indice, ob concisam, & valdè minutam singularum vocum nominationem, tantam inesse obscuritatem & ambiguitatem, tantam in inueniendis rebus verbísque, quæ quis ex eo discere cuperet, difficultatem, tantum quandoque, dum nescio quas voculas scrupulosè quasi consectatur, tædium ingeneratum iri ei, qui ex eo aliqua in hoc opere perquirere volet, vt quamuis ingeniosissimè conditus, magna tamen ex parte inutilis, & ingratus sit futurus. Itaque vt eius, quicumque is sit, Au-

ctori suus labor constaret, atque adeò, vt hunc Commentarium nulla sui parte mancum & truncatũ ederemus, priorem illum Indicem sicut accepimus, omni ex parte completum emisimus. Curauimus tamen, vt alius priore illo (absit verbo inuidia) vtilior & facilior, ab amico nostro viro pio & religioso, & in similibus rebus exercitato colligeretur. Sanè prior ille his solùm contentus verbis, & locutionibus, quæ in isto Cantico continentur, nihil, quod intimum Commentarium attingit, interserit, nihil de his, quæ vel ad Catholicam fidem stabiliendam, vel hæresim & impietatem extirpandam faciunt, profert; nulla eorum meminit, quæ ex sacris Doctoribus in hoc Commentario documenta promuntur externa denique, & quæ ex diuersis hinc inde scriptoribus producta fuerunt, non complectitur; neque etiam vllum habet verbum de his, quæ in Isagoge, & primis quasi huius operis foribus tractantur, quæ sanè in perfecto Indice desiderari æquum nõ duximus. Sed & hoc etiam accidit, vt cùm huius Indicis collector animaduertisset, ex locis Scripturæ explicatis, in priore Indice plerosque non extare: hac etiam parte illius volens subuenire defectui, alium sacræ Scripturæ Indicem cõstruxerit, quem cum hoc euulgandũ putauimus, quoniã iam alter ille priùs editus fuerat, quàm iste absolueretur. Non defuit illi animus multarum dictionum Hebraicarum, quæ sanè in hoc opere luculentè explicantur, proferre catalogum, sed præterquàm q; vix Typographis huiusmodi characteres sufficiant, hæc tantùm cogitatio eius animum subiit, cùm magna ex parte librũ perlegisset. Itaque à calce ad carceres cursum reuocare noluit, nec si voluisset potuit, cùm ei Typographi quasi continuò calcaria adderent, vt eos quos susceperat Indices maturaret. Prætermitto quæ in toto hoc opere pro ornamẽto & emblemate fuêre margini adiũcta, ne à me merces meæ plus æquo venditari existimentur: hoc vnum commemorare sine arrogantia potero, me sedulam operam, vt emendatum & characteribus optimis Græcis & Hebraicis impressum prodiret, præstitisse. Vale.

DEIPARAE VIRGINI VOTVM.

Ælicis voti damnatum cerne clientem
Diva tuum; sedes quæ colis empyreas,
Angelici Regina chori, dilecta Tonantis B. Virginis laudes.
Filia; cui coniux tu, soror, & genitrix.
Suscipe; sed facili vultu, quo cuncta serenas;
Sint licèt hæc meritis non satis ampla tuis,
Ingenio sunt apta meo, sint parua necesse est:
Grandescent genio (iusseris) illa tuo.
Omne æuum, à magni quo condita machina mundi,
Donec erunt cœlum, sidera, terra, fretum;
Cœlestes tædas, & puri pectoris igneis,
Sauciáque æternis corda cupidinibus,
Et Sponsi & Sponsae thalamos, castosq; Hymenæos;
Cùm facta es saluâ virginitate parens;
Cuncta tribus potuit Rex magnus claudere chartis.
Quis queat hæc verbis æquiparare nouis?
Non ego; non quisquam, terreno pondere pressus;
Non alius, quàm qui spicula sensit amans, Interpres huius libri idoneus.
Spicula diuinæ pharetræ; quîs ictus Jesvs,
Delapsus cœlo Virginis in gremium,
Æternis Mariae accendit præcordia flammis:
His vtinam humanum conflagret omne genus!
Primus ego, gelidæ glaciatus frigore culpæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liquar, vt incanæ ſole oriente niues!
Annue, SANCTA PARENS. VOTVM *impetrabile firmâ.*
Qua vis torreri pectora, ſubde facem.
Subde faces, ſuperadde facem, cumula ignibus ignes:
Aeſtuet vt gemino pectus amore mihi.
O fortunatus nimiùm, ſi concremer igne
Aſſiduo! hinc NATVS *torreat, inde* PARENS:
Vt mihi ſit MARIA *ſemper, ſit dulcis* IESVS,
Charior illa oculis, charior iſte animâ.

AMEN. γένοιτο.

GREG.

GREGORII RVMMERI HVNGARI, SOCIETATIS IESV SACERDOTIS, & Hebrææ linguæ Profeſſoris in Academ. Græcenſi.

האיש א הבה דורש אשר מ-שמי קדש
קרא כל דבר פורש לך הוא כאור שמש:
ראה מר ואת-ברכם קציעות וקנמון
אחלות וראש בשם כהוא אין בכל שרון:
ראה ציץ הבצלת עמקים ושושנת
ועץ טוב אשר קדם עדנים פרהו גמות:
הלא זאת וכל הונו להבהיל יכונגו
כמלך למלכתו כחתן לכלתו:
היש נא להשג ת-ענוגים חסד כוח
ולבוא לפרדסים קדושים מעש בטח:
לכו פה להתענג תחלת עדניכם
במכתב יהי לכם וחם הוא התנכם:

Quoniam Typographus punctis vocalibus caruit, quibus hæc Hebræa notarentur, viſum eſt Hebræa Latinis characteribus exprimere: ſimúlque vnicuique verſui Latinam expoſitionem, quam Auctor addiderat, ſubiicere, tum vt iis conſuleremus, qui ſine punctorum adminiculo legere neſciunt, tum etiam, vt maiorem lucem iis afferremus, qui Hebræa non ſatis intelligunt, niſi eis explicata quaſi ad verbum proponantur.

Idem Latinè ſcriptum & expoſitum.

Haiſch a-haba doreſch aſcher miſſchamaym kodeſch.
Quiſquis eſt, qui amores cœleſtes cupis cognoſcere,
Kera chol-debar poreſch lecha hu cheor ſchameſch.
Verba lege interpretis (*commentarij*) huius ſolis inſtar erunt tibi.
Rheeh mor, veeth barchon, ketſihhoth vekinnamon.
Hîc vide myrrham, & crocum, ſtacten, & cinnamomum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Achaloth vereſch boſchem, chehu ech bechol ſcharon.
Aloen & aromata optima, quæ nullius loci dat fertilitas.
Rheeh iſits, habaiſeleth hhamakim, veſchoſchanoth.
Aſpice flores, albentia lilia, liliaque conuallium.
Vehheth tob, aſcher kedem hhadanim parchu gannoth.
Omne lignũ pretioſum, quod vnquam voluptatũ horti germinarũt.
Haloh zoth vecolhono lehabhil iechoneno.
Nónne hæc, omneſque ſuas diuitias præparauit, vt hæreditate poſſidere faciat
Chemelech iemalcha ho chechatham lechalatho.
Rex reginam ſuam, & ſponſus ſponſam ſuam?
Haieſch na lehaſcheg tha-hhanugim chaſad choach
At ſi cui non tantum eſt virium, vt voluptates has modò aſſequatur,
Velabo lepardeſim kedoſchim mehhat hathach.
Vel parum ſpei, vt paradiſum ſacrum (*cœleſtem*) tã citò ingrediatur;
Lecu poh lehithhannag thehillath hhadnechem
Hiſce nunc deliciis ſe oblectet, principium voluptatis
Bemi ecchekah iehi lachem, vethom hu hathannechem
Sit in ſcriptura hac, perfectio (*finis*) erit in ſponſo, id eſt, Complebit, & perficiet eas ſponſus, vbi eum aſſecutus fuerit.

GEORGII CRACOVII ROSTOCHIENSIS, SOCIETATIS IESV.

Εὐσεβέων ἄθυγμα ὁρᾷς, μελιτώμενον ἆσμα
Ασματίων νικῶν ἱμερόεσσαν ὀπα.
Ηπειν λαμπρότερον, χάρεσσι κεκασμένον ἀνδρὸς
Ος τὰ πολυκλεάνων σίμβλ' ἀνέωξε πατρῶν.
Εἰθ' ἀφανισθέντων ὅσα θυμὸν ἔρυκε μαθόντα
Νυκτὸς ἐφεζομένης ἐξετιναξε ζόφον.
Νυμφίε ἐνθὲν ἐπυρανίε τις κάλλος ἀγάσσω
Καὶ ὥραν Νυμφῆς, ἧς ἀναφαντὰ ἐρᾶ.
Μὴ, ἐρεῖ, νάμειν σαρκώδεα πάθομαι οἶκον
Εργόλαβον τύτων, συνδιέπτυφε θεῷ.
Πῶς γὰρ ἐπιχθονίε ἀνδρὸς μελίδημα, & ἔργον
Φαιδρὸν ἄγαλμα γλυφῆ ἀϊδίοιο πτυφῆς.

Idem

Idem eiuſdem.

ANTICA *cernis, opus nulli ſuperabile vati,*
Stipatum cœli ſuaue poëma fauis;
Quæ, nunc ad Patrum limam, lucemq́ vocata,
Nil animos dociles quod remoretur, habent.
Suſtulit interpres noctem, veteriq́ nigrore
Detrito fecit luce nitere noua.
SPONSE *tui vultus hinc quis ſtupefactus honoret,*
Et faciem ſponſæ quam tibi iunxit amor:
Hoc, dicet, terræ non eſt à ciue profectum;
Aut ſimul is cœli municipalis erat.
Nam labor eſt verè terreno pectore maior,
Diuorum vitam, lautitiasq́ loqui.

MARTINI SANTINI TIROLENSIS, SOC. IESV, AD AVCTOREM Commentarij huius.

ARDEBANT, *Martine*, faces *Acherõtide flãmâ*,
E quibus vndabat fœdus in aſtra vapor:
Illis auſpicibus Cocyti immania monſtra
Nectebat Strigibus connubialis amor:
Tu largum eloquij fudiſti nobilis imbrem;
Protinùs exſtinctæ ſunt Stygis inde faces.
Aſt alias contrà florenti lumine ſacra
Imbuit ætherei Flaminis aura faces;
Auſpicibus quibus æterno ſe Eccleſia ſponſo
Totam connubij fœdere vincta ſacrat.

¶¶ 3 *Has*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Has penitùs furiata cohors Acherontide flammâ
Mersisse, aut nebulis inuoluisse parat.
Sparge tuos radios radiatæ mentis ab arce,
Ad Styga cum nebulis impia lympha redit.

Eiusdem aliud.

Quod iubar hic? quis odor? quæ vox? quæ munera fragrant?
OSCVLA, DOS, HYMEN, TAEDA IVGALIS, AMOR.

Est AMOR *æternum quo* SPONSA *Ecclesia* SPONSVM
Et contrà SPONSAM *deperit ille suam:*
TAEDA *est, quam superi succendit Flaminis aura,*
Quò melius festum connubiale micet.
Est HYMEN *Angelicæ cantatus ab ore cohortis.*
DOS *est à* SPONSO *quam sacra* SPONSA *capit.*
OSCVLA *nectareo sunt æmula denique succo,*
Alter ab alterius queis rapit ore animam.
Bis felix venerande Pater! iam gaudia carpis,
Quæ carpes, cùm te fata fuisse volent.

קדש

קדש קדשים הוה יהוה
Kodesch kodeschim hu ADONAI, i. Sanctus Sanctorum ipse est DOMINVS.

Ἔξω δὲ οἱ κύνες, καὶ οἱ φαρμακοὶ, καὶ οἱ πόρνοι, καὶ οἱ φονεῖς, καὶ οἱ εἰδωλολάτραι, καὶ πᾶς ὁ φιλῶν, καὶ ποιῶν ψεῦδος.

Foris autem canes, & venefici, & impudici (*scortatores*) & homicidæ, & idolis seruientes, & omnis qui amat & facit mendacium.
Apocalyp. 22. *v.* 15.

ERVCTAVIT COR MEVM VERBVM BONVM DE CASTIS NVPTIIS, VBI SPONSVS AGNVS EST, SPONSA VIRGO PERMANET, THALAMVS TEMPLVM, THORVS ARA, PARANYMPHVS ARCHANGELVS, VBI PARTVS NON DEINTEGRAT; VBI VIRGINITATIS LILIVM, FOECVNDITATIS ROSA PVRPVRAT: HOC QVICQVID EST VERBI, TIBI DEVS VERBVM, A ME MINIMVM, SED A TE MAXIMVM, MIHI CREDITVM FIDE BONA RESTITVO: TIBI TVVM DO, DICO, CONSECRO:

TE QVOQVE VIRGO MATER COMPELLANS ORO, OBSECRO; TV SPONSA SPONSARVM, HOC NVPTIALE MVNVS ASPICE, TV SERPENTIS ANNOSI CALCATRIX, TV GENIMINVM EIVS PERPETVA TRIVMPHATRIX, HOC TVERE, ET ME TVVM PROTEGE: PELLE PROPHANOS HINC PROCVL PELLE, PELLE IMPVROS, PELLE PERFIDOS.
AMEN.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARTINI DEL RIO SOCTIS IESV PRESBYTERI, ET THEOLOGIÆ DOCTORIS,

ISAGOGE

COMMENTARII IN SALOMONIS Canticum Canticorum.

PAVCORVM manibus teritur eruditus, acutus, & breuis Commentarius quadruplex in hunc librum HONORII AVGVSTODVNENSIS; cuius ego M. S. duo exemplaria, vnum à Parcēsis monasterij Premonstratensium, alterum à Regularium D. Martini, in vrbe Louanienſi, & ad eandem vrbem, religioſis, vtenda nactus; quæ notatu digniora, publicæ vtilitatis gratiâ deſcribere non grauabor. Ille igitur initio ferè operis ſui, in principiis librorum tria docet examinanda, auctorem, intentionem, materiam. *Auctorem*, vt noueris nomen ſcriptoris, vtrum Ethnicus an fidelis, Catholicus, an hęreticus fuerit. *Materiam*, vt ſcias vtrùm de bellis, an de nuptiis, vel de

Quæ in principijs ſingulorum Librorum examinanda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus rebus tractet. *Intentionem*, vt cognoscas vtrùm rem de qua tractat suadeat, vel dissuadeat, vel liber lectus, quid vtilitatis conferat.] Quartum addere debuit *formam libri* seu tractationis, quæ est totius operis velut anima; & solet ad intelligendam materiam libri maximè necessaria esse, cùm præcipua difficultatis ab eâ promanent. De singulis videamus.

CAPVT PRIMVM.
DE LIBRI AVCTORE.
SECTIO I.

VT reliquæ sacræ Scripturæ, auctor est Spiritus sanctus, scriptor rex sapientissimus Salomon, qui scribæ illius velociter scribentis optimè aptatus calamus fuit. Quod ad S. S. attinet, certâ fide tenendum est CANT. CANT. *prophetiam esse ac librum protocanonicum. hodie Anabaptistæ, vt homines prorsùs animales, quæ non capiũt blasphemantes, nihil in hoc libro diuini latere contendunt, prophanis omnia plena voluptatibus. Fauent his Vesanus ille non sanæ Cypridis mystes Beza, & castis sacris inimicus Castalio petulcis & pruriginosis suis interpretationibus. Decuit hoc, vt nouus hic Theodorus, veterẽ alium Theodorum sequeretur. nec enim iste nouus est nouantiũ errorum acidus est obscœni illius Mopsuesteni, damnatus II. Synodi Constantinop. collat. IV. Eadem sunt horum argumenta. Negant hæc posse vlli spirituali vel sacro intellectui accõmodari, quod quàm sit absurdum totus hic cõmentarius docebit. Addunt nusquã in* Cantico *nomẽ Dei*

Canticorũ Canticum liber est Canonicus.

Beza Cypridis mystes Anabaptistis fauet, & quidẽ eius interpretationẽ multis impietatibus & grauissimis erroribus plenam Genebrard. demonstrat in præf. in Cant. Tom. 1. Cõc. f. 517.

Dei tetragrammatum, vel aliud ex augustis illis, EL, SADDAI, SEBAOTH, *&c. reperiri. causam prætendunt, quia rex malè sibi conscius, fuit veritus ea profanis amoribus immiscere. ô perperam suspicaces! ô maleuolos rerum æstimatores! cur non, quod res erat, potiùs asseritis, materiam & stylum, qui floret deliciis, mel spirat & amores meros, iuxta pastoritij & nuptialis carminis legem, grauioribus illis teneriora nomina prætulisse: quibus non Dei Maiestas metuenda, sed in Ecclesiam amor, benignitas, & clementia denotantur?* Dominum *quæris?* fratrẽ *audi*, sponsum, amicum, dilectum. Bellipotentem *quæris? alibi licet: hîc cerne* Pacificũ, *cerne* Pastorẽ. Fortis *tibi cordi? saucius & eadem traiectus penna potior amanti. Pro ineffabili accipe* vnguentũ effusum, myrrhæ colligamentum, hinnuleum, botrum Cypri, & *quæ talia passim. Quid tu Ecclesiæ obstrepis vniuersæ, cui liber iste semper canonicus habitus, & diuinorum mysteriorum pretiosus thesaurus* a?

SECTIO II.

ALTER nodus est, si scriba libri Rex Salomon, cur liber inscribitur Hebræis LE SELOMO? *nam adfixum illud datiuum potiùs, quàm patrium casum postulat. ideò LXX. reddunt,* quod est Salomoni εἰς τὸν Σαλεμῶν. *dicatus ergò illi & inscriptus, nõ ab eo scriptus, aut dictatus. Variè Patres dissoluunt. D.* BERNARDVS *serm. 1. notat principium libri de osculis Salomoni conuenire, qui exponitur* Pacificus, *& tali inscriptione ad audiendum inuitari mentes eas, quæ iam valent sese à vitiorum perturbationibus & curarum tumultibus vindicare.* CHRISTOPOLI-

a Vide Sixtũ Senens. li. 8. bibl. Heref. 8. Canũ li. 2. loc. Theolog. Mich. Medin. li. 6. ort. fid.

לשלמה Cur liber inscribatur Salomoni, nõ Salomonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TANVS *Episcopus censet sic positum, quia Salomõ non suis, sed alienis spiritualibus nuptiis præcinat, nempe Domini nostri veri Salomonis. Confirmat hoc ipsum Chaldæus Paraphrastes. Simplicius mihi videtur, nec à tropologia, nec à mysterio rationem hîc petere, sed à nudo idiotismo.* Nam LE SELOMO *significat idem quod* Salomonis, *seu* secundùm Salomonem. *Vt enim adfixum istud Græci exponunt Dativo vel Accusativo cum præpositione* τῷ Δαυὶδ *vel* κατὰ Δαυὶδ; *sic Latini Euangelium Matthæi, vel secundùm Matthæum, quod Hebræi dicerent* LE MATHAI, *& Syri* DE MATHAI. *Unde apparet futilitas argumenti, quo nostram versionem Origenes nititur sugillare.*

Scriptor libri est Salomon.

Scriptor ergo libri manet Salomon Rex sapientissimus, & nobilis Propheta, certè ante lapsum; sors & postea; de lapsu constat, de pœnitentia non æquè. Quid verius? docebunt sequentia.

SECTIO III.

DE POENITENTIA SALOMONIS.

q. 13. in cap. 7. li. 2. Reg.

PRIMVM censeò, cum Abulensi, quæstionem esse problematicam, nec alteram partem erroris damnari absque temeritate posse.

Salomon sit ne damnatus quæstio est dubia.

Non placet quod quidam nimis oratoriè vnam pro certa obtrudunt, & damnationem illius adeò liquidam contendunt, vt eam negare non liceat, quin & seriò non credenti gehennæ metum intendunt. Quid grauius possent, aut seuerius, si foret ab Ecclesia definitum? Ergóne damnabitur quisquis Salomonem damnatum non credit? Vnde hoc fidei placitum nouũ? damnatíne Ambr. Hiero-

Hieronymus, Cyrillus, Epiphanius, Bachiarius, Strabus, Isidorus, & similes? Mihi ne Tichonius quidem, si non fuisset Donati partium, propter hoc dictum increpandus videretur. cesset exaggeratio, rationi locus præbeatur, & argumentorum momentis. sacræ Scripturæ locum nullum possunt apertum proferre.

Nituntur dumtaxat vno scipione; peccasse refert, pœnituisse non refert. Nego rectè hinc colligi, ergo non pœnituit. Imò verò, inquis, quia non ducitur hoc argumentum à Scripturarum auctoritate negando, sed ab earum more, quo solent etiam cum peccato pœnitentiam referre. Vis hoc perpendamus? Primò quicquid agas, nonnisi negatiui argumenti vim habet, subnixi affirmatiuâ consuetudine, quam vniuersalem esse probandum fuerat. Sed totum illud etiam complexum (Scriptura non meminit pœnitentiæ, vt meminit peccati; quod quando vtrumque factum, solet non omittere.) *nullus opinor pro affirmatiua propositione tibi concedat, qui quid abnuitiua sit, nouerit. Deinde licet ita affirmatiuè differeres; Scriptura solet meminisse pœnitentiæ, vt peccati, quando istud illa fuit subsecuta: hîc verò de Salomone agens non meminit pœnitentiæ, sed tantùm peccati: indicat ergo Scriptura Salomonem pœnitentiam non egisse. Quis non videt maiorem argumenti, si velis esse vniuersalem, negandam à Cyrillo & Hieronymo, neque te illam ex sacra Scriptura posse probare? nam quod de Manasse & Dauide solis adfertur, de quibusdam tantùm est, & particularis propositio; ex qua validum non esse huiusmodi syllogismum, pueri Dialecticorum nouêre.*

Scriptura non meminit pœnitẽtiæ, quæ peccati meminit. Argum. istud inualidum.

Præterea consuetudinem illam S. S. merè particularem esse, nec perpetuam, facilè probauerim. Cedo, vbi men-

Multi in Scriptura narrantur peccasse, sed nõ pœnituisse.

Multi in Scriptura narrantur peccasse, sed nō pœnituisse.

tio pœnitentiæ peractæ à Bersabeë, à Samsone, à Iudâ Patriarcha, & fratribus eius, à Noëmo, & Lotho; quorum ebrietatem, scortationem, plagium, & parricidalem inuidiam, & incestum concubitum legimus? an omnes hi certò damnati? vbi exstat primorum parentum pœnitentia, quorum delictum luimus? an & hi damnati? si pœnitentiam Manassæ, & Dauidis S.S. non prodidisset, an credere deberemus eos non egisse? si crederemus, nonne deciperemur? cur ergo decipi nequeunt ita de Salomone ratiocinantes? Corruit ergo ex S.S. petitum illorum fundamentum. Nec crediderim D. AVGVSTINVM aliud tali argumento probare voluisse, quàm de pœnitentia Salomonis, ex S.S. nihil certò probari posse. nec enim vlu erius hoc telo poterat tendere: nec vir prudentissimus & acutissimus plus probare, quàm poterat, conabatur; nec plus se probare putabat, quàm re vera probabat. Equidem nec puto pœnitentiam ex S.S. clara, vel euidenti consecutione elici. Si hoc putarem, non dicerem contrariam sententiam esse probabilem, dicerem erroneam esse, nec rectæ fidei consentire. Illud tantùm assero, nos non solùm niti argumento illo negatiuo, sed locis non obscurè pœnitentiam, secundùm grauissimorum Patrum explicationem, astruentibus.

Salomonis pœnitentiæ clarè non memnit S.

Salomon egisse pœnitentiā probatur. a 2. Reg. 7. v. 14. b 1. Paral. 28. v. 9.

Primus locus est in Regum historia a, vbi Deus Dauidi pollicetur se, à Salomone misericordiā suā nō ablaturū, sicut à Saüle fecerat. Si non egisset pœnitentiā, abstulisset, & in æternum b abiecisset: non abiecit, non abstulit; ergo pœnituit, & in idololatria nō perseuerauit. Argumentum est Bachiarij & Tichonij, locis mox citandis. Si tentes effugere, dicendo misericordiam intelligi de posteris eius in Regio solio conseruandis: ad hoc diuortium se tibi Tichonius obijcit, & quærit: Quid Dauidi

uidi prodest, si propter eum filius eius regnum terræ obtineret, cœleste perditurus? optasset potiùs Dauid, in cuius gratiam hæc promissio fiebat, illo quàm isto carere Salomonem. Deinde potiùs agi de animæ salute, vel inde patet, quia huic promissioni additicia subditur promissio de regno, vt alia. Verba discute, & deprehendes. Quin & in illa priore Sauli eum comparat; quem (ait) amoui à facie mea, hoc est, permisi male perire amissa gratia mea. Si ergo Deus pollicitus contrarium Salomoni, sanè exitum illi è vita fœlicem pollicitus; qui sine pœnitentia nequit peccatori contingere. Caue dicas, ne de Saule quidem id S.S. negasse eum saluum & pœnituisse: nam S.S. expressè modum mortis propria illatæ manu, & Pythonissæ cōsultationem, & desperationem eius literis consignauit; quorum nihil de Salomone probari potest.

Respondent alij promissionem illam ad spiritualem Salomonem CHRISTVM Dominum pertinere ex D. AVGVSTINI sententia a: scio hoc sentire quoque D. Ambrosium, & Angelomum. Sed nihilominùs cum aliis b contendo de terreno Salomone historico id sensu; de CHRISTO verò allegorico, sed præcipuè intento, intelligi posse. nam cūcta Salomoni aptè conuenire, quædam magis quàm CHRISTO, docuit accuratè ABVLENSIS c, ac censuerunt etiam, Bachiarius, Tichonius, D. Isidorus, Glossa Interlinearis, & plerique Neoterici, Lyranus, Burgens. Hugo, Carthusianus, Caietanus.

a lib. 17. de ciu. Dei, c. 8.

b Bachiario, & Tichon.

c 1. q. 13.

Secundus locus est in Prouerbiis d, secundū versionē LXX. vbi Salomon inquit, Nouissimè ego egi pœnitentiā. Si respondeas hoc eū non in sua, sed in pigri persona dicere: Vrgeo, quoniam per hunc pigrum semetipsum voluit significare: & ideò vt in propria persona hoc ab eo dictum voluit, qui ex hoc loco Salomonis pœnitentiam probauit

d c. 24. v. 32. Salomon se egisse pœnitentiam confitetur.

B. HIERONYMVS [a]. *Huic replicæ respondent, D. Hieronymum non loqui ex sua, sed ex Hebræorum sententia, quare se hoc Hieronymi dictum non magnifacere. Responsio nullo pacto satisfacit. primò quia non bene probant eum ex sententia Hebræorum loqui. nam licet alio loco scripserit hoc Hebræos asserere; tamen quia hoc loco Hebræorum non meminit, & quia in hoc vltimo ferè suo scripto ex animi sui sententia loqui solet, credendus est ipsemet ita sensisse. Nec verò nunquam quod Hæbræis visum, id non visum ipsi D. Hieronym. imò quando non improbat, proniùs est, vt approbet. Quid verò? an si ex eorum sententia locutus foret, idcirco id falsum foret, quia veteres illi Hebræi tenuerunt? nónne per traditionem veram maiorum id potuerunt accepisse? fabulas aliquando recensent; an igitur semper fabulosi? næ tu hoc vno ariete prophanis historiis, & Josepho, & cunctis cæterarum gentium annalibus, præter S.S. vna fidem opera deijcias: quinamque, in quibus non aliquid incompertæ veritatis, & fabulæ pellucentis? Denique falleris cùm Hieronymum solum, putas id ex hoc loco collegisse. idem inde probauit D. CYRIL. Hierosolymitanus [b], & D. ISIDORVS c.*

[a] in Ezech. c. 43.

[b] Cateches. 11. [c] citantur eũ Abulẽs. Pœnitentiã Sãlomonem egisse se subindicat.

Tertium locum obtinent verba, quibus pœnitentiam suam non tam affirmat, quàm subindicat, vt cùm dicit; Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. non didici sapientiam, & non noui scientiam sanctorum [d]. *Respondent hæc verba non esse Salomonis, sed Agur cuiusdam. Verùm Ecclesia Latina semper hæc videtur habuisse pro verbis Salomonis. Scio LXX. habere;* Deus docuit me sapientiam, & scientiam sanctorũ cognoui, *quod D. Aug. est secutus: sed tamen illud, insipientissimus, seu stultissimus*

[d] Prou. 30. v. 2.

sum virorum, & sapientia hominum non est mecum, *quod etiam LXX. & Aquil. agnoscunt, satis indicat Salomonem etsi scientia illi à Deo fuerit infusa, fateri tamen se illa abusum, non secus ac si omnis expers sapientiæ fuisset.*

Quid etiam aliud sonat Ecclesiastes? (quem sub finem vitæ scriptum meritò volunt) incipit asserens Voluptates & terrena hæc omnia vanitatem esse vanitatum: docet illa cuncta se expertum (non sanè fuit ante lapsum) & tandem finit laudans Dei timorem, & mandatorum eius obseruationem, & vltimam retributionem. His omnibus occurrunt, ad pœnitentiam non sufficere; si ore confitearis, & peccatum agnoscas: & (quod superfluum) exempla congerunt probaturi, quod nullus negat. Quæro ab illis, an cordis scrutatores sint? cur sequiùs rectè dicta interpretantur? cur hypocrisim impingunt? cur malè suspicantur? ait aliquis se peccasse: cur non credam ex animo loqui, ex animo dolere, nisi professioni actum videam repugnantem? dicit Dauid; peccaui *: credit Nathan. dicit Salomon,* peccaui: *cur non credis ex animo locutum? si tam durus es ad credendum, nec de Manasse crederes, pœnitentiam egisse; si superesset solus Regum liber: nam in eo tantùm fit mentio mortis & peccati [a]. fallereris tamen, vt liber prætermissorum conuincit [b]. Igitur crede hîc quoq; te in Salomone labi posse, de quo in Regum Historia mortis tantùm & peccati mentio habetur, sicut de Manasse. Sicut enim post narratum peccatum eius legimus Manassem* dormiuisse cum patribus suis, & sepultum esse, &c. [c] *Sic de Salomone scribitur,* dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui [d]. *nisi maius fortè dicas peccatum Salomonis & maioris indigum*

* 2. Reg. 12. v. 13.

[a] 4. Reg. c. 21. [b] 2. Paralip. 33. [c] d. ca. 21. v. 18. [d] 3. Reg. 11. v. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pœnitentiæ, quàm Manassis: Sed tum tibi manifestè S. S. auctoritas refragaretur. Nónne hac ipsa mente scriptum à Siracide; Salomonem habuisse finem cum maioribus[a] suis? καὶ ἀνεπαύσατο μετὰ τῶν πατέρων. quid hoc, nisi in pace sepultum cum maiorib. suis Dauide, ac reliquis iustis? Nam Reges Juda, qui impœnitentes mortui, sepulchris caruisse maiorum, notant viri eruditi.

[a] Eccl. 47. v. 22.

Salomon veniam accepit.

Veniam ergo credibile est accepisse, qui cum maiorib. quietem adeptus: hoc autem quia pœnituit. Sic Bachiarius, hoc argumentũ vrgens. Sed obijciunt etiã Amõ, Manassis filium, licet pœnitentiã non egerit, cũ maiorib. suis quieuisse, atque eodẽ modo sepultũ. Quæro, vnde illis cõstet non egisse, nisi quia S.S. hoc non dicit? quod argumentum iã disputi. Præterea non dicitur in contextu S.S. cũ maiorib. quieuisse, aut cũ illis sepultus esse Amon; sed duntaxat sepultum in horto Oza, vbi pater, in sepulchro suo *, idq; postquã aliquãdiu iacuit insepultus. Imò nec dicitur ἀναπαύειν seu quiescere, quia violenta morte peremptus fuit, quæ omnia desunt sepulturæ & morti Salomonis: ideò nequit hoc exẽplo subuerti Burgens. & Bachiarij argumentũ. verũtamen fateor nihil horum Apodicticum esse, sed topica tantùm omnia, & verisimilia. Nos tamẽ loca quædam S. S. affirmatiua, illi nullum, nisi vnicum abs nuda negatione petitum adducunt.

* 4. Reg. 21. v. 26. Patres qui & quot de Salomonis pœnitentia dubitent.

[b] Iustin. dialo. cont. Triphonẽ. Irenæus lib. 4. adu. hær. c. 45. Tertu. li. 5. cont. Marc. Orig. hõ. 20. in Num. Cypr. li. de vnit. Eccl. & ep. ad Rogatiã. Chrys. hom. 66. ad pop. Antioch. & ib. hom. 40. & epist. ad Theo. Hier. li. 2. cõt. Iouin. Ambr. in Ps. 118. Aug. li. 22. cont. Faust. c. 85. & in qq. vet. test. q. 18. & Haymon. in Isa. c. 36.

Proximus locus decidendæ quæstionis petitur à Patrũ auctoritate. hîc illis nec illum cedimus. quia pleraq; (quibus adijciã multa) quæ adferunt testimonia, probãt solùmodò Regẽ hunc lapsum in idololatriã, & alia peccata, & ob id gratiam amisisse, gloriam fœdasse, inoffensum vitæ cursum initijs non respondisse, & quæ his alia similia. hoc probant, nec aliud pleraque, quæ laudant Patrum dicta, vt D. Justini b, B. Irenæi, Tertulliani, Origenis, D. Cypr.

Cypriani, Chrysostomi, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Haymonis: neque nos id negamus. Alia testimonia nonnihil vrgent, eò quòd licet de damnatione non loquantur expresse, videantur tamen de illa loqui: quæ nec ipsa nobis officiunt. Vt D. Cyrilli Alexandrini dictum; qui libro octauo, contra Iulianum duntaxat voluit negare Salomonem illis sanctis Patribus annumerandum, qui inoffenso ab idololatria gradu prophetiæ curriculum per totam vitam percurrerunt. vt D. Ambrosius, qui in Apolog. Dauidis 1. capite 3. scribit in hæc verba; Quid de Salomone sancto loquar; cuius posteriora cùm graui errore non careant, vulgus tamen Judaicum æstimat ipsum venisse pro Christo? & quàm multos grauis erroris offensa reuocauit? Maiori itaque culpa plus profuit, ne supra hominem crederetur, qui vitio non caruisset humano. Fuit igitur in eo inuidiosa sapientia, & culpæ suasoria, quæ hominem comprobaret.] & libr. secundo capite 5. Salomon templum Deo condidit, sed vtinam sui corporis templum ipse seruasset!] verùm hæc me non dimouẽt à sententia priore loco reprehendit errorem Iudæorum, qui loca S.S. de Messia ad Salomonem detorquebant, & eum pro Messia venerabantur, quos etiã acriùs posteà increpat, li. 2. c. 6. & 7. Ubi & illud ait; Nõ ergo Salomõ Dei filius.

Cyrillus.

Ambrosius.

Salomonẽ Iudæi Dei filium putauerunt.

Sed quaratione eum Dei filium putauistis? an quia sapiens fuit? Sed hic sapientiam postulauit; quam quia non habebat, orauit vt acciperet, & accepit. Christus ipse, sapientia est, naturaliter vniuersum habens, quod in rebus humanis Salomon accepit per gratiam. Denique, quod accipitur ex tempore, in tempore possidetur. Salomõ enim sapientiam nec principio sui habuit, nec in fine possedit. Neq; enim habere se credidit q̃ poposcit:

" & postea auersus à Dei cultu, non quasi sapiens, sed quasi
" insipiens lapsus est, vt offenderet. offendit in tantum, vt
" etiam quod meruerat amitteret. Cur igitur hunc Dei fi-
" lium credidistis?] Quibus verbis apertè ostendit, se contra Iudæos tantùm agere, & honorem diuinũ Salomoni adeptum ire, & sapientiam illi precariam tribuere & contẽdere, quod eam peccato amiserit, & per luxuriam templum corporis sui prophanarit, nam qui fornicatur, in corpus suum peccat *. Vera hæc omnia, verùm nihil ad Dionysium, vt dici solet: quia de pœnitentia nimis, quàm altum silentium.

* 1. Cor. 6. v. 18.

Salomon sanctus ab Ambr. vocatur.

Quid si hanc ex ipso Ambrosio probem? tribus possum argumẽtis. Primũ quia veroque libro semper Salomonem cũ Dauide, & Salomonis peccatum cum peccato Dauidis cõparat. Secũdò, quia vt Dauidem, sic & Salomonem sanctum appellat. Respondent, sanctum dici respectu temporis, ante peccatum. an ergo volunt eodem modo Dauidem sanctum vocari respectu temporis, quod ante peccatum? at D.
" Ambrosius ait; Dauid sancto Bersabeë in mysterio
" sociatam. certè post lapsum sociata. Veriùs ergo vtrumque vocari sanctum respectu temporis, quod est vltima rerum linea, quando demum sanctus & beatus meritò vocãdus. Quis vnquã vel Saulem, vel Iudam Iscariotem, sanctũ simpliciter vocauit, cùm tamen initiò sancti fuerint? nimirũ ad mortis tempus in talibus absolutis denominationib. loquendi communis consuetudo solet referri. Hæc ergo mens Ambrosij, hæc nominis illius ratio fuit; opinari sanctum è vita decessisse. Tertiò, nisi D. Ambrosium ἀταξίας (à quo vitio fuit alieniſsimus) velis accusare, necesse habes fateri, Salomonem ab eo pœnitentibus annumeratum. perpende verba illius capite quinto, & verborum seriem. cùm sanctos qui peccarant enumerasset,

Sam-

Samsonem, & Dauidem, & postea illis adderet beatum Paulum, inter hunc & Dauidem, Salomoni locum assignat, his verbis, Si Dauid infirmus, tu fortis es? si" Salomon lapsus est, tu immobilis? si Paulus primus pecca-" torum, tu potes primus esse sanctorum? Ergo si errauerunt iusti, errauerunt sicut homines: sed peccatum suum" tanquam iusti agnouerunt.] Qui isti, qui errauerunt sicut" homines? non Dauid, Salomon, Paulus? qui isti qui tanquam iusti peccatum agnouerunt? nonne iidem Dauid, Salomon, Paulus? nam quos errasse dixit vt homines, eosdem vt iustos peccatum suum agnouisse dicit. nisi fortè per summam iniquitatem Salomoni eandem culpam adiudicans, ijsdem verbis Ambrosij comprehenso, communẽ pœnitentiã abiudices. Non addam verbũ in re clara.

Venio ad D. Chrysostomvm, qui Homil. 80. ad Pop. Ant. quæ est de pœnitentia, cùm dixisset, nemi-" nem debere virtuti suæ indormire, aut nimium confidere;" neminem quoque debere in vitio desperare; duo subdit" exempla: Quid enim Manasse peius? quid verò beatius" Salomone? attamen ille quidem Deum potuit habere pro-" pitium; hic autem quia dormitauit, lapsus est.] Sic ille pos-" sum respondere de lapsu in peccatum agi, nec tamen vltimam pœnitentiam negari: dormitasse ad tempus, & in peccato voluptatum, sed euigilasse, & emersisse. Sed in-" stant, comparationem instituì cum Manasse vltima & ritè obita pœnitentia: ergo significat B. Ioannes non pœnituisse Salomonem. Quasi necessarium sit similitudines per omnia in singulis circumstantiis conuenire. Similitudo esse desineret, identitas existeret. Si contendis per omnia debere conuenire, necesse est fatearis Salomonem pœnituisse, sed non vt oportet pœnituisse, quod de Esau & de Iuda traditore Chrysostomus subiungit. Vnde pro

Chrysostomi de Salomone sententia.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancto Chrysostomo hanc imperfectam pœnitentiam Salomonis es probaturus? Negabis potius per omnia exigẽdam comparationem? patere idem nos tibi respondere. Profertur alius eiusdem locus ex eiusdem 5. tomi serm. vnico de pœnitentia, vbi videtur agere de omissione pœnitentiæ " *in morte, & amætania finali; Quis sceleratior (inquit)* " *Manasse? & hunc pœnitentia reuocauit. Pœnituit Deum* " *quòd Saulem Regem elegerit, quapropter, nisi quia idem* " *pœnitentiam ignorauit? Quis sapientior Salomone? Sed* " *nesciens pœnitentiam, amisit gratiam.*] *Fateor diu nescisse, quia diu distulit; fateor gratiam amisisse, addo nec recuperasse; sed interea dum pœnitentiam nescisset. Deinde, quam ais gratiam? nónne quam mortifera culpa omnes amittunt? aut fortè ipsam sapientiæ lucem: nec est necesse id de corona gloriæ, seu mercede vitæ æternæ nos interpretari. Sed quidquid amiserit peccando; dico amisisse quamdiu in luto & facibus hæsit: recuperasse Dei gratiam, cùm emersit. Nunquam ergo recuperauit, dices; quia Sauli comparatur. Comparat, verùm non per omnia. Nam Saulis Deus posteros regno planè priuauit, & Deum pœnituit regni collati. Non dices opinor idem de Salomone, ne S.S. repugnes.*

Augustini de Salomonis pœnitẽtia sententia.

D. Avgvstinvm subiungunt, vt certum sententiæ illorum authorem. Primò, quia contendit de pœnitentia Salomonis, aut Dei in illum indulgentia, nihil penitùs in S.S. haberi. censuit hoc lib. 22. contra Faustum, ca. 88. non tamen propterea negat pœnituisse: doctior & acutior erat, quàm vt ita ratiocinaretur. Idem comment. in Psal. 126. in prin. ait; reprobatum à Deo, & cecidisse. Non dices opinor cecidisse, quia reprobatus: Sed reprobatum, quia cecidit. Verum id est quandiu iacuit: mox vt surrexit, iterum gratus Deo fuit. qui dicit cecidisse, nõ idcirco

idcirco affirmat nunquam surrexisse. Quid ergo cùm dicit alibi lib. 17. de ciu. Dei cap. 20 eum bonis initiis malos exitus habuisse? Refero ad senium, seu mediam ætatem exactæ & vltimæ proximam, quo tempore adhuc amator mulierum & cultor idolorum. Hos malos exitus bona iuuenta habuit. Sed exitus fuêre adspectu ad principia, media statio seu tempestas respectu ad portum vltimæ pœnitentiæ, quem ætate decrepita occupauit. Quod tempus adolescentiæ exitus est, id ætati malæ duntaxat vestibulum est.

Addo D. Orientium, *è cuius monitis breui à me lucem adspecturis, hæc adscribam.* Orientius.

Ipse etiam Salomon cuius sapientia prisco "
Tempore & in toto nobilis orbe fuit; "
Ducitur in facinus vetito laqueatus amore, "
Fœmineo subdens turpia colla iugo: "
Et Domini immemorẽ meritò præconia laudũ, "
Quæ iuuenem ornarant destituêre senem. "

Tantùm voluit, illaudatam eius senectutem & maculosam peccatis præ iuuentute fuisse. Rabanvs *nihil de suo, tantummodò hic sequitur Augustinum. Adiicio liberaliter* Evcherivm, Bedam, & Angelomvm, *pro tribus: si vnius eiusdem pro tribus recipiendum testimonium. Beda secùs accepit D. Augustini dicta quàm oportuit. Eucherius ille in libros Regum, idem creditur Beda. Angelomus ex subditicio Eucherio cuncta censuit in Stromatibus. pro vno ergo tres isti habendi.* Rabanus in li. reg. Eucher. Beda, Angelom. ibid.

Vltimò producitur Iosephvs *Iudæus, qui lib. 8. antiq. Iud. capite 2. section. 7.* Deterior (*ait*) factus ante obi- " Ioseph.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" tum: & à patriis moribus descisscendo, indignum
" ante gestis rebus vitæ exitum habuit] *non loquitur Iosephus de æterna iustorum gloria, sed de hac mundana. Inussit enim Salomon tot peccatis gloriæ partæ maculam fœdissimam ante mortem: &, qui optimis regibus iuuenis meruerat accenseri, factus erat de classe idololatrarum, & nimis vxoriorum: verùm id ante pœnitentiam; cuius describendæ Iosepho cura non fuit, vt rei ad gentiles parum attinentis. Nec credibile est à communi Hebræorum sententia Flauium dissensisse, traditionum patriarum valdè tenacem. Traditio autem Hebræorum, teste D. Hieronymo comm. in Ecclesiasten, pœnitentiam Salomonis asserit, quod expresse in* SEDEROLAM *continetur.*

SEDEROLAM & Hebræi.

Iam tempus est, vt in medium proferam eos qui stant pro Salomone. prætermitto illam Hebræorum auctoritatem, quæ pene me nulla est, quando sola; nonnulla, quando à Patribus etiam comprobata, vt hoc loco accidit. Ordiar à recentioribus. Sententiæ nostræ sunt D. THOMAS *Aquinas, qui nunc vnus Doctorum Ecclesiæ, &* VINCENTIVS *illo nonnihil anterior: sed respondent eos non ex sua, sed ex Iudæorum locutos sententia: loquuntur ex horum sententia, fateor; sed quia nihil opponunt, patet probabilem sententiam arbitratos; quod negat amicus, homo eruditus, qui nuper tam laboriosè Salomonis pœnitentiam impugnauit. Hos præcessit* PET. COMESTOR, *scholasticæ scriptor historiæ; qui, quod Hebræi, censuit. Quot sæculis illo antiquior fuit* TICHONIVS? *in Regum 3. de promissis & lege, in hæc verba scribit; quid dicimus de Salomone? cum Deo est, " an post idololatriam reprobatus est? si cum Deo dixeri- " mus, impunitatem spondebimus idolorum cultoribus:*

Doctores qui de pœnitentia Salomonis scripserũt D. Thom. Vincentius Bellouacens.

Pet. Comestor.

Tichonius.

non

*non enim dicit Scriptura pœnitentiam egisse Salomonem, aut recepisse * pœnitentiam. Si autem reprobatum dixerimus, occurrit vox Dei, quæ dicit; nec terræ quidem regnum auferre Salomone propter Dauid, sicut scriptum est in libro regnorum.* Dissumpens dissumpam regnum de manu tua, & dabo illud seruo tuo. Verùm in diebus tuis non faciam hæc, propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui, accipiam illud. Verùm omne regnum non accipiam, vnum sceptrum dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & propter Ierusalem, quam elegi. *Quid enim prodest Dauid, si propter eum filius eius regnum terræ consequeretur, cœleste perditurus? Quo manifestum est, cum Deo esse Salomonem; cui * regnum quidem terræ non est ablatum propter Dauid, quod dixerat;* Arguam in virga hominum peccata eius: misericordiam autem meam non auferam ab eo.] *quibus verbis* virgam hominum *vocat regni terreni diuulsionem;* misericordiam Dei, *cœlestis regni hæreditatem, quam contendit Salomoni à Deo relictam. Fortè hunc reijcient, vt Donatistam: sed hîc de Donati errore non agitur, extra quem regularum eius testimonio etiam diuus Augustinus, terror Donatistarum, vtitur: & Tichonij homiliæ in Apocalypsim adeò Catholicis etiam placuerunt, vt longissimo tempore creditæ fuerint esse ipsius Augustini.*

" * Lego, indulgentiã. " videtur ad " hæc verba " alluisse D. " Augustin. su- " prà. " 3. reg. 11. v. " 11. 12.

" * Corrne " regnum qui " de terræ est " abla. " Ps. 88. v. 33.

Sed tamen accipiant Patres Orthodoxos. Primùm, vt demonstraui, diuum AMBROSIVM, *deinde diuum* HIERONYMVM *libro duodecimo in Ezechiel. capite quadragesimo tertio, qui præferens templum illud Propheticum Salomonio tantum (ait) inferior templo, quod nunc ostenditur Ezechieli, vt non solum cul-*

" Ambros. Hier. quomodo sit de pœnitentia Salomonis " testis.

„ tores eius & æditui, sed & ipse ædificator eius Salomõ pec-
„ cauerit, & offenderit Deum: licet postea egerit pœniten-
„ tiam, scribens Prouerbia, in quibus ait: Nouissimè e-
„ go egi pœnitentiam, & respexi, vt eligerem disci-
„ plinam.] *Quid hîc tributum Judæis, vbi omnia ex di-*
centis mente confirmata non obscuro S. S. testimonio?
Cyrill. Hierosolymit. *cui etiam credidit B.* CYRILLVS *Hierosolymitanus*
„ *Catech. 2. scribens; Et Salomon ceciderat; Sed quid in-*
„ *quit?* postea ego egi pœnitentiam.] *Vbi hoc in-*
quit, nisi prædicto loco Prouerbiorum? Dissentiunt er-
go diuus Hieronymus & diuus Cyrillus ab iis qui negant
in S.S. vllam Salomonis pœnitentiæ memoriam exstare!
Epiphanius, contr. hær. 42. lib. 1. tõ. 3. in princ. *Quid B.* EPIPHANIVS? *inter ceteros Marcionis er-*
rores damnat eum, quo putabat à Christo apud inferos
relictum Salomonem: nónne hac damnatione manifestè
docet se Regem hunc iustis & beatis patribus veteris te-
stamenti annumerasse? nam si damnatum, vel vlla ex a-
lia, quàm Marcionis illa causa, putasset, non peccato-
rem impœnitentem hunc inter Abel, Enoch Patriar-
chas, Mosem, & Dauid recensuisset. Quid B. BACHIA-
Bachiarius: Locũ hunc mutilũ prorsus edidit Solanius, quare adscripsi integrũ ex meliore codic. RIVS? *in epist. ad Ianuarium de recipiendis lapsis,*
„ *censuit, etiamsi in S. S. non fieret aperta pœnitentiæ*
mentio, ex eadem tamen id satis clarè deduci. Verba
„ *sunt ista: Salomon ille mirabilis, qui meruit assistrici*
„ *Dei, hoc est, sapientiæ copulari, in alienigenarum mu-*
„ *lierum cucurrit amplexus, & vinculo libidinis illaquea-*
„ *tus etiam sacrilegij errore se polluit. quia simulachrum*
„ *Chamos Moabitico idolo ædificauit. Sed qui per Prophe-*
„ *tam culpam erroris agnouit, nunquid misericordiæ cæ-*
„ *lestis extorris fuit?* * *Ac forsitan dicas; nusquam eum in*
* for. at. * mallẽ, pœnitentia. „ *can. lego pœnituisse, neque misericordiam consecutum.*
„ *Audi ergo, frater;* * *pœnitentiam eius, quæ non inscri-*
bitur

bitur publicis legibus, fortasse ideò acceptabilior indi-
„ *catur,* * *qui non ad faciẽ populi, sed in secreto conscientiæ,*
* corr. quia. „ *teste Deo, pœnituit. Veniã autẽ ex hoc consecutũ esse a-*
„ *gnoscimus: quia, cùm solutus fuisset à corpore, sepultũ illũ*
„ *inter Regũ Israëlitarum corpora scriptura cõmemorat,*
„ *quod tamen alibi peccatoribus Regibus abnegatũ esse co-*
„ *gnoscimus, qui vsq; in finẽ vitæ suæ in propositi sui peruer-*
„ *sitate mãserunt. Et ideò quia inter Reges iustos meruit se-*
„ *peliri, nõ fuit alienus à venia: veniã autẽ ipsã sine pœnitẽ-*
„ *tia nõ potuit promereri.] hæc beatus iste; cuius auctoritas,*
vt Hieronymi, Cyrilli, & Tichonij eò maior est quàm ab ad-
uersarijs citatorũs; quòd nostri rẽ examinãt, & argumẽtis
Isidorus. *probãt. Prætereo* ISIDORVM, *quẽ cũ D. Ambr. nostræ fuis-*
se sentẽtiæ Abulẽsis fatetur. Quæso (lector) carétne proba-
bilitate opinio, quæ est Tichonij, Isidori, Bachiarij, Epiph.
Cyril. Hieron. & Ambr. quid? nónne probabilior est, quàm
ea, quæ fortassis tantùm fuit Chrysostomi & Augustini
(quamquã nec horum apertè fuisse ostensum) & pauculo-
rum verba solius D. Augustini transcribentium?

Argumenta contraria soluta. *Restant partis vtriusque rationes. Damnantium Sa-*
lomonem hæ sunt. Primò, non traditur pœnituisse, ergo
1. *non pœnituit. huic abundè responsum est. 2. legimus Sa-*
lomoni Dominum iratum 3. Reg. 11. v. 9. Sed demum
2. *id, quamdiu mens eius à Deo fuit auersa: placa-*
tus fuit Deus, mente eiusdem ad eum conuersâ. 3. Sa-
3. *pientia Sirach nihil de pœnitentia illius meminit cap.*
47. fateor. Sed multa prætermittunt sacræ literæ no-
bis cogitanda, & ex aliis locis eruenda. 4. Cur magis
meminit pœnitentiæ Manassis? fors quia regno deie-
4. *ctum & captiuum Deus liberauit, & solio restituit: ideò*
narranda fuit eius resipiscentia: Salomon verò neutrum
passus. 5. Gratior est Deo pœnitentia, quàm quicquid
5. *aliud:*

aliud: ergo S.S. non occultasset Salomonis pœnitentiam, quæ peccata eius propalauit. Respond. non sequi, nam nec Samsonis legitur pœnitentia, quem constat pœnituisse, neque quicquid actum, gratúmque fuit Deo, id in S.S. ponitur. Denique satis multæ sunt in Sacris litteris

6. vnde hoc colligatur: vt dixi. 6. Deus per Prophetam denunciauit regnum post mortem eius scindendum, & sic factum fuit: non fuisset autem hoc factum, si pœnituisset. Sic argumentatur Abulensis. Sed argumenti minor est falsa, aut saltem illi manet probanda.

Minas Dei sæpe non abolet pœnitentia.

Sæpè minas Dei non abolet pœnitentia. Sic Ezechiæ, sic Iosiæ minatur Dominus, quæ postea exsecutus: & tamen hi Reges Deo dilectissimi fuêre. Sic minatus Nathan Dauidi mortem filioli: nónne pœnituit Dauid? attamen puerulus decessit. Instant, post mortem Salomonis diuisum dicitur regnum Salomonis propter eius peccata: sed postquam aliquis pœnituit, peccata non manent; ergo Salomon ante mortem non pœnituit. Respondeo, dici diuisum, propter peccata eius olim commissa; sed propter pœnitentiam tamen, quoad culpam, ei condonata. Sicut infantulus Dauidis mortuus fuit propter peccatum iam patri remissum quoad culpam, non quoad scan-

7. dali pœnam temporariam. Vltimo, sic argumentantur: si Salomon pœnituisset, deleuisset altaria idolorum, quæ exstruxerat: non fecit, ergo non pœnituit. hoc fortissimum censet Abulensis: & verè firmius est ceteris. Respondeo, cur non sustulerit potuisse causam habere, quia id tum tutò facere non potuit ob deficientem cum ætate regiam auctoritatem, & multorum contumaciam; vt significant continua sub vitæ illius exitum Ieroboami, & aliorum res nouantium molimina. Alioqui facilius etiam est populum à Rege in idololatriam aut hæresim pertrahi;

pertrahi; quàm ab eodem Rege resipiscente semel furentem populum retrahi, & in rectam viam reduci. Sanè si tantoperè hoc Deo displicebat, & tam facilè tolli potuit, & auferri malum istud de Israël; cur nec boni Reges alij, Aza, Iosaphat, Ioas, Amasias, Asarias, nec optimus Ezechias, nec ipse post pœnitentiam Manasses, hæc altaria destruxêre? planè mihi persuadeo vi ac contumacia populi impeditos, vel non ausos rem aggredi, vel irrito conatu destitisse. Si defectus iste nec aliorum saluti, nec pœnitentiæ Manassis obstitit: cur ad impœnitentiam & damnationem imputant Salomoni? Quia ipse ædificarat? Sed vbi conniuentia prohibita, obstat & excludit pœnitentiam; pariter id obtinet in propriis & alienis peccatis; in incœptis, & continuatis.

Rationes pœnitentiæ.

Demum pro pœnitentia Salomonis rationes istæ occurrunt. Vix est verisimile, nec vsquam legitur, aliorum damnatum quemquam, per quos Spiritus S. tã multas prophetias, tam magnam S.S. partẽ, ipsamq; sapientiæ totius disciplinam Ecclesiæ suæ tradi voluit: neque hoc facilè crediderim, nisi S.S. ipsius testimoniis, vel Ecclesiæ definitione probetur. Hoc enim Dei liberalitatem non æquè decet: cùm liberalitatis propria conditio sit, quoad æquitas patitur, beneficia sua tueri. Dicunt etiam per malos Spiritum sanctum prophetasse, imò & per asinam locutum *. per hanc tamen nullam accepimus prophetiam; verba illi non prophetica Angelus in os indidit. Scio ad prophetiam non requiri gratiam sanctificantem in Propheta; sed illud dico, non proferri exemplum vllum cuiusquam secundarij scriptoris seu auctoris librorum Propheticorum in Canonem S.S. receptorum, qui damnatus fuisse existimetur. Atque ideò quod de solo Salomone aduersarij contendunt, id mihi non videri huiusmodi, vt probabiliorem

Auctor librorum S.S. dici nõ debet esse dãnatus.

Seneca de benefic. ad Ebut.

* Num. 22. v. 28.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam eorum cogar credere: Potiùs, quia caret exemplo, & à plerisque Patrum repudiatur, minùs verisimile iudicandum. Per Balaam & Caipham prophetauit Deus, sed paucis verbis, nec satis gnaros mysterij; non integra per intelligentes volumina eructauit; nec de illorum virtute vllum in sacris literis testimonium habemus, vt de Salomone.

2. Nemo apertus D.N. typus fuit, damnatus.

Deinde Salomon charissima fuit CHRISTI DOMINI *figura, eius qui pro cunctis pœnitentiam egit: cur non credatur & ipse pœnitentiam egisse? nec enim legimus alium, qui tam apertus Domini typus fuit, damnatum. Tertiò, quia cùm vtriusque partis argumenta tantùm sint probabilia, & hinc inde cuncta non absurdè soluantur: nónne præstat in re dubia, sequi partem benigniorem & clementiorem? Quartò, quia pro parte altera nulla reuelatio producitur; pro hac verò vna D.* MECHTILDIS *quæ cùm*

3.

4. Mechtildis lib. 5. Spiritualis gratiæ, c. 8.

à Deo postulasset indicari sibi, quî actum foret cum anima Salomonis, responsum accepit in hæc verba: Quid misericordia mea cum anima Salomonis fecerit, volo homines latere.] *ipsa vox* misericordiæ, *communi hominum acceptione, & S.S. quoque* iudicio, & condemnationi *solet opponi, & benignius aliquid sonare; nec referenda ad minorem in inferno meritis pœnam, sed ad clementiam citra Tartareos cruciatus. Nam illam ipsam inferni pœnam, licet nunquam demerito sit æqualis, tamen mos obtinuit, non* misericordiam, *sed* iudicium, *vel* iustitiam *Dei nuncupare. Voluit ergo Deus hoc responso innuere, quantitatem & modum misericordiæ Salomoni impensæ, se latere velle: non verò negauit, se Salomoni misericordiæ seu vltimæ indulgentiæ gratiam largitum.*

5. *Quintò cùm ex S.S. loca proferantur, quæ graues admodùm*

modùm Patres a *ad hoc probandum laudauêre; quæ loca commodè admodùm sic queunt accipi, & Patrum istorum interpretatio sit admodùm probabilis: consequitur, sententiam quoque admodùm probabilem, & tutam esse. Et cùm pro contraria sententia nullus S.S. locus contrarius producatur; Patres autem, qui pro ea citantur, non sint apertè locuti, de vltima in exitu vitæ impœnitentia; neque rem studiosè discussérint; fit manifestum, probabiliorem esse sententiam, quæ à pluribus, & apertiùs, & re diligenter excussa, in terminis (vt dici solet) quæstioni respondit, litémque categoricè decidit; quàm quæ à paucioribus, & obscurius, & re non disputata, obiter & per consecutionem dumtaxat, illationémque alterius, statum controuersiæ perstringit. Verùm hæc sufficiant, pro sententiæ huius probabilitate: non enim æquum est de re dubia plura verba commutare.*

a Hieron. Cyrill. Bachiar. Isid.

SECTIO IIII.

QVO TEMPORE HOC OPVS CONSCRIPTVM.

CVM *sit minùs probabile composuisse tam egregium S.S. volumen, quo tempore à Deo cor eius alienũ fuit, & anima eius erat merum dæmoniorum habitaculum; dicendum vel ante lapsum, vel post pœnitentiam id concinnasse. Ante lapsum volunt, quotquot pœnitentiam negarunt; nonnulli quoque Hebræorum. fauere videtur aliquantulum series ipsa narrationis Siracidæ Eccl. 47. & Iosephus lib. 8. antiq. cap. 11. & Irenæus lib. 4. aduers. hæres. cap. 45. narrant enim primò composuisse Prouerbia & cantilenas,*

& postea mulieribus femora sua inclinasse.

Fuit Christus post pœnitentiam.

Verùm Siracidæ locus ille non conuincit, cùm in S.S. tot passim occurrant prolepses, & recapitulationes. Vt ergo credam potiùs paullo ante mortem hoc opus conscripsisse, faciunt quæ de pœnitentia iam fusè probaui: & hæc est opinio Cyrilli senioris, Hieronymi, Bachiarij, & aliorum, qui pœnitentiam deducunt ex locis citatis Prouerbiorum & Ecclesiastæ: quæ duo opuscula vt putandus sit Salomon ante Canticum composuisse; suader ingenium & indoles scriptionis; quæ se prodit esse ætatis decursæ, subactæ & exercitatæ, animique prorsus à perturbationibus & passionibus defæcati; & est prophetiarum de IESV CHRISTO & Ecclesia, quoddam quasi breuiarium, in angusto orbe gemmulæ infinita penè & altissima mysteria comprehendens. Suadent etiam quæ sequenti capite dicentur.

CAPVT SECVNDVM.

QVIS HVIVS LIBRI SCOPVS ET FINIS.

BREVITER; quem decebat; Dei amor in Ecclesiam quantus nobis proponere, & vicissim nos singulos, qui Ecclesiæ membra sumus & sponsi diuini singulares sponsæ, ad amoris pariationem, atque (vt cum veteribus loquar) hostimentum inuitare: & sic, non totam modo Ecclesiam, sed & quamlibet animam sponso CHRISTO per amorem coniungere. Sic omnes PATRES censuere: & ideo quidam illorum de differentia duplicis amoris, diuini & terreni, multa præclariùs, quàm vel Plato, vel Plotinus,

Duplex amor, terrenus & diuinus.

Plotinus, vel quisquã gentiliũ, disseruerunt, præsertim ORIGENES in Prologo, PHILO Carpathius & APONIVS initio li. 1. in Cant. Deinde & illa ratio occurrit, hunc amorem & iudiciũ Dei de Ecclesia valdè efficaces stimulos habitura, vt quam tanti Deus fecit, non sua, sed nostri causa nos quoque feruentiùs amemus, & religiosiùs colamus. Quis enim non inflammetur cogitans, tantillam fuisse Domino cœli ac terræ, vt, non dicam Rex eius, Dominator, Caput, & Pontifex, sed frater, Sponsus, Amasius, Procus dici voluerit? vt de se cani iusserit, quæ ardentem & impotentem quendam amorem planissimè præ se ferant? non mirum tamen id in Salomone, hoc est, Pacifico: cùm Paci nihil coniunctius, nihil familiarius, quàm amor seu charitas. his enim verbis (vt ait Origenes) nihil nos vetat vti promiscuè.

Tres libri Salomonis incipientiũ, proficiẽtiũ, & perfectorum doctrinã cõtinet. * Nysse. hõ. 1. in Cant. Hier. in c. 1. Eccl. Theo. Greg. Mag. Anselm. & Honor. hic.

Notant post eundem Origenem (vt illum solent sequi, & eius riuulos in prata sua deducere) alij PATRES * Deũ libris Salomoniis quãdam, quasi ad diuinæ sapientiæ editissimam arcem, commodam scalam fabricasse. Etenim, vt pueros & lactentes, quadam præmiorum pulchritudine, ad morum honestatem pertrahere conatum in Prouerbiis, vbi adhuc diuitiarum & aliorum fortunæ bonorum honestum vsum paruulis permittit: vnde & Ididã, propter hanc amoris indulgentiam, dictum ibi censent: postea verò in Ecclesiaste, velut iam adolescentes, & robustos, ad sæculi & omnis rei creatæ despectionem, rerum huiusmodi vanitate proposita, nulli iam blandientem COHELETH seu concionatorem volunt prouocare: sic demum à morali institutione, ad naturæ cognitionem progressum, inde porrò ad speculationem diuiniorem, & vt ita dicam Metaphysicam contemplationem, intimæ diuinitatis, virum iam perfectum perduxisse arbitrantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& vt, ad ipsum tandem Deum æterna pollicentem & solida veraq; bona, charitatis alis euolemus, hoc nos libro cohortatum. Ideò dicunt Salomonem *nunc, hoc est, Pacificum, vocaris quia purgatam vitiis, & sæculi vanitatibus animam renuntiantem cupitis sponsi iungit amplexibus. Quid hoc fine optatius? quis in hunc scopum libenter cogitationes, desideriáque sua non collineabit? nullus sanè talis arbitror reperietur, nisi qui, quid cœlestia terrenis, quid diuina mortalibus, quid æterna perituris, quid aurea Glauci arma æreis Diomedis distent ignorabit.*

CAPVT TERTIVM.

DE MATERIA HVIVS OPERIS.

SVE quæ libri materia, siue quis sensus sit quæras, eodem res recidit. quot enim sensus, tot sunt materiæ: quia quilibet S. Sr. sensus peculiare obiectum, pro materia, habet. omnes hîc sensus vna de re sunt, nempe de nuptiis. *nullus negat, neque aliud subiectum Epithalamij esse queat: sed dissensio maxima est, de quibus nã nuptiis scriptor cogitarit. Qui ad planè prophanas nuptias referunt, cum Theodoro Mopsu. insaniũt. Qui Salomonis cum Sapientia spirituale connubium commentis Mercurij & Philologiæ apud Capellam nuptias animo versabant, & doctas humanæ litteraturæ fabulas in sacris prophetiis parùm piè, parùm cautè admiscent. Non placet etiam scriptor ille recentior, qui* in lucubrationibus suis *vult, aliquando ad litteram de regina Saba quædam accipienda. Honorium, qui prophetiam agnoscit, sed litteralem sensum de filia Pharaonis putat, allegoricum de Ecclesia, non habeo qui defendam; si litteralem pro*

De materia huius libri opiniones variæ.

lem pro historico, allegoricum pro mystico sumpsit; certè tunc prophetiam nobis eripit contra Iudæos, & eos, qui vim allegoriæ reiiciunt ab argumentatione, disputantibus. Si litteralem vocat verborum sonum, & grammaticam significationem, allegoricum verò id quod metaphoricè significatur: minus damni dat. quis tamen credat Spiritum sanctum tam augusta & sacrosancta mysteria, per os eius eructasse, qui lutulentas suas delicias, & penitùs impuras voluptates animo retractabat? Quadere, qui volet, legere potest Theodoretum doctè & copiosè hîc in Præfat. *differentem. Ioseph cæcus, Iarrhius, & Abenezra, qui de Synagoga exponunt; in eo peccant, quòd de sola Synagoga loquuntur: in aliud extremum incidunt, qui Synagogam prorsus excludunt. Sed, ne multus sim in cædendis vinetis aliorum,*

Sit inprimis constitutum, in hoc libro Prophetam figuratè loqui & sub alijs vocabulis alia significare [a]*: alterum sit,* CHRISTI *& Ecclesiæ nuptias cani. Unde Drepanius Florus;*

Materia huius libri quæ sit.

[a] Sic Theo. & quos ipse citat, Orig. Cypr. Eusebius, Basil. Nyssen. Nazianz. Diodor. & Chrysost.

Quid loquar insigni tumidum Salomona cothurno,
Qui thalamos CHRISTI psallit & Ecclesiæ?

Hoc nempe libro. Idem asserit Theodulphus Episcopus Aurelianensis, cuius adscribam versus, quos fœdissimum mendum obsedit. nam in iis Salomon Idiota *vocatur, pro* Idida. *Sic ergo corrigendus codex sancti illius:*

Protinus Ididæ resident tres ordine libri,
Cui nomen Salomon, siue Coheleth inest.
Alloquitur primus sub prolis nomine cunctos,
Corrigit & mores, Ethica, lege tua.
Omnia vana canit rutilo sub sole secundus,

Cui res est physicas enumerare labor.
Tertius Ecclesiæ thalamũ, Christique perornat,
Rebus & in logicis vertitur eius opus.

Denique ratum mihi, non debere sic de Ecclesia intelligi, vt vel B. Virginem Mariam, *vel quamlibet iusti animã excludamus: nec sic rursus de B. Virgine, vel quauis anima iusti, vt non id præcipuè de Ecclesia vniuersa dictum putemus.*

Auctoris sententia.

Arbitror sic agi de amore Dei erga totũ cœtum fidelium (qui Ecclesia vocatur) vt multa quoque singulis conueniant Ecclesiæ membris: sicut enim propensior est Dei amor erga cœtum vniuersum, sic non alienus est à singulis membris: & vt iucunda sunt Dei cum vna anima colloquia, ita totius cœtus vox vnanimis diuinis auribus non potest non gratior accidere. Fatemur ergo rationem totius, à singulis partibus non esse alienam; sicut totius reipub. laus à singulis ciuibus haud est aliena: contendimus tamen vitandam vtriusque expositionis confusionem. Dicta sunt hæc à Salomone primariò & directè de Ecclesia, prout ex Iudæis & Nationibus vna conflatur: Sic tamen vt quædam Synagogæ, quædam Christianæ Ecclesiæ conueniant [a]. *Affectus ijdem sunt sponsarum, sed diuersis temporibus quidam conueniunt particulari sponsæ vni, quæ non alteri; & quædam singularibus, quæ non vniuersæ: quædam conueniunt manui, qua manus est, quæ non conueniunt oculo, vt oculus est, & si conueniant oculo, qua membrum est corporis totius: & quædam conueniunt singulis membris, quæ non conueniunt corpori, vt totius corporis subit rationem. Sic igitur admittenda multorum sententia* Patrvm, *qui censent de singulari sponsa agi* [b]: *vt consecutione quadam dumtaxat & resultantia de particularibus*

[a] Theod. & tres apud illum Patres, Vigil. lib. 3. cõt. Eutych. Cassio. Iust. Apon. Bed. Alcuin. Haymon. Angelom. Ansel. VVill. Bern. Rich. de S. Vict. & Decanus Ambianensis.

[b] Orig. Nyssen. Philo Carpath. hic. Ambr. li. de Isaac, c. 3. & Apol. de Dauid 2. & lib. 5. de Sacram. c. 2.

sponsis capiamus; & inter particulares, de B. Virgine Maria, quodam specialis prærogatiuæ iure, tãquam de sponsa lectissima & dilectissima, quæ multorum veterum sententia fuit* [a]. qui sensus vtrùm vocari simpliciter Historicus debeat, an verò cum addito, indirectus aut per extensionem; an verò tantùm Tropologicus (vt vocat Honorius) de nomine futura quæstio videtur.

[a] Andr. Cretens. serm. de dorm. Deipar. Guilhelm. Parisi in Comm. Honor. in sigillo Mariæ, & Rup. Tuit. lib. 7. de glor. Trinit. c. 15. Apon. li. 1. Alani Insulẽs. Hailgrini & aliorum. De B. Virg. qui illud interpretãtur.

De B. Virgine Maria *integro commentario prosequuntur* Gvilhelmvs Parvvs, Honorivs Avgvstodvnensis in sigillo Mariæ, & Rvpertvs Tvitiensis non paucis libris: Alanvs Insvl. *dictus suo tempore Doctor vniuersalis*, Hailgrinvs Cardinalis, Dionysivs Carthvsianvs, *& eiusdem ordinis quidam* Picvs. *Sed (vt verum fatear) nullus serie satis continua, vt nec puto posse quenquam, nec ego conabor: si quid apud duos priores illos (qui, quod sciam, nondum editi) notatu dignius occurrerit, suis locis inseram. De cuiusque iusti anima, singulari nempe sponsa, explicant* Origenes, Nyssenvs, Theodoretvs, Philo, *ex Græcis; ex Latinis vt plurimùm* Ambrosivs (*qui sapienter monet moralem esse sensum*) Bernardvs, Gvalbertvs, Thomas *Cistercienses, & ex recentioribus omnium disertissimè decus ordinis sui* Lvisivs *Legionensis; qui vnus me plus ceteris omnibus Neotericis, ad continuationem contextus iuuit; ex veteribus, maximo fuit adiumento* Avgvstodvnensis, *cuius frequens posthodùm futura nobis mentio.*

Is de quadruplici sensu ita scribit: Hic liber agit de nuptijs, quæ fiunt quatuor modis, historicè, allegoricè, tropologice, anagogicè. Iuxta Historiam *fiunt nuptiæ duo-*

bus modis, aut carnis commixtione, aut sola desponsatione. * Sola desponsatione, vt MARIAE & Joseph. carnis commixtione, vt Salomonis & filiæ Pharaonis, quam sibi iure copulauit matrimonij, cui & domum auro gemmisque decoratam ædificauit. Juxta ALLEGORIAM quoque fiunt nuptiæ duobus modis: vno, quo verbum Dei sibi carnem coniunxit, id est, quo Deus humanam naturam sumpsit, quam in dextera patris exaltatam in solio gloriæ collocauit: alio, quo Christus Deus homo vniuersam Ecclesiam, id est, totam fidelium multitudinem per commixtionem corporis sui sibi sociauit, quam & sanguine suo subarrauit, & lauacro baptismatis lauit, & variis Spiritus sancti charismatibus dotauit. Juxta TROPOLOGIAM etiam fiunt nuptiæ duobus modis: vno, quo anima Christo per dilectionem copulatur: alio, quo anima, quæ est interioris hominis inferior vis, spiritui, qui est superior vis eius, per consensum diuinæ legis coniungitur; de quo coniugio spiritualis proles, id est, bonum opus, gignitur. Juxta ANAGOGEN * nihilominùs fiunt nuptiæ duobus modis: vno, quo Christus à morte resurgens nouus homo cœlos ascendit, & multitudinem Angelorum sibi sociauit: alio, quo adhuc post resurrectionem totam Ecclesiam in visione Deitatis suæ gloriæ copulabit.] Hæc ille, acutè admodùm: non tamen, quoad sensum Historicum & Allegoricum satis cautè: cetera sanè intellecta vera sunt. De Tropologia placet quod dicit, nec de Anagoge displicet: velim tamen vtrumque illum sensum coniungi. HISTORICVS sensus, siue argumentum libri præcipuum est, Dei amor & beneficia in Ecclesiam, secundùm diuersos Ecclesiæ status & incrementa, à primo iusto Abel, non ad IESVM modò resurrectionem (vt plerisq; visum) sed vsque ad mundi finem, & militantis Ecclesiæ cum triumphante inseparabilem vnionem: quæ fuit sententia multorum [b].

* sic corrigo lacunã.

Nuptiæ cur ot modis fiant iuxta quadruplicem Scripturæ sensum.

* script. nihilò minùs.

[a] Cassiodor. Angel. Bedæ, Haym. Alcuino, D. Thomæ, & aliis.

[b] Theod. Aponij, Anselmi, innominati cuiusdam membranicei Collegij Soc. IESV Louan.

CAPVT QVARTVM.

DE FORMA HVIVS OPERIS.

EAM indicat inscriptio, CANTICVM CANTICORVM SALOM. cùm Canticum audimus, monemur esse carmen lætum, vt solent in nuptiis Epithalamia: cantilenam nuptialem excellentissimam: sed, ne sacratiora profanis fiant peruia, velatam tegminibus metaphorarum, quibus voluptates, & veri, atque legitimi amoris affectus purissimi conteguntur, vt testantur D. DIONYSIVS AREOPAG[c]. & D. AVGVSTINVS. Præterea docemur, leges cantilenarum amatoriarum in ipsa Metaphora obseruari, quoad stylum sensumque, vt iste spirans affectum, sed occultior sit: ille verò comptior & ornatior verbis, vt flosculis variegatis amorem propalet. Nam Salomon terna quasi triplici colore distincta licia connectit, non vt, cum Pharmaceutria, Daphnin magico attractum rhombo in vrbem deducat; sed vt diuina incantatione fideles animas ad Deum perducat; & sic vni viro virginem castam Ecclesiam Christo exhibeat, sistátque. Agit primùm de nubentibus velut sponso & sponsa, & vtitur phrasi epithalamiis accommoda. Agit de ijsdem, vt de pastore & grege, & tum bucolicum seu nomicum dicendi genus adhibet. Agit vt de agricola & vinea, & stylo ludit georgicorum. Ex hoc triplicis eloquentiæ fonte, peritissimus cœlestis condituræ pharmacopœus seu pocillator κυκεῶνα maximè concinnum

[c] Dionys. epist. 9. ad Tit. Augustin. li. 17. de ciu. c. 20.

2. Cor. 11. vi 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cinnum propinat. Cernitur etiam (vt notat RVPERTVS) quod ad gratiã epithalamij non parùm facit, intercalare carmen duplex; vnum sodalium, Quæ est ista, &c. alterum sponsi sponsæq; : Adiuro vos, &c.

Totus liber figurata locutio.

Totus itaque liber est, quasi continua quædam tropica seu figuratæ locutio: & fruſtrà sunt qui allegoriam *separant à* littera, *quia ipsamet* littera, *est tota quædam* allegoria: *non, vt* allegoriæ *nomen, cum D. Paulo, petram scaturientem de Christo explicante, Theologi accipiunt, pro typo & figura rerum futurarum: quo sensu* historiæ, *ac* litteræ *opponitur; sed prout* allegoriam *sumunt rhetores, quando verborum aliqua fit inuersio, & à cognata sibi significatione ad aliam aliquam deflectuntur: quod accidit in* Metaphoris, *cùm verborum tãtùm significatio transfertur: velut ab homine risus ad prata: vel accidit in* parabolis & apologis, *cùm res reb. conferuntur, vt facit non semel in Euãgelio Christus Dominus, & hoc toto libro Salomon: qui sub carnalis amoris & connubij descriptione spirituale nobis connubium & amorem meliorem indicauit. Materia libri (inquit* HONORIVS) *est* „ *sponsus & sponsa, id est, Christus & Ecclesia, vt in Euan-*
Ioan. 3. v. 29 „ *gelio scribitur:* Qui habet sponsam sponsus est. &
Matt. 25. v. 1. „ *item:* Decẽ virgines exierunt obuiã sponso & spon-
„ sæ. *Christus namque per simile sponsus dicitur, quia sicut*
„ *sponsus sponsæ carnaliter coniungitur, & vnum cum ea*
„ *efficitur: ita Christus per assumptam carnẽ Ecclesiæ associatur, & ipsa per comestionem corporis eius ei incorporatur. vnde & corpus eius scribitur, cuius caput ipse legitur, membraq; eius omnes electi, per fidem & dilectionem*
„ *ei connectuntur.*] *Sic autem amoris huius diuini initia, progressum, terminum, omniaq; adiuncta & connexa nobis exposuit, vt non dicam nihil ei simile in poëtarum*

vel rhetorum vnquam libris queat inueniri; sed vt, si Amor ipse & ipsamet natura, de se scribere velint, non aliter scripturi videantur. Nimirum ipse in Salomone Deus, qui vera Charitas est, & naturæ auctor, loquebatur.

Duplex sensus est in allegoriis.

Ceterùm in huiusmodi allegoriis parabolicis, *qui sensus est* allegoricus *seu* parabolicus, *idem est* historicus & litteralis: *sed in istiusmodi* parabolis *duplex sensus* litteralis *diligenter est distinguendus. vnus enim est merè* Grammaticus, *reuera nihil nisi voces & verba complectens, quem scriptor vix attendit, saltem non nisi, vt vas sensus, & liquoris melioris, vel vt corticẽ vilem medullæ pretiosioris: alter verè* Historicus est, *quem per se & præcipuè scriptor intendit, & est quasi liquor in vase illo exhibitus, vel medulla cortice illo contecta.* Historicus *iste sensus, quando scriptio simplex est, & sine figuris & schematibus, non differt à* Grammatico *sono: sed quãdo scriptio metaphorica & figurata est, plurimùm isti duo (vt dixi) differunt. In* parabolis *etiam* Historicus *iste interdum idem est cum* Allegorico, *nempe quando historicus iste sub cortice parabolicæ locutionis non complectitur aliquid veteris testamenti, quod sit typus alicuius rei exhibitæ in nouo testamento; sed agit tantùm vel de reb. noui testamenti, vt in plerisque noui testamenti parabolis; vel res veteris & noui testamenti coniungens quasi de vna re loquitur, vt hìc de Synagoga Iudaica & Ecclesia Christiana, tanquam de vna & eadem diuersis tamen temporibus, sponsa. Interdum verò in parabolis* Historicus *iste sensus differt ab* Allegorico, *vt quando in veteri testamento parabolæ quædam typicæ proponuntur, veluti cũ de Iuda dicitur,* Catulus leonis Iuda*. Grã-
*Gen. 49. v. 9. „ maticus *siue* Metaphoricus *sensus est, de feræ illius somno;* Historicus, *de Iuda patriarcha vel tribu;* Alle-

Sensus parabolicus: quis sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

goricus *de Christo. Hæc distinctio diligenter est notãda, vt frequenter summoperè necessaria, & cuius omissio miras & magnas soleat parere in S.S.ª explicatione confusiones. Et secundùm hanc sano sensu oportet intelligere; primò, quod post* Bedam, D. Thom. *scripsit ad initiũ c.8. nihil hunc librum habere quod iuxta litteram intelligi possit; negat enim de sono* grammatico, *non de sensu* historico *verborũ: deinde quod* Angelomvs *hîc in Præfatione negauit quidquã sensu* Historico *accipiendum. abutitur enim nomine historici sensus pro metaphorico. alioqui vtrumque dictum reprehendi mereretur.*

In. parabola quædam ornatus gratia adhibẽtur.

Notanda deinde & illa regula verissima, non quæcumque in Parabola commemorantur, ea ad Historicũ, *vel* Allegoricum *sensum pertinere, vel eo explicari debere: sed ornatus dumtaxat & decoris gratia, non vt membra, sed vt emblemata; non quia necessaria, sed quia sic fieri soluta, inseri solere: atque ideò non omnia bonum interpretem, quæ in ipso litteræ cortice occurrũt, ad medullam litteræ transferre, & accommodare debere; sed ea dumtaxat, quæ ad essentiam (vt sic dicam) medullæ, & scopum auctoris, finemq; parabolæ spectare videbuntur. quæ autem sint talia, id ex fine parabolæ intelligendum. Nec semper personæ personis, nec partes partib. per omnia scrupulosè sunt conferendæ; sed totum negotium toti negotio comparandum, & totum sententiæ corpus intuendum, & integrum ex integra parabola trahendũ, vt optime* Ioan. Maldonat. *admonuit in* Matth. *c. 11. v. 16. in c. 13. v. 25. c. 18. v. 23. & passim.*

Dialogisticæ personæ quę hic sint.

Canticvm *nostrum seu Parabola Dialogistico more personarum interlocutione distinguitur. sponsi & sodalium, sponsæ & adolescentularum eius comitum.* Sponsus, *est Christus:* sponsa, *Ecclesia, vt optimè docent*

Theo-

Theodoretvs & Aponivs. *Sponsi sodales accipio cum* Anselmo *Apostolos, & omnes animas adultæ iam virtutis, qui sponsum comitantur, & ceterum Ecclesiæ corpus admonent, & adiuuant, ne thorum violet, sed vni sponso Deo adhæreſcat.* Sponsæ comites, *adolescentulas, cum iisdem Patribus interpretor animas adhuc virtute imperfectas, & ideò nondum sponsas, sed quia ad idem adspirant matrimonium, sponsæ comites & æquales, non re, sed spe; donec imitatione, eruditione ac robore adultæ ipsæ quoque sponsæ fiant.*

Partes huius operis quæ.

Series & contextus totius operis repræsentat nobis ætates & incrementa Ecclesiæ. Quare prætermissis illis partitionib. nimis minutis, & subtiliorib. quàm veriorib. vel in quatuor sponsas Honorii, *vel in decem cantica correspondentia decem figuris vet. testam. quæ est* Christopolitani *diuisio, vel in sect. 40. vt secuit* Beda, *vel in actus comœdiarum quinque (vt quidam recentiores) placet in tres partes diuidere cum* Philone *Carpathio*[a]. *Sed partes quas assignat non placent: malo cum interprete. Anonimo collegij nostri Louanienſis in partes alias distinguere. Scriptor ille nondũ editus in lucem, sed delitescens mẽbranis inuolutus, considerat illud B.* Pavli *ad Ro. 11. v. 25.* Cæcitas venit in Israël ex parte, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. *Vult itaq; sicut illic tres status Ecclesiæ significãtur; eo q; Iudæis excæcatis & ramis oliuæ defractis, pop. Gentiũ q; oleaster erat, in frugiferã Iudæorum oliuam insertus fuit, & socius radicis, & pinguedinis oliuæ factus, inualuit atque profecit: donec ingressa gentium plenitudine, tandem quoq; reliquiis Israël in mũdi fine accedẽtib. sicut arena maris, Ecclesię filij multiplicabuntur. Pari ratione vult tres esse libri huius prophetici partes.* Primã

[a] in fine cõmentarij.

ũ 2 de

Universidad de Deusto
Biblioteca

de statu inchoantis Ecclesiæ, quo mutua Christi & Ecclesiæ quasi desideria continentur: aliam, *qua iam quasi adolescens & crescẽs Ecclesiæ ætas describitur, quoad statũ medium*: tertiã, *qua plenitudo perfectæ ætatis & ouilis (vt ita loquar) gregibus cunctis receptis plenitudo exhibetur.*

Tres partes huiusoperis quomodo designẽtur.

Prima *pars incunabula amoris, & curriculi quasi carceres*: secunda *progressum & incrementa, & quasi medium stadij spatium*: tertia *culmen amoris, & quasi circi metas repræsentat. Hos gradus spiritualis amoris periti & experti, in animab. quoque sponsis singularibus, vocant gradus incipientium, proficientium, perfectorum. Non ita tamen se spiritus prophetici libertas his gradib. adligat, vt nunquam agat desultoriè, vel medios aliquando gradus non transiliat; & subitò rursus non redeat ad antecedentia, non vtatur anticipatione, non vtatur recapitulatione, & non feratur quò rapuerit is, quo agitante incalescebat: plerumq; nihilominùs seruat, quam dixi gradationem. clara licet vestigia cernere status* incipientium *à principio ad c. 4. v. 8.* proficientium *ab hoc vers. vsq; ad comma 11. c. 5.* perfectorum *denique affectu plena sunt reliqua carminis ad calcem vsque libri. Videbis in primo statu parcè, modicè, & à solo sponso laudatam; in secundo & à sponso & ab aliis nonnullis, & multò vberiùs liberaliusq;, in tertio à cunctis quàm vberrimè & profusissimè. Hæc vt clariùs intelligantur, duplicem illam litteræ sententiam,* Parabolicam *nempe &* Historicam *prosequar, sicq; coniungam, vt & confusio vitetur, & vna alteram illustret.*

Ceterùm continuata series operis satis ostendet ignauiæ patrocinium quærere, qui negant quicquam seriei aut ordinis in hac prophetia seruatum; & ideò vt lubet quidq;

quo

quo lubet loco explicant: ostendit quoque non satis solidam vel fundatam Neoterici cuiusdam boni sanè poëtæ coniecturam, qui censet alio Salomonem ordine olim hoc Canticum composuisse, quàm posteà Esdras digesserit. operæpretium non puto eius argumentis refellendis tẽpus insumere. Illud monitu & obseruatu vtilius ad modum prophetiæ intelligendum: Salomonem à Spiritu sancto simul reddi memorem eorum quæ in figura primæ sponsæ Synagogæ iam acciderant: & docere, quorum præterita illa futurorum typi essent & imagines; & verba atque seriem verborum tradi, quib. hæc explicari volebat. Potest hoc luculentiùs explicari exemplo victorio. finge itaq; aliquem virum sapientẽ perito pictori in loco remoto delineata artificiosissimè phænomena (v.g. lunæ deliquiũ) ostẽdere, & simul docere, quid illa solis & lunæ cõiunctio, quid terræ interpositio, quid talis pallor, quid tãta vel talis obscuritas, & alia quæ hîc consideranda, significẽt ac portendãt: indicare præterea colorum illam varietatẽ, & ea spacia, ac tabulæ modum, quo sibi ista exprimi vellet: demum, qui animis fortè minutæ essent, vel nimis splendidæ exemplaris illius lineæ ac ductus, ideò simul proponere pictori speculum, vt quæ in exemplari visilia quidem erant, sed aspectum tamen pictoris luscitiosi fugiebant, illa ei faceret conspicua. Crede huic pictori similem esse Salomonem, sapientẽ illum esse Spiritum S. speculũ lumen propheticum, exemplar historiam seu typum veteris testamenti, quæ quod typus erat noui testamenti & euenturorum, ideò phænomenon *nomen meretur. Erant lineamenta & ductus exemplaris certi, distincti, & conspicui; sed visum tamen humanæ mentis fugiebant: ideò vt à Salomone possent cerni & discerni, mentem eius lumine prophetico Spiritus S. collustrauit. Proposuit illi hoc exemplar eorum,*

Series & ordo in hoc opere seruatus est.

quæ Synagogæ olim euenerant vsq; ad Salomonis tempus indicauit simul ea, quæ futura erant post eius ætatem. Phænomena illa erant, quia cuncta Iudæis in figura contingebant *, *vt quædam futurorum prædictiones. Sic ergo Salomon speculum proponente Spiritu sancto didicit, quæ futurorum illis præteritis significarentur. erant exemplaris illius lineamenta animis delicata, subtilia, & illustria, ideò lumine prophetico mentis acies fuit illuminanda. luminis huius ea vis fuit, vt non externam modò linearum, & totius picturæ speciem; sed internam quoq; prædictionis significationem, & commodiorem, diuinâque sapientia digniorem, qua hæc alios doceret, rationem, methodum, phrasim, ei simul proponeret. Vnde fit: vt sic aliquando loquatur de futuris, quasi de præteritis ageret; de præteritis quoque quasi de præsentibus loqueretur.*

Phænomena cur hæc appellauerit. 1. Cor. 10. v. 11.

Cur Canticum Canticorum inscribatur.

Sed cur inscribitur, CANTICVM CANTICORVM? *plebeïa illa lectio* Cantica Canticorum, *vt Hebræo & Græco contextui repugnans, iure optimo iampridem ab* ORIGENE *fuit repudiata.* CANTICVM *ergo dicendum, vt Latini codices optimi quique continent. Additur* CANTICORVM, *non quòd sit compendium cunctarum Salomonis cantilenarum; neque quòd sit vnum duntaxat illorum quinque millium ab eo compositorum: sed ad denotandam, ex vi Hebraismi, huius cantici excellentiam, sublimitatem, & diuinitatem. Sic enim Hebræi vocant* locustam locustarum, regem regum, dominum dominantium, sabbatum sabbatorum, sancta sanctorum. *Communis ista & vera est* [a] *Hebræorum,* [b] *Græcorum,* [c] *Latinorúmque sententia; ex parte sponsi probant, quia canitur Regi regum; ex parte materiæ, quia continet mysteria mysteriorum, & beneficium beneficiorum; ex parte finis, quia cæterorum Canticorum fines in huius Cantici metam vt finem vltimum feruntur: ex parte medij, quia Deus hoc libro tanquã puræ pulchritudinis, & sinceri amoris sui vinculo, nos constrictos ad se pertrahit; ex phrasi stylóque, quia est ornatissima, compressima, prægnantissima, & arcanissima.*

[a] Akiba, Eleazar, Iarchi. [b] Origen. in Prologo qui confert cũ aliis Cãticis, Nysse. Phil. Theodor. [c] Aponij li. 1. Greg. Cassiod. Hono. Rupert. hic Beda. hõ. 1.

Huius libri quis idoneus lector.

Si vis, adde & ipsum ingenium idonei lectoris vel auditoris. requirit enim longè perfectiorem, quàm cæteræ S. S. partes. Iudæi XXX. annis iuniorem arcebant, rectiùs facturi, si ad virtutis, quàm annorum plenitudinem attendissent. Prudentiùs Orthodoxi PATRES, *non quibus annis, sed quibus animis hac lectione sint initiandi, docuerunt. Sobrium & temperantem requirit* ORIGENES *hom. 1. è duabus; cuius iam passiones deferbuêre, auulsáque cogitatio & amor à terrenis desideriis cœlestiũ cupidini adhæresc it.* NYSSENVS *hom. 1. eos qui lumbos impatibilitate quadam succinxerint, & veterẽ concupiscentiæ hominem exuti, nouum innocentiæ induerint. Bestiales enim (ait* RICHARDVS VICTORINVS *in præfat.) nobis affectus exuendi sunt, ne ad sacrum hunc montem accedentes bestiæ, lapidũ grandine obruantur, aut cælesti incendio absumantur. Debemus hic per amoris terreni verba ad cælestis amoris affectum eleuari; dum carnea quædam membra audimus, spiritualia quæ his adumbrata cogitare, & in istis corporeis & exterioribus interna confestim scrutari, & de corpore loquentes extra corpus fieri. Hìc paleæ frumentum tegunt, paleas belluis sinamus, nos rationalem cibum quæramus. Alioquin, verborum exteriore contenti sono, similes essemus iis, qui negligentes historiam in tabula depictam, solis se coloribus oblectant. Cauendum ne, si secundùm animalem tantùm hominem hæc audiamus, nihil secun-*

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ dùm spiritum capere valeamus, ne (vt aiunt D. GREGO-
„ RIVS & RICHARDVS) quod positum vt nos leuet,
„ magis id grauet & opprimat: ne (vt cum PHILONE lo-
„ quar) mens grauata crimine aut aliquid voluptuosè cogi-
„ tans, inde lethale vulnus accipiat, vnde salutarem medi-
„ cinam & animæ refectionem capere potuisset.

Cur hic cõparatione terreni amoris S. S. vti voluit.

Vti voluit Spiritus sanctus comparatione terreni amoris, quia hominibus quos instruebat, iste notior erat: & est diuini quædam imago, & vtriusque proprietates adeò sunt consimiles & consonantes, vt diuino amori explicando nullæ magis idoneæ similitudines, nulli luculentiores possint colores adhiberi: loquor de terreno honesto, ab omni obscœnitate semoto. huius & cœlestis similia sunt, etsi inæqualia, principia; similia fomenta & alimenta; similes motus, affectus, progressiones, termini, atque fines. Vt pulchri species, quæ in corporibus amorem excitat sui, tantummodò est vmbra quædam speciei, quæ ab intelligibili manans pulchritudine, flammas in anima deuota succendit: sic etiam terrenus amor cœlestis amoris quædam est adumbratio, illum vbique, & semper imitãs, & consectans. Quamobrem necessarium erit, vt cum Salomone nos quoque terreni huius amoris vestigia sedulò calcemus, soni verborum, hoc est, Parabolæ explicatione: deinde illa ad cœlestem Christi & Ecclesiæ amorem transferamus, & sic per illam nubem hanc lucem inaccessibilem, vt in aqua limpida, vel polito speculo solem, oculis mentis intuendum exhibeamus.

CAP.

CAPVT QVINTVM.

DE INTERPRETIBVS QVORVM VSI ET ADIVTI SCRIPTIS SVMVS.

QVID consecutus sim labore improbo, nescio; magnum exantlasse me, plurimorum lectione & collatione codicum, scio. Nec dissimulabo per quos profecerim: hi sunt sequentes.

EXCVSIS partim Latini, partim Græci, partim Hebræi; partim veteres, partim recentiores.

HEBRAEIS vsus præter THARGVM Chaldaicum, illis qui exstant,
ABENEZRA.
SALOMONE IARRHIO.
DAVIDE KIMCHI.
Innominato quodam.

GRAECIS vsus sum, quos nanciscì potui quatuor.
ORIGENE, qui deficit in cap. 2. v. 15.
GREGORIO NYSSENO, qui deficit in c. 6. v. 9.
PHILONE CARPATHIO, in quo miror plurima inueniri, quæ totidem ferè verbis occurrunt

in B. Gregorij Pontificis cõmentario. Suspicor Græculum aliquem recentiorem ea ex D. Gregorio Philonianis immiscuisse potiùs, quàm vetustum illum Carpathium ea scripsisse. nam cum reliquo commentario non nimis cohærent.

THEODORETO, & *quos hic citat* { TRIBVS PATRIBVS, PSELLO, *qui deficit cum* NYSSENO, *cuius est nimis concisus abbreuiator.*

LATINI impressi veteres, quos habui, sunt;

APONIVS, *& eius abbreuiator* LVCAS *Abbas.*

CASSIODORVS. *Sed hoc opus, vel non est Cassiodori Magni, quia cap. 3. v. 11. citat Gregorium Papam; vel (vt arbitror) nonnullis locis scioli interpolarunt.*

IVSTVS ORGELITANVS.

GREGORIVS PAPA.

BERNARDVS, *& eius continuator* GILLEBERTVS *Abbas de Hoitlandia, qui incipit in cap. 3. vbi Bernardus desierat, & deficit in cap. 5. vers. 10.*

BEDA.

HAYMON, *qui ferè abbreuiat Bedam.*

ANSELMVS.

VVILLERAMVS ABBAS *qui fermè semper sequitur Cassiodorum: hunc Bernardus Luxemburgus lib. 1. Catalogi, scribit fuisse origine Babenbergensem, monachum Fuldensem.*

ANGELOMVS, *qui semper ferè abbreuiat Aponium.*

RVPERTVS TVITIENSIS.

RICHAR

RICHARDVS *de sancto Victore, qui pauca tantùm loca explicat.*

THOMAS AQVINAS, *si modò eius est commentarius ijsdem fermè verbis ex Haymone expressus.*

ALANVS DE INSVLIS, *qui obijt anno 1294. & editus est Parisijs anno 1540. quem diligentia, & beneficio Andreæ Scotti, hominis pij & eruditi, sum nactus, diu quæsitum.*

MANVSCRIPTOS habui commentarios.

HONORII AVGVSTODVNENSIS *explicationem quadruplicem, quam antè laudaui: & eiusdem* SIGILLVM MARIAE *ex monasterio S. Laurentij ord. D.* BENEDICTI *apud Leodicum; habui diligentia Petri Orani V.C. amici intimi.*

ALCVINI FLACCI *ex eodem S. Laurentij cœnobio.*

DECANI AMBIANENSIS (*nomen non additur*) *ex monasterio Parcensi: hunc suspicor esse M. Ioannem Hailgrinum, cuius exstat expositio de B. Virgine, edita cum Thoma Cistercienſi.*

INNOMINATORVM *duorum ex collegio* SOCIETATIS IESV *Louanij.*

GVILHELMI PETYTE *seu* PARVI, *quem posset quis suspicari non esse* GVILHELMVM NEOBVRGENSEM *seu* NEOBRIGIENSEM; *quia testatur non vno loco, se primùm totum* CANTICVM CANTICORVM *de* DEIPARA VIRGINE *explicasse: quod si verum esset, diu ante Neobrigiensem, seu Neoburgensem, imò & ante* RVPERTVM & HONORIVM; *qui ipsi quoq; de B. Virgine sunt interpretati, circa annum Domini 1120. vixisset. Arbitror*

 tamen

Universidad de Deusto
Biblioteca

tamen illis duobus iuniorem fuisse, & se primum putasse, quòd eorum commentaria non legisset. Opus enim dicauit Abbati Rogerio, cuius iussu scripserat, quem Rogeriũ refert Polydorus Virgilius lib. 13. histor. Angl. vixisse circa annum 1170. Beccensem Abbatem fuisse, & Archiepiscopatum Cantuariensem repudiasse oblatum. valdè senex noster Guilhelmus fuit, si idem cum Neoburgense, quem & Paruum sunt qui cognominent: nam Neoburgensis ad annum vsque Domini 1208. vixit. Ei sanè hunc eumdem, quo sum vsus commentarium tribuit Balæus hæreticus Zuinglianus in Catalogo scriptorum Angliæ. Acutus, doctus, pius fuit: dabo ex illo præcipua, ex M. S. Collegij Societatis Louanienſis resectis inculcationibus iteratis; quæ huic auctori satis sunt familiares.

GILLEBERTI *siue* GVALBERTI (*secundùm alios*) DE CATACVMBIS, *qui incipit, vbi diuus Bernardus desinit, ipse verò desinit in cap. 5. v. 10. sed non tam est alius, succinctior, & breuior Gilberto de Hoitlandia, quàm excerptum quoddam ex fusioribus eius sermonibus, & quidem Hoitlandij verbis retentis.*

RECENTIORIBVS impressis vsus sum multis, quorum hæc nomina.

NICOLAVS LIRANVS.

HVGO CARRENSIS CARDINALIS.

DIONYSIVS CARTHVSIANVS.

DIONYSIVS CISTERCIENSIS; *cuius pro concionantibus commentarij sunt vtiles.*

CARDINALIS *de* HALLIACO.

CARDINALIS HAILGRINVS, *vixit anno* 1233. *fuit Car-*

Cardinalis Sabinensis & Decanus Abbatisuillæ, & Ambianensis.

IOANNES GERSON, *qui nihil ferè explicat.*

AGATHIVS GVIDACERIVS.

IOANNES ARBOREVS.

FRANCISCVS TITELMANNVS, *cuius commentarius valdè vtilis.*

PETRVS NANNIVS *huius Paraphrasis laude digna.*

GILBERTVS GENEBRARDVS, *Benedictinus, Archiepiscopus Aquensis, & Theologus Parisiensis, cuius commentarius est vtilis doctis, magis quàm ceteris.*

LVISIVS LEGIONENSIS, *omnium (meo opinione) recentium hac in re Princeps: cuius sum vsus tantùm editione prima. pòst accepi prodiisse secundam & tertiam, quas nancisci non potui.*

HIERONYMVS OSORIVS, *magni Hieronymi Osorij,* NEPOS.

FRANCISCVS MONCÆVS, *qui eleganti, & Maroniano carmine reddidit, & lucubrationes addidit. laude dignus, quòd fœlix ingenium ab Helicone in sacram Sionem maluit transferre.*

PROSPER ROSSETTVS, *deficit in cap. 11. vers. 8. concionatoribus futurus non inutilis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

MARTINI DEL RIO SOCIETATIS IESV PRESBYTERI, COMMENTAR. ET CATENA IN CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.

AGREDIOR (IESV auspice) NOVVM an ANTIQVVM dicam? sed potiùs NOVANTIQVVM Canticum commentario NOVANTIQVO explicare. Noua lima, quam ad antiquam orthodoxorum Patrum amussim exegi, NOVANTIQVA vocaui meritò. Canticum ipsum, si tempus Salomonis spectes, inter antiqua numerandum; si mysterium attendas, verè semper nouum, verè semper admirabile, & nunquam satis, neque cantatum, neque explicatum. Totum etiam nouum; vt in finem tendit nouæ legis gratiam. Vidit hoc perspicax ingenium Guilhelmi Parui, & luculenter indicauit, operis sui præfatione verbis huiusmodi; Canticū aliud *vetus*, aliud *nouum*. Canticū vetus est, ad quod inuitatur omnis intellectualis creatura, cùm dicitur, *Benedicite Domino omnia opera eius*[a]. Canticum verò nouum est, ad quod tantummodo inuitatur omnis terra, id est, omnis ex redemptis hominibus Ecclesia, cùm dicitur; *Cantate Domino canticū nouum, cantate Domino omnis terra*[b]. Vtrumque sanè Canticum canit omnis terra; sed cum sanctis Angelis Canticum vetus cantat Creatori: sola verò canticum nouum cantat Redemptori. Sola, inquam,

Guilhelmus.

Canticum vetus & nouum qualia sint.

[a] *Daniel. 3. & Psal. 102. v. 22.*

[b] *Psal. 95. v. 1.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terra cantat canticum nouum: quia *Veritas de terra*, non de cœlo, *orta est*[a]; id est, *verbum caro*, non angelus, *factum est*[b], & *habitauit in nobis*. Itaque ad Angelos canticum nouum minimè pertinet, quia, vt ait Apostolus[c], *non Angelos, sed semen Abrahæ*, id est, terram redemptrix veritas, *apprehendit*. Vtrumque verò Canticum, vetus scilicet & nouum, in Apocalypsi Ioannes insinuans, *Vidi*, inquit, *eos, qui vicerunt bestiam, habentes citharas Dei, & cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni*[d]. Canticum serui Dei, cui datum est diuinorum distinctiones operum fideli narratione exprimere; canticum illud vetus est, quo benedicunt omnia opera Domini Domino. Canticum verò Agni, est canticum illud nouum, quod cantat ea quæ est in hominibus Ecclesia, cuius caput est *Agnus Dei qui tollit*[e] *peccata mundi*. Qui vicerunt bestiam, redempti homines sunt, facti scilicet per sanguinem Agni, ex membris bestiæ, membra Agni. Nempe Agnus gloriosè vicit bestiam dentibus vnguibúsque armatam; *fortem* scilicet *armatum custodientem atrium suum*[f]: & in capite membra vicerunt, quibus à capite dictum est; *Confidite, ego vici mundum*[g]. Citharæ Dei, quas habent, eorum spirituales vel etiam corporales fauces sunt. vnde Propheta; *Exaltationes*, inquit, *Dei in faucibus eorum*[h]. Quippe in faucibus suis, quasi quibusdam musicis instrumentis cantant Domino vtrumque Canticum. Sed vetus cum Angelis Creatori, nouum soli Redemptori. Ipsis enim solis *verbum caro factum est*, ipsis solis *in sanguine Agni* insigne beneficium redemptionis prærogatum est. In hoc sanè Cantico Agni, duo specialiter cantantur, *Misericordia* scilicet & *Iudicium*. Vnde quidam de numero redemptorum; *Misericordiam*, inquit, *& iudicium cantabo tibi Domine*[i]. planè iudicium, de quo Redemptor dicebat; *Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi eijcietur foras*[k]. & misericordiam, de qua dicitur; *Misericordia Domini plena est terra*[l], id est, ea quæ in hominibus est Ecclesia. Non enim misericordia Domini peruenit vsque ad cœlum, vt apostatas angelos reformaret; sed terram impleuit, vt canticum nouum cantet Domino omnis terra. Est autem aliud canticum nouum non generale

a Psalm. 84. v. 12.
b Io. 1. v. 14.
c Hebr. 2. v. 16.
d Apoc. 15. v. 2. & 3.
e Io. 1. v. 29.
f Luc. 11. v. 21.
g Io. 16. v. 33.
h Ps. 149. v. 6. vbi nos habemus, in gutture. Sed Arnob. in Comment. legit, faucibus, vt noster.
i Ps. 100. v. 1.
k Io. 12. v. 31.
l Ps. 32. v. 5.

generale omnibus redemptis, sed eorum speciale, *qui sequuntur Agnum quocumque ierit*. De hoc cantico nouo, & de cantantibus illud in Apocalypsi[a] scriptum est; *Cantabant canticum nouum ante sedem Dei, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa 144. millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocumque ierit. Hi empti sunt ex omni populo * Deo & Agno.* Quod dicitur eos tantùm, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, potuisse dicere canticum illud, redundat & ad eas, quæ cum viris non sunt coinquinatæ: Virgines enim sunt æquè vt illi. Hoc ergo Canticum nouum non potest cantare *omnis terra*, hoc est, omnis redemptorum Ecclesia; sed qui specialiter redempti sunt de terra *primitiæ Deo & Agno*, virgines tantùm; qui non solùm integritatem mentis cum ceteris, sed etiam integritatem carnis præ ceteris, Agno mente & carne integro dicarunt. Proinde virginis Agni primitiæ ex hominibus virgines sunt: & canticum quod cantant nouum est, quia noua est virginitas, id est, cum integritate mentis Deo dicata carnis integritas. Olim enim carnis integritas Deo minimè dicabatur, quando scilicet per legem terribiliter clamabatur; *Maledictus qui non fecerit semen in Israël*. Hoc canticum cum ceteris virginibus cantat gloriosa virgo MARIA: sed procul dubio aliud est *Canticum Canticorum*, quod sola cantare potest, non quia VIRGO est (quod commune habet cum multis) sicut nec quia MATER est (quod itidem habet commune cum tam multis): sed quia fœcunda virgo, & virgo puerpera; quod scilicet in ea vnicum & singulare est. non enim eius priuilegium est, quod est virgo inter virgines; sicut nec eius prærogatiua est, quod est mater inter matres; sed in ea singulariter insigne est, quod est mater inter virgines, & virgo inter matres, & ob hoc virgo virginum, & mater matrum. Itaque nõ est Canticum Canticorum, quod cantat illa cum virginibus, siue cum matribus; sed verè est Canticum Canticorum, quod sola cantat inter matres, & sola cantat inter virgines. cantat enim inter matres canticum virginitatis, & inter virgines canticum fœcunditatis. Hoc verè est Canticum plus quàm nouum

a Apoc. 14. v. 3. & seq.
* corrige, primitiæ Deo & Agno.
Canticum nouum quod sola cantat virgines, quidnã.
Maria Virgo peculiare habet canticum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" & Canticũ Cãticorum, quod nemo potest dicere Agno,
" nisi illa, quæ peperit Agnum. *Canticũ* ergo nouũ tri fariam
" diuiditur, in illud scilicet quod *cantat Domino omnis terra* [a];
" & in illud, quod cantant, *qui* specialiter *empti sunt de terra*;
[a] Psal. 95. v. 1. [b] Psal. 84. v. 12.
" & in illud quod cantat illa [b] *terra de* qua *veritas orta est*. de
" hac terra singulariter fructifera & alibi dicitur, *Aperiatur*
[c] Esai. 45. v. 8.
" *terra, & germinet* [c] *Saluatorem*.] Videtis quàm acutè triplex
Cantici canticorum melos proposuerit, vnum commune
toti Ecclesiæ; alterum proprium animabus seu sponsis se-
lectioribus; tertium excellentissimum peculiare selectæ
selectarum sponsarum DEIPARÆ VIRGINI MARIÆ.
Conabor ea fauente, & SPIRITVS SANCTI Gratiam
seruulo suo impetrante, triplicem sensum huic triplici
melodiæ accommodare, Primò LITTERALEM seu HI-
STORICVM, Secundò TROPOLOGICVM, Tertiò mix-
tum; qui partim TROPOLOGICVS, partim HISTO-
RICVS, vt dixi de B. Virgine. Duo tamen vl-
timi; quod iis, qui hos tradidere, video
placuisse; minùs anxiè seriem
temporis consecta-
buntur; quàm
primus.

VVLGA

VVLGATA EDIT.	EDIT. LXX.
CANTICVM CANTICORVM SALOMONIS.	I. CANTICVM.

HANC veram esse LXX. inscriptionem, apparet ex edi tione Rom. nam quod alij addiderunt; Canticorũ; id in illo exemplari prætermissum; Hebr. tamen habent. Noster, quod ex Hebræis pro primo versu LXX. reddidere. Canticum canticorum, quod est Salomon. id in titulum operis reiecit, & à versu 2. orditur. Scholium.

CAPVT I. VVLG. EDIT.	SECTIO I. EDIT. LXX.
	Canticum canticorum quod est Salomon.
2. Osculetur me osculo oris suij; quia melior sunt vbera tua vino.* frágrátia vnguẽtis optimis. Oleũ effusum nomen tuũ: ideo adolescentulæ dilexerunt te.	*Osculetur me ab osculis oris sui: quoniam bona vbera tua super vinum: & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata: oleum effusum est nomẽ tuum. Propterea adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te: post te in odorem vnguentorum tuorum curremus. Introduxit me rex in cubiculum suum. Exultemus & lætemur in te: diligemus vbera tua super vinum; rectitudo dilexit te. Nigra sum ego & formosa, filiæ Hierusalem, vt tabernacula Cedar, vt pelles Salomonis. Nolite aspicere me, quia ego denigrata sum: quia despexit me Sol. Filij matris meæ pugnauerunt in me. Posuerunt me custodem in vineis: vineam meam non*
3.	
4. * Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorũ. Introduxit me Rex in cellaria sua: exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorum super vinum: recti diligunt	
5. te.* Nigra sum, sed formosa, filiæ Ierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.	
6. * Nolite me cõsiderare, quod fusca sim, quia decoloravit me Sol: filij matris meę pugnauerũt cõtra me, posuerũt me custodẽ in vineis: vineã meã non	

Universidad de Deusto
Biblioteca

7. nõ custodiui.*Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiã post greges sodalium tuorum.

custodiui. Annuncia mihi, quem dilexit anima mea, vbi pascis, vbi cubas in meridie: ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum.

COMMENTARIVS.

LITTERA.

NImis quàm notum opinor, ex iis etiã quæ in ISAGOG. dicta, in Metaphoricis locutionibus præter id quod verba sonant, aliud verborum scriptorem animo voluisse: cúmque Metaphora omnis tacitam quandam verborum, & mentis similitudinem comparationémque contineat; nec enim illa foret non inepta, quæ verba, rei significandæ instituta minùs idonea, proponeret; sequitur necessariò, Metaphoram explicaturo similitudinis huius vim atque rationem notissimam esse oportere: &, si officio suo ritè fungi velit, debere, vt architecti solent, primò fundamentum altum iacere, tum fundamento iniicere calcem, gypsum, aliamue materiam, ei quæ supra fundamentum consurget structuræ colligandæ, firmandæque maximè opportunam. Hoc mihi nunc propositum. fundamenti loco futura grammatica quædam difficiliorum verborum & idiotismorum enucleatio, quam VERBA visum nuncupare, quia SONVM verborum indicat; structuræ loco superaddam Litteræ varias interpretationes, quæ quod SENSVM, tum Spiritus sancti, tum Salomonis ipsius, in medium proferunt, non abs re MENTEM nominabo. VERBA pro cortice foliisque, MENS pro medulla & fructu habenda. Calcis colligationisque vicem præbebit, quæ VERBA MENTI diuinè conuenire ostendet similitudinis occultæ inuestigatio. Hæc Methodus commentariorum. In qua & illud tibi notandum, vt notas intelligas. Singula me diuerbia, siue interlocutionum periodos; id omne quod simul semel persona aliqua loquitur, vocare *sectionem*. singulas autem formas seu modos commentariorum, *paragraphum* seu §. Primum itaque §. esse pro scholiis & grammaticum sensum verborum difficiliorum continere. Secundum verò §. habere mentem, seu Historicam explicationem. Tertium §. complecti Tropologiam. Quartum proponere Mixtum commentarium, de sponsa præcipua sacratissima Dei genitrice MARIA. Vltimo denique seu quincto §. vbi materia patitur, Anagogen discussam seu conatam.

Methodus Auctoris.

Persõa 2. §. 1. VERBA SPONSAE.

OSCVLETVR) Hebr. NASAK duo significat, osculari & erudire. Vide quæ notari solent ad Psalm. 2. vers. 12. nam ibi quod LXX. vertunt, *Apprehendite disciplinam*, hoc alij reddunt; *Osculamini filium*. isto loco Spiritus S. ambigua voce vti voluit, vt admoneremur sub isto carnali verborum sono, sensum spiritualis eruditionis refertissimum latere.

נשק

OSCVLO) Hebr. *de osculis*, sed pluralis num. ponitur pro singulari; &, *de*, more Hebraici idiotismi superfluum est. sensus est; osculetur me osculo illo vsque adeo mihi expetito, tamdiu desiderato, & efflagitato. Non est autem otiosum quod additur (ORIS SVI) sed valdè emphaticum. q.d. ceterorum repudio, illius, quem diligit anima mea, solius osculum oris admisero.

VBERA TVA) Rabbini & eos secuti plerique recẽtiores, DODECHA malunt vertere, *amoris tui*. Mihi, vt alias, hic quoque potior est LXX. & D. Hieronymi auctoritas. Primò me mouet, quia in more habent Hebræi primum fontem seu cubile operis, aut cogitationem denominare à variis rebus, aut corporis partibus, quæ videntur rei significandę accommodatiores, vt notauit Origenes hic hom. 1. Vt quando fructuum fit mentio, vocant arborem, & dicunt vnamquamque arborem de fructu suo cognosci [a]. Si mentio lucis fiat, vocant Lucernam; *Lucerna corporis tui est oculus tuus* [b]. Si de conuiuij accubitu agatur, vocant sinum, vel pectus [c]. Si de cogitationum qualitate aut animi virtute, cor nominant [d], *Beati mundo corde*: item [e], *de corde exeunt cogitationes*. Si de dilectione, aut amore mentio, vocem vberum vsurpant, vt mox apparebit. Secundò moueor, quia si cuncta loca discutias vbi positum est DOD, multa inuenies, quibus non satis accommodata sit *amoris* significatio [f]: contrà locus nullus est, in quo non possis *vbera* vertere. Primitiua ergo hæc est significatio *vberum*, illa verò *amoris* est translatitia, inde ducta, quòd per *vbera* Hebræi ipsam amoris sedem significant, sicut Romani *cordis & corculi* significatione. Sanè cor vberibus quasi stipatur & continetur: in his etiam vis quædam attractoria affectus. Vnde *commorari inter vbera* est sedem habere in corde: *cubile mammarum*, significat cubile amoris [g]: & quod Salomon ait, *vbera eius inebriem te omni tempore* [h], hoc est, deliciis & amoribus eius iugiter perfruaris; & alibi, *inebriari vberibus* [i], est nimiis amorum commoditatibus saturari, sicut Latinis *dulci amore ebrium esse*. Sic cum Oseë dixisset [k]; *Auferat fornicationes suas à facie sua* (quod ad actus externos pertinebat) mox adiungit, vt etiam auferat *adulteria de medio vberum suorum*, hoc est, omnem interiorem nequitiam cogitationum & desideriorum profliget. Euẽre hæc latius dicenda, vt appareat satis temerè loeutum, qui scripsit, sine sententiæ diminutione, vbera reddi non potuisse.

דדיך

Pagnin. Agath. Genebr. Arias & alij. Hebræi cogitationem variis nominibus nominant.

a *Luc. 6. v. 44.*
b *Matt. 6. v. 22.*
c *Ioan. 13. v. 23. & 25.*
d *Matt. 5. v. 8.*
e *Matt. 15. v. 19.*

דד

Vbera sedes amoris & dilectionis.

f *Inf. c. 4. v. 5. c. 7. v. 3. c. 8. v. 1. Prou. 30. v. 33. & Exo. 16. v. 7.*
g *Ezech. 23. v. 17.*
h *Prou. 5. v. 19.*
i *Prou. 7. v. 18.*
k *Ose. 2. v. 2.*

VINO) vinum Hebræi pro quolibet conuiuio læto, lautóque sumunt, si Iarrhio credimus; quia præcipua lætitiæ causa in conuiuiis vinum. Vnde & Bacchum *lætitiæ datorem* ille celebrauit. In amatoriis quoque frequens vini mentio, quia sine Cerere & Baccho Venerem frigere veteri Prouerbio receptum; & illud notum,

Vi Veneris in vinis, ignis in igne furit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apta itaque comparatio eum includens sensum; nihil vberibus tuis desiderabilius, delicijs, conuiuia, gaudia cuncta superant. Colligit Salomon studiosè, rerum amatoriarum vocabula in hoc Epithalamio; sæpiùs vini meminit, aliquando putei seu fontis signati, aliquando horti consepti seu clausi, & eorum, quæ in hortis solent poma legere, malis stipari, inter lilia pasci, & quæ similes deliciæ; meliores fuauioresque, quam in prophanis poëtis, quia castæ, innoxiæ, quia diuinæ.

Versu 3. FRAGRANTIA) est quasi ratio dicti, propterea te tanti facere vbera sponsi, quia delibuta mirabili quadam odoris vi, cunctis aromatibus & vnguentis fragrantiæ suauolentia præcellunt. Sic clarè vertunt LXX. estque vera Hebraismi (*ad odorem*) sententia; quam cùm recentiores Rabbini non intelligerent, accentu addito indicarunt pendulam esse sententiam; & subaudiendum; Quid attinet dicere de odore vnguentorum tuorum; aut quid simile. Quicquid dicat Agathius; melior est nostra versio, & succinctior.

Oleum pro quouis liquore sumitur. OLEVM) sumitur pro quouis liquore odorato, & redditur vltimi dicti ratio; Tam suauiter fragras (*ait*) vt non modò vnguentatus, aut odoratus, sed vnguentum & odor dici merearis. Sic vt rei cumulum seu culmen indicemus, abstractis vtinam non est pius, sed ipsa pietas; scelus, & stupor, non stupidus & scelestus. Vocaris (inquit) *oleum*, non pixidi inclusum, cuius odor sepultus; sed vasculo, *effusum*, quod longè lateque manet. Hebr. elegans est paronomasia SEM SEMEN. שם שמן

EFFVSVM) tale est illud Epigrammatarij;

Et fluere excusso cynnama fusa vitro.

IDEO ADOLES. DILEX. TE) hoc ait; Nolite admirari me iam viro maturam, olim desponsatam; toties interpellatam; illius sponsi nondum visi, sed probè auditu cogniti, credita pulchritudine inflammari; quem, intimis abditæ penetralibus domestici laris virgunculæ; quas virorum nec vllus aspicere, nec aspici ab vllis custodia parentum finit; sola vnguentorum eius suauitate allecta, ardenter (sat scio) adspicere desiderabunt, quem ardebunt, quem suspirabunt. Præteritum tempus sæpè in hoc Cântico, quod in cunctis Propheriis frequens, ad certitudinem denotandam, pro futuro ponitur. *Alma qual significet.* ALMA significat, virginem, planè ab oculis exterorum, & quoad fieri potest domesticorum, remotam. עלמה

Versu 4. TRAHE) illæ te diligunt, ego depereo. Sic amoris langore debilitata sum, vt nec pedibus valeam consistere; nullò minùs ad te aduolare, vel hinnulei fugientem instar consequi. Vtinam detur saltem inhærere vestigijs, & à longè consectari. Erit, erit tempus, cùm me trahes (sic omnor, sic spero) & beneuolè in genialè thalamum languentem, & meo grauatum pondere, pertrahes. Imperatiuus vim habet futuri indicatiui. Malè distinguit Aponius, Guilhelm[a], & quidam pauci veterum, *trahe me post te: curremus*: melius alij, *trahe me post te curremus*. docet accentus Hebræus Tarha, qui sententiã suspendit.

IN

IN ODOREM VNG. TVOR.) Totum hoc Hebræo fonti deest: sed posuere LXX. & ex illis nostrumnec est omittendum. Ex Græcis agnouêre, & in omnibus libris Græcis habetur, Origenes & Theodoretus; ex Latinis, qui versione LXX. vsi, Ambrosius, [a] & Vigilius; qui verò vulgata vsi, Hildebertus, [b] Gregorius, Honorius & alij. Quod autem Iustus, Aponius, & Alcuinus omittunt: id factum, quia cùm iam superiùs vnguenta fuissent interpretati, hoc sibi repetendum non censuerunt.

a *Lib. de Iac. & lib. de iis qui mysterijs, &c. Vigil. li. 3. cont. Eutychen.*

b *Hildebert. epist. 31. Gregor. Honor. & alij.*

INTRODVXIT ME REX) Hebræa pũcta, quæ hodie subscripta vulgatę versioni, & LXX. consentiunt, vt & Iarh. & Abenezra, & Thargum. quare nimis, more suo, credulus Christopolitano fuit Rosserus, volens scriptum; *introducat*. Sed præteritum hic quoque pro futuro, *introducet*, positum; vt rectè Vatablus. Nam sponsa sermonem à sponso ad comites conuertens, vt amantes bonæ spei pleni solent esse, & sibi quæ amant somnia fingere; voto à spe tractionis ad thalamum vsque prouehitur; &, quasi iamiam aduenientem sponsum cerneret, futuras optatasque delicias, iam pro perceptis & præsentibus habet. tantùm poterat nunquam vsquam ab oculis animi desiderij imago recedens.

ME) ante alias, vt postea & illas trahas, illæque & ego simul exsultemus. Caue hæc cum quodam accipias, de Regina Saba.

REX) Hebræis non dignitatis tantùm, sed & amoris vocabulum est, quemadmodum *pastor*. Ieremias hoc sensu; *Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt*. Maluit noster vti voce *regũ*, vt copiam & diuitias promptuariorum significaret; & quia vini, seu conuiuij mentio est, & amici potentioris inuitantis. notum est etiam Latinis, hos reges dici solitos, vt Plauto, Horatióque [d].

Rex amoris & non tantũ dignitatis vocabulum est.

c *Iere. 22. v. 22.*

d *Plautus in Asinar. Horat. lib. 2. epist. ad Mecenat. ad Sextium, ad Lollium.*

IN CELLARIA) LXX. εἰς τὸ ταμεῖον, significat non cellam tantùm seu promptuariam penum, vbi annona reconditur, teste Carpathiorum Episcopo Philone, sed etiam thesaurorum & quarumlibet rerum pretiosarum repositorium. Glossar. ταμεῖον, *cellar, omarium, cellarium*. Vbi *omarium* deprauatum ex *aumarium*, & hoc ex, *armarium*. Hebraicè, HADAR, cum *Heth*, significat omnia penetralia domus, adyta secretiora, à turbis remotiora, & amantium secessui aptiora. Noster *cellaria* vertit, adspectu fortassis ad cellam vinariam, de qua postmodùm; *Introduxit me in cellam vinariam*. c. 2. vers. 4. חדר

EXVLTABIMVS ET LÆTABIMVR IN TE) admissæ in intima illa penetralia, mutuis alloquijs, iugem, puram, solidam, firmamque voluptatem percipiemus; cuius sensus ex animo se penetrabit in corpus, linguamque, vt & illud sibi applaudat, & quasi exsiliat præ gaudio: (Hebr. GIL) cuius iubili causa mihi & comitibus meis futura, liberalitas tua, & in nos fauores. Assiduè enim MEMORES, commemorabimus (Hebr. NAZKIRA) & verbosa loquela, qua gaudet dilectio, delicias & amores tuos re-

גיל

נזכירה

Universidad de Deusto
Biblioteca

tractabimus. IN TE, hoc est, De te (ait Guilhelmus) sicut, *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi.* possis etiam exponere, *propter te.*

Psal. 121. v. 1.

RECTI) quotquot iudicio valent, prudentes omnes, & animo oculati, æquique rerum æstimatores. Hebr. *Rectitudines*, pro concreto; *recti*. LXX. *rectitudo*, Origenes in hom. versa à D. Hieron. *æquitas.* Non alio sensu Symmachus; *rectè sunt, qui diligunt te.* illi iusti rerum æstimatores sunt, soli rectè iudicant, &c.

1. Versu 5.

NIGRA SVM) hoc est, fusca, vt vertit diuus Ambrosius & Origenes in homilia testatur, apud LXX. quosdam sic legisse, & vox Hebræa שחורה SEHORA significat subnigram, seu fuscam.

FORMOSA) decora. hunc amantium affectum, studiosè conantium amoliri, vel excusare, quæ videantur amori mutuo detrimentum allatura, passim poetæ exprimunt a.

a Cyclops apud Theocrit. Sappho in epist. Heroid. Pastores apud Maronē & Calpurnium. Nomine Ierusalem etymō.

FILIÆ IERVSALEM) virgines Ierosolymitanæ. De etymologia nominis *Ierusalem*, maxima dissensio. Eusebius quasi ἱερὸν σολομῶντος; Egesippus quasi ἱερὸν σολύμων. Eugubinus, ex *Iebusalem* factum *Ierusalem*. Rabbini quidam sua iactantes censent à Iebusæis sic vocatum; compositâ voce ex timendi verbo & Salem, quasi *timete Salem.* Aliud ex Magnæ Geneseos capite nono, alij proferunt, Abraham monti Moriæ nomen imposuisse *Dominus videbit*, vsum verbo IREH: Sem verò vocasse eumdem locum SALEM; Deum denique benedictum has appellationes copulasse, vt diceretur IREHSALEM. Narratio mihi non persuadetur: Etymologia tamen haud aspernanda videtur. Monti Moria nomen IREH, יראה fuisse constat ex Genes. 22. versu decimo quarto, tandem aucta *Salem* vrbs, montem quoque illum ambitu suo complexa ex parte, montis nomen suo coniunxit; & relicta littera He, & ש in ר mutata, ex IREH-SALEM, Chaldæo more IERVSALEM, pro Hebræo IERVSALAIM, dici cœpit.

יראה
שלם
יראשלם

ירושלם

TABERNACVLA CEDAR) Cedareni, vtpote iam à primo suo parente Ismaële, vitæ pastoritiæ, latrociniis, belloque dediti; & vagari huc illuc soliti, tentoria habebant æstu, imbribus, puluere, cruore, & aliis belli sordibus denigrata; quales fuêre naues & tentoria decimo belli anno Græcorum ad Ilium, tabulis corruptis, funibus attritis, solutisque. Iliad. β'. Vnde S. S. *habitatores Cedar* sumit pro bellicosis, & à pace alienis. nam cùm Dauid dixisset b, *habitaui cum habitantibus Cedar*; subdit, *cum his, qui oderunt pacem eram pacificus.* ibi Heb. & Græcè erat, *habitaui cum tabernaculis Cedar.* Ait itaque sponsa se pastoritiæ vitæ deditam, esse quidem fuscatam instar tentoriorum Agarenicorum; sed nihilominùs adhuc decoram & formosam, instar pellium Salomonis. Accipio enim ista distributiuè, cum Iarchio & Abenezra.

cedareni qui & quales.

b Psal. 119. v. 5. vide Genebra. ibi in Comm.

PELLES SALOMONIS) sunt qui *cortinas* malint: sed nostram

nostram confirmant LXX. Aquila verò & Symmachus *tabernaculæ* seu *tentoria*, quis ignorat, *pelles*, castrense vocabulum esse, de militum tabernaculis; quæ apud Romanos pellibus contegebantur? Notum ex Cæsare, Liuio, cæteris. Sic Isaias; *Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende* a. Habacuc; *Turbabuntur pelles terræ Madian* b. quo loco non placet, quod quidam vertunt, aulæa terræ Madian. His tabernaculis Salomonis se comparat, qua formosa & decora: nam illa vero simile est omni cultu & apparatu exornata fuisse, &, vt in imperio prorsus pacifico, quod sanguinis & sudoris expers tot lustris fuit, planè qualia venientis recens ad bellum Rhesi niueis tentoria velis c. Notanda hîc allusio ad nomen Salomonis. Hebraicè ad verbum foret; *Desiderabilis sicut pelles Salomonis.* Salomon pacificum seu beatum (nam beatitudinem pacis nomine Heb. comprehendunt) significat: quid autem pace homini desiderabilius? Perperam *Honor*: & Guilhel. *pellis*, legêre.

a Isa. 54. v. 2.
b Abac. 3. v. 7.
c Aeneid. 1. Vide Monteciu in Lucubrat.

NOLITE ME CONSIDERARE, &c.) non satisfacit sibi, nec contenta est coloris defectum meliori bono compensasse; negat eum sibi naturalem esse, aut ex malo humorum temperamento natum: sed fortuitum planè, & extrinsecum; qui & facilè deleatur, & nihilominùs nulla sua culpa eum contraxerit, coactam se ruri degere, & vineæ custodiam demandatam, & multis iniuriis ac vi iniquissimorum affinium inde quoque pulsam, profugere, & solibus torreri cœptam. Nonne hæc omnia decorè? quia pastoritiæ vitæ est, dies noctesque sub dio agere, æstu gelúque aduri, pastorum quoque frequentia sunt pro pascuis iurgia, vt fuere inter Abrahami d & Lothi; & fratrum contra Ioseph; & his iniuriis magis obnoxiæ e fœminæ, vt docemur exemplo filiarum Iethro f. Ait itaque, ne aspicite amplius ad hanc cutis meæ fuscedinem, quia sol directis radiis & pleno lumine (vt benè Orig.) me denigrauit. D. Ambros. in psal. 118. v. 1. & 2. videtur vsus corrupto exemplari. nam vertit; *non est me immunius.* contrario sensu: nam putauit verbum *despexit*, παρέβλεψέ με; contemptum indicare: vel (*despexit*) accepit pro non aspexit radiis fauentibus, & lætis: sic sanè Symm. *torue aspexit*, παρενέβλεψέ με. melius noster, *decoloranit*, confirmant Aq. qui, *combussit*; & Theodot. qui, *torrefecit.*

Pastoritiæ vitæ propriū.
d Gen. 13. v. 7.
e Gen. 37.
f Exod. 2.

INDICA) Affectus vehementia eam protrahit in publicum. *Quem diligit*) in quem diligo.

Versu 7.

PASCAS) hoc, vt Græcorum ποιμάνεις, potiùs denotat curam gregis, quàm sui, vt actiuè sumatur: quod magis consentaneum voci Hebrææ THIREE, vt & Cassiodorus obseruauit. Sicut etiam sequens CVBES, Hebraicè est *cubare facis*, THARBITS. Solent enim pastores, vt solstitium pecori defendant; iuxta riuos, fontes, aut dumeta, dum sol deferuescat, greges continere; ne pecus languidum fiat, & si lac æstus præceperit, frustrà postmodùm vbera palmis pressent g.

תרעה
תרבין

g Virg. Ecl. 2. & 3. & Horat. lib. 3. Od. 29.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VAGARI) callidè Zelotypiæ stimulo amicum pungit. A TA cum initiali Ain, significat veste amiciri seu succingi, & operiri, quare LXX. hoc loco vertunt; *ne efficiar sicut περιβαλλομένη, velata* seu *cooperta*, vt ex Origene reddidit D. Hierony. & sic DD. Ambros. & Augustin. sæpè exponunt. Symm. apud Theodor. *ἰμεβομένη*, erronea, vaga, & quasi stipem mendicans. Noster, quia sciebat ab Hebræis meretrices vocari, velatas & opertas, eò quod solitæ in biuiis sedere, palliis succinctæ, & theristro faciem velatæ; (nam hunc meretricium habitum induisse Thamar legimus in Gen[a].) & sic etiam solitæ errare, & in semitis vagam libidinem consectari; vnde Latini *semitarias mœchas* nominarunt, & Chaldæi, *foras exeuntes*; ideò, quàm potuit honestissimè, dixit; *Ne vagari incipiam*; quod etiam Iarthio & Dauidi Kimchio placuit. Sensus itaque est, ne dum te quæro, vel in crimen, vel in suspicionem malè habitæ pudicitiæ incidam.

a Gen. 38. v. 14.

Propositum huius dramatis.

Porrò Diuinum istud Drama nuptiale proponit nobis colloquium Pastorum duorum, iampridem sibi desponsatorum nuptiis in futurum dilatis; ardenter amantium, sed vt plurimùm longè ab inuicem distractorum. Principiò inducitur amans fœmina, vt sexus ille affectu impotentior; quæ desiderio & amore in quoddã animi deliquiũ incidens; cùm sociæ vino & vnguentis optimis illam reficere conarentur, delicias hasce omnes respuit, & animi sui desiderium præcipuum exponit. Iubet omnia remoueri, iniciem namque, pallorem, & crebra sua suspiria non aliunde nasci, quàm quod animus nimis crebrò ad amicum aufugiat; & ibi sedem deligat, vbi amat, sic exanimare corpus, quod animare debebat. Vnum superesse remedium, si arcto sponsi amplexu quasi ad vitam, ex deliquio reuocetur, & fugitiuam animam ore retrahat. Qui loquendi sentiendique modus, non vulgi tantùm, aut Platonis & Q. Caruli fuit apud Gellium[b]: sed & viri quoque [c] sancti fuit, cuius illud; *Amantis animus magis est, vbi amat, quàm vbi animat.* & illud; *Animi locus est ipsius affectio.*] Quæ locutiones non id significant, animam de corpore in corpus migrare, sed quasi desinere vitales functiones corpori impertiri, & nimis assidua & intenta cogitatione in id quod amat transuolare, atque ita spirituum vitalium multum prodigere; quibus corpus exinanitum, vita quodammodo priuari, & anima corpus deseruisse videatur. Hunc affectum, & renacium osculorum causam, Lucretius expressit extremo lib. 4. Viuam verò & quasi spirantem deliquij huiusmodi, & fastidij cetetarum rerum descriptionem; apud Ann. Senecam legere potestis. [d]

b *Lib. 19. Noct. Att. c. 9. & 10.*

c *Tribuunt D. Augustino apud illum nondum potui inuenire.*

Amoris vehementia, qua & qualis.

d *Hippoly. Act. 1. à v. 100. & v. 585 & 2. MENS AC SENSVS VERBORVM SPONSAE.*

Talis erat ardor Synagogæ, tale desiderium venturi sponsi sui Messiæ. Verbi incarnandi, & Ecclesiæ nuptiarum promissio iam ab initio mũdi in Paradiso facta fuerat, dicente Adamo; *Hoc nunc os ex ossibus meis* [e]. Et: *Erunt duo in carne vna*; hæc de Christo & Ecclesia accipiente B. Paulo [f]; fuerat sæpissimè tempore legis naturæ, & legis Mosaicæ,

e *Gen. 2. v. 23.*

f *Eph. 5. v. 32.*

Mosaicæ, per internuncios Patriarchas & Prophetas iterata promissio; sexcentis denique figuris eadem efformata: interea quattuor annorum millia effluxerant. quid mirum si talis mora, tamque ardens desiderium amantem enecaret? Paulò itaque ante incarnationis tempus in hæc verba votáque Salomon Ecclesiam [a] erumpentem exhibet, & à Patre æterno ardenter flagitantem, vt mittat vel tandem filium vnigenitum: nauseæ tædióq; sibi esse tot internuncios, tot mediatores, veniat ipse, vt vna secum caro efficiatur humanæ naturæ in diuinam subsistentiam assumptione [b].

a *sic Cassiodor. Beda, Alcuinus, Haym. & alij.*

OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI) Causas tam vehementis desiderij multas inuenio. indigebat sponsa reconciliari [c]: quam pacem dato osculo redditam nuntiarunt Angeli canentes, *Pax hominibus bonæ voluntatis.* * Egebat sponsa ductore, magistro, & Doctore, densis errorum tenebris inuoluta [d]. Deinde ex parte sponsi mouebant alia non pauca; quæ proponit, vt solet breuiter, Honorius Augustodunensis. Ostendens pulchritudinem, potentiam, diuitias, &c. Quis est? *Rex* (ait) *Regum* est & *Dominus Dominantium, Rex gloriæ & Princeps pacis.* est pulcher? *eius pulchritudinem Sol & Luna miranturs*; quia est *speciosus forma præ filiis hominum*, & totus desiderabilis, *in quem Angeli desiderant prospicere.* est potens? potestas eius *à mari vsque ad mare.* est diues? *gloria & diuitiæ in domo eius, & torrentes voluptatis.* Honoratur muneribus? *Reges Tharsis & Insulæ munera offerent, Reges Arabum & Saba dona adducent.* Quæ est eius seruitus? *Omnes gentes seruient ei.* Quæ est eius laus? *Omnes gentes magnificant eum.*] Nonne talis sponsi optandum osculum; in quo (vt idem ait) caro carni iungitur, & spiritus spiritui sociatur; vt & Christus per carnem Ecclesiæ iungatur, & Ecclesia eius diuinitati per spiritum societur.] Denique accedebat vtrumque amor mutuus, & desideria diutissimè dilata: quam rationem pulcherrimè exornant diuus Ambrosius serm. 1. in Psal. 118. & diuus Chrysostomus homil. de Turture, tomos 5.

b *Liber. Ecclesiæ.*

c *Vide Origen. in Cant. hom. 1. Hieron. epist. ad Damas. D. Ambr. li. 6. in c. 7. Luc. Iustus Orgelitanus hic.*

* *Luc. 2. v. 14.*

d *Fusè hoc ostendunt D. Greg. lib. 14. in Iob. c. 22. & Beda hic & prius tres Ppl. apud Theodoret. Quis & qualis sit Sponsus, quem tantopere sponsa desiderat.*

Verùm & aliam desiderij sui causam ipsa sponsa exprimit, QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO [e]) Qui censent hæc verba sponso tribuenda, fateri coguntur valdè subitam & abruptam hanc esse verborum commutationem, nec satis aptè cum sequentibus ea connectunt. Illa quoque ratio, qua nituntur; quòd vbera sint à viro aliena, ideoque c. 5. non numerari ea inter sponsi membra, parum stringit, ideo illic non numerantur, quia non necesse est vbique eadem omnia repeti. Habent viri vbera, sed minora; nec lac quidem habere eum natura pugnat, si credimus naturæ Genio Aristoteli [f]; & vberum ratione vis ipsa lactandi nutriendique significatur, quæ propria Dei omnia nutrientis, vnde deductum nomen Dei SADDAI in S. S. & gentes Iouem coluerunt sub nominibus Ruminæ, Educæ, seu Edulicæ, & Potinæ. D. Augustinus id docet his verbis [g]; *In diua Rumina mammam paruulo immulgeat, quia ruam dixerunt veteres mammam; in diua Potina potionem ministret: in*

e *Vt volunt Origen. Philo, Aponius, Gregor. Bernard. Alanus & alij.*

f *Lib. 1. & 3. Histor. anim.* שדי

g *Li. 4. de ciuit. Dei, c. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

" *dina Edulica escam præbeat.*] De Christo Domino Oseë prædixerat; " *Ego lactabo eam, & ducam in solitudinem, & loquar ad cor eius* [a]. Sic " Esaias; *Et mammilla Regum lactaberis* [b]. Solent Hebræi quæ mulie- " rum sunt viris, etiam Deo tribuere. in Hymnis, *Ex vtero ante Lucife- " rum genui te* [c]. Et in epist. Apostolic. *Filioli quos iterum parturio* [d]. Nihil igitur obstat, quo minùs hæc adhuc sponsæ tribuamus, quæ præ- sentiens sponsum aduenientem (sunt enim hæc prophetico dicta spiritu, quare & hîc & in sequentibus frequenter præsens aut præte- ritum, posita sunt pro futuro) eum, Patre relicto, quasi præsentem alloquitur, quæ oratio valdè decet tam feruidè amantem. Nihil (ait) mirandum, si tam arctè tibi iungi expetam; cuius vbera mihi tanti sunt, vt omnibus perceptis, & affluentis, ea deliciis anteponam.

a Osé. 2. v. 14.
b Esai. 60. v. 16.
c Psal. 109. v. 3.
d Galat. 4. v. 19. & apertius Esai. 46. v. 4.

vbera Christi quæ sint.

Ponitur continens pro contento. nam per *vbera* significantur Apostoli & Euangelistæ; & per illos, lac doctrinæ Euangelicæ. *Vinum* significat Mosem eiúsque legem. *Melíora* seu dulciora sunt vbera, quia lex Euangelica, est lex amoris, gratiæ, & sanctæ libertatis. Vinum austerius, quia propinabatur à Mose lex timoris, punitionis, seruitutis. Communis hæc est expositio Patrum. breuiter [e] Abb. VVilleramus, qui ante annos quingentos παραφραστικῶς Cant. elucidauit;

e Orig. Apon. Iust. Angelom. Hono. Haymon.

" *Mitificans veterem tua lenis gratia legem,*
" *Gratis iustificat quos lex punire iubebat.*

Notatu dignum, vino aliquando significari legem veterem, nempe quando comparatur lacti, vt hîc; aliquando verò legem nouam, nempe quando comparatur aquæ, vt iuxta D. Augustin. in nuptiis Canæ Galilææ.

Versu 3.

FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS) Prosequitur (ait Philo) enarrare sui desiderij causam. Mouent me (ait) præter doctrinæ tuæ vtilitatem etiam diuinorũ Spiritus sancti charismatũ, quibus præ ceteris, vnde & nomen accepisti, es vnctus, spõse dilectissime. nam, *vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis* [f], largè dimanant. confirmat Apostolus; IESVM à *Nazareth; quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransiit benefaciendo, & sanando omnes oppressos à diabolo* [g]. Sic vnctio diffusa in oram vestimenti eius, in totam Ecclesiam, vnà cum operationibus virtutum, sanctitate doctrinæ, fragrantia conuersationis. Possunt & nouæ legis Sacramenta intelligi, morbos animi peculiari modo, nempe ex opere operato, sanantia; quod lẽgi veteri defuit. Secutus sum in his Gregor. Cassiodor. Angelom. Rupert. Bernard. Anselmum, Guilhelmum & alios.

f Psal. 44. v. 8. & 9.
g Act. 10. v. 38.

OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM) Pergit rationem rationis dare. Quid mirum si vbera tua vnguenta olent? Totus oleum es, & quidem diffusum per totum orbem: non vnguentatus, sed vnguentum: non oleo delibutus, sed oleum: non oleum parcum & reclusum, sed prodigum, & effusum. De Saluatoris nostri nomine

nomine accipiendum nemo negat: quidam cum Rabbinis interpretantur [a] famam: sed hoc patribus repugnat, & longè hîc petitum. alij ad DEI commune tribus personis nomen referunt [b], perperam, quia de sponsi nomine, qua sponsus est loquitur, non qua Deus; nec qua personæ secunda. Sic enim *Verbum* nominatur. Ab eo varia sortimur nomina, qua filius Dei dictus, vocamur filij Dei: qua *Saluator*, vocamur salui: quia *Christus*, Christiani: & licet nonnulli [c] voluerint intelligendum hunc locum de Saluifico nomine IESV: nec defuerit recentior vnus [d], qui satis audacter scripserit: omnes Canticorum interpp. quos ipse vidit, sic interpretari, & multos nominet; tamen nec verum est quod asserit, nec satis accuratè perpendit illorum dicta. Demè Bernard. & Christopolitan. ceterorum nullus hoc apertè asserit, plerique contrà sensere. Quare præstat communem sequi explicationem de nomine CHRISTI seu MESSIÆ. Theophylactum citat ille scriptor nuperus; sed eum in Cantica hîc non scripserit, nec sciam alio loco id explicasse; vel commentitius iste testis est, vel ex scriptis aliquibus cõcinnatus, de Theo. Phil. (hoc est, Theodoretus, Philo) nouis Theophylactus. Citat Dionysium, Hieron. Orig. Gregor. Anselm. Bedam, Rupert. Haymon. Thomam. Qua fide? Hieronymum? credo, quia quattuor illas homilias Origenis esse non putabat: cùm tamen ex duabus, quas vertit & contraxit Hieronymus, constet illas quattuor Origenis germanas esse: ex styli quoque discrimine, non immeritò quis dubiter, an illarum interpres Hieronymus fuerit. Dionys. autem [e] Areopagita, ad IESVM quidem Chrismatis institutionem & fructum refert; sed qua (sic opinor) Vnctus seu CHRISTVS, non qua IESVS seu Saluatorvocatus.) Origenes homil. priore; *Sicut vnguentum* (ait) *quod effusione sua odorem longè latèque dispergit, sic* CHRISTI *nomen effusum est. In omni terra* CHRISTI *nomen nominatur. Vnguentum enim effusum nomen est.* clariùs adhuc idem asserit hom. 1. ex quattuor. pro nobis ergo stat Orig. cui similia tantùm inuenio apud Gregorium, Bedam, Haymon. & diuum Thom. Rupertus autem & Anselmus simpliciter nomen hoc, exponunt verbum incarnatum. Quare ex citatis ab illo tam multis patribus, Bernardus, & recentior Iacob. Christopolitanus tantùm hoc tenuêre: quibus addo quoque Richardum Eremitam lib. de Eulogio nominis IESV. Quidni sequamur ceteros? non repudio prorsus expositionem de IESV nomine, gnarus etiam Philonem de vtroque nomine simul accepisse; sed contendo potiorem & accommodatiorẽ esse de nomine, MESSIAS & CHRISTVS; quod tradidere plerique, *vt Orig. Theodoret. & tres apud illum Patres, Philo, Apollinar, Iustus, Gregorius, Beda, Alcuinus, Haymon. Cassiodorus, Angelom. VVilleramus in Cant. & Cyrillus lib. 4. & 9. de adorat. in spiritu & veritate.*

a Agath. Valablus, Gerebrar.
b Luisius Legiones.
c D. Bernar. Richard. & Christopol.
d Rosset. lect. 24.
e Eccl. Hierarch. c. 4.

Quomodo Christus per totum terrarũ orbem odorẽ suũ sparserit.

Ait ergo Synagoga; nomen CHRISTI, quod tot seculis in sinu patris latuerat, se ipsa tandem exhibitum; & per in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnationem effusum in vterum virginis; sed ibi rursus inclusum principio in alabastro humani corpusculi, & intra limites Synagogæ aliquem mox sparsisse odorem, sed exiguum & gentibus ignotum. Posteaquam verò ad crucis stipitem contritum vitrum, & saccus ille precioſi numismatis cõscissus fuit; per Apostolicam prædicationem, toto terrarum orbi diffluxit, & de gratiarem eius plenitudine vniuersus mũdus repletus fuit. *Sic Orig. Honorius & supra cita. Ambros. lib. 1. de Spiritu sancto, cap. 7. & Chrysost. hom. 14. in Marc.* Quid dico terrarum orbem? odor eius cœlum, terram, inferos peruasit. Philo Carpath. Tunc enim verè effusum, cùm se nostra mortalitate contexit, vt nos sua immortalitate donaret. tunc se totũ nobis per viscera tuæ pietatis effudit, cùm pro nobis vel crudelissimè mori non recusauit. sua enim sponte se pro salute nostra deuouit, per se oblata est sanctissima hostia, innocentissima victima, immaculatissimus agnus, sacratissimum holocaustum in ara crucis salutiferæ vitæ nostræ, vt nos à sempiterna morte redimeret. hoc, hoc est nomen illud effusum, summa charitas, ardentissimus amor creatoris ad creaturam: mortalis venerat, vt nos redderet immortales: passus est aliquando qui semper est impatibilis, ne nos semper pateremur: mortuus est semel, ne nos in perpetuum moreremur: descendit ad ima, vt nos tolleret ad superna: exinanitus est Dominus, vt excellentissimè dominetur & seruus. Quale fuit (quæso) & quantum est hoc nomen suauissimum, mellifluum, planeq; cœleste & salutare? Lætare mater Ecclesia tanti nominis, tamque salutaris suauitate referta. (*Nam à Christo, dicitur Ecclesia Christiana.*) Exulta sponsa diuinissimo hoc vnguento perfusa. Erumpe in gratiarum actiones. age iam dives, & clama, *vnguentum effusum nomen tuum dilecte mi.*] Quid igitur mirandum, si tanta inuitatæ largitate, si tam ardenti amoris face ictæ & succensæ Ecclesiæ omnes gentium flagrantes mutuo amore, ad Christi prædicationem toto vndique orbe rapido cursu ferantur? Hoc itaque prædicit futurum. nam addit;

IDEO ADOLESCENTVLAE DILEXERVNT TE) hoc est diligent. VVilleramus;

> *Vnde places teneris, tu dulcis sponse, puellis:*
> *Scilicet vna salus in te sanctis animabus,*
> *Quæ renouat lauacrum, vestit stola iustitiarum.*

Versu 4. TRAHE ME) Illæ te diligent, & illarum ardor, meæ flammæ adiiciet incrementũ. Tu verò (nam certò id mihi polliceor) mei misertus, *Trahes me:* (Imper. *trahe*, Propheticus, significat futurum indicatiuum.) Respicit eodem, quo ipse CHRISTVS cùm dixit; *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me*[a]. (hoc est, omnes homines.) Et vtitur trahendi verbo, vt significet se suis viribus non posse, nisi Deus attraxerit; gratia sua præueniendo, & ad liberi arbitrij concursum sufficientem gratiam largiendo, quo trahentem voluntariè sequatur[b]. Item, vt significet paratam se non tantùm per blanditias duci, sed etiam per aspera & mascula probationum exempla

a Ioan. 12. v. 32.

b *Vide D. Ambros. libr. de Isac. c. 3. & D. Greg. hic.*

pla raptari: de quo duplici vocationis seu attractionis genere; quod in Ecclesia semper visum, optimè hic Aponius, & Honorius. Ille fusior, & obscurior est, & typis vulgatus: hic in membranis latens, & breuior, & acutior, sed luculentus; ait ergo Honorius; Da vires posse tua vestigia per hanc viam sequi, per quam ad gloriam præcessisti: via Domini est, prospera mundi non appeti, & aspera patienter pro eo pati. Per hanc viam ipse ingressus est, ad gloriam. Cùm enim Iudæi vellent eum Regem constituere fugit, cùm vellent eum crucifigere, vltro se obtulit. Per hanc se sequentibus ire præcepit, dicens: *Si quis vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me*[a], id est, imitetur me. Per hanc viam nemo graditur, nisi trahatur, vt scriptum est; *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum*[b]. Deus nos ad se duobus modis trahit, duobúsque impellit. Trahit nos promissionibus dulcedinis supernæ patriæ: impellit nos minis ignis gehennæ. Trahit nos quoque diuersis donis: impellit variis flagellis. Sic Moses traxit populum promittendo Regum diuitias; Pharao impulit verberibus. Quosdam Deus trahit nolentes (*hoc est, antequam velint trahi*) cùm eos gratia sua præuenit, inspirando vt bonum velint: volentes subsequitur iuuando, vt bonum possint. Ergo gratia est, cùm præuenimur, vt velimus; donum est, cùm iuuamur, vt possimus; arbitrium, vtrum velimus sequi; libertas, si sponte sequimur; captiuitas, si sequi abnuimus; fragilitas, si sequentes relabimur; meritum, si sequendo non deficimus, & hoc non nobis, sed gratiæ adscribimus; præmium, æternum gaudium. Vniuersæ Ecclesiæ per mundum, quę vnam Ecclesiam Catholicam constituunt, *adolescentulæ* sunt quasi nouellæ, quia per baptismum & gratiam sancti spiritus renouatæ.]

Trahi à Christo quid sit.

a Matth. 10. v. 38. & 16. 24. Marc. 8. v. 34. Luc. 14. 27.

b Ioan. 6. v. 44.

POSTE CVRREMVS) non veniam incomitata, sed mecum accurrent illæ ipsæ adolescentulæ filiæ meæ; simul *Curremus in odor. vnguent. tuor.*) Verba enim adhuc sunt Synagogæ. cùm me iam senio fessam, culpis vt ætate grauem, miseratus traxeris, & peccatorum sarcina leuaris, & quasi aquilæ iuuentã renouaueris; tunc ego, cum Ecclesiis nouellis, rapido cursu vestigia tua consequar. A singulari numero (*trahe*) quia est vnus Deus trahens, ad pluralem (*curremus*) transiuit, quia plures sunt trahendæ, & attractæ plures curturæ. Quod factum est post CHRISTI passionem, quando, post Iudæorum primitias, plenitudo gentium cœpit intrare.

IN ODO. VNGV. TV.) in odorem sanctitatis, doctrinæ, legis, Sacramentorum, conuersationis, & gratiæ Christi: hic alliciebat, hic retinebat. Vide supra hoc §. eodem vers. 3.

INTRODVXIT ME REX IN CELLAR.) In penetrale ipsum thesaurorum ineffabilis misericordię suæ, & sapientię, & scientię, & charitatis. Olim sponsus Iudæis tantùm in figuris & prophetiis absconditis; iisdem postea idem iam homo factus in parabolis loquebatur, vt audientes non intelligerent: tandem Apostolis cœpit clarè mysterium regni cœlorum exponere, &, quæ absconderat à

Apostoli sunt qui introducti sunt in cellarium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapiẽribus ea paruulis reuelauit. Per Mosem solùmodò in domus vestibulũ sponsam, suã Ecclesiã, introduxerat: nã & ipsi Mosi & Aaron ad *ostium tabernaculi* loquebatur; sed Apostoli fuêre in ipsa *sancta sanctorum*, & penitam scripturarum, diuinorúmque mysteriorum intelligentiam introducti; &, cum ipsis, primi illi ex Iudæis conuersi, hæc est Synagoga seu Iudæorum Ecclesia; ideo dicit (*me*) scilicet ad quam primò missus, ad *oues quæ perierunt ex Israel*: Et per hanc Synagogam etiam introductæ fuêre (*in cellaria*) *adolescentulæ*, gentium Ecclesiæ. ita ferè Greg. Iustus, Rupertus, Theodoret. quoque, qui notat optimè, hanc esse rationem suauis gubernationis diuinæ, quę ima, per media, ad summa consueuit perducere. Angelomus; Primus (inquit) aditus domus istius, porta fidei: Secundus » prouectus, ascensus spei: Tertius, latitudo charitatis: Quartus est, » perfectio charitatis ad cognitionem secretorum Dei. In hunc primum aditum introductæ iam gaudium non capiunt; quid, quando in penetrale intimum admittentur?

Iã nunc ait; EXVLTABIMVS ET LÆTABIMVR IN TE.) adhuc ista tribuo sponsæ. Cùm (ait) omnes fuerimus introductæ, quæ charitatis conditio est, de singularum gaudio gaudium crescet aliarum; & hoc gaudium, frequens tui memoria, commemoratio, & prædicatio, subinde renouabit, augebit, accendetque, vt sit quasi continuum mel in ore, suauitas in corde, iubilus in mente; quotiescumque recordabimur (nunquam verò non recordabimur) amoris & deliciarum tuarum. hoc vbera significant. vide suprà v. 2.

RECTI DILIGVNT TE) Optimè Philo, Iustus, Aponius, & Thargum hæc adhuc volunt esse verba sponsæ aliam vehementis amoris sui causam adiungentis. q. d. Non excæcat me amor, non fallit ratio: mecum sentiunt, quorum mens rectè stat: nempe iusti, qui soli sapientes; qui sciunt, quàm suauis sit Dominus, & quàm veræ omnes viæ illius; & qui hoc norunt, ideò etiam te non possunt non deperire. Rectè, post Cassiodor. & Angelomum, VVilleramus; *in Paraphrasi*.

» *---- à rectis rectus amaris.*
» *Nam nisi te iustus perfectè diligit vllus:*
» *Nec tamen est iustus, nisi qui te diligit vllus.*

Versus 5. Ecclesia fœda nigra, intus formosa.

NIGRA SVM) sicut mulier expetens amari ab eo quem ipsa diligit, quæcumque amori minuendo videntur fore, ea solet omni cura vel amoliri, vel negare, vel defendere, vel maiori bono compensata contendere. Cùm ergo Ecclesia videret externam speciem suam posse videri despicabilem, & ideò etiam posse sibi obiici; quæ tam atra sit & sordida, tali indignam esse sponso; & decipi vano sui amore, quæ sponsi sibi mutuum amorem audeat polliceri. Occurrit, &, sum (ait) fateor, subnigra & fusca, cute tantùm extima manuum & faciei, vt solent quæ ruri degunt, & greges minant: verùm (*copula Hebraica vim habet aduersatiuæ*) facie sum sat liberali, lineamentis decoris, & cuncti corporis membris venusta. cur me

me spernat, ob extrinsecum hunc & delerilem colorem, qui conscius est intrinsecæ formositatis? Ille quidem similis est *tabernaculis Cedar*; sed & ista similis est *pellibus Salomonis*. cur ob hanc non amet potius, quàm contemnat ob illam? Ita Ecclesia tam veteris Synagogæ, quàm nouæ Christianæ fidei; foris intuenti, fuit contemptibilis; penitus noscenti, amabilis & venerabilis. Synagogæ sic accommodat Angelomus; [In conspectu vestro sum similis gentibus & peccatoribus » reputata, quasi defecerim in viam gentium: (nam *Cedar* peccatorem designat) sed re vera & iudicio veri Salomonis, sum innocens, » & pura, ac pulchra; quia obsequio eius adhæreo.] Melius adhuc Ecclesiæ nostræ conuenit, quæ multis persecutionum afflictionibus vexata & quasi vstulata, foris saltem & in speciem; interùs tamen semper intacta, formosa, & amabilis permansit; persecutionibus gaudens, crescens, efflorescensque, & in suis infirmitatibus glorians, fidei & charitatis pulchritudinem immaculatam retinuit. *vide Hesy hus in lib. 4. Leuit. Bernard. Declamat. super, Ecce nos reliquimus. Beda, Alcuinus, VVilleramus, Haym. & Angelomus* hîc.

FILIÆ IERVSALEM) Cassiodor. vult esse verba Ecclesiæ Christianæ seu gentium, alloquentis Iudæos, & optantis cum Synagoga coniungi: sed plures malunt esse verba primitiuæ Ecclesiæ Christianæ, alloquẽtis nouellas Ecclesias; quæ cum sponsa currebant, & meruentis, ne vi ac turbine persecutionum exterritæ, eam auersentur ac deserant, quam contemi tui viderent ab omnibus haberi. Sequor Aponium & Psellum, qui de cœlestis Hierosolymæ incolis, Angelis, accipiunt; à quibus Ecclesia primitiua postulet, ne propter aliquas culpæ deformitates ac naeuos, aut afflictionum & Dominicæ virgæ aduigilantis & punientis assiduitatem, se despiciant; sed ament potiùs, & æstiment propter dealbationem Baptismi ac Pœnitentiæ, & perseuerantiæ in persecutionum turbine ac æstu perferendo.

NOLITE ME CONSIDERARE) Ipsa (inquit) illa de- *Versu 6.*
coloratio; non tam culpa mea, quàm malitia nata fuit aliena. non imputares virgini rusticanæ, pecora pascenti, si solib. adusta cernerem: cur mihi? quæ & ipsa vineæ custodiam demandatã, dum rucor, & postea desero coacta; in hæc cognatorum incidi odia, & persecutiones. Videtur Hysteron proteron, sic constituendum ordine suo. 1. constituerunt me custodem. 2. non custodiui vineam. 3. idcirco exarserunt in me filij matr, &c. hac sententia. fidelium cœtum per totum orbem seruare iussa, suscepi; & præ illa, deseruí, quæ priùs commissa fuerat sola, Iudæorum Synagogam; tenebar enim primò ad huius peculiarem custodiam & regimen, vt ex Prophetis CHRISTVS non semel docuit [a]. Verumtamen compulit me ipsorum vinitorum Iudæorum inuidia & improbitas, eam derelinquere, & ahò me conferre. Cùm viderem eius agricolas filium familias necasse, ipsam quoque vineam labruscas & spinas pro

[a] *Esai. 5. v. 1. Ierem. 2. v. 21. Psal. 79. v. 9. Matth. 21. v. 33.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

vuis, pro dulci vino fel draconũ protuliſſe; melioribus vinetis inuentis, vineam illam ingratam mihi peculiariter cõmiſſam, in qua fuerã nata & educta, tanquã alienã, paterno eiecta lare, deſerui. (factũ id quãdo Apoſtoli coacti Iudaica perfidia ſe ad gẽtes cõtulerunt, vt hæc omnia Prophetico dicta ſpiritu appareat [a]) vagantem, & toto tendentem orbe SOL non iuſtitiæ Chriſtus [b], ſed perſecutionum, me afflatam DECOLORAVIT. nam FILII MATRIS MEÆ, non ex patre Deo mihi fratres; quem repudiarunt ſe dæmoni in arrogationẽ dantes; ſed ex matre tantùm vterini, nempe gente, ac Synagoga fratres [c], PVGN. CONTRÀ ME. omni conatu & contentione inſtiterunt, vt odium & iram qua in me exarſerant, (hoc ſonat NIARV cum Heth medio) & incanduerant, explere, motis multiplicibus perſecutionibus, poſſent, præſertim illa, de qua B. Lucas Actor. 8. in princ. quæ fideles per omnes Iudææ & Samariæ regiones diſperſit. Hæc de fratrum impugnatione valdè graphicè deſcripſit Ieremias, cap. 12. à verſu 6. niſi illa de capite Chriſto potiùs accipienda. Sed, ex Ticonij regula; quæ ad caput præcipuè ſpectant, nouum non eſt ad membra porrigi.

a Orig. hom. priore. Iuſtus, Apon. Angelom. & Villeram. Act. 13. v. 47.

גחרו

b Caſſiodor. & alij.

c Chryſoſt. in Matt. hom. 3. & Caſſiodor. hic.

INDICA MIHI, &c.) Perſecutionibus ſæuientibus videbatur faciem ſuam atque præſentiã ſponſus ſubtrahere: interdũ tamen aliquid conſolationis largiẽs, iterum quaſi oſtentabat dilectæ. hac oſtentatione ſui, & iterata fruſtratione, flammas amplius in amantis pectore fouebat. erumpit igitur amor flagrantior, & moram omnem exoſus, eiicit ſponſam domo. Sexus & verecundiæ quodammodo oblita, ſtatuit ipſa quærere, procariique. Abſentem, quaſi coram, alloquitur, & petit audiri, & reſponderi ſibi. Grato quodam animi errore, & mentis abalienatione exæcatam iſta apprimè decent; cui vna nunc curatio, reſcire vbi ſponſus verſetur, vt ad eum aduolet, & ſub vmbella dilecti amburentes radios deuiter, & natiuum recipiat candorem. Tot afflictionibus preſſa, tot perſecutionibus agitata Eccleſia cernens à ſolo paſtorum Principe [d] Chriſto remedium exſpectandum, ardet eum reperire: quærit vbi meridietur non vbi pernoctet. nam Chriſtus tenebras non amat, ſed in clara & orthodoxa Catholicæ luce fidei conquieſcit [e]. Apparet hinc vanitas Donatiſtarum; qui, vt probarent in illo ſuo Libyco angulo Eccleſiam latere (vt Caſſiodorus teſtatur) hunc verſiculum praua diſtinctione corrumpebant ſcribendo: *Vbi paſcas, vbi cubes? in meridie.* Repugnabant iis Hebræi, Chaldæi, Græci, Latiniique libri, & omnium interpretum vnanimis conſenſio.

Verſus 7.

Sponſa quantoſſè ideſiderio ardeat.

d 1. Pet. vlt. v. 4. Ier. Exech. 34. vbi habes de chriſto vero Paſt. & de Pſeudopaſtoribus.

e Ap. Iuſt. & Philo hic, & Auguſtin. li. de vit. Eccleſ. c. 14.

NE VAGARI) ſtratagema eroticum, temperatum abſinthio zelotypiæ. Niſi hoc indicas; magnum mihi tibique periculum creas. Noſti quid diuagatione Dina ſit conſecuta. Coges me viæ terminique (nã te quærere, certum conſtitutumq;) ad quem tendo, ignarã, huc illuc circa falſorum fratrũ (PASTORVM) caulas diuagari; quorum fraudem, inſidias, laſciuiam, petulantiam meritò metuo. Te decet, me non tantùm à probro & dedecore, ſed etiam ab omni vagæ

Stratagema eroticũ mirabile.

vagæ turpitudinis ſuſpicione, immunem præſtare. Hoc periculum imminebat Eccleſiæ; quando in mẽbris ſuis varia loca circumiens & fugiens de ciuitate in ciuitatem, verſabatur inter circumſtantia pericula cultus idolorum, quæ reliquerat [a], & argutiæ ac ſplendoris vanæ philoſophorum ſapientiæ [b], & hæreticorum maximè metuendæ doloſitatis [c]; & Iudæorum cæremonias traditionesque iam abolitas & damnatas: qui cuncti ſe ſodales & veros paſtores animarum iactabant; & ab imprudentibus tales cenſebantur; cùm eſſent ſodales diaboli, adulteri, latrones, & PſeudoChriſti; non cum Chriſto, ſed cum Meridiano dæmonio in meridie cubantes. VVilleramus;

a Valentiæ.
b Origen.
c Auguſtin. ep. ad Vincẽt. 48. Theodor. Philu. Iuſtus, Apon. Honor. li. de Iudæis verò Rupert.

Et fidei veræ Doctores tu mihi præbe: «
Ne mihi quid partis contingat in hæreſiarchis; «
Quos cùm multifidis ſcindat diuiſio ſectis, «
Se tamen vltores tibi ſpondent, atq; ſodales. «

HONORIVS; Greges ſodalium ſunt conuentus hæreticorum, « ex quibus multi paſſi ſunt, ſed Martyres eſſe non potuerunt. quia « charitatem non habuerunt, ſine qua non prodeſt ipſa paſſio.] «

TROPOLOGIA.

HONORIVS. Fidelis anima cogitans vbi fuerit, vbi erit, « vbi ſit, vbi non ſit: ſcilicet quod in originali & actuali « peccato fuerit, quod in tremendo iudicio Dei erit, quod « in vanitatibus ſæculi ſit, quod in æterna beatitudine adhuc non ſit, gemens ac tremens dicit; OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI. Ac ſi dicat; ille qui in mea carne in dextera « patris ſedet, meus aduocatus, iuſtus iudex me de peccatis dolentem, « de iudicio ſuo timentem viſitando *oſculetur*, & pãce, ſigno amicitiæ, quam proprio ore pœnitentibus promiſit, me conſoletur.] Hoc « enim vnguentum clementiæ Chriſti ſeueritate legis, & talione naturæ multo melius atque deliciosius eſt animæ peccatrici. Idem Ho- « nor. Bonum vnguentum ad litteram eſt, quod de agreſtibus herbis « confectum exteriora vulnera ſanat: melius vnguentum, quod de « melioribus ſpeciebus confectum, intercutaneum morbum ſanat: « optimum vnguentum, quod de pretioſis ſpeciebus, vt de nardo, com- « poſitum, internos dolores fugat, vel corpus à putredine ſeruat, vt « illud Mariæ in Euangelio, quod ſuper caput Chriſti fudit. Ad ſpi- « ritualem autem ſenſum bonum vnguentum eſt oleum infirmorum, « quo infirmi in Eccleſia vnguntur: melius vnguentum, oleum ſanctum, quo Reges & Sacerdotes vnguntur: optimum vnguentum, « chriſma, quo Chriſtiani in regnum & Sacerdotium Chriſti vnguntur. Tropologicè verò bonum vnguentum, eſt lex naturalis; « *Quod tibi fieri non vis, alteri non feceris*; quod placuit Abel, & Enoch « & aliis: melius vnguentum, lex ſcripta, vt; *Non occides, &c.* optimum

§. 1. VVERBA SPONSAE. *Honorius.*

Plura de hoc oſculo videbis, ſi vacat, in Panegyri Mariana noſtra 1.

Vnguentum bonũ, melius, optimũ, quare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» mum vnguentum sub gratia; vt; *Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat.*] Hanc itaque misericordiam Dei commendat sponsa, simul cum Spiritus sancti donis, quibus iustorum animas adornat, cùm dicit, QVIA MEL. SVNT VBERA, &c. Nam teste eodem Honorio; Bonum vnguentum est remissio peccatorum per Spiritum sanctum in baptismate: melius vnguentum bona » vita post baptisma per gratiam Spiritus sancti, vt *sobriè & iustè & piè* » *viuamus in hoc s. cul* : optimum vnguentum, septem sancti Spiritus » dona, vt Spiritus sapientiæ, & intellectus, &c.

Philo. Eleganter etiam & eruditè Philo; *Vbera* sponsi interpretatur duo testamenta; à quibus lactantur animæ fidelium, lingua atque mente, corde & ore; dum ab iis verba vitæ & veritatis exsugunt; quæ illos ad plenam ætatem, vitamque perfectam perducant. Vberum istorum lac præstat vino cunctisque liquoribus; quia non scaturit ex imo terrenæ sapientiæ, vel sæcularis litteraturæ; sed cælitùs ex alto depluit & deriuatur, instar matutini roris & serotini imbris. Vnde Moses lac illud commendans clamabat; *Concrescat in pluuiam doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum; quasi imber super terram, & quasi stillæ super gramina* [a]. Hæc potio illis est salutaris, qui *modò geniti infantes rationabiles lac concupiscunt*, & diuinis reb. intenti, mente & lingua sacras litteras potant, easque in ventrem & cor exsuctas transmittunt: & inde amaricati, dolorem & termina vitæ malè transactæ concipientes, pœnitentiæ opera, salutarem peccatorum medicinam, assumunt. Hic potus nos à mente quasi alienat, vt Apostolos, qui *musto plenè* putabantur [b]; vt Propheram, qui hoc eloquio plenus, factum se dicit, velut hominem conturbatum, & qui occupatur à vino [c]. hæc alienatio sancta est. nam *vinum* dissoluit vana lætitia; sed *lac* istud super omnes humanas delectationes lætificat, tuetur à noxiis, firmat à lapsu, roborat in bono, caliginem mentis amouet, implet Dei & proximi charitate. Vt vbera duo hinc inde pectori affixa, cor ambiunt: sic ista duo testamẽta, ex sponsi pectore prodeuntia, nobis eius amorem erga animas fideles, quasi in duobus gazophylaciis, custodiunt. Nonne hæc VBERA MELIORA SVNT VINO? nonne (quod sequitur) FRAG. VNGV. OPTIMIS? Quid tale voluptuaria spirant vnguenta?

Vbera sponsi sunt duo testamenta.

a *Deut. 32. v. 2.*

b *Act. 2. v. 13.*

c *Iur. 23. v. 6.*

Vers. 3.

Vbera illa quid spirent.

Vbera illa, vt grauissimum peccatorum nostrorum fœtorem fragrantia sua superent & exstinguant, spirant nobis, IESV sponsi nostri humilitatem, obedientiam, iustitiam, clementiam, ceteras virtutes: hoc vnguentum verè Regium, Rege non Persarum aut Assyriorum, sed Rege cœli & terræ dignum, spirat odorem. Hoc vnguntur, hoc olent, qui vbera ista diligunt, exosculantur, prælant. Hoc diffunditur per orbis terrarum fines, per maris spacia, per cœli palatia. Neque id mirandum: cùm OLEVM EFFVSVM SIT NOMEN TVVM. ô sponse. Vt in hunc mundum, per incarnationem descendisti, statim doctrinæ Christianæ, cum ipso nomine (nam nomen non omen tantùm, sed & præstatio ac exhibitio vnctionis nouæ & præstantioris, fuit) suauefragrantia suos omnes sectatores imbuisti & perfudisti.

Oleum (ait Honorius) habet sex insignia: dicitur misericordia, & est signũ pacis, & fouet infirmos, & sanat vulnera, lumen lucernis ministrat, & omnib. liquorib. supereminet. Hoc CHRISTVM designat, qui est nostra misericordia, & pax nostra, qui nos infirmos prædicando fouit, vulnera peccatorum per sua vulnera curauit, signis & miraculis lumen præbuit, omnib. sanctis supereminet sanctitate & gloria.] Erat hoc nomen oleum inclusum in cœlis, & in Prophetiis donec Christus in fidelium animis se per doctrinam & gratiam diffudit: ex illo tempore cœpere has olei conditiones animæ iustorum & ipsæ quoque exprimere operibus misericordiæ, & dilectionis, & fidei, & sapientiæ, & tolerantiæ, instar olei aduersitatib. supernatantis. Ideo præcepit suis; *Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est* [a]. Ideo Apostolus de primis illis adolescentulis dicebat; *Christi bonus odor sumus* [b]: odor saluandis in salutem, iis qui amant fragrantiam spiritualium virtutũ, perituris verò, in mortem; qui vt scarabæi rosã, vt amaracũ sues, odêre, sic isti odêre oleũ istud Christi. Postquã hoc oleũ suis Christus impartiuit & odorẽ, vimq; salutarem animæ persenserunt, mira eius statim cupiditate sunt inflammatæ.

Honorius. Oleum sex habet insignia.

a *Matth. 5. v. 13.*

b *2. Cor. 2. d.*

IDEO ADOLES. DILEX. TE) & dilexere tum, & diligent semper, quotquot fideles erunt sponsæ, & dilectionem hanc imitatione, & sequendo vestigia odoris, vt fidi caruli & sagaces, testabuntur. Cupiunt animæ sequi, & prehendere; sed grauat corpus animam, spiritus promptus ab infirma carne retrahitur. Quare exclamat misella anima conscia suæ imbecillitatis bonum volens, sed non valens, à sponso postulat; TRAHE ME POST TE: Rupertus; *qui veraciter diligit, & trahitur, & trahi cupit.* Ait itaque, Da vires vt te per tua vestigia sequar. te oportuit multa pati, & sic in gloriam introire. iter arduum est, via difficilis & aspera: *Non est volentis, neq; currentis, sed tui miserentis.* Nec conuersio, nec perseuerantia opis est nostræ, sed gratiæ tuæ. Hæc me attrahat; hortabor, & iuuabo, & te iuuante adducam mecum comites plures, conabor comitata venire; & simul CVRREMVS. festinabimus dum tempus habemus, dum dies lucet, ne tenebræ nos comprehendant.

Vers. 4.

Qui veraciter diligit & trahitur, & trahi cupit. Rom. 9. 11.

IN ODOREM VNGV. TVOR.) in fragrantiam odoris bonorum operum. Vnguenta (inquit Honorius) sunt varia spiritus » charismata, odor vnguentorum fama bonorum operum.] Sic currens » anima perfecta, fit digna coronari, & in thalamo sponsi collocari. Quare mox sponsus eam per fidei portam admittens, deducit adscendentem per gradus spei, vsque ad cognitionem secretorum Dei, & cubile ipsum promptuariumque caritatis. primò quidem in illam cognitionem, de qua nunc; deinde & in charitatis plenitudinem, de qua postmodũ loquetur [c]. *Penetrale* istud Honorius rectè interpretatur penum S.S. quoniã in sacris libris variæ sententiæ, vt vina sitien-

c *Infrà c. 2. v. 4. Honorius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» tibus iustitiam propinantur. Cùm enim lectio de Ioseph legitur,
» quasi poculum contra adulterium porrigitur. cùm verò de Iudith
» scriptura recitatur, quasi poculum castitatis propinatur. In hæc cel-
laria Christus sponsam introducit, quando ei sensum aperit, vt intel-
ligat scripturas; & quando ei mysteria fidei reuelat. Sed & alium
sensum indicat, quem arbitror accommodatitium, sed valdè ac-
commodum. Cùm quis de sæculari vita ad spiritualem conuersatio-
» nem venerit exsultans dicit, INTRODVXIT ME REX IN CELLARIA SVA,
» clausura quippe sunt quasi cellaria quædam, in quibus sunt multimo-
» dæ cõsolationis pocula. dum enim conuersis vitæ sanctorum legun-
» tur, quasi quædam pocula iustitiam sitientibus proferuntur, qui-
» bus clausurales dicunt, *exultabimus & lætabimur in te.* id est, corpore
& anima gratulamur de tua conuersione.] Sed (vt dixi) hoc accom-
modatitio sensu recipi potest. vera Tropologia etiam ad sæcularium
animas pertinet, de quibus in genere subditur; eo ipso, quod in
cellaria hæc fuerunt introductæ: *ab agno, qui solus potest signacula li-
bri soluere* (sunt hæc, auctore Honorio, mysteria Incarnationis, Na-
tiuitatis, Passionis, Spoliationis inferni, Resurrectionis, Ascensio-
nis, futuri iudicij) mira lætitia fuerunt perfusæ.

Scriptura S. vsi peculiaris & seu cellarium.

EXVLTAB. ET LÆTAB. IN TE, exultareq; cœperunt etiam exterius corpore, operando ea ad quæ corporis ministerio indigebant; & lætitia quadam vehemẽtiore impulsæ cœperunt etiam operari sedulò, præstãtiora spiritus exercitia, orando, legendo, psal-
lendo, docendo, prædicando. Sed hæc omnia suo loco, nẽpe INTE) quando & vbi tibi (sponse) placebat, hoc est, in vnitate Ecclesiæ tuæ; extra quam quicquid fit, tibi placere nõ potest. Sentiunt hoc mecũ, quotquot in hæc *cellaria* semel ingressi, ea non deseruerunt. Qui bi-
berunt vinũ tuum purum putum, meracumque, quod bibentium oculos (vt ait Ambrosius [a]) aperit & facit videre viam rectam, & relinquere vias tortuosas. nam ad Christum solus iustitiæ trames potest peruenire. Ideo

Quicquid fit extra Ecclesiam, Christo placere non potest.
a in Ps. 118. ser. 2.

RECTI DILIGVNT TE.) Illi *recti* dicuntur (ait Alanus) qui di-
rectè per viam regiam incedunt, non declinantes ad dexteram illecti
» prosperitate, nec ad sinistram fracti aduersitate: qui non incurua-
» tur ad mundana amore terrestrium, sed diriguntur ad cœlestia amore
» cœlestium: qui non diligunt Deum propter mundum, sed propter
» ipsum Deum. Vel *recti* dicuntur, qui altero pede non claudicant. ille
» altero pede claudicat, qui vtramque virginitatem non seruat, cor-
» poris scilicet & mentis. Illi etiam specialiter *recti* sunt, qui duo vbera
» virginis diligendo & imitando, sugunt; id est, humilitatem & virgini-
» tatẽ, & sic eorum specialiter *vberum memores* sunt.] Ait Philo; Nisi
» cordis rectitudinẽ amabis, frustrà vnigenitum amabis. Opprobrium
» enim peccatorũ sapientia, cor autem rectorum diligit sapientia. Est
» autem rectitudo continere se ab omni specie delictorum, conscien-
» tiam suam cũ Dei voluntate conformare, eiusq; mandata omnia in-
» tento corde perficere. Hoc doctrina Ecclesię monet, hanc diligunt;

Alanus. Recti qui sint.

Philo.

qui

qui de CHRISTO, vt decet, sapiunt qui soli rectorum nomen me-
rentur. Hi soli MEMORES SVNT VBERVM: quia præferunt hoc diuinæ sapientiæ studium omni sæculari sapien-
tiæ, amplectuntur Gratiæ lenitatem præ legis austeritate. Hi tã recta electione, *se rectos* & veri iustiq; tenaces ostendunt. Hi ex animi mente Christum diligunt. Ceterũ anima sic affecta, cũ à Deo in se ipsam cogitationẽ reflectit, suamq; considerat præ illa pulchritudine deformitatem; incipit vereri, ne illam nõ tam RECTI illi, quàm ceteri adhuc imperfectiores despiciant in hoc mundo; imò ne & Angeli contaminatam illam & sponsi amplexu indignam profiteantur. Honor. Cùm fidelis (ait) anima in sancta conuersatione despecto vultu & humili habitu vtitur, à carnalibus amicis & cognatis despicitur; quib. dicit; Vos amici mei, qui vultis esse *filiæ Ierusalem*, id est, Ecclesiæ, vobis *nigra*, id est, despecta pro contemptu mundi appareo, & reputatis me *sicut tabernacula Cedar*, id est, sicut hypocritas, *qui veniunt in vestimentis ouium, intus autem sunt lupi rapaces* [a]: qui sunt tabernacula tenebrarum scilicet dæmonum. Sed in oculis Domini sum *formosa sicut pelles Salomonis*, videlicet sicut carnes CHRISTI, exteriùs ieiuniis & vigiliis macerata, interiùs virtutibus decorata. Sicut enim pellis est mortui animalis, sic ego sum mortificata vitiis, & ideo sum habitaculum CHRISTI veri pacifici. Idcireo vos carnales.

Honorius.

* *Versu 5.*

a Matth. 7. v. 15.

NOLITE ME CONSIDERARE QVOD FVSCA SIM, in vili ha-
bitu; sed attendite, quod hæc causa veri Solis CHRISTI subiui; qui cùm esset diues, propter me pauper factus est, vt me diuitem face-
ret; qui DECOLORAVIT ME, dum me, à secularis ornatus colore, ad hunc habitum permutauit.] Sed ad Angelos ista referens Ambros. Dicit & caro, *fusca sum, & decora*, fusca puluere sæculari, quem certando collegi: *decora* oculo spirituali, quo mundi huius puluerẽ hunc, squallorémque detersi. *Fusca* per vitium, sed *decora* iam per lauacrum, quo ablui omne delictum. *Fusca* sum, quia peccaui; *decora*, quia iam me diligit CHRISTVS: quam relegauerat in Eua, recepit ex virgine, suscepit ex MARIA.] Philo quoque; Nolite me despicere ob delictorum meorum nigredines; quoniã circunfulsit me CHRISTVS Sol IVSTITIÆ. & postea, facta est itaque candore vitæ lucida, quæ antea tota tenebris obducta fuerat.] Non tenebris duntaxat peccatorum, sed & afflictionis ac persecutionum æstu afflata fuscatáque. Cuius causam subdit, quod cùm custodia vineæ illi fuisset demandata, nec per aliorum culpam sibi licuisset stationem illam retinere, propinquorum insidiis, & furore vaga huc illuc oberrarit.

Honorius. Vers. 6. *Christus vcùm esset.*

Philo.

Quàm hoc sæpè accidit animæ fideli, & rebus cœlestib. amore inhærenti? vt vi, & inuidia aliena compellatur sortem illam Mariæ deserere, & primùm ad Martham, postea tandem ad mundi curas transfugere? qua in curatione nequit fieri, quin picẽ tractãs coinquinetur, & fuligine dẽsa, de ambitionis & auaritiæ, vt Aetnæ crateribus sese elibano diffundente, decoloretur. Vidit hoc Honorius; Non Iudæi tantùm (ait) nec Pagani, sed ipsi Christiani, FILII MATRIS MEÆ

Anima fidelis quomodo præceps ruat.

Honorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" PVGNA. CONT. ME, mihi detrahendo, quiete spiritalis vitæ
" inuidendo, ad sæcularia negotia retrahendo; & cùm aliter (distra-
" here) non possent, POSVERVNT ME CVSTODEM IN
" VINEIS, id est, lucri gratia præfecerunt me secularibus, & sic
" VINEAM MEAM NON CVSTODIVI, id est, spiritualem
" vitam, obtentu dilectionis proximi, neglexi. Vitæ quippe singulo-
" rum hominum vineæ à simili dicuntur. quia sicut vinea circumsepta
" est maceria, sic corpore circumdata est anima: & sicut vineæ sunt pal-
" mites fructum ferentes, sic sunt in anima cogitationes opera profe-
" rentes. In his vineis seculares spiritalem virum ponunt, dum eum lu-
" cri caussa ad officium prælaturæ eligunt: sed ipse vineam suã non cu-
" stodit, dum spiritalẽ vitã negligit, & curã sæcularis negotij susc ipit.]

Religiosi prudenter à sæcularibus negotijs arcentur.

Quàm prudẽter ergo religiosi Constitutionibus Ordinis à negotiorum sæcularium susceptione, & à prelaturis ac dignitatibus arcentur? Norunt, qui oppressi gemunt. timent, qui lapsus stellarum de cœlo meminêre. Certum præcipitium, si fine malo: periculum magnum, si bono, sed lubens & affectans, assumeris: sola fiduciam præstare potest obedientiæ vis, si electus vt Aaron, vt Moses, vt Gregorius, vt similes. Talia hæc anima, periculum vel metuens, vel quid aliis metuendum docens; INDICA (exclamat) MIHI, (inuisibilem namque, vt coram, licet alloqui; quem vbique præsentem non ignoro) QVEM DILIGIT ANIMA MEA, VBI PASCAS, VBI CVBES IN MERIDIE, NE VAGARI INCIPIAM POST GREGES SODALIVM TVORVM. Scis me mulris curis distrahi, scis periculum magnum à sagitta volante in die, & à meridiani dæmonij insidiis; velim à te nunquam auelli, sed non vna tibi semper vno loco sedes; & multi falsò iactant, & de tali hospite gloriantur. nollem à talibus decipi, vel traduci. te quoque decet tibi vni sponsam tuam virginem castam asseruare. die ergo vbi te inueniam æstu curarum fessa & languens. opus est spirituum discretione, ne quis mihi adulterino nomine illudat. Cùm sol tentationis feruet carnis libidine, vel auaritiæ æstu, vel iræ feruore, vmbrosus locus quærendus est. hic, Honorio teste, castus est animus; & sicut pastor ictus meridiano æstu in opacum locum declinat, sic Christus suos vrgente æstu tentationis, in castis cubat, quos sua theoria (id est, diuina contemplatione) & dilectione sua pascit. Sed sunt multi falsi fratres, in quibus flores aliqui virtutum, sed numquam matùri & veri fructus inueniuntur; qui sodales Christi se fingunt, sed non sunt: quia penes illos non " CHRISTVS, sed satanas habitat. In quibus enim *charitas*, quæ " *Deus est*, non habitat, in his falsitas, quæ est diabolus, regnat. Significat itaque verendum, ne dum quærit sponsum in veris sodalibus adorare, vaga, mente decepta, diabolum in falsis fratribus " adorare deprehendatur. Philo; Ne vnquam cum hæreticis atque " schismaticis, falsisque Christianis versari incipiam & admiscearis ob " idq; *greges*, veluti brutorũ rationis expertiũ appellantur. Viuunt sine ordine,

Vers. 7.

Honorius.

Castus animus vmbrosus locus est.

Philo.

ordine, sine vera fide & charitate. ô quot sunt greges animalium im- "
mundorum, quot simulati & falsi Christiani, qui ore quidem fatentur "
se nosse Deum, vita verò ac moribus [a] apertè negant, vt inquit "
Paulus. Hos quærit fugere sancta anima: hos abominantur iusti; ab "
his declinant recti. Propterea respondet sponsus, SI IGNORAS, &c. "

[a] *Tit. 1. v. 16.*

MIXTA INTERPRETATIO, QVÆ EST DE B. VIRGINE

§. 4. Versu 2.

HOc initium ad INCARNATIONIS mysterium referendum cuncti fatentur, sed variè accommodant, vt alibi copiosiùs demonstraui. ALANVS; Canticum (inquit) amoris, scilicet epithalamium Salomonis, specialiter & spiritualiter ad Ecclesiam refertur: tamen specialissimè & spiritualissimè ad gloriosam virginem reducitur.] Honorius *in* B. MARIÆ *sigillo*, sic scribit; Gloriosa virgo MARIA typum Ecclesiæ gerit, quæ mater & virgo exstitit. Ecclesia, mater prædicatur, quia Spiritu sancto fœcundante, per eam quotidie filij Deo in baptismate generantur. Virgo autem dicitur, quia integritatem fidei seruans inuiolabilem, ab hæretica prauitate non corrumpitur. Ita MARIA, mater fuit CHRISTVM gignendo; Virgo, post partum clausa permanendo. Ideo cuncta quæ de Ecclesia scribuntur, de ipsa etiam satis congruè leguntur. Dicitur ergo OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI. Quem Reges & Prophetæ non meruerunt videre vel audire: hunc virgo non solùm meruit videre, sed etiam in vtero portare, & iam nato crebra oscula dare, plurimaque à sancto eius ore percipere.] Sed melius Rupertus hic lib. primo, refert ad consensum, quem virgo Gabrieli respondens præbuit, quod disertiùs adhuc à Guilhelmo explicatum, & lucidiùs, inde decerpam. Incarnandus Dei filius ex virgine, præmisit: ad eam vnum ex familiaribus suis, vt auriculam eius reuelaret, & arcano, quod absconditum fuerat à sæculis & generationibus, referato, consensum & cooperationem eius flagitaret. Quippe nolebat omnipotens suæ incarnationis miraculum operari in ipsa, non cooperante ipsa, nec carnem volebat sumere ex ipsa non dante ipsa. Itaque non tantùm ex ipsa carnem suscipere volebat, sed etiam ab ipsa. Non sic olim, non sic, quando immisit soporem in Adam, vt de corpore nescientis tolleret, vnde illi mulierem formaret.] Non enim missus est sopor in virginem, sed missus est Angelus à Deo ad virginem vigilem, vt illam tanti mysterij conscium redderet. At & hoc parum esse iudicauit ad futura nuptiæ suæ gloriam, si arcani sui tantum redderet conscium, sed etiam reddidit co-

Alanus.

Honorius. Virgo Maria typum Ecclesiæ gerit.

Rupertus.

sic cor.

Deus voluit carnem ex Virgine sumere ipsa cooperante.

Universidad de Deusto
Biblioteca

operatricem & ministram. Et licet aliàs sublimius videatur intùs doceri per vnctionem, quàm foris per signa: tamen sublimius fuit & intùs inungi, & foris doceri per nuncium: nisi fortè putes ignarum fuisse mysterij, quod intùs per fidem operabatur. Spiritus S. eam intus vngebat: Angelus autem reuelabat. Per fidem cooperata, & incarnanti se verbo carnis substantiam de sua carne, credendo dedit.

Fides Euæ venenum, fides Mariæ antidotum.

„ Quomodo crederet sine prædicante, aut quomodo prædicaret Angelus nisi mitteretur? credidit, vt opponeretur mortiferæ fidei primę „ mulieris salutifera fides secundę. Siquidem fides Euę venenum, fides „ MARIÆ antidotum fuit. Denique per fidem Euæ, quæ mentienti „ diabolo credidit, mors intrauit in mundum; per fidem verò MA„ RIÆ, quæ Angelo euangelizãti assensit, vita mortem occisura in„ trauit in mundum. Tantum valuit ad malum fides Euæ, vt cunctis „ hominibus mortem propinaret; & tantum valuit ad bonum fides „ MARIÆ, vt electis omnibus mortem mortis generaret. Creden„ do enim concepit vitam nostram, quæ ait[a]; *Ero mors tua, ô mors.*

a Ose. 13. v. 14.

„ Quod si peccatrici mulieri veraciter dictum est, *fides tua te saluam fe*

b Matth. 9. v. 22.

„ *cit*[b]: & fœcundæ virgini dici potest, fides tua te grauidam fecit. No„ tandæ verò & distinguendę in his causę duę, operans & cooperans. „ In emundatione illius peccatricis, emundantis Domini pietas, causa fuit operans: fides verò eiusdem mulieris, causa fuit cooperans.

sic leg.

„ In conceptu virginali, quo Deus concipiebatur, concipiendi virtus „ altissimi obumbrans, causa fuit operans; fides verò virginis, causa „ cooperans.] Quando videlicet paranympho, post insolitam salutationem, legationem exponenti Virgo consensit.

„ Ille in hanc sententiam loquebatur; Ecce Dei filius venturus est „ in te, & diuina sua dignatione sumpturus de te, quod sibi in perso„ nam vnitum suo tempore offerat patri pro te, & pro omnibus præ„ ordinatis ad vitam æternam. Sumpturus est planè de te, per quod „ ipse mundum reconciliet sibi: vt in tuo vtero, iuxta patrocinium „ patris tui Dauid[c], *Iustitia & pax osculentur*, id est, æterna diuini„ tas & reconciliatrix humanitas in vnam verbi personam ineffabiliter „ copulentur. Tu venienti vnigenito Dei occurre; &, quoniam hi„ lariter dantem diligit Deus; prompta & hilari fide da illi de carne „ tua victimam reconciliationis humanæ. Illa verò prudens & non in„ credula; Virgini virum non cognituræ prædicis partum: insinuat „ etiam pariendi modum; quo modo in meo vtero, sine dispendio pu„ doris, fiet illud ineffabile osculum iustitiæ & pacis. Et respondens Angelus; Qui paratus est incarnari ex te, osculabitur te osculo oris sui. nempe Spiritus sanctus osculum oris est CHRISTI; quo osculatos se gaudent, qui dicunt; *Charitas diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis*[d].

Intelige, efficacissimam pro damnatis etiam se obtulit sufficienter.

c Psalm. 84. v. 11.

d Rom. 5. v. 5.

In vtero virginis pax est osculata iustitiam.

Et dicitur in vtero virginis pax osculata iustitiam. Caro CHRISTI *pax* dicitur, quia per eam inter Deum & hominem facta est pax: Sicut & peccatum dicitur *mors*, quia per illud facta est mors. Denique ab Angelo ratione reddita, Virgo pia facilitate assentiti & ait:

& ait; *Ecce Ancilla Domini. fiat mihi secundum verbum tuum.* Prædicis, „ ô Angele, in meo vtero celebrandum illud ineffabile osculum Iusti„ tiæ & pacis; quod vt fiat polliceris, quod vnigenitus Dei filius di„ gnabitur me osculo oris sui. *Ecce Ancilla Domini.* Ecce ad susceipien„ dum hoc suauissimũ osculum parata sum. *Osculetur me osculo oris sui,* „ secundum verbum tuum. Vide fidem; qua, secundũ verbũ Angeli, „ sluo pudore, se VERBVM parituram credebat. Vide desiderium; quo promissum partum mente flagrantissima exoptabat. Dixit, & obtinuit, quia mox VERBVM caro factum, & osculo potita MARIA, tanta se delibutam suauitate sensit; vt corde iubilans, lingua exultans, rationem desiderij prioris, & gaudij præsentis breuiter exprimens, dicat, QVIA MELIORA SVNT VBERA TVA VINO, FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS. ALANVS qui hæc tribuit sponso; Ad litteram (ait) „ possumus hæc referre ad naturalia vbera virginis, de quibus dicitur „ in Euangelio (Luc. 11.) *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* Quæ delectabiliora, quæ meliora, quàm illa vbera; quę propinauerunt lac CHRISTO, non ex libidinis fœditate, sed virginitatis fœcũditate? Talia optabat CHRISTVS vbera, à tali vbere lac sugere; „ quod non saperet carnis lubricum, sed virginitatis antidotum. „ FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS.) quia quod faciunt vnguenta odore, hoc faciũt „ vbera virginitatis integritate. Fuerunt in virgine duo exẽplaria benè „ viuendi, castitas & humilitas, quas nobis in exemplum proposuit. „ Quibus quasi quibusdam vberibus fidelium populum, tanquam ma„ ter filium lactauit. Hæc propinant vinum æternæ delectationis & „ meliucundæ quietis.] Sed hoc litteræ non innititur. Ideo, vt & *vbera* sponso competere scias, & suauitatem eorum percipere valeas, perpende sequentia Ruperti; In Isaia loquitur ipse Deus[a]; *Audite me domus Iacob & residuum Israël, qui portamini à mea vtero, qui gestamini à mea vulua: vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo.* Ergo & *vbera* rectè dicitur habere, quæ Psalmista non ignorans dicebat; *Si exaltaui animam meam, sicut ablactatum super matre sua, ita retributio in anima mea*[b]. Quid ergo per *vbera* eius, ni„ si dulcedinem eius rectè intelligimus? Et quid est dulcedo eius, nisi „ Spiritus sanctus? Talis dulcedo pulchrè in duo vbera discernitur, „ quia duo sunt data eiusdem sancti Spiritus. Alterum datum est in „ remissionem peccatorum, cuius videlicet dati vbere, nullus ante hanc „ B. Virginem lactatus est sanctorum antiquorũ. Alterum datum est in „ diuisiones siue distributiones diuersarum gratiarum; quo videlicet „ vbere lactati veteres sancti, & prophetauerunt, & multa miracu„ la operati sunt. Vtrorumque huiusmodi vberum lætificata dulce„ dine ineffabili; dum concipis, ô virgo beata, dum tibi fit secundum „ hoc verbum Angeli; *Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus al„ tissimi obumbrabit tibi*: quibus duabus clausulis iam dicta signifi„ cabantur duo data eiusdem Spiritus sancti, quid aliud diceres, „ nisi?

Virgine fuerunt duo exempla viuendi, castitas & humilitas.

a Esai. 46. v. 4. Rupertus.

b Psal. 130. v. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» MELIORA SVNT VBERA TVA VINO FRA-
» GRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS.) & postea. Opti-
» ma nanique *vnguenta* sunt, charismata hæc, sermo sapientiæ, ser-
» mo scientiæ, fides, gratia sanitatum, opera virtutum, Prophetia,
» discretio spirituum; quæ qui habent, boni odoris sunt, & suauiter
» fragrant, sicut vnguentum optimum.] Honorius addit, non esse friuo-
lū, ad litteram accipere, quod B. Virgo charissimum filium suum
optimis vnguentis sæpè perunxerit. Mihi id non admodùm verisi-
mile, in paupertatis tam studiosis: & quid opus? Nonne subdit
ipsamet virgo de filio; OLEVM EFFVSVM, NOMEN
TVVM? Quia (sic Rupertus) processit de secreto substantiæ
Patris verbum fortitudinis eius, cum suauitate miserationis. Cha-
» riùs Guilhelmus; Solemne est (ait) in S.S. per *oleum* gratiam signa-
» ri. Quid ergo est *oleum effusum*, nisi gratia diffusa? *Diffusa est gratia in*
» *labiis tuis* [a], ad personam eiusdem incarnatæ sapientiæ dicitur. *La-*
» *bia* eius Apostoli, in quibus posuit fæluberrimum verbum prædi-
» tionis, & per quos suauissimum osculum reconciliationis mundo
» porrexit. Per ipsos facta est diffusio gratiæ, id est, *effusio olei*, quo
» vngerentur omnes præordinati ad vitam æternam, & dicerentur
» à CHRISTO Christiani. Illud *vnxit Deus præ consortibus suis*: hoc
» labia sponsi oleum nominis effuderunt, quando Apostoli gratiam
» notitiæ CHRISTI extra fines Iudææ, in qua eatenus notus erat
» Deus, prædicando per omnes gentes diffuderunt, vt etiam in gen-
» tibus impleretur illud Isaiæ [b], *computrescet iugum à facie olei*: de quo
» scriptum est; *graue iugum super filios Adam* [c]; à die exitus de vtero
» matris eorum, vsque ad diem sepulturæ in terra matre omnium.
» Hoc *iugum* non statim aufertur, sed leuius fertur, & *computrescit*, id
» est, paulatim langueseit atque decrescit; donec suo tempore peni-
» tùs auferatur, & plenitudo libertatis filiis vnctionis tribuatur.]
ALANVS, qui hæc verba Christo tribuit, ad famam S.S. hæc virginis
» respiciens scribit; Cuius nomen prædicatur mundus, nisi virginis
» huius? Cuius laus celebratur in ore populi fidelis, nisi virginis ma-
» tris? Cuius humilitas nobis proponitur in exemplo, nisi virginis MA-
» RIÆ? Cuius virginitas nobis datur in speculum, nisi virginis in-
» corruptæ? Et eleganter fama & gloria nominis eius, oleo effuso com-
» paratur. Oleum esurientem reficit, ægrotantem sanat, membra de-
» fatigata mitigat, odorem parit, flammam nutrit. Sic & in laude virgi-
» nis reficimur, exemplo eius ad virtutum medicamina inuitamur; ad-
» uersitatibus fessi eius patrocinia recreamur; vita eius forma illustramur.
» Nominis fama diffunditur, & non solùm *oleo*, sed & oleo effuso, no-
» men eius comparatur. Quia sicut oleum effusum magis redolet, sic
» quanto magis nomē virginis dilatatur, tanto magis gloria augetur.]
Si tale nomen matris, quale filij, à quo fama nouimus matrem? Ideo
pergit Deipara, pendente adhuc infantulo ad vbera, sed futuræ
glorificationis eius conscia, cōsiderare, vt iam sedentē ad dexteram
patris, & ex toto orbe per discipulos corpus Ecclesiæ congregātem;
cum

Rupertus.

Guilhelmus.

[a] Psal. 44. v. 3.

Apostoli labia Christi sunt.

[b] Isai. 10. v. 27.

[c] Eccles. 40. v. 1.

cum alloqui, Prophetico spiritu prædicens implenda, vt iam impleta, propter certitudinem futuræ impletionis: IDEO propter hanc ea, propter certitudinem futuræ impletionis: IDEO propter hanc gratiæ tuæ diffusionem, ADOLESCENTVLÆ (ait) DILEXERVNT TE. Sunt quædam animæ, præ amore sponsi cœlestis, à suo & mundi amore penitùs mortuæ: sicut erat anima Pauli, qui dicebat; *Viuo ego iam non ego, viuit verò in me* CHRISTVS [a]. Et item; *Mundus*, inquit, *mihi crucifixus est, & ego mundo* [b]. Planè hæc anima reliquerat patrem & matrem, & adhærebat sponso suo, & erant duo in spiritu vno. Vnde & dicit, *Qui adhæret Domino, vnus Spiritus est* [c]. Tales animæ facti & spiritalis connubij pacto sunt coniunctæ regi tanto, & ideo *Reginæ* vocantur postea; *Sexaginta* [d] *sunt Reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum non est numerus*. Sunt autem & aliæ animæ, castæ quidem, quia nullum alium præter sponsum admittunt; & fœcundæ, quia aliquando sponsum suscipiunt cordis thalamo, sed quia adhuc seipsas vel mundum, paulò immoderatiùs occupatæ, non satis exuerunt; indignæ sunt quæ sollemni illo ritu, & dotis dictione, Regi *iustæ vxoris* lóco sint, aut *Reginæ* vocentur; sed *concubinæ* duntaxat. Aliæ denique sunt animæ rudes adhuc & inexpertæ; sed tamen iam adhærentes, & deputatæ sponso, & ideo ad bonum iam habiles & idoneæ. hæ sunt *adolescentulæ*, in Reginas vel concubinas tandem assumendæ, vel fornicaturæ & repudiandæ. Fornicationi se dabunt, non modò, quæ statim sponsum deserunt; sed & illæ, quæ desidiæ, & socordiæ se tradunt: Sic enim tepidè incipiunt diligere, quod genus esse fornicationis docet qui dixit; *Vtinam* [e] *calidus esses, aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam te euomere ex ore meo.*

Sed tamen comparatione MARIÆ, nullæ sunt Reginæ. Eleganter (ait Alanus) respectu virginis matris aliæ virgines (*sic legendum*) adolescentulæ dicuntur, quia hæc mater, hæ filiæ: hæc regina, hæ famulæ: hæc patrona, hæ adolescentulæ: hæc magistra, hæ discipulæ.] Aliàs tranſeunt in reginarum sortem, quæ exardescunt in sponsi amorē, & diffuso illo oleo, præ participibus copiosiùs sunt iunctæ. propter quam plenitudinem decuit MARIAM Deiparam prædicere, quod sequitur, Sat scio; Trahes me post te: Nam cùm audis TRAHE MI POST TE, scito ex idiotismo futuri vim latere in Imperatiuo illo. Non sic tempore legis, non sic; non audebant tum adolescentulæ, animæ imperfectiores, osculum petere, imò nec audire sponsum. Stabant longè, & Mosi dicebant; *Loquere tu nobis, & audiemus. Non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur* [f]. Nondum quippe *oleum* erat *effusum*; sed post effusionem, iam diligunt, iam coram sistunt, iam ruunt in amplexus, non Reginæ tantùm, sed & *adolescentulæ*, secutæ Reginam Regnatrum. Quæ præcedens meritis, & præeuns exemplo, *Trahi* se postulat, vel trahendam potiùs significat. Sed quando? Rupertus ingeniosè accommodat sollemni festo VISITATIONIS & festinationi in montana Iudææ: potestis inde peræte. Honorius breuiter refert ad ASSVMPTIONEM in cœlum; Dicit ad filium; *Trahe*, scilicet ad exercitium

[a] Galat. 2. v. 2.

[b] Galat. 5. v. 14. *Animæ amore cœlesti ipsi à suo & amore mundi mortuæ.*

[c] Gen. 2. v. 24. & Matt. 19. v. 5. & 1. Cor. 6. v. 17.

[d] Cant. 6. v. 7. Vers. 7.

[e] Apoc. 3. v. 16. *Respectu Mariæ nullæ sunt Reginæ.*

[f] Exod. 20. v. 19.

Honorius.

" citium virtutum. MARIA non didicit à filio suo cœlos creare, sed
" humilitate & mansuetudine radiare, vt dixit: *Discite à me, quia mi-*
a Matth.11. v.29. " *tis sum & humilis corde* a. Ideo tracta est post CHRISTVM in
" cœlum.] Sic ille duas insinuans interpretationes, vnam de imitatione virtutum, alteram de Assumptione in cœlum. Prior illa est aptior connexioni, & magis Historica, rationi temporis conueniens; &
Guilhelmus. progressibus Ecclesiæ similior. Sed Guilhelm. qui vult temporis aut ordinis nullam in hoc Cantico rationem haberi, pereleganter accommodat Assumptioni in cœlum, in hunc modum. filium de morte triumphantem & in cœlum ascendentem gratulabunda alloquitur: *Trahe me*, inquiens, *post te*, ô mi dulcis IESV, ô gloria tuæ matris IESV. redis nunc ad patrem, trahe me post te matrem. vt videat pia mater charitatem quam habes ex patre. Vt mutuam vicem reddas matri; quæ pro tempore meis vberibus pauit te, nunc deliciis diuinitatis tuæ pascatur à te. Lacte meo potaui te, & quib. potui cibis alui, in diebus humilitatis tuæ: nunc, quod potes, *inebria me*
Ps.35.v.9. *ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ* pota me. Nec ait, *trahe me tecum*, sed, *trahe me post te*. quo charitatem suam erga genus humanum clarissimè manifestat. Non petit cum filio cœlum ascendere; quia licet multo tædio in terris afficiendam se sciret absente filio: sua tamen Ecclesiæ commodis postponebat, & nolebat adhuc rudi deesse, sermonibus suis de mysterio incarnationis pleniùs informandæ, & exemplis ad spiritualem profectum excitandæ. Sic Guilhelm. secutus distinctionem illam; *Trahe me post te*: quam ostendi §.1. minùs esse probam: licet etiam illam sequatur Alanus, his
B. Virgo cum filio post ascensionem esse cupiebat. " verbis; Nota quod sicut virgo gloriosa desiderauit CHRISTI
" aduentum in carnem; ita omnibus votis optauit venire ad ipsum
" post ascensionem: Vt sicut cum filio fuerat peregrinata in terris, ita
" cum eodem regnaret in cœlis.] sed cur vtitur *trahendi* voce? notat desiderium quod sibi commisso Ioanni, quod Apostolis reliquis, quod tori Ecclesiæ erat morte sua relictura. Sciebat animo saltem (vt de B. Martini discipulis legimus) dicturos; Sic nos mater deseris? sic filios desolatos relinquis? cui nos commendas? Mane nobiscum. nimis adhuc est necessaria gregi nouello præsentia tua. Iam animo motus illos misericordiæ misericors mater sentiebat; qui velut brachiis, migrantem in cœlum animam erant retenturi. Vellet esse cum filio, nollet filij membris auelli. coarctaretur nimis, & quid eligeret, ignoraret. Nam & esse cum filio illi multò melius, permanere autem in carne adhuc videbatur necessarium, propter filios. Ideò & permansit in carne post filij ascensionem, ne membris deesset; & tandem incœlum assumpta fuit, ne diutiùs à filio abesset. Interea currebat filij vestigia imitando, & alios post se trahebat, attracta odore virtutum & charismatum filij. hoc pollicetur; POST TE CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM TVORVM. *Curremus*; ait Cardi-
Hailgrinus. nalis Ioan. Hailgrinus, veloces sequendi desiderio: curremus, forte? in fide:

in fide: curremus tanquam leues & agiles. Sicut dicit Apostolus ad " Hebr.12.v.1.
Hebræos a, *Deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum: per* "
patientiam curremus ad propositũ nobis certamen, respicientes in authorem "
fidei & consummatorem IESVM; *qui, proposito sibi gaudio, sustinuit cru-* "
cem, confusione contempta.] curremus hilariter (*Sic Guilhelm.*) ad offi- "
cium prædicationis, & quod à te nobis plenissimè insinuatum est, Guilhelmus.
quasi saluberrimum antidotum propinabimus; curremus (*sic Hono-* Honorius.
rius) virtutum tuarum exempla imitantes. Alanus; *Curremus*, non Alanus.
stabimus delectatione in via mundi, sub vmbra sæculi, aut phantasia "
terrestris oblectamenti; sed *curremus* benè operando, de virtute in "
virtutem ascendendo. *Curremus* per stadium, vt perueniamus ad bra- "
uium, *tractu*, id est, imbutæ fragrantia spiritualium donorum, quibus "
nos spiritualiter vngis; quæ dicuntur *tua*, quia à te specialiter "
data.] "

Quo fructu (virgo sacratissima) sic curres? Introducet me, hoc enim valet in prophetia præteritum; INTRODVXIT ME REX. non sinet me currere, æstu sitique enectam; sed refocillabit liberalissimè. nam de potioribus bonis suis reficiet. *cellaria* pleriq; omnes interpretãtur, cœlestis regni æterna gaudia. Sic Hailgrin. sic Honor. sic Guil- Guilhelmus.
helmus, qui accuratiùs in hanc sententiam; Rex (ait) cui vos, ô filiæ, nubere volo, vt sitis *regina nobiles adstantes a dextris eius, in vestitu de-* " Psal.44.
aurato, circumdata varietate; gratiam mihi pro gratia reddidit. Ego " prompta fide, hilariq́ue desiderio eum olim introduxi in cubiculum " veteri mei, vt humanæ ibi substantiæ vniretur; eúmque iam incarnatum, & natum, piis brachiis sæpè suspendi ad vbera mea, imbuendum lacte meo. porrò ipse reuersus in regnum, non fit meorum immemor Cellaria sunt cœlestis beatitudo.
officiorum: sed assumptam de terris *introduxit me in* cœlestia *cellaria* *sua*; inebriandam vino iucũditatis suæ, quod lætificat & inebriat Angelos: officiosissimam olim nutricem carnis suæ, fœlici nunc vicissitudine remunerat in deliciis diuinitatis suæ] respiciunt ergo hi ad gloriam Assumptionis. Eodem modo ferè Alanus exponit, in hæc verba; Eleganter nomine cellæ vel cellarij significatur proprietas cœli. " Alanus.
quia sicut in cellario reponuntur vina quæ hominem satiant, & ine- "
briant, & à curis sæcularibus separant: sic cœlestis beatitudo beatos "
ita inebriat, quod solitarios reddit, & omnino ab amore terrenorum "
secludit. Vnde in Psalm. 35. legitur, *Inebriabũtur ad vbertate domus tuæ,* "
& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Vt sicut aliquis exsistens in cella, "
vt solitarius eremita secluſus est à strepitu sæculi: ita aliquis existens "
in cœlo à tumultu mundi. Vel per cellaria intelligitur repositio the- "
saurorum sapientiæ, & scientiæ Dei. Sicut enim in cellario reponun- "
tur seruanda: sic apud gloriosam virginem (tanquam spirituale cel- " Apud Virginem sunt secreta sapientiæ Dei. Rupertus.
larium) sunt secreta sapientiæ & scientiæ Dei.] Sed magis placet vt "
consentaneum seriei & tempori, nondum agi de cella illa vinaria vlti- "
ma, sed de priore; de qua Rupertus tandem accepit, his verbis; Et
quæ sunt illa CELLARIA Regis Dei? Nimirum sacra mysteria, quæcumque continentur in scripturis sanctis. Nam ista cel-

E laria

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

» laria pretiosa sunt, meliora cellis aromatum, & argenti, & auri, &
» odoramentorum & vnguenti optimi, & omnibus apothecis regiæ
» supellectilis, thesaurorumque vniuersorum, quales habere potuerũt
» Reges terrarum, & ille præcipuè temporalis Rex Salomon. In *cellaria*
» SVA, inquit, non qualiscunque *Rex*, sed Rex cœli & terræ *me intro-*
» *duxit*. nihil enim à me abscondit, sed omni dulcedine sua (*hoc est sa-*
» *pientia & doctrina sua*) me inebriauit. Qui enim *Verbum* suum quod
» erat, & est in corde suo, mihi totum infudit; *quomodo non etiam cum*
» *illo mihi omnia donauit?* Non enim introductio qualiscunque hæc de-
» her intelligi, sed introductio cum iure possidendi: sicut ius est,
» sponsam legitimam, cum tabulis matrimonij in * dotem suam
» introduci.]

Sic cor. in domum.

Nonne hæc lætitiæ iusta causa? Nonne meritò ego, & quotquot mecum introducentur, omnes, EXVLTABIMVS ET LÆTABIMVR IN TE? geminatio idem significantium verborum vehementiorem animi sensum designat. INTE, propter te, per te, introductæ, & compotes factæ desiderij nostri; saturata deliciis eloquiorum tuorum; ea retractantes commemoratione frequenti, MEMORES VBERVM TVORVM; quæ dulcissimo consolationis & doctrinæ lacte turgentia labris sitientibus immulgebis, & passces me, mecumque ceteros; qui ad me Misericordiæ matrem à facie afflictionis suæ confugient: quæ vbera tua sunt & fortiora vino (SVPER VINVM) afflictionum vitæ huius totius, de quo vino scriptum; *Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis* [a]. de quo vino myrrhato tuo, & quasi cum felle mixto, tuos ad tempus potari dispensatoriè permittis: quod vtique nisi cum lacte vberum tuorum misceretur, præ sua amaritudine, vel non, vel non nisi cum magna difficultate gustaretur. Dulcius etiam est omni vino legis veteris, & cuncto vino, quod præbent vineæ Sodomorũ & suburbana Gomorrhæ. Super humanam gloriam, ait Honorius; & super omne quod in hoc sæculo dulce videtur, ait Rupertus. Quare nec mirãdum si quotquot memores sunt horũ Dei vberũ, illi sapiant: nec enim vlli sapientes, nisi qui iusti; nec vlli iusti, nisi qui sponsum diligunt. Nam addit; RECTI, soli & omnes recti. DILIGVNT TE. Non omnes diligunt te, quia nec omnes se diligunt. Nam si diligerent te, diligerent vtique se ipsos, & accurrerent ad vbera tua. Nam qui sibi nequam, cui bo-
» nus? Nunc autem diligendo iniquitatem oderunt animas suas. Itaq;
» *recti* soli, & se priùs per odium iniquitatis diligentes, *diligunt te*: & hi
» soli fructuosè veniunt ad te. Porro eos qui diligunt lac tuum, & non
» te, (*hoc est, amant te propter se & commoda sua, non propter te & honorem*
» *tuum*) quantumlibet adulentur tibi, repelles eos ab vberibus conso-
» lationis tuæ.] Hæc Guilhelm.

Guilhelm. ista sic B. Virgini vberib. accõmodat, quia vult esse verba adolescẽtularum, constit Alanus.

Non omnes se diligunt, quia non diligunt sponsum.

Rupertus.

» Vtiliter etiã Rupertus; *Recti* ergo, hoc ipso quod recti sunt, quod
» non inuidi, imò beneuoli sunt, *memores vberum tuorum diligent te.*
» Quis fructus dilectionis huius? quæ merces, aut quod præmium?
» Abundantia, dicit enim Spiritus sanctus in Psalmo; *augete quæ ad*
pacem

a Psal. 59. v. 5.

pacem sunt Ierusalem, & abundantia diligentibus te [a]. Cuius rei *abun-* « *a Psal. 121. v. 6.*
dantia diligentibus te, ô sancta *Ierusalem*, nisi eius quæ diligitur in te? « Tale est bonum tuum, bonum videlicet à Deo datum; vt quisque « diligendo facere possit, & faciat esse suum. Diligendo ergo in te, quod « mater es Domini; fidelis anima, & ipsa mater fit. *Ipse enim meus*, in- « quit, *& frater, & soror, & mater est, quicumque fecerit voluntatem pa-* « *tris mei, qui in cœlis est.* [b] Cuius videlicet paternæ voluntatis, si sum- « *b Matth. 12. v. 50.* mam quærimus, credere, & sperare, & diligere est. Non ergo paruo « pro præmio, habendo fidẽ *recti* sumus, habẽdo spem *memores* sumus, « habendo charitatem te *diligimus*.] Illud etiam notari veliim Nysse- « num & Theodoretum, item Guilhelmum, Honorium, Rupertum, Alanum & Hailgrinum: qui volunt hæc ab adolescentulis in laudem sponsæ decãtari, necessariò censuisse, solos illos qui recti sunt, Deiparam MARIAM diligere, & solos qui illam diligunt, rectos esse.

B. Virgo aduersa in hoc mundo sustinuit.

Dixerat hæc omnia Dei genitrix cumulata gaudiis; sed, vt rerum omnium vicissitudo fuit semper optima, nũc significat; sibi nec mœrendi occasiones, nec patientiæ laudem defuisse. Ideo in hoc Cantico tristia lætis admiscentur: & amolitur B. Virgo hominum insipientium obiectionem; Quid fieri potest, vt te filius diligat, cùm multis te mœroribus premi, & aduersitatibus agitari permiserit, toto vitæ tuæ decursu? Fateor (ait:) sed in hoc ipso amor eius eluxit, *qui certamen forte dedit, vt vincerem* [c]. Nemo *coronatur, nisi legitimè certauerit* [d]. Sic afflicta, sic mœrens infuscata, NIGRA SVM; sed tolerans, patiens, & vincens, SED FORMOSA.

c Sap. 10. v. 12.
d 2. Timoth. 2. v. 5.

De hac causa decolorationis diuersa censent Patres; puto ad omnes doloris & mœroris causas, quas toto vitæ decursu habuit, pertinere, sed cum Ruperto potissimam, ad eas quas habuit initiò saltem, cùm fugeret Herodem, & postea cùm crederetur ex fabro genuisse. Honorius refert ad paupertatem parentum quibus nata. Rupertus ad suspicionem Ioseph, de quo ait; *volebat occultè dimittere eam*, ergo in oculis eius nigra erat; & est adhuc in oculis siue in sensu illorum, qui negant de Spiritu sancto imprægnatam. At illa dicere poterat, & veraciter dicit, *Nigra sum*, id est, prægnãns inuenta sum, & secundum opinionẽ malè videntium *nigra*, *sed formosa*, id est, salua virginitate à Spiritu sancto impregnata; & secundum fidem rectè credentium casta & decora. Mihi displicet in hac opinione; quod facit Ioseph non satis securum de integritate Deiparæ; qua in re non nimis decorè locuti quidam veterum. Præstat sequi sententiam eum liberantium [e] hac erronea suspicione virum iustum. Melius cum Alano referretur ad opinionem ceterorum, qui quod grauidam videbant, deintegratam credebant. Sic erat *nigra* humana opinione, id est, « corrupta; sed formosa rei veritate, hoc est, dilibata. Decolorata à « sole, Spiritu sancto, non colore mali, sed calore mentali.] Optimè « Guilhelmus & Hailgrinus referunt ad tempus Passionis, quando « morienti filio astitit mater dolorosa, & obnubilato sole, obnubilatus « fuit splendor & decor, quem hæc Luna pulchrior de Sole suo hau-

Matth. 1. v. 19.

e Orig. hom. 1. ex var. Hieron. in c. 1. Matth. Bernar. super missus. Alanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

riebat. Volunt à Spiritu sancto hîc exhiberi nobis personam virginis matris, quasi in veste pulla, contemplantem acerbissimos filij cruciatus, & alloquentem, non Reginas, concubinas, aut adolescentulas; sed quasdam infelicium pignorum matres infelices; quæ hîc vocentur FILIÆ IERVSALEM, non cælestis, sed terrenæ, quæ Dominum inani miseratione, tanquam purum hominem lamentabantur. quas ipse idcirco Saluator paullò antè grauissimè increpue-

a Luc. 23. v. 28. » rat [a]. Sicut filius non miserè, sed misericorditer moriens, hunc indi-
» gnum & indecorum sibi luctum dedignabatur impendi: sic & ma-
» ter felicissima, pio affectu commoriens filio, & quodammodo in ipso
Gen. 2. v. 23. » moriens, quia *os ex ossibus eius & caro ex carne eius* ipse: Quid (ait)
» fletis super me quasi super miseram mulierem, & matrem miseri ho-
» minis? *Nigra* nunc sum, quia oportet me cum filio despecto de-
b Esai. 53. v. 4. » spici, & cum reputato leproso [b] leprosa reputari. Ille iuxta Prophe-
c Apocal. 6. v. 11. » tam *Sol* meus, nunc factus *quasi saccus* [c] *cilicinus* in oculis vestris, &
d Esai. 53. v. 2. » *cui non est species neque decor* [d], me quoque decet illi conformari: &
» pullo atratoque reorum habitu assimilari, SICVT TABERNA-
» CVLA CEDAR, quasi aliqua de peccatricibus, ait Honorius.

Rupertus persistit in sua sententia de suspicione Ioseph, & reiectione sponsæ, & acutè accommodat. Guilhelmus non benè distri-

Hailgrinus. » buit. Audite potius Hailgrinum, qui egregiè; *Nigra sum* in appa-
» rentia; & despecta, tanquam mater leprosi; *sed formosa*, in veritatis
» existentia, & tanquam veri Dei genitrix glorioſa. Nigra sum, *sicut*
» *tabernacula Cedar*: quia non reputor tabernaculum Regis iustitiæ;
» sed sicut ceteræ matres, quarum ventres tabernacula sunt filiorum
» mœroris & tenebrarum; reputata sum inter *tabernacula Cedar*, quod
» interpretatur tenebræ vel mœror. Veruntamen ego formosa sum, *si-*
» *cut pelles Salomonis*. Sicut pelles dedicatæ vero Salomoni CHRISTO
» vero *pacifico*. Nam sicut illæ pelles arcam typicam continuerunt: Sic
» ego intra mea viscera veram arcam continui, CHRISTVM videlicet;
» cuius caro significatur per *arcam*; cuius anima designatur per *vnam*
» *auream*, quæ erat in arca; & Deitas designatur in *manna*. Et sicut
» *pelles* protegebant totum *tabernaculum*: sic sub vmbra meæ prote-
» ctionis defendo totam Ecclesiam. Ego quidem similis *pelli rubrica-*
» *tæ*, quia per compassionem doloris tincta sum in passione filij. Si-
» milis quoque *pelli hyacinthinæ*, contemplatione cœlestium, & amo-
» re.] Quæso nonne contempta admodum erat, cùm dicebant, etiam
c Mar. 6. v. 3. florente filio [c]; *Nonne hic est faber filius Mariæ?* Item [f]; *Nonne hic*
f Ioan. 6. v. 42. *est* IESVS *filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem?* Item;
g Matth. 13. v. 55. *Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Non hic est fabri filius? nonne ma-*
ter eius dicitur Maria [g]? quasi dicant, fabro vxor digna, vilis, despicabilis, & vt vocatam fuisse diuus Hieronymus alicubi docet, *quæstuaria*. Ad has, & similes cõtumelias, & mœrores totius vitæ libẽter

Vers. 6. ista retulerim. VT & quod subdit; NOLITE ME CONSIDERARE,
QVOD FVSCA SVM; Nolite me cõtemnere propter humiles parentes (*sic Honorius*) aut filij passionem, & meam cõpassionem (*sic*

Hailgrin.

Hailgrin. & Guilhelm.) aut propter totius vitæ varias contumelias, & irrisiones, & vilipendia, nulla enim id mea vel filij culpa meritóue accidere; sed QVIA DECOLORAVIT ME SOL: dum mœrori, passioni & abiectioni suæ similem esse voluit; iuxta Guilhelm. & Hailgrin. Sed fortè rectiùs; Sol inuidiæ Iudaicæ & æstus afflictionum. Vnde sequitur; FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME; Iudæi Sygnagoga, vt ego, matre nati, filium meum, meque omni iniuriæ & vexationis genere afflixerunt. Nec morte quidem filij eorum odia mortua fuêre.

Pugnarunt (ait Rupertus) pugnas verborũ, pugnas linguarum blasphemantium, prædicarunt illis Apostoli & filium meum esse Deum, & me Dei matrẽ; illum de spiritu sancto conceptum, me intactam virginem ante partum, in partu & post partum permansisse. Mihi peculiaris erat cura populi mei; sed eius improbitas coëgit me hanc curam aliò transferre; & sic illi quidem POSVERVNT ME CVSTODEM IN aliis VINEIS, vnà cum Apostolis; quorum vnus hoc Iudæis apertè denuncians dixit [a], *Vobis oportebat primùm loqui verbum* » a Act. 13. v. 46.
Dei: sed quoniam repelluis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: »
Ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis Dominus: Posui te »
in lucem gentium: vt sis in salutem vsque ad extremum terræ.] Hoc Isaias de filio meo dixerat [b], & per me atque Apostolos filius adimpleuit. Sic me fugantes, *Posuerunt illi me custodem in vineis*; id est, cutam Gentilium mihi quasi imperarunt. Non ego illos odio vllo deseruì; sed illi me sua incredulitate repulerunt. Ideo VINEAM illam maternam NON CVSTODIVI, quia noluit custodiri. At illi boni fratres, quasi noua à me iniuria accepta, acrioribus odiis contra me exarserunt, & porrò acriùs cõtra me pugnare perrexerunt. Putabant si me repulissent, nullibi mihi locum aut receptũ fore: Sed, sicut Agar à Sara eiectam, in solitudine aberraturam. Verùm Deus pro vna vinea, plurimas mihi colendas & custodiendas fuit largitus: quæ omnes custodiam (ait) meam habent, & habere desiderant, de » meritis meis præsumentes, de intercessionibus meis confidentes, & » pro huiusmodi custodia ad me iugiter clamantes.] Sic Rupertus de particularibus totius orbis Ecclesiis: nonne idem optimè vsurpemus, de tot Parthenopæis vbiq; Sodalitiis; quæ priuatæ quædam & peculiares sunt Deiparæ vineæ?

Rupertus. Cui consentit Alanus. Act. 13. v. 45.

b Esai. 49. v. 6. *B. Virgo Ecclesiam Gentiũ custodiendam suscepit.*

Guilhelmi longè alia est horum verborum explicatio; Pugnasse ait contra Deiparam Iudæos, quia pugnauerunt contra suam propriam salutem, eo quòd contra Saluatorem suo Pacifico in omnibus rebelles exstiterunt, & quantum in ipsis erat, opus Pacis impediuerunt. Posuisse verò MARIAM custodem in vineis, quia ipsis contra eam vsq; ad mortem sæuientibus, illa suam animam posuit in redemptionem pro multis: & vt multas vineas custodiret, vineam suam non custodiuit; hoc est, vt multas animas saluas faceret (sic) animam suã morti exposuit. Animas enim esse quasdã vineas spirituales, *quarum pater* æternus *agricola* [c] *est*. botros habent suauissimos, ex

Guilhelmus. Siste (lector) & hoc dictũ pio sensu cape. expostulasse compatiendo, non pretendo: & offerendo filiũ, quẽ plus amat quã hanc redemptionẽ gentium humanar.

c Ioan. 15. v. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quibus exprimitur vinum exultationis & confessionis: alioquin vua earum, *vua fellis* [a] *& botrus amaritudinis; fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile* [b]. Sed vt verum fatear, quantumuis ista acuta & pia sint, longè tamen accersita videntur: malo sequi Ruperti sententiam.

a Deuter. 32. v. 32.
b Deut. 32. v. 33.

» Ceterùm quia Virgo beata custodem se dixerat (sic Hailgrinus) » vinearum multarum, vt sciat quis palmes sit in vite, & quis extra vi» tem, indicari sibi petit à filio de ouibus; quæ sit in grege Dominj, & quæ sit extra gregem; ne tanquam incerta vagetur & dubia, quibus suas impendat operas.] extra vitem & extra gregem sunt hæretici: censet itaque Hailgrinus, B. Virginem à filio petere discretionis spiritum, quo falsos sodales istos à veris pastoribus queat discernere: ne in illis operâ & oleum perdat. Humilitatem Deiparæ hoc non dedecet: quam dubium non est etiam quæ possidebat charissimata, humiliter à Deo solitâ petere. Nam alioquin quid nouj peteret, quæ se gratia plenam sciebat? Augmentum dices! fateor. Sed & humilitatis veræ est metuere, ne quod semel possederis, aliqua occulta culpa seui amiseris. Dicit ergo; INDICA MIHI, quæso, ô fili, QVEM plus oculis & anima DILIGIT, vt nosti, ANIMA MEA, locum VBI PASCAS, VBI CVBES IN MERIDIE, quo pastoris officio fungens, te cum gregibus tuis ad vitandos æstiuos calores meridiani solis, consueueris recipere. Tecum enim sunt veræ oues tuæ; non autem alienæ. Cùm tuas nouero, alienas nouero, non inustas nota charitatis tuæ: & ex illis Pseudopastores quoque cognoscam. Indica hoc mihi, NE VAGARI, &c. vt certa fiam, quibus sollicitudinem maternæ custodiæ impendere me velis; nè defatiger vagando & sectando erraticorum gregum vestigia; quos falsi sodales, cæci cæcorum duces, per errorum deuia deducunt.

Hæretici sunt extra vitē & extra gregem.

Vers. 7.

Si quis aliorum quoque sententias requirat, dabo. Honorius: » MARIÆ anima CHRISTVM dilexit; ideo omnia secreta patris ei » innotuere. Castissima virgo fuit meridies, de Spiritu sancto splendens » & feruens, in quem CHRISTVS declinauit æstum libidinosorum, » & cubauit in eius humilitate, pastus est in eius castitate. NE VA» GARI, &c. id est, notifica omnibus, quod in me requieueris, ne hæ» retici dilacerent dicentes; si virgo peperit; fantasma fuit. Et ego va» gor per eorum greges, quia in secretis & conuenticulis eorum sum » psalmus eorum.] vera hæc sanè & de MARIA & de hæreticis, maximè nostri temporis Caluinianis; sed parum contextui commoda.

Honorius.

Rupertus.

Rupertus hunc versiculum accommodat triduo illi, quo Deipara filium in templo remanentem quæsiuit, & inuento tandem in templo » dixit; *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te* [c]. Fusus est & copiosus Rupertus in hac expositione, quam vos malo ex ipso fonte haurire.

c Luc. 2. v. 48.

Guilhelmus.

Guilhelmus verò aliam init viam, & adscendit cogitatione in cœlum, vbi ad dexteram patris, post gloriam resurrectionis & ascensionis, filius sedet; & censet hanc esse vocem piæ matris cupientis dissolui,

solui, & esse cum filio. Primò, flagrantissimum amorem indicari, quia non dicit, *fili*, sed circumloquens, *quem diligit anima mea*. Vt his verbis *exprimatur* (sic Alanus) amor ineffabilis matris ad filium, quæ illum in Passionis articulo nō reliquit, cùm in Apostolis ardor charitatis defecerit. Ipsa enim CHRISTVM toto corde dilexit; quæ carnem CHRISTI sic nutriuit & fouit, vt ob amorē carnis eius, ab amore carnis suæ suspensa, necessitatibus nascentis, lactentis, vagientis, crescentis, omnes cordis affectiones effunderet. Tota etiam anima CHRISTVM dilexit, quia tantus vigor Spiritus sancti eam adiuuit, vt ad quælibet salubria & sanctissima eam confortando in amorem CHRISTI accēderet. Tota denique & tanta virtute CHRISTVM dilexit, vt ad titulum suæ laudis sufficiat, quod mentem eius tanta vis amoris occupauerat, vt fugientibus discipulis, oblita sexus fragilis, ipsa cum lacrymis astans cruci, & condolens morienti, animam suam pro filio suo, etsi minimè posuit patiendo, tamen expo» suit cōpatiendo.] Addit Rupertus, 2. Petere sibi indicari non quomodocunque locum, sed præsentialiter (sic loquitur) quasi dicat, Assume me, quo assumptus es, vt tecum pascar, tecum cubem, quæ te olim tam deuotè paui, & toties cubitum collocaui. Emissus es olim è sede magnitudinis tuę, vt mecū esses, & mecum laborares: emitte me nunc de carcere ærumnosæ vitæ huius, vt tecum sim & pausem tecum, post tantos labores materni affectus. 3. Non addere, quem pascat aut quos; vt nostrum exerceat intellectum. quia non tantum illic suos pascit, hoc est, sanctos Angelos, sed etiam humanitatem suam perennibus deliciis diuinitatis suæ. Vnde postea dicetur ipsemet pasci inter lilia. Pascit qua Deus, pascitur qua homo. 4. addi *in meridie*, quia ibi sempiterna meridies est, ibi iugis feruor diuinæ claritatis est, vbi cubat IESVS, vbi quiescit diuinitati vnita humanitas. Ibi pia mater petebat pasci ab ipso Deo, pasci cum ipso homine, & ibi cum suo IESV cubare. 5. Sodales esse Apostolos, qui in gentium dispersione quasi vagabantur, Euangelium toto orbe circumferentes: petere autem piam matrem, ne iam expletis maternis officiis omnibus, emerita & plena dierum, cū Apostolis nouum subire profectionum & prædicationis laborem iubeatur; cui pares erant ipsi Apostoli Spiritus sancti gratia, & cœlesti luce satis instructi.] In hāc ille sententiam: Sed quamcumque sequamur interpretationem, vna semper difficultas se offert. Quo pacto ignara Deipara loci, vbi pascar, vbi cubet sponsus; maximè si agamus de falsis sodalibus?

Alanus.

B. Virgo tota anima Christum dilexit.

Respondeo ex sententia Ruperti, ipsam quæ *gratia plena erat*, non ignorasse locum; sed ita se gerere, quasi ignoraret, vt adolescentulæ, comites, animæ, seu Ecclesiæ commissæ ipsius curæ, sponso respondente, discerent quod ignorabant. Indicari sibi petit, quod norat, vt quæ non norant, per ipsam docerentur. Deinde amantium hic affectus est, sæpiùs interrogare quod sæpiùs iam audieris.

Notanda quoque ex hac interrogatione cōsuetudo Spiritus sancti, diligenter indicandi nobis, quàm auidè MARIA filij verba semper

Universidad de Deusto
Biblioteca

auſcultarit, & quàm diligenter, ſupra omnes mortales myſteria fidei, doctrinamque filij maiori quàm ceteri fide, & cognitione obſeruarit, vt colligitur ex D. Lucæ Euangelio, & obſeruatum fuit ab Origene & D. Bernardo [a].

Videamus nunc quid filius matri reſpondeat.

a Luc. 2. v. 19. & 51. Orig. hom. 19. in Lucam. Bern. in ſermon. Signum magnum apparuit in cælo.

ANACOGIA.

§. 5. Verſu 2. Honorius.

SOLVS in hac quod ſciam inueſtiganda diligens fuit Honorius Auguſtodunenſis, cuius vt plurimum ex membranis verba in hoc §. deſcribam; Eccleſia hîc peregrinans, & ad illam patriam ſuſpirans, dicit; OSCVLETVR ME OSC. ORIS SVI, quaſi dicat, Ille qui mihi quotidie in ſcripturis loquitur, & gaudia æterna repromittit, ipſe aliquando præſentialiter in iudicio appareat, & pacis gaudia proprio ore tribuat, dicendo; *Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi* [b]. Ad abſentem loquitur, vt maior affectus exprimatur.] Non fruſtrà nec immeritò ſuſpirabat, quæ in valle miſeriæ verſabatur, & ad geminum collem beatitudinis animæ & corporis anhelabat; gnara lac iſtud vbera duo clementiæ & iuſtitiæ Dei fundere; iucundiora cunctis mundi deliciis. hanc ideo cauſam affectus ſui ſubdit dicens; MELIORA SVNT VBERA TVA VINO; delibuta non temporalis aut caducæ aut imperfectæ ſapientiæ, charitatis, & reliquorum chariſmatum ſuauitate, ſed omnium bonorum cumulo, perpetuo poſſidendorum certa fide ſtabilito, coaceruata; quibus ad gaudiũ & felicitatem nihil deſit; nonne hæc FRAGRANTIA VNGVENTIS OPTIMIS? bona vnguenta ſunt corporis bona, meliora animæ virtutes, optima cœleſtia gaudia: Sciebat non parca manu, ſed ingenti profuſione & liberalitate Dei liberaliſſimi, his bonis ſe non ſolam tingendam; ſed ex capite in barbam Aaron, & in omnem oram veſtimenti, vt oleum ſolet cuncta pernadere, vnguentis diffuſis totam cum comitibus ſuis perfundendam. ſpondere hoc nomen, quo inſignita; à CHRISTO vocata CHRISTIANA; & à diffuſione conſenſuque fidei per orbem totum, CATHOLICA; & à SALVATORE IESV redempta & SALVATA, idcirco ſubditur, OLEVM EFFVSVM NOMEN TVVM; & conatus gratarum animarum pro beneficij tanti magnitudine ardenter amantium, IDEO ADOLESCENTVLÆ DILEXERVNT TE.

b Matth. 25. v. 34.

Verſu 3.

Verſu 4.

» Spes iſta me fouet, deſiderium excitat, animus eò geſtit ſubuolare: » ſed nequeo. Tu ſponſe qui potes, & idcirco in cœlum aſcendiſti, vt mihi locum ibi præparares; TRAHEME; de hoc mundo ad cœleſtem gloriam, vt te in illa facie ad faciem videam. Nullus viribus ſuis eò poteſt peruenire ſine gratia tua: hanc ſi nobis dederis, & ego, & comites meæ CVRREMVS IN ODOREM VNGVENTORVM

TORVM TVORVM. aſcendentes de virtute in virtutem, & ingum CHRISTI leue alacriter baiulantes, feſtinabimus per veſtigia tua; nec ceſſabimus, donec in ſpiritualium gaudiorum ſuauem fruitionem introducamur. Credo firmiter tempus illud futurum, cùm introducet ME REX cœli & terræ de pugna in triumphum, ET IN CELLARIA SVA, hoc eſt (ait HONORIVS) in omnimodæ gloriæ gaudia; vbi, *qui eſurium & ſitiunt iuſtitiam, ſaturabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis ſuæ potabit eos.*] » Matth. 5. v. 6. » Pſal. 36. v. 9. Tunc ego cum ſanctis in gloria mihi congaudentibus EXVLTABIMVS ET LÆTABIMVR IN TE; quę nullus nobis amplius auferet, beati erimus beatitudine tua, glorioſi gloria tua; hæc enim nobis & gloriæ, & beatitudinis noſtræ præcipua futura eſt cauſa. Nec vnquã deſinemus eſſe MEMORES VBERVM TVORVM, quæ ante memorauim [a]. Nulla enim obliuio ſubrepit, vbi locus nullus imperfectioni. Illic omnes te ex animo, & ſincerè diligũt; quia nulli illic niſi iuſti, & perfecti, & in gratia cõfirmati; tales autẽ nõ forent, niſi te diligerent; nec te diligerẽt, niſi tales forent, itaq; RECTI tantũ DILIGVNT TE.

Nolite Angeli Dei, cœleſtis Ieroſolymæ incolæ, me deſpicere. NIGRA SVM, deſpecta & vilis, ſi culparum priorum maculas attenditis: SED FORMOSA, quia pœnitentiam egi, & ſanguine AGNI ſum dealbata. Culpæ & ignorantiæ faciunt, vt ſim SICVT TABERNACVLA CEDAR. Sed pœnitentia, & ſanguis ſponſi faciunt, vt ſim SICVT PELLES SALOMONIS.

Verſu 5.

Alia quoque nigredinis meæ cauſa non minima fuit fratrum meorum inuidia & odium nulla mea culpa contractum. nam illi me gratis oderunt, & ob benefacta lapidarunt; ſic domo eiectam, inopem, & egenam peregrinari coëgerunt, & æſtu perſecutionum variarum torreri. Itaque NOLITE ME CONSIDERARE, QVOD FVSCA SIM; illa me (ſi rem recta ratione reputetis) fuſcedo commendat, non dedecorat: non magis quàm militem aduerſo pectore accepta vulnera & cicatrices dehoneſtant. QVIA DECOLORAVIT ME SOL, ſtrenuè & fortiter militiæ meæ tempore militantem. fortiter enim certaui, legitimè certanti laurea debetur. Hoc bellum grauius & periculoſius fuit, quia ciuile & inteſtinum. FILII MATRIS MEÆ PVGNAVERVNT CONTRA ME. omnem lapidem mouerunt, vt me loco, & cuſtodia mea deturbarent. Deturbarunt quâ potuerunt. nam, qui corpus tantùm occidere poterant, mundo expulerunt membra mea, quibus mundus dignus non erat. Vi vita illos euitarunt.

Verſu 6.

POSVERVNT ME CVSTODEM IN VINEIS, in hominum mortalium congregationibus, dum licuit. Illi me cum meis expulerunt. ſuo malo, meo bono. nam mei, & in meis ego (ait Eccleſia triumphans) meliorem vineam recepi. deſerui vitam caducam, migraui ad immortalem. Simplum deſerui, centuplum conſecuta. hoc promiſerat quem veracem ſciebam mentiri non poſſe. Credidi, quid mirum ſi VINEAM illam MEAM diutiùs NON CVSTODIVI?

Universidad de Deusto
Biblioteca

Versu 7

Cùm sic affligeretur, & anxiaretur à fratribus Ecclesia, interea dum prolongabatur incolatus eius, verita ne commissarũ animarum aliquæ à falsis illis fratribus, pseudoſodalibusque deciperentur, & abducerentur in pascua venenata; sollicita, vt mater, filiolos ad vitæ æternæ gaudia perducere; poscebat à sponso, pastore bono (qui & *Pastor*, & *Ostiũ* vitæ, & Lux, & Veritas, & Via) INDICA tu, qui vt oué perditam, genus humanum redimeres, ipse pretium factus; MIHI, quæ hoc gregis totius nomine postulo; Indica tu, inquam ipsemet, QVEM DILIGIT ANIMA MEA, & quia diligo, de te, qui me præuenisti amando, præsumo; VBI PASCAS, vbi sint pascua tua electa, & pinguia, viridãtia herbis immortalibus, amœna floribus nunquam marcescentibus; vbi alimenta sunt cœlestia, dapes nunquam interituræ, nec defecturæ; & VBI CVBES, vbi æterna quiete frueris, & eam tuis gregibus tribuis; Vt eò perueniens tecum cubem IN MERIDIE; cùm in pace (inquit Nyssenus) sopita in idipsum, requiescam in luce vmbrarum experte. *Meridies* enim omni ex parte caliginis expers est atque vmbrarum, sole supra verticem lucem suam spargente. Quo quidem in *meridie* tu cubare facis eos, qui sub te pascuntur.] Perit itaque sibi viam ostendi, quæ ad cœlestem vitam perducat; vt & ille petebat; *Quid faciendo vitam æternam possidebo?* [a] Perit etiam doceri, in quo vera beatitudo sita sit; de qua tam diuersæ sapientum sententiæ: ne aberrans per inuia & auia diuortia, veri ignorantia deceptionis periculo exponat animas bonæ voluntatis, comites suas; & illæ aggregatæ peruersis peruertantur; & pro meridiana illa luce, in æternas tenebras incidant. hic sensus est reliquorum; NE VAGARI INCIPIAM in meis membris, POST GREGES SODALIVM TVORVM.

Ioa. 10. v. 1.

a Luc. 10. v. 26.

Sequitur:

CAP.





CAP. I. SECTIO II.

SECT. II.

VVLG. EDIT.	*EDIT. LXX.*	
Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregũ, & pasce hœdos tuos iuxta tabernacula pastorum. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. * Pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis: collũ tuum, sicut monilia. * Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.	*Nisi cognoueris te, ô pulchra inter mulieres: egredere tu in vestigiis gregum, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastarum. Equæ meæ in curribus Pharaonis assimilaui te proxima mea. Quàm speciosæ factæ sunt genæ tuæ, tanquam turturis: ceruix tua, sicut redimicula. Similitudines auri faciemus tibi cum distinctionibus argenti.*	Versu 8. 9. 10. 11.

LITTERA.

5. 1. VERBA. EXPONIT. Versu 8.

SI IGNORAS TE) Hebraicè est, *si non cognoueris tibi ô pulchra*, item; *egredere tibi in vestigia*, vbi Aquila retinuit Hebraismum. Quare sicut manifestum est *egredere tibi*: non esse aliud, quàm *egredere tu* vt LXX. vel *egredere* vt noster; ita quoque crediderim illud, *si non cognoueris tibi*: haud aliud esse, quàm; *si non cognoueris tu*. D. Hieronymum autem & LXX. quando posteriore loco Hebraismum omiserunt, priore verò retinuerunt, satis clarè voluisse indicare; se non aliter vno, quàm alio loco accepisse. Neque phrasis ista; *si ignorae te*, pro; *si ignoras*, simpliciter, linguæ Latinæ legi repugnat: quod nollem vir doctus scripsisset. Nonne sic Ennius? *ô Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti*. Terentius? *qui placere se studeat bonis*. Lucretius? *Nunc agere incipiam tibi*. æquè in his omnibus abundat. At si displicet talis constructio, potest sensu pereleganti, interrogatio sumi, pro nota dubitationis, qua contrariũ fortiùs affirmatur. *Si te ignoras*, hoc est; Quoniam te non ignoras, qua de re post plura.

PVLCHERRIMA) quidì nõne fusca? sed hoc ipsum amanti placeret,

Universidad de Deusto
Biblioteca

עקב
Versu. 9.

placeret, cui nigra melichróos est, vt ait ille; & nęuus ipse pulcher. Vide Lucretiũ hanc amantium delirationem graphicè depingentẽ li. 4.

VESTIGIA.) D. Ambros. *de Isaac cap. 4.* vertit, in calcaneis, quod confirmat satis vox Græca LXX. nostro fauet Symmachi versio. & Hebræum AKEB significat plantæ partem vltimam, quæ calcaneo proxima pulueri vestigium imprimit.

IVXTA TABERNACVLA) Symmach. παρὰ, vt noster.

a *Theocrit. in epithalā. Helenæ. Horat. lib. 3. Odar.*

EQVITATVI) Scio pulchras mulieres equabus comparari solere [a]: non tamen ideò reprehendendus noster, quòd *equitatum* vertere maluit. Primò quia videtur etiam Origeni hoc placuisse. deinde quia D[b]. Ambros. licet sequatur versionem LXX. fatetur tamen non de vnâ equa, sed absolutè pro equitatu accipiendum. Denique Hebræum SVSA, si credimus Iarrhio Hebræo, non magis equam, quàm equitatũ significat. Rectè verò addidit, *meo*. quia nihil est necesse hoc loco *iod* cum Rabbinis multis cẽsere superfluum. Meritò vocat *suum*, quem sibi in peculium delegerat. cetera quoque omnia affixa sunt emphatica, quasi dicat, *ipsi illi equitatui meo*. LE pro *He* emphatico articulo.

b *De Isaac suprà, & in Ps. 118 ser. 2.*

ססח

ל pro ה

INCVRR.) pro, cum curribus, quando currus demersi. talis idiotismus est, *in capitibus virorum* [c], pro, cùm recensebantur capita virorum. *In primogenito suo fundauit* [d], pro, cùm adhuc viueret primogenitus eius fundauit. *In gustu vini* [e], pro, cùm gustasset vinum. &, *Quærite in inueniendo* [f], pro, cùm adhuc poterit inueniri.

c *1. Par. 24. v. 4.*
d *3. Reg. 16. v. 34.*
e *Daniel. 5. v. 2.*
f *Isai. 55. v. 6.*

רעה

ASSIMVLAVI) Hostium robore excisо, & adepta victoria similem esse decreui.

Versu 10.

AMICA) eodem recidit, quod LXX. *proxima*, πλησίον. Hebræa vox REA propriè significat eam, quæ simul pascit, consortem seu sociam, seu amicam.

PVLCHRÆ, &c.) solent eurules equi regum non pectus tantùm, & tergum ornari, sed & caput frontalibus, phaleris, frenis, purpureis, bullatis, gemmatis, & aliis monilibus pensilibus, vt & hodie vsus, & olim fuit. Sic ait se sponsæ caput ornare & decorare, vt hactenùs fecerit, non destiturũ. GENÆ) malæ, maxillæ, σιαγόνες LXX.

g *Virgil. lib. 7. Aeneid. Philostrat. in imag. Rhodogin. Plin. lib. 37. & alij.*

SICVT.) noster ergo videtur, non vt hodie legimus, BATHORIM, sed CATHORIM per *Caph* nõ per *Beth*. Sic etiã LXX. legêre, & veram puto lectionẽ: facilis enim lapsus inter has litteras.

בתורים
כתורית
תור
תורים

TVRTVRIS) subauditur *gena*. THOR significat turturem, & quia Turturis collum est torquatum, etiã significat seriem seu ordinem aliquem pulchrè dispositum, qualis est torquis: & hinc credo THORIM etiam ornamenta significare, ex multis filis & lamellis aureis in auis speciem efformata, & à mulieris vertice, seu tiara, seu mitella, per tempora in malas dependentia [h]. Thargum exposuit *in aurem super maxillam*. Cur autem malim accipere vocem de Turture huiusce modi artificiosa, quã de vera aue, causam habeo; quia vocem eamdem Hebræam sequenti vers. D. Hieronym. reddit *murenulas*, quod de ornamento muliebri, non verò de animali viuo capiendum,

h *Fusè post Athenæum hic describit ea Lesbius Lesbonactis.*

dum, facilè apparet. non sponsæ, sed Bacchæ habitus foret, piscibus viuis faciem ornare.

הרוזים

MONILIA) Torquatum illud turturis collum manuducebat ad hanc comparationem monilium, quæ dicuntur ARVSIM (per Zain) significant quæuis ornamenta mũdi muliebris, gemmis vnionibusque carthenæ, torquis, aut sertæ more digesta, qualia videmus circa guttura matronarum, quæ neporum census indutæ. Vulgò, *Vne chaine de perles* vel *vn carcant*. Græcis ὅρμος: quod multis explicant & describunt Origenes ac Nyssenus [a], D. Ambr. *redimiculum* vertit. Nysseni verba hæc sunt: "Vsurpamus propriè vocabulum ὅρμος de "locis maritimis, in quibus parte interiore litus sinu suo mare instar "lunæ falcatæ curuatum excipit, quieteméque de mari adnauigantibus "præber. Verùm per trãslationem ob eiusmodi formæ similitudinem, "etiam ornatus is qui collum ambit, ὅρμος appellatur, hoc est, torques. "At cùm forma deminutiua, pro ὅρμος dicimus ὁρμίσκος, quod est "catenula; similitudinem figuræ parua in re per vocem huiusmodi "demonstramus.]

a *Orig. hom. 2. Nyss. lib. 3. Ambr. ser. 3. in Ps. 118.*

MVRENVLAS.) Est ex Caluini grege quidam, qui nostrũ interpretem reprehendat. Vult verti, *Turturellas*, & censet idem quod dictum fuit repeti. Verùm hæc repetitio visa indecora cunctis veteribus hoc loco, & vnanimi consensu, versionum suarum diuersitate, indicant, se arbitratos aliquid adiici ad ornatum promissum. Sed quid illud: vel fallor, vel noster luculentiùs cæteris. Nam quia Latinæ linguæ inopia non patitur, vt varia aurificum opificia vermiculata virgatáque, diuersis nominibus exprimamus, quod poterant Hebræi, propterea diuersas voces Hebræas noster vnica *murenularum* voce solet exprimere. Esaiæ 3. v. 20. sic vertit KISSVRIM, quæ LXX. illic φίλλια; quæ, qui *vestes strictas* ibi exponunt, non audiendi. Suidas φίλλιον, minùs rectè, & vult esse manus ornamentum. Hesych. φίλλια δακτύλια: annulos ergo credidit: fallitur. nam brachium seu imũ carpũ cingebant, testibus D. Basilio in Esai. & Polluce in Onomast. & patet ex versione Græca Gen. 24. v. 22. Sed etiam fuisse colli ornamẽta docuit Polyb. li. 2. Sed & auriũ seu genarũ, nã in d. v. 22. D. Ambr. *virias* vertit. Noster Num. 31. v. 50. murenulas vertit vocem CVMAZ, ibi LXX. ἐμπλόκιον, multi subligaculũ, nempe zonam mediam. Vnde apparet D. Hieronymum murenulas, non pro definitæ partis corporeæ ornamentis, sed pro quibusuis posuisse, in quibus murenæ piscis similitudo reperiretur, siue lentescentis metalli in virgulas flexuoso contextu, siue maculis aut variegato colore. Vt plurimùm tamen colli ornamentum erant, vt indicat epistol. ad Marcellum. Sequitur eum Cassiodorus, his verbis; *Murenulæ* ornamentum sunt colli virginalis & puellaris: videlicet virgulæ auri "perplexæ, intermixtis nonnunquam pulchra varietate subtilissimis "argenti filis. Et hoc est quod dicit *Vermiculatas argento*: hoc est, in "modum vermium terrenorum, quos lumbricos dicunt, distinctas, & "inter se coniunctas. Murenulæ autem dicuntur, à similitudine piscis "marini,

Versu 11. *N. in miscel.*

Murenula quid significet.

קשורים

כומז

Universidad de Deusto
Biblioteca

» marini, qui murena vocatur.] VVilleramus abbas,
» *Auri murenas, argento vermiculatas;*

Qui quod Cassiodorus virgulas explicuit, id ipse bracteolas, in Teuthonica versione. L x x. hoc loco generatim *similitudines* ὁμοιώματα χρυσᾶ; Symmachus *insignia aurea*, περιθέτια χρυσᾶ. quincta editio flexibile illud indicat, cùm *tortilis auri*, στρεπτὸν χρυσίου. Dicit ergo sponsus duo, se illa monilia & turtures, murenularum more inflexurum, & præterea punctis seu stigmatibus argenteis affabrè vermiculaturum. ideo addit, *vermiculatas argento*; vt candor flauedini mixtus, auri splendorem augeat, & decus. Hebræum נקדות NEKVDOTH significat non clauum vt quidam voluit; neque id asserunt Iudæi, vt ipse putat (videat Iarrium, Abenezram, Kimchi & Innominatum) Sed, *puncta*, vt noster vertit. ideò L x x. μετὰ στιγμάτων. & Quincta editio, ἐν κογχυλίοις, *in punctulis milij instar minutis & albentibus*. Symmachus qui, ποικιλμάτων, *varietatibus*; & alius, qui μετὰ φαιῶν, *cum variegatis*, nostram quoque confirmant, vt & vetusti Latini, qui illam L x x. versionem exprimebant voce *distinctionum*[a]. Quanto luculentiùs, qui, *vermiculatas*? Sic medici *pulsum vermiculantem* nominant, qui crebris emicat punctionibus. Sic Lucilius, *emblema vermiculatum*, quod concinnè variis tesserulis insititiis variegatum; quod opere plano punctis dumtaxat, stellularum more, intermicantibus (docet Plinius cum lib. 35. de pictura disserit) ad effigies rerum & animalium efformabatur. Quod, si protuberabat in frontem cum aliquo acumine, *clauatum*; si in rotundos semiorbiculos, *bullatum*; si in integras sphærulas, & quasi vniones, *baccatum*; si in spiras aut flexus, quales anguillarum, aut acanthidis, adhuc *vermiculatum* dicebatur. Honorius; *Vermiculare*, est variare, & in modũ vermis flexuosi contorquere.] Vereor ne cum *Verminare*, quod morbi » est, confuderit. Sic tamen etiam Alanus; Vermiculus solet terram » variis sulcis distinguere, ideo auctor posuit *vermiculatas* pro distinctas. Vel quia vermiculum vocamus quendam colorem, qui rei apponitur ad decorem, ideo per *vermiculatas* intellexit ornatas.]

Si IGNORAS TE) plerique arbitrantur hoc loco sponsam increpari à sponso, vt sui oblitam, & dignitatis suæ non satis vel gnaram, vel memorem. Ideò plerique Patres hîc multa præclarè differunt de sui notitia, *præcipuè Origenes homilia secunda, ex quatuor, Nyssenus sermon. secundo, Ambrosius in Psalm. 118. serm. 2. & 10. Gregorius libro trigesimo Moral. cap. 25. Aponius libro secundo, & D. Bernardus sermone de primordijs, mediis, & nouiss. ceteri hoc loco, vt Philo, Theodoretus, Cassiodorus, & VVilleramus.* Quorum sententia mihi, ob auctoritatem tot Sanctorum certè venerabilis est, præfero tamen aliam, vt contextui magis accommodatam. causæ sunt, primò quia fatentur omnes hi Patres etiam Deiparæ hoc Canticum conuenire: nec video quo pacto illi vel à filio sponso, vel à comitibus, huiusmodi ignorantia verè decoréve adscribatur. Deinde nonne se norat; quæ *nigram*, sed *formosam* se dixerat? Tertiò non

[a] *D. Ambr. d serm. 3. Hier. contra Ioum. lib. 1. Augu. lib. 1. de Trinit. c. 8.*

Honorius.

Alanus.

Persius S. 4. 1. MENS VERBORVM SPONSI.

non postulârat illa sui notitiam, sed cubilis genialis; nec sponsi notitiã, sed meridiationis eius. Nec causa quærendi alia, quàm amoris desiderium inflammatissimum. quid hic dignum increpari? Timor, inquies; Sed: *res est sollicitis plena timoris amor.* Denique nec satis » illa explicatio cum præcedentibus, nec cum subsequentibus aptè cohæret. Ideò lubentiùs sequor, non Rabbinos tantùm (quos solos haud magni pendo) Abenezram, Iarrium, & Innominat. & Ionathan Chaldæum; sed Iustum Orgelitanum, qui vtramque commisceet) & Alanum, & Guilhelmum, Honorium, & Rupertum, qui fatentur hæc posse capi, vt non dicta ad reprehendendam sponsam, sed ei benignè indicandum quod quæsierat. placuit id recentiorum interpretum quoque non paucis[a]; & conuenit Deiparæ, & præcedentia cum sequentibus optimè connectit. conabor autem paulò id clariùs quàm ceteri fecêre, ostendere.

[a] *Iacobus Valentia, Guadalcazar, Luisius, & Osorio Iunior, & Genebrar.*

Amantium affectus quasi.

Plerisque non est incognitus affectus ille amantiũ, quo nunquam satiantur audire; quia libentissimè id audiũt; se toto corde & medullis amari ab eo, quem hac interrogatione quasi lacessunt. Solent hunc sensum animi explicare phrasi habitationis in intimo corde amati. hanc itaque formulam loquendi amant sæpius audire: nec vnquam auribus inculcata fastidium gignit: quod quamuis audierint millies, quamuis norint certissimè, subinde tamen, vt ignari rursus gestiunt scisciari & audire. Hoc pacto sponsa Ecclesia cum sponso loquitur, INDICA MIHI VBI PASCAS, VBI CVBES, &c. indica quod refugium ardor tuus habeat; sperabat, imò confidebat se audituram, quod illam non latebat; dilectum pascere & meridianũ æstum in eius anima fallere: hoc refugium, hoc vmbraculum eum habere: Sciebat se sincerè amari: non ignorabat ergo, sponsi animum magis in sponsæ corde, vbi amabat; quàm in suo corpore, quod animabat, habitare. Et vt hoc responsum eliceret, amoris irritamentum addiderat, NE VAGARI INCIP. &c.

Sponsus ad hæc, probè penitusque mentem dilectæ perspiciens, censuit sibi par pari referẽdum. Zelotypiæ illud calcar retundit, si nuda verba attendas, contemptu; si verborum mentem sagaciter perpendas, mirifica certi amoris securitate. SI IGNOR. TE O PVLC. MVL. ABI, EGREDERE, &c. Interrogationi verò ipsi sic satisfacit, vt nihil acutius, nihil ardentius, nihil delicioſius dici queat. ait ô PVLCHER. INT. MVL. siccine vocaret oculatissimus, si foret illa ignorãtiæ mucrone exoculata? cæca certè, & proinde ne pulchra quidem foret, si se non nosset. Itaque cùm dicit; SI TE IGNORAS, ABI, EGRED. hoc significare vult, Quia te nequaquam ignoras. Nam hoc loco, *Si*, non est particula dubitantis; sed contrarium firmiùs asseuerantis. Perinde ac si quis Herculi dixisset, si te Achelous vicit; abi, fuge Antheũ: aut si Scipioni, post debellatũ Hannibalem ad aliud bellũ proficiscenti, hortabũdus diceret; Age vir fortissime, Africane, si te olim Hãnibal vicit; latebras pete, domi morare. Nam si Scipioni metum exprobrat, cur vocet fortissimum? si victor ille Pœ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

norum, quo pacto victus ab Hannibale? Sic si Ecclesiæ obiicitur ignorantia, quo pacto pulcherrima mulierum? Si pulcherrima animo, cur increpat vt deformem? Potiùs ergo illi tribuit his verbis accuratam sui cognitionem.

Iustus. Sponsus in corde sponsæ requiescit.

OPVLCHER. magna tibi & iusta est fiducia formæ tuæ. minimè te ignoras, & me quoque nosti: quem scis non tam meum, quàm tuum esse. Iustus hoc vidit, dum hîc annotat: Bene ait, *inter mulieres*, id est, gloriosa inter hæreses, quæ virginitatem, quæ in CHRISTO est, amiserûnt. Igitur ne oberres me alibi extra te quærendo, in te quippe, vbi me hactenus non quærebas, sicut in meridie requiesco. Quia tantummodò in te certa sinceritas me apud te regnante perdurat. In illis te esse cognosce, quibus post resurrectionem meam veraciter repromisi. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi.*] Quid ergo quæris? vbi cubet, vbi pascat, quem penes te intra te habes? Attamen quia sic te iuuat, iocari & deliciari, me quoque iuuat mutuum facere. Esto, te, meque, meumque domicilium ignores; quod est cor tuum. Egredere per me licet, nihil mihi abs te, vel de te metuo. Vltrò quinetiam, si lubet, hortor; iter quod minaris capessas. Adeò securam & tutam tibi viam spondeo, vt non oues modò & arietes adulti in fide robusti; qui secuti sunt (VESTIGIA GREGVM) Patriarcharum, Prophetarum, & iustorum omnium; & in hac vita pressiones pro Deo sustinuerunt per crucis iter ambulantes: (HÆDOS) sed & petulci adhuc aut imbecilles hædi, peccatores & infirmi; nunc hædi post in agnos commutandi; possint à te inoffenti in pastū duci CIRCA TABERNACVLA PASTORVM, in medio nationis pravæ, inter falsos illos fratres hæreticos; qui

Matth. 28. v. 20.

Alanus.

Pastorum nomen mentiti fures sunt, quia per ostium non introierunt. Alanus EGREDERE, accipit pro *egredieris*. imperativum pro futuro (quod nouum non est, maximè in Psalmis) idque hoc sensu: Si te talem esse ignorares, à me per ignorantiam & infidelitatem exires, & post vestigia gregum abires, id est, infidelibus per ignorantiam & infidelitatem similis fieres. Sed quia te non ignoras, ideo te equitaui, &c. Videte nunc, quàm sequentia quoque aptè cohæreant. Subdit sponsus.

Versu 9.
a Matth. 26. v. 18.
b Exo. 15. v. 1, & 15.
c D. Ambr. mox citandus. Nyssen. hom. 3. Greg. Thalo, Ap. Iustus, Alcuin. Honor. Hay. Beda, h. d c. 3. v. 8. & 18.
e c. 10. v. 3.

EQVITATVI MEO, &c.) Iusserat sponsam Ecclesiam securè accedere ad tabernacula & latibula hæreticorum. Et securitatis causam reddit: quoniam eam sit liberaturus ex omnibus periculis, & victoriam largiturus de cunctis hostibus: quod postea clariùs pollicitus, portas inferi aduersus eam non præualituras. [a] Typum huius victoriæ dicit se præmisisse olim insignem illum triumphum Israëlis de curribus & exercitu Pharaonis, in mari rubro demersis. [b] Nec minùs ipsam de mundo, peccato, & rege tenebrarum triumphaturam. Sic exponunt hoc loco Patres multi [c], qui volunt hæc gemina esse illis Abacuc; *Qui ascendis super equos tuos, & quadriga tua salvatio* [d]. Item; *Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.* Et illis Zachariæ; *Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello*. Nã loquitur de domo

de domo Iuda. Cùm enim Ecclesia militans continuè versetur in militia & bello, optimè generositas, robur, fides, celeritas, obedientia, & pulchritudo filiorum eius, olim quidem Patriarcharum & Prophetarum, mox Principum Ecclesiæ Apostolorum & Euangelistarum, metaphoricè vocatur *equitatus*; quorum *pulchri pedes euangelizantium pacem*, quorum prompta obedientia oris à Deo laude infrenati, quorum summa celeritas volantium vt nubes, quorum robur validum in fidei confessione [a], optimè instituta comparatio, quia per equos prælia & bella solent significari. Vnde Salomon [b]; *Equus paratur ad diem belli, Dominus autẽ salutem tribuit.* Deinde quia prædictæ virtutes equorũ sunt sacris profanisque litteris [c] contestatissimæ.

a *Sic explicãt Philo hîc, & tres illi Patres apud Theodor. Ambros. ser. 2. in d. psal. 118. Apon. hic lib. 2.*
b *Prou. 21. v. vlt.*
c *Lib. c. 39. à v. 19. Oppian. in Cyneget. & Virg. 3. Georg.*

Honorius hoc modo membratim singula explicat; *Aegyptus*, dicitur tribulatio, & est hic mundus tribulatione plenus. *Aegyptus* etiam dicitur tenebræ; & significat infernum tenebris horridum. *Populus in Aegypto* afflictus est populus Christianus, in hoc mundo oppressus. *Moyses*, qui populum per sanguinem agni de Aegypto liberauit, est CHRISTVS verus agnus, qui proprio sanguine populum de tribulatione mundi, & de tenebris redemit. *Mare rubrum* est baptismus martyrio CHRISTI rubricatus. *Terra repromissionis* est beatitudo regni cœlestis. *Pharao*, quod sonat elidens, est diabolus, qui elisit genus humanum in peccatis. Hic fluctibus maris obruitur, cum curribus & equitibus, quando in stagnum sulphuris & ignis præcipitabitur cum hæreticis & persecutoribus. Dicit ergo sponsus sponsam cõsolans: ô amica mea, id est, secretalis mea; cui nota feci omnia, quæ audiui à patre meo; quia à persecutoribus & hæreticis talia passa es, qualia olim populus meus in Aegypto; & non es secuta greges hæreticorum.] Ideò similem te reputaui populo meo in Aegypto afflicto existenti, quando Pharao persequebatur eum in curribus: & sicut eum tunc liberaui, ita te nunc liberabo de istis, qui sunt currus diaboli, & cum veris pastoribus, qui sunt currus mei, te introducam in terram viuentium. Egregiè Iustus; Equos Apostolos, & Euangelistas accipimus. Ideo CHRISTVS loquitur ad Ecclesiam, tunc *equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te*; cùm sapientes mundi ad meam fidem euocandos conuerti: vt deposito rumore sæculi, sub me, qui sum salus vera, currendo proficiant, meque circumferendo piis prædicationibus, credentium fide oculis manifestent. Ac sicut Princeps mundi huius, qui iam missus est foras, falsis philosophis, tanquam elatis curribus vsus est ad perniciem: ita ego mea sapientia repletis Apostolis, credentes instituam ad salutem.] De multiplici verò curru Dei, & variis eius equis, consulendus hoc loco est D. Nyssenus, hîc interpretans Angelicas cohortes. lege serm. 3. Ex his autem patet, non necessariam esse recentiorum interpretationem [d] equitatum hîc intelligi de subiugalibus Aegyptiis laudatissimis, & maximo pretio à Salomone conquiri solitis [e], & curribus gentis eius materia & arte commendatissimis.

Iustus.

d *Guida ex Vatabli, Mariana, Genebrar. Lorin, Mercer.*
e *3. Reg. 10. Versu 10.*

PVLCHRÆ SVNT GENÆ, &c. Liberatis olim ex Pharaonis seruitute

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruitute Israëlitis, Deus Moysi præcepit fabricam & ornatum arcæ: quæ fuit Ecclesiæ figura. Propterea Salomon, post narratos currus Aegypti submersos, & Ecclesiam liberatam; nouæ quoque sponsæ narrare incipit ornamenta. Genis (inquit) tuis purpureo pudore rosantibus appendi pudicarum & verecundarum turturum ex auro sigilla, de tiara imo iuxta tempora dependentia, & genas ipsas inumbrantia: quare turturum aurearum comparatione genæ tuæ puriores & formosiores apparebunt, & castioris serenioris que lucis, de insita meo munere viuaci amœnitate, radios dispargent. collo quoque tuo torques margaritis & auro collucentes circumdedi, vsque in pectus demissos: collum tamen ipsis monilibus candidius & pretiosius emicat. His verbis Ecclesiæ castitas, verecundia, & puritas animi commendatur, quæ se prodit *genarũ* rubore. *collo* spontanea denotatur obedientia mandatorum & consiliorum Dei. Vt enim per *collum* è capite vis omnis in corpus, sic per obedientiam virtutes omnes animo infunduntur. Sic multi P.P [a]. *turturem* accipiunt. Sic alij quoque cum Origene *colli monilia* [b]. Egregiam Honorij explicationem ponam seque. vers. vt coniuncta sit luculentior. Plerique Patres alij, *monilia* hæc accipiunt, de Doctoribus Ecclesiæ & Apostolis [c]. Nec desunt, qui per *collum* intelligant doctrinam fidei, & per *monilia* operum externorum bonitatem, vt D. Gregorius in Psalm. Pœnitent. 4. & Alcuinus *hic.* solus, quod memini, D. Chrysost. ad silentium transtulit, hom. 8. ex var. in Matth. Solere tali ornari Israëlitidas mundo testis est Esaias [d], & de Ecclesia prædixit Ezechiel; *Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem super os tuum, & circulos in auribus tuis; & coronam decoris in capite tuo. ca. 16. v. 12.*

a *Orig. ham. 2. Bern. hom. 40. Philo, et Theodor. Beda. Haymon. Angelo. D. Thom. & Anselm.*
b *Orig. supra Theodoret, & tres apud illũ Patres, Ambros. serm. 3. in psal. 118.*
c *Iustus, Philo, Beda, Angelom. Haym. Apon. lib. 3. d e. 3. v. 19. Versu 11.*

Myrenvlas, &c. Orig. Nyssen. Psell. Theod. Iust. Ruper. VVilleram. & alij multi veterum volunt, recedente sponso, sodales eius hæc interloqui; quos ex recentioribus secutus Ioan. Arboreus. Alij censent hæc verba adhuc tribuenda sponso, & quidem soli, non simul cum sodalibus. Quam posteriorem explicationẽ quidam Neotericus dicit esse tantùm duorum recentiorum, & nullius antiqui, & reiiciendam, vt omnino inepram & insulsam. rectius facturus, si sic non pronunciasset. Inprimis falsum est, duorum esse dumtaxat. Præter Iacobum Valentiam, possum nominare multos alios recentiores, qui omnes ante ipsum, hanc Iacobi sententiam satis accuratè defenderunt [e]. Deinde æquè falsum veteres nullos ita sensisse. nam placuit hoc ex Latinis, Aponio, Cassiodoro, Honorio, Bedæ, Alcuino & Decano Ambianensi; ex Græcis, Philoni Carpathio; ex Hebræis, Ioseph cæco [f], Abenezræ, Iarrhio, & Rabbin. innominato. Nimirum hoc est aliena fide, cum paucos inspexeris, de cunctis asserere. Denique quid ineptum aut perturbatum occurret, si dicamus sponsum, eo quòd videret ista dona & καμήλια adeò bellè sponsam decere; inuitari ad addendum alia, idque promittere; vel potiùs illa ipsa, quæ iam adeò decebant, curaturũ se pulchriora & præstan-

e *Tittelman. Genebrard. Gaudaverius, Lusius, Osorius, Montanus.*

præstantiora reddi, vt iis & sponsa libentius ornetur, & formosior formosiórque appareat? Nonne sponsarum ardentes amatores dona sponsalitia nouis largiri solent cumulare? Quid incommodi quæso, si nondum sodales sponsi interloquantur, aut mellitum hoc colloquium importuni interrumpant? Nouumne est Hebræo more, *faciemus* positum pro *faciam*? & quamuis vers. 8. locutus sit numero vnius, solent iidem Hebræi, vt vnum pro alio ponere, sic & ab vno ad alium subito transilire. exempla sunt obuia [a], non in diuersis modò versiculis, vt hic, sed in eodem sæpè. Igitur cẽseo ipsummet sponsum persuasum interno illo sponsæ ornatu, insuper polliceri externum, nempe mundum sacræ scripturæ & nouæ legis, collucentem auro spiritualium sensuum, & variatum suauitate eloquentiæ sententiis ac tropis sanctorum scriptorum; quibus nulla profana sapientia vel eloquentia queat comparari. Hanc sententiam Paraph. Chaldæus indicauit, sed perperam ad decalogi præcepta restrinxit: melius vt dixi, Angelomus, Cassiodorus, Bernar. Beda, Rupert. Alcuin. Haymon, & qui verbotenus cum Haymone siue ex Haymone loquitur D. Thomas, quare deinceps raro à nobis citandus; sed acurè Honorius, cuius verba dabo, si priùs monuero eos qui hunc sensum allegoricum vocant, allegoriam pro Metaphora vsurpare; quod hoc toto commentario solet idem Honorius, quem audite.

a 1. *Reg.* 15. v. 18. *Num.* 24. v. 8. *Psal.* 11. v. 7. *Prou.* 14. v. 1. *Esai.* 19. v. 4. *Ier.* 51. v. 29. *Mich.* 1. v. 11. *Zach.* 11. v. 6. *in fonte Hebræo.*

Honorius.

Cùm membra corporis in scripturis ponuntur, officia eorum tantùm in significatione notantur: cùm verò aues introducuntur, colores vel naturæ earum assignantur. Tota Ecclesia est vnum *corpus*, cuius *caput* Christvs est, *membra* eius ordines electorum. In *genis* notatur verecundia. *Genæ* igitur ordo ille est Ecclesiæ iustorum, qui verecundatur clam coram Deo, palam coram hominibus peccare: sicut monachi & eremitæ. Hæ genæ *pulchræ* sunt, quia se peccasse vel peccare erubescunt. *Turtur* est aërei coloris, & pro cantu gemit, felle caret, sed in vno compare gaudet. hæc auis figurã gerit Christi, qui aëreum colorem habuit, dum cœlestem vitam docuit: pro cantu gemuit, quando suspiciens in cœlum gemuit, quia humanum genus surdum & mutum à laudibus Dei reperit: felle caruit, quia fraudem nõ habuit: vno compare, id est, societate vnius Catholicæ Ecclesiæ gaudet. *Genæ* ergo sponsæ sunt sicut genæ turturis, quia ille ordo in Ecclesia peccare verecundantium imitator est Christi; imitator scilicet Apostolorum, qui aëreum colorem habent, quia conuersario eorum in cœlis est; præ gaudio mundi gemunt gemitibus inenarrabilibus: felle malitiæ carent, vno compare Christo gaudent. *Collum* tangit caput & corpus, & traiicit escam à capite acceptum in corpus. collum Ecclesiæ est ordo prælatorum, qui verbo & exemplo corpus Ecclesiæ iungit capiti Christo atque escã sacræ Scripturę, à capite Christo acceptã, traiicit in corpus Ecclesiæ. *Monile* quod ornat & munit pectus, est signum virginis desponsatæ, ne adulter manũ mittat in sinum alienę. *Collum* igitur Ecclesię est *sicut monile*, quia sicut ordo Prelatorũ, benè viuendo

Tota Ecclesia est vnum corpus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» viuendo ornat, & rectè prædicando munit pectus virginis Ecclesiæ
» CHRISTO desponsatæ, ne adulter hæreticus manum praui do-
» gmatis mittat in sinum fidei Catholicæ. Et notandum, quòd hi duo
» ordines præ ceteris ponuntur, quia duo magis necessarij in Ecclesia
» noscuntur, alter indoctis prædicando, alter pro eis orando. *Et mox*
» *inducit sponsum eundem addentem istæ*; & vt tali ornatu muniaris, *
» Pater, & ego filius, & Spiritus sanctus, vel ego & opifices mei, or-
» natores tui, MVRENVLAS AVR. FACIE. scilicet sacras
» scripturas sapientia splendidas, VERMIC. ARG. hoc est, varia-
» tas eloquentia. Deus qui dixit olim, *Faciamus hominem*; ipse nunc di-
» cit homini, *faciemus murenulas tibi*, id est, ad honorē tui. Sacra quip-
» pe Scriptura, de sancta Trinitate facta, & à sanctis viris scripta, est
» honor animæ seruata. *Murena* est piscis in foramine suo existens cir-
» culatus, conglobatus, non comedens, sed fugendo humorem & suc-
» cū extrahens, ad cuius similitudinem fiunt *murenulæ*, id est, inaures;
» quæ sunt ornatus mulierum, & intelligūtur sacræ scripturæ; quæ do-
» cent obedientiam, quæ est ornatus animarum: & dulciter exhortādo
» simplices & humiles, vt murena fugunt, cùm humorem peccati ex-
» trahunt. *Aurum*, quod omnia metalla præcellit, significat sapientiam,
» quæ omnia transcendit. *Murenulæ* sunt *aureæ*, quia sacræ Scripturæ
» sapientia sunt splendidæ, in igne Spiritus sancti, vt aurum, exami-
» natæ. Argentū quod nitet & sonat, exprimit eloquentiā, quæ tro-
» pis & figuris nitet, & rhetoricis coloribus dulciter sonat. Scriptu-
» ræ sunt *vermiculatæ argento*, id est, eloquentia distinctæ & sententiis
» variatæ.]

* sic corrig. quod scripti ego & Pater & filius & Spiritus sanctus.

S. Scriptura est honor animæ seruata.

TROPOLOGIA.

§. 3. Versu 8.

ANIMA CHRISTI amore succensa sæpè in huiusmodi erumpit, quales audiuimus, affectus: sed sponsum mox audit interiùs respondentem (SI TE IGNORAS) sat nota es tibi, & ideò non ignoras ô PVLCHERRIMA sanguinis mei dealbatione, & honesta conuersatione INTER MVLIERES, socias tuas nondum charitate confirmatas, nec virtute satis probatas: non te latet in te esse locum meæ mansionis (ait Honorius) in qua posui sedē meæ dilectio-
» nis. Vt scriptum est; [a] *Animæ iusti sedes est sapientiæ*. Si tamen præ te fers hoc tibi ignotum: nec contemplationis oculo adhuc perspexisti meum hoc in corde tuo cubile; EGREDERE ad actiuæ vitæ functiones, & ABI, per me licet POST VESTIGIA GREGVM, insere te conuentibus & congregationibus multorum; & ibi PASCE HOEDOS TVOS cogitationes & desideria nondum prorsus mortificata, nec adulta, IVXTA TABERNACVLA PASTORVM, versare licet inter hypocritas & pseudolos externa specie virtutem in fronte pollicentes, ore fidem crepantes, sed vita & operibus eam negantes. Nullum tibi ab his omnibus periculū est, quamdiu te ipsam agnoscens mihi soli mente adhærebis, & non nisi in me Domino sponso & vero sine tuo perges delectari.

a Forsè ex Sap. 9. v. 4. vel Sap. 1. collegit.

Quàm securam reddat animam à fraudibus dæmonum notitia sui etiam D. Antonius Magnus satis clarè indicauit, cùm scribit epist. 7. *eos qui seipsos norunt, tempus nosse; qui tempus nouêre, eos se liberos statuere posse à diuersitate linguarum.*] hoc est, fallaci loquentia dissidentium inter se hæreticorum; nec non à fallacia suggestionis carnis, mundi, & dæmonis; quæ prætextu boni sæpè diuinam mentitur inspirationem. D. Bernardus serm. 37. in Cant. scribit de cognitione sui matrem salutis humilitatem nasci, & timorem Domini, qui sicut est *initium sapientiæ*, sic etiam est corona sapientiæ, & initium salutis. Sanè solum humilem, laqueos omnes, quibus oppansus est hic orbis, euasurum, idem B. Antonius de cœlo audiuit.

Notitia sui reddit securè animam à dæmonum fraudibus.

Psa. 110. v. 10.

Prou. 1. v. 7.

Iam ergo probè per hanc sui cognitionem armatæ animæ sponsus pergit dicere; EQVITATVI MEO, &c. Pollicetur se, sicut olim electos suos de seruitute recidiua Aegyptiorum, omni conatu illos retrahere conantium liberauit; ita etiam animam fidelem ereptrum se ab omnibus insidiis falsorum fratrum, & dæmonum; & facturum, vt hoc mare cum Petro calcent immersabiles. Equitatui autem animæ huiusmodi meritò comparatur: quia (*sic Philo*) velociter in stadio pietatis cursum vitæ benè beatèque viuendo, & sedulò alios docendo monendóque, sicut fortis equus & olympia vincere assuetus, confecit. Et ideò illi vicem præmij ac palmæ, etiam in hac vita, nouarum virtutum dona & incremēta pollicetur, quasi victori equitatui phaleras, & alium ornatum dignum dante, dignum accipiente. Ipso stadij cursu ingenuus quidam de calore color malas solet tingere. Talem hanc animam fœliciter currentem ruborem acquisiuisse, significat; auctum verecundia, quod se coram à sponso laudari audirer. Ideo ait;

Versu 9.

Philo.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ SICVT TVRTVRIS. Habes eximiam pulchritudinem, quia cum pudore retines castitatem. hoc Iustus suggerit. Honorius autem notat; sicut exterior homo habet sua membra, sic interiorem quoque habere sua. *Genæ* igitur animæ esse verecundiā, quia verecundatur se non facienda fecisse, vel facienda neglexisse. *Turtur* gemit pro cantu, fidelis anima gemit se in hoc corpore peregrinari à Domino, cuius solius flagrat desiderio: quo solo contenta est compare; cui se vni viro virginem castam conatur exhibere. Casta igitur, & verecunda, & sancta esse debet anima quæque; & quamdiu, ait Philo, abest à sponsi præsentia, tamdiu in eius amorem & desiderium debet anhelare, & gemere, ab omnique alieno affectu se continere: quasi in genarum verecundia castitatem animi ipso habitu, actu, incessu ac motu semper ostendens.

Versu 10.

Honorius.

D. Gregor. Nyssen. qui serm. 3. per equum Dei siue equestres copias, intellexit angelicum exercitum, per quem Aegyptij superati, eò quod velit sic intelligendam illam Habacuki Prophetiam, quam adduximus §. 2. & hos vocari à Psalmista *Currum Dei*; ideò censet

Nyssenus.

Psal. 67. v. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Anima pulchritudo.

hoc loco magnificè animam laudari, quando ea similis Angelis perhibetur futura. Initio quidem illâ tempore incolatus tenebrosi (nempe infidelitatis) seruitute, luti, stipularum, laterum coctione, & simili terrena occupatione, & operum talium sæua & acerba exactione fatigatam, nec ante liberatam, quàm primò in sacri baptismatis marl, vniuersa illa infidelitas, &, quæ ab hac sunt opera tenebrarum, omnia demergantur: & sic anima per medios aquæ muros illæsa transiens, tota iam sit dealbata atque purgata cunctis Aegypti sordibus; nihil ampliùs Aegyptiacæ conscientiæ retineat; à sanguine, ranis, pustulis, caligine, locustis, cyniphibus & ceteris malæ gentis plagis prorsus immunis, (nempe, à peccatis, quæ per has plagas significantur) libera & pura efficiatur. Deinde talem iam assimilatam esse Angelico illi equitatui; & meditatione propiùs ad Deum accedentem hæc audire præconia. Et ne, *equa* mentione audita, erubescat, gnara in sacris litteris huic animaliũ generi attribui lasciuæ Veneris intemperantiã[a], & ideò adulteros ei comparari; [b] & prohiberi, ne similes equis & mulis fiamus [c]: Ideo vt sponsæ hunc eximat metum, addere non illis equis eã comparari, qui chamo & freno maxillas cõstringendi; sed iis qui laude magis, quàm metu infrenantur; & solent à Dominis omni cura caput, & collum, & pectus exornari. Reddi denique rationem ab ipsa verecũdia ac metu illo honesto sponsæ petitam. cur chamo & freno *malæ tuæ* constringantur; quæ honestate & pulchritudine sunt *similes genis columbarum*: (columbam Nyssen. vt ex seqq. patet, pro turture posuit: nisi hoc interpretis peccatum; & aliter in Græco, quod exemplar non vidi.) Subiicit deinde & colli laudem.

a Ezech. 23. v. 20.
b Item. 5. v. 8.
c Ps. 31. v. 9.

COLLVM TVVM SICVT MONILIA. Quid per *monilia* significetur, omnium pulcherrime Nyssenus: Nomine τῶν ἑμμανῶν notari orbem, cuius figura, in equi generosi ceruicem pulchrè incuruantis collo commonstrata, equum speciosiorem reddit. & alia quoque duo indicari. Primo dum equus ceruicem sic molliter flectit, pedum incessum aspicit, eaque ratione cõsequitur, vt sine offensione & tuto figat vestigia, & currat, & saltet; non ad saxum vllum allidens, non in foueam vllam incidens: sic anima quæ seipsam & gressus suos respicit, omnes tentationum insidias euadit & transilit illæsa. 2. ὅρμος portum significat, qui iucundum & salutare refugium iis qui nauigant, & iis omnem metum à naufragio & piratis adimit. Itaque si quæ anima ad hunc tranquillitatis portum peruenerit; vt nec à ventis malitiæ commoueatur, nec fastu intumescat, nec per iræ fluctus spumas euomat, nec alio animi morbo, tanquam tempestate, iactetur, neque omni vento excitante varios affectionum fluctus circumagatur; illa hormisco ornata collum optimè dicatur: sed quæ ipsa quidem sic affecta, exemplis, monitis & prædicatione alios plures ad eandem animi tranquillitatem conatur inducere, vt & ipsa sit ceteris singulis quasi tutus quidam portus; illius collũ verè ornatum est monilibus, & cõparatur optimè hormiscis. Sed & illud plurali hoc numero significari docet: sicut monilia hæc çatenularũ more contexta sunt

sunt ex variis annellis, sic debere animam non esse contentam vna aliqua actione præclara, sed ceteras illi adiungere. Quod si castitatis (inquit) torquem adeptus es; qui collum tuum puritate vitæ, quasi quibusdam vniombus, splẽdere faciat; etiam alium torquem habeto, qui diuinorum mandatorum lapides magni pretij contineat in se, collique pulchritudinem adaugeat. Sit etiam alius tibi collaris torques, nimirũ religiosa sanáq; fides, quæ collum animi circumdet. Hæc aurea illa numella est, quæ facta de puro puto cognitionis diuinæ auro, circa collũ splendet, de quo Salomon hoc Prouerbium ait [a]: *Coronam gratiarum accipies vertice tuo, & numellam auream circa collum tuũ.*

Anima non debet esse contenta vna virtute.

a Prou. 1. v. 3

Tres ergo virtutes Nyssenus inserit monilibus, Fidem, Obedientiam, Castitatem. Sed Philo alimenta virtutum, scripturarum videlicet sanctarum diuinum pabulum, & exempla martyrum, & aliorum sanctorũ intelligit. Honorius optimè explicat quod sit collum, quod his virtutibus ornandum, dum scribit; Animæ *collum* est intellectus, qui animam & spiritum iungit, vt caput & corpus. Duæ quippe vires sunt animæ. Superior, quæ vocatur *spiritus*, qua spiritualia tractamus: inferior, quæ nominatur *anima*, qua corporalia disponimus. Hæc duo *intellectus*, quasi collum & caput, coniungit, dum spiritum & animam vnam substantiam esse intelligit. Escam à capite acceptam in corpus traiicit, dum spiritualia quæ intelligit in ventre memoriæ recondit. Huius *monile* est interior sensus variis sententiis vt pretiosis lapidibus insignitus. *Inauris* est eius obedientia, auro sapientiæ, & argento scientiæ decorata. (Inaurem videtur referre voluisse ad id quod sequitur; MVRENVLAS AVREAS FACIEMVS TIBI VERMICVLATAS ARGENTO. verbis his censens nouum ornatum adhuc alium describi, & nouas virtutes promitti: Vt & Philo; qui *aurum* hoc ad Martyrij decus, *argentum* ad præstantiam & nitorem prædicationis retulit. Reuera tamen hæc virtutum promissio nouarũ; nihil est aliud, quàm cultus quidam & ornatus superadditus ceterarum. quia virtutes omnes in anima connexæ sic sunt, vt si vnam possideat perfectè, ceteræ nequeant abesse. Nec fides viua sine charitate, nec hęc sine spe, nec vlla harum sine ceteris duabus, nec humilitas vera est sine obedientia, neque his deesse potest patientia. Promittit itaque sponsus animæ; se ornamenta illa *genarum* & *colli* pretiosiùs adhuc, additis virtutum aliis operationibus clarioribus, exornaturum.

Honorius.

Anima c.i. in quod sit.

Philo.

Versu 11.

Nyssenus hic auri similitudinem, ab auro vero distinguens, necessariò longiùs à tropologia litteræ accommodata recessit, & ad Anagogiam declinauit: id ea quoque causa, quod distinctionem Lxx. interpretum secutus fuit; quæ versioni vulgatæ non est consentanea. quare nobis hic deserendus est. Vidit hoc Honorius, & Lxx. illã versionem, & Nyssẽni fusissimam interpretationem in Anagogiam reiecit, verba mox dabo. Hic ergo pollicetur sponsus, se *monile* illud fidei, & *turtures* illas castæ verecundiæ, vt aurum in fornace examinarum, probatas, *murenularum* in morem, pulchris sapientiæ & scientiæ notis instar *argenti* puriſſimi nitentibus *vermiculaturum*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, DE B. VIRGINE DEIPARA.

5.4. Honor. Versu 8.

NVLLAM in sacratissima Dei genitrice ignorantiam sui admitti vel posse, vel debere, vidit etiam Rupertus, & asseruit; Perseueranter (inquit) dicimus, & irrefragabiliter, *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti.* [a] & benè dicimus, scientes quia hospitiũ ventris sui, quod creatori præbuit, & alimoniam lactis sui, quod ori eius ministrauit, fide pretiosa & humilitate gratiosa communiuit, atque perornauit, compleuit, & custodiuit, nullam habens vnquam ignorantiam sui.] quid ergo dicit matri CHRISTVS, SI TE IGNORAS? non affirmat ignorare, sed probè se nouisse. Vt apertè Hailgrinus Card. indicat his verbis; Dicit, *si ignoras te*, hoc est, an ignoras te? & debet pronunciari, *te*; cum pondere, ac si dicat, An ignoras te, quod sis *stella maris*, quæ non solùm benè merentes dirigis, sed etiam errantes & deuios reducis ad portum salutis? An ignoras te, quod sis *mediatrix* Dei & hominum, vt peccatores, discordantes à filio tuo, reducas ad concordiam? An ignoras, quod sis *pulcherrima* mulierum, & ideò in intercedendo pro peccatoribus potentissima?

Nullam sui ignorantiam B. Virgo perpessa est.

Hailgrinus.

Intelligo vt addit; non vedendo, sed reconciliando. Sic media tricem salutis, etiam D. D. Bern. & Anselm. vocauerunt. Alanus.

PVLCHERR. INT. MVLIER. Alanus; Quæ *pulchra inter mulieres*, nisi virgo mater, quæ præ ceteris priuilegiata est donis spiritualibus: mater est Dei, sacrarium Spiritus sancti, sigillum virginitatis, speculum humilitatis.] Verè beata, & benedicta inter eas omnes, quæ sola expers maculæ peccati seu sordis (vt hic ait Honorius) sed & pulchritudinè de benedictione accepit. Rupertus. ô benedicta inter mulieres, ait, cuius pulchritudo benedictio est; cuius pulchritudo ipse *benedictus fructus ventris tui* est.] Si te ipsam non ignoras, nec id quod quæris ignoras. nam, hæc ipsa pulchritudo siue beatitudo, illi ex fide & humilitate obtigit. dicit ei Elizabeth Spiritu sancto plena, *Beata quæ credidisti* [b]. ecce fidem. & ipsamet MARIA cecinit; *Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatã me dicent omnes generationes* [b]. Ecce humilitatẽ. Fides ergo & humilitas MARIÆ, pulchritudinis eius causa, & eadẽ locus, vbi IESVS pascẽdo & cubãdo delicietur *in meridie*, hoc est, tẽpore plenę gratiæ, quãdo figura iam præterita, res illuxit, vmbra depulsa, Sol veritatis ascẽdit.]

Honorius. Rupertus.

b Luc. 1. v. 45.
c Luc. 1. v. 48.

Huic tã pulchræ tã gnarę sui meritò sponsus dicit EGREDERE, de muliebri leuitate (ait Honorius) hoc est, vt mulierem fortem decet,

Honorius.

decet, oblita naturalis sexus imbecillitatis, animum virilem retine, & pro grege communi laborem nullum recusa; ET A BI de virtute in virtutem; A BI, inquam, POST VESTIGIA GREGVM, quære oues palabundas, congrega eas in ouile meũ. egredere de claustris seueritatis, in latitudinẽ misericordiæ, ô mater miserationis: &, vt me fecere vidisti, oues fugitiuas & erroneas humeris in caulas reporta; ET PASCE HOEDOS TVOS, adhuc lasciuiẽtes & petulcos, vitio potiùs ætatis quàm obfirmata malitia; *hædos* adhuc per culpam, *pasce* sinceritatis & veritatis pabulo; nihil te pascente illis nocitum, minùs verò tibi, quamuis eos pascas IVXTA TABERNACVLA PASTORVM. cunctas enim hæreses vna superabis. Nonne hoc canit Ecclesia? nonne cunctorum sæculorum Annales Ecclesiastici nos docent?

Sunt hæc, ni fallor, accommodata sensui mixto, præillis quæ Guilhelmus nec indoctè, nec parum subtiliter commentus, refert ista ad Deiparæ migrationem ex hac vita; nam qui dixerat præcedentem interrogationem VBI PASCAS, &c. esse desiderium virginis cupientis mori, & esse cum filio: nunc asserit, à filio B. illam animam in cœlum assumenti respondere; Ecce, ô pia mater, vbi pasco, & vbi cubo. pascere à me, & pascere mecum, & cuba mecum in hac meridie, in hoc feruore diuinæ claritatis meæ, vt & ad te clametur ab inferioribus membris meis in terra peregrinantibus; & parturias ea viscera pietatis, donec plenius formetur CHRISTVS in eis.] Addit alia quædam valdè pia & meditatu vtilia. primò dicit, hanc etiam esse vocem animarum afflictarum, Deiparæ iam in cœlis constitutæ auxilium implorantiũ, &, quia illud non semper statim impetrant, etiam tenerè (vt pueri solent) matrẽ, quasi obiecta sui ignoratione vel obliuione, lacessentium. Cùm eos, inquit, in feruore tentationis positos, aliqua latentiori causa, citò non exaudit, & protegit; suos pia mater filios ad tempus quodammodo non agnoscit.] quare quodammodo etiam ignorat se esse, quod verè est, matrem miserorum. Ad maternũ ergo à laborantibus filiis quodãmodo excitatur affectum, cùm dicitur, *Si ign. te* esse matrem, & nos esse filios tuos; *Egredere*, & vide, quia tu mater es misericordiæ, at nos miseri sumus. Ingressa es in gaudium Domini tui, in cellaria sponsi tui, in regnum filij tui, vbi æternis deliciis affluis, præ omnibus gloria & honore coronaris: Inde *egredere* ad filios laborantes. *Egredere*, non per separationem, sed per miserationem de sanctuario filij tui; non inde recedendo, sed miseris piè subueniendo. Aliter longè Alanus. nam per *pastores* intelligit prælatos Ecclesiæ, per *hædos* verò Apostolos; ratione incredulitatis & scandali in passione Christi. Prosequitur Guilhelmus.

Guilhelmus.

Alanus.

ABI POST VEST. GREG. hîc secundò notat, multos quidem esse *greges*, sed vnum præcipuum, cui ab vno & bono Pastore dictũ; *Noli timere pusillus grex, quia cõplacuit patri vestro dare* [a] *vobis regnũ.* Pusillus, quia ex pusillis, de quibus dicitur, *Beati pauperes spiritu, quia ipsorũ est regnũ cælorũ*; [b] Vel quia ex electis est, qui pauci sunt respectu reprobo

Multi greges, sed vnus præcipuus.

a Luc. 12. v. 32.
b Matth. 5. v. 3.

reproborum: *Multi enim sunt vocati, pauci verò electi* [a].

a Matth. 20. v. 16.

Tertiò dicit, B. Virginem gregum præire vestigia, quando sacris exemplis eos prouocat ad imitationem sui; subsequi, quãdo piis tuetur auxiliis. Lupum enim gregi insidiantem, quia *frustrà rete iacitur ante oculos pennatorum* [b], non à facie inuadere, sed occultis machinationibus quasi à tergo insidiari. Ideo necesse est, vt Christiani Patrona gregis, non solùm ante faciem nostram per exempli ducatum gradiatur: sed & à tergo nos, contra spiritualia nequitiæ, brachio non carneo tueatur.

b Prou. 1. v. 17.

Quartò dicit, in ipso grege Christiano quosdam esse adultos & fortes, qui solido cibo vrantur: quosdam imbecilles & paruulos, qui lacte nutriantur. Item quosdam hilari conscientia exultantes, de remissione veterum delictorum; quosdam verò adhuc saucios & tristes de perpetratione recentium criminum: & nulli dubium esse, maiori sollicitudine paruulos nutriendos, vt crescant; saucios quoque propensiori cura confouendos, ne moriantur & pereant. Propterea Dominum Petro curã gregis cõmittentem, bis dixisse; *Pasce agnos meos*, semel autem, *Pasce oues meas* [c]. Ideo commendata totius gregis curã adhuc specialiter saucia & imbecillis pars gregis Patronæ nostræ commendatur, cùm ait; PASCE HOEDOS TVOS.

c Ioan. 21 v. 15. & seq.

Hædos peccatores significare tritũ est, sed non hædos Mariæ.

Addit quinto, tritum esse in S. S. *hædorum* nomine peccatores significari: sed non omnes hœdos, esse hœdos MARIÆ. *hædos* eius, non esse peccatores illos; qui circa matrem pietatis indeuoti & inofficiosi existunt, opemque eius vel non, vel tepidè requirunt; nec illos quoque, qui matrem pietatis studiosè quidem venerari, opemque eius summa instantia videntur implorare, sed à suis sceleribus non conuertuntur. Hos non agnoscere illam, quia sic volunt eam esse *matrem pistatis*, vt non sit *mater iustitiæ & veritatis*: tam iniurioſi in vno, quàm officiosi in altero. Solos eius *hœdos* esse; qui vt illam dignè venerentur, opémque eius assequi mereantur, peccata sua perfectè deserunt, moresque suos ad bonum seria mutatione componunt. Hi adhuc *hœdi* sunt, quia de recentium criminum vulnere adhuc sauciam habent conscientiam, sed tamen *hœdi* sunt MARIÆ & IESV, ab eis confouendi, sanandi, & paullatim in oues mutandi, & de sinistra in dextram transferendi.

Sextò probat, rectè hos vocari, licet peccatores sint, *hœdos* MARIÆ. tum quia Psalm. in persona CHRISTI, qui delictum non fecerat, sed delicta venerat purgare, dixit; *Longè à salute mea verba delictorum meorum* [d]. Tum quia Propheta alius his verbis; *In sanguine testamenti tui, emisisti vinctos tuos* [e], *de lacu in quo non est aqua*, vinctos eius dicit, non quos ipse vinxerat, sed quos soluere venerat. Tum quia medicus vsitato sermone vocat ægrum suum, non quem ipse fecit ægrum, sed quem suscepit curandum. Sic piæ matris *hœdos* vocari, non quos ipsa fecit, vel vult esse hœdos, qui statuantur ad sinistram; sed quos magis magisque conuertit in oues, ponendos ad dextram. Vltimo subdit, hos pasci iuxta tabernacula Pastorum, quando illis

d Psal. 21. v. 2.

e Zachar. 9. v. 11.

illis à summo Pastore filio suo, gratiam impetrat, æmulandi vitam & studia spiritualium patrum. Et sic Doctorem gentium iuxta suum tabernaculum tales hœdos pasci voluisse, cùm dicebat [a], *Imitatores mei estote, sicut & ego* CHRISTI.] Hactenus eruditè sanè Guilhelmus, sed nos nostram interpretationem prosequamur.

a Phil. 3. v. 17.

Mox itaque securitatis illius causam sponsus subiungit, EQVITAVI MEO IN CVR. &c. Ait sponsus se non lactare illam vanis promissis: probè muniuisse & armasse, iam olim spe figuræ; nũc rei veritate. figuram præcessisse victoriam illam Israëlis per mare rubrum erepti de seruitute Aegypti, & hostium demersionem: Quomodo hoc conuenit Deiparæ?

Versus 9.

Honorius breuiter: sicut populus Dei à Pharaone per virgã Moysi, ita Ecclesia à diabolo per virgam Iesse MARIAM, & florem suum CHRISTVM liberata est.] alludens ad locum Isaiæ [b].

a Honorius.

b Esai. 11. v. 1.

Sed de hac re copiosior Rupertus censet *equitatum* Dei vocari virgam illam Aaronis seu Mosis, qua mare percussum iter præbuit populo Dei, & Aegyptios recurrente celeriter fluctu obruit ad vnum. sic enim loquentem hic sponsum inducit: Hoc est, quod te nolo ignorare, & quod si ritè perpendis, non ignoras te. Magnum & mirum spectaculum respicienti, inde currus Pharaonis, hinc equitatum meum. *Currus* namque *Pharaonis* valdè multi ferro armati, plerique etiam auro vel argento insigniti fuerunt: *equitatus* autem *meus*, virga vna fuit, virga Moysi, & Aaron. Virga illa contra sublimes currus Pharaonis taliter equitauit, hoc modo militauit. Primò versa in colubrum deuorauit virgas Magorum: deinde percutiens aquas fluminis vertit in sanguinem, &c. (*pergit enim singulas plagas enumerare*) nouissimè eleuata super mare vertit illud in siccum, & diuisit aquam, & transierunt filij Israël per medium maris: iterúmque reducta super mare operuit aquis currus, & equites vniuersi exercitus Pharaonis. Rectè ergo *virga* talis, dicitur *equitatus Domini*; quæ contra tot currus & equites Pharaonis sola sufficit & victoriam peregit. Mox vt intelligas in quo hæc similitudo virgæ Mosaicæ & B. Virginis posita, subditur ibidem; videlicet in eo, quod posita coram Domino *virga* illa in tabernaculo testimonij, sequenti die inuenta est germinasse, *& turgentibus gemmis eruperant si res, qui foliis dilatatis in amygdalas deformatis sunt* [c]. Erant enim quidam simules istorum sodalium (*s. falsorum*) meorum, pro sacerdotio contendentes, & concilia sua trahentes aduersus Mosem & Aaron: sicut isti sodales mei sacerdotium sibi vendicant in carnibus taurorum, & sanguine hircorum, aduersus sacerdotium meum, sacerdotium æternum secundum ordinem Melchisedech, iuramento firmatum. dixi ergo, *Referi virgam Aaron in tabernaculum testimonij, vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israël, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur*. Illi signo, illi *equitatui meo assimilauit te* amica mea. Sicut enim virga illa virgas incantatorum & maleficorum deuorauit, & omnem superbiam Aegyptiacam obtriuit; ac deinde germinauit, frondiit, floruit, & fructum

c Num. 17. v. 8. Nota Rupertum, eamdem fuisse nempe hanc virgam fuisse ch virga Moysis quod cũ Fabricio, negant. Abul. & Ceruan. Sed facit Rupertus Bernardus hom. 2. super Missus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» fructum protulit, non plantata, non succo terræ animata, sed virtute
» cœlesti supra vsum naturæ prouecta: sic tu *pulcherrima multier um, ami-*
» *ca mea*, cunctam prauitatem hæreticam interemisti, superbiam diabo-
» li deiecisti, conceptu florida, partu fructifera, virgo in conceptu, in-
» corrupta in partu, virgo ante partum, incorrupta post partum.

Quàm hæc diserta, quàm suauiter Marianum amorem spirantia? Non tamen tollunt omnem difficultatem. Constat Deiparam per virgã significari Iesseam, docui [a] hoc alias fusissimè, nec repetã. Sed quid virgæ & equo seu equitatui tam cõcors, vt in vnam MARIÆ significationem conspirent? non amat equus virgam, imò horret, & ea compescitur. Nonne meministis quod à D. Bernardo verissimè dictum [b], in *virga* significari potentiam, sicut in flore fragrantiam, in fructu saporis dulcedinem, in frondibus sedulam protectionem? Equidem in sacris litteris *virga* solet referri ad Saluatoris nostri iustitiam & fortitudinem: vt in illo, *Virga equitatus, virga regni tui* [c]. Virga (vt ait ibi Augustinus) conterens carnales, (*Aegyptios*) & dirigens spirituales (Israëlitas) significat eiusdem potestatem regiam, & potentiam absolutam [d]. est enim eadem eius quæ sceptri significatio [e]. Per equum quoque siue equitatum potest aptissimè significari dignitas, vt docuit diuus Gregorius libro trigesimo primo Moral. capite decimo octauo, nam S. S. esse in equis dicit illos, qui dignitate sublimes sunt [f]. Equites etiam Dei siue equitatus eius sanctos viros, quibus, arbitratu suo, morigeris & facilibus Deus vtitur, & quibus diabolo & mundo prædas animarum extorquet, & victorias quotidie de inimicis suis obtinet, vocari, nesciunt dumtaxat, qui hospites in Patrum lectione. nam id docuere abundè, in Iob, Zachar. Abacuk, Apocalyps. & Cant. scribentes 8. Si cui verò Sanctorum hoc conuenit, nulli meliùs aut apertiùs quàm Deiparæ, quæ vna maximè morigera, & proinde vna plures loqui potest victorias, vna hostibus Dei maximè metuenda, vna non *equitatus* modò, sed & *castrorum acies ordinata*.

Cõtinere me nequeo, quin Hailgrini Card. verba apponam, vnus enim omnium optimè hoc loco; Ego *in curribus Pharaonis* conterendis *assimilaui te equitatui meo*. Currus *Pharaonis* malitiæ sunt Satanæ; qui contra fideles animas velut in quatuor rotis militat, in quatuor vitiis quatuor virtutibus Cardinalibus oppositis. *Equitatus* autem CHRISTI potest intelligi sanctorũ exercitus; in quorum acie spiritus corporibus, velut equites, præsidentes, carnem freno temperantiæ retinent, ne se præcipitet currendo post concupiscentias, & eandem, ne pigra sit & inobediens, stimulis timoris & amoris diuini vrgent, velut calcaribus, ad cursum boni operis. Hi sunt equi, quos Iosue subneruasse [h], non occidisse legitur; ne nimis currerent, & tamen aratris & portandis oneribus competerent. Caro enim occidenda non est, sed castigãda, ne superba sit & lasciua; &, vt ad bona obediens sit opera, in seruitutem redigenda, &c.

Sic ergo *terribilis vt castrorum acies ordinata*, est MARIA: non tantùm

a *In floridis Mariam Paneg. 2.*
b *Bernardus d. loco.*
c *Psa. 44. v. 7. Augustin.*
d *Isaiæ 9. v. 4. virgã humeri. & 10. v. 5. virga furoris. & 14. v. 5. virgam dominãtium. Ierem. 48. v. 17. virga fortitudinis. Psal. 2. & 9. virga ferrea.*
e *Num. 24. v. 17. virga de Israel. Isai. 11. v. 4. virga oris. Psal. 109. 2. virga virtutis. plura vide apud Ioa. Fernãd. Thesauri tom. 1. in voce, Baculus.*
f *Eccl. 10. v. 7. Psal. 75. v. 7.*
g *In lob. c 39. in Zach. 3. in Abac. 3. in Apoc. 6. & 19. & h. in Cant. Hieron. Orig. Greg. Aret. & alij. Hailgrinus.*
h *Iosu. 11. v. 6. & 9. Vbi sic etiam explicat Origen.*

tùm vt castrorum militantis Ecclesiæ, aut hominum Beatorum, sed etiam vt castrorum Angelicorum; quibus potissimùm comparari eam adsentior lubens Guilhelmo. Sciendum namque in exercitu Domini (*verbis vtar illius*) esse non solum peditum, sed etiam equitum copias. Pedites in exercitu Domini accincti in diuina militia, homines sunt: equites verò sancti Angeli, propter maiorem vtique agilitatem.] Non poterant pedites soli (h. Israëlitæ) destituti equitatu, resistere equis & curribus Pharaonis, ideò clamauerunt ad Dominũ; & misit illis equitatum suum terribilem equitatui Pharaonis; & hic Angelorum equitatus, *interfecit hostium exercitum, & subuertit rotas curruum, ferebantúrq; in profundum*. Per Angelos enim id Dominum fecisse, qui fulgura, & imbres & saxa de cœlo iecêre, planè verosimile est: & ideò Aegyptij, qui prælio huic Angelico superfuêre, dixerunt; *Fugiamus Israëlem* (nempe peditatum Dei) *Dominus enim pugnat* (per equitatum suum Angelos) *pro eis contra nos*.

Guilhelmus.

a *Exo. 14. v. 25.*

Sed dicet aliquis, quo hæc pacto conueniunt, per equitatum intelligi Angelos, cum Nysseno & Guilhelmo; & virgam, cum Ruperto & Honorio? non obscura concordiæ ratio se offert, sedulò historiam à Mose descriptam consideranti. Victoria illa duplici Aegyptiorum clade stetit, vna, occisione & nece illa per fulgura & imbres (quam Iosephus etiam tradidit, & descriptissimus) quæ ministerio Angelorum peracta: altera verò reliquorum fugientium submersione, quæ virgæ Mosaicæ apertè tribuitur paullò pòst eodem capite [b]. Vtraque laus conuenit Deiparæ. nam & illa terribilis, vt Angelicus exercitus, & præterea à signorum & miraculorum operatione admirabilior virga Mosis. illa currus peccati subuertit, illa hæreses omnes, fugitiuorum ab Ecclesia reliquias, obruit, & demerget obliuionis profundo. Vbi nunc Simoniani, Menandriani, Gnostici & similes? eodem compellet nostros Lutheranos, Caluinianos, & Anabaptistas. Sic semper filij *equitatus* assimilabitur.

b *v. 26. & 27.*

Sed Alanum quoque legite hæc aliò referentem. Quis est (ait) *equitatus Dei*, nisi Ecclesia; quæ frenum disciplinæ eius accipit, & iugum portat suauitatis eius, & quæ spiritu Dei agnoscitur, & in hoc est ei salus. Vnde legitur, Abac. 3. *Equitatus tuus salus*. Per contrarium *currus Pharaonis* dicuntur illi, qui sub spirituali Pharaone, id est, sub diabolo positi sunt, & quadrigæ eius; quas ipse agit & ducit ad persequendum populum Dei, & ad opprimendum Israël. Qui se conuertunt ad fidem, fiunt equitatus Dei curuantes dorsum suum, id est, arbitrij libertatem, vt suscipiant supra se CHRISTVM iessorem, & frena eius patiantur, vt quocumque voluerit flectat eos. Et est sensus, *Amica mea*, id est, virgo MARIA dilecta mea, sponsa mea singularis & vnica, *assimilaui te*, id est, similè feci, *equitatui meo*, id est, Ecclesiæ meæ, quæ priùs fuit *in curribus Pharaonis*, dum subiecta erat spiritualibus nequitiis. Virgo enim MARIA similis est Ecclesiæ Dei in pluribus. Sicut enim Ecclesia Dei mater est CHRISTI, in membris per gratiam; sic virgo mater est CHRISTI capitis, per naturam. Et sicut Ecclesia

V. Maria similis est Ecclesiæ Dei.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» est sine macula & ruga; ita & virgo gloriosa. Et sicut Ecclesia in di-
» uersis personis habet vniuersitatem donorum; sic virgo MARIA
Alanus. » in se vniuersitatem charismatum.] Ita Alanus.

Narrato eius robore, subdit filius, scire vis, qua sis formæ venustate? PVLCHRÆ SVNT, ait, GENÆ TVÆ SICVT TVRTVRIS. In genis sedes verecundiæ, & præcipua genarum gratia, verecundia est. commendatur[a] itaque MARIÆ *verecundiæ* quæ, ad eã angelo ingresso & laudante, turbationis causa exstitit. hæc virginitatem verã & comitatur, & custodit assiduè. ideo non pugnat
Versus 10. *a Sic Honor. Guilhelm. Hailgrin.*
Rupertus. » cũ aliis Rupertus, qui *Pudicitiã* vult laudari: Pulchritudo tua pudi-
» citia est pudicarum omniũ virginum, viduarum, atque continentiũ
» pudor siue pudicitia, religiositas aut verecũdia, tuis genis, tuis oculis
» comparata, non est verecundia, non est pudor, non est, aut vix mere-
» tur dici pudicitia.] Sed cur *Turturis*? quia turtur auis soliuaga; te soli-
b Ruper. tariam Angelus inuenit & salutauit.[b] quia illa gemit, tu gemebas in
c Honorius. hoc incolatu de terrenis, & ad cœlestia suspirabas[c]. quia turtur mitè
d Guilhelm. simplex est auis, tua verecundia & pudicitia, non simulata, sed sim-
» plex & sincera fuit[d], quia alterius viri, quàm CHRISTI, coniu-
Alanus. » gium nesciit; vel quod continentiæ & pudicitiæ in ea tanquam tur-
» turum volitet multitudo.] *Sic Alanus.*

ET COLLVM TVVM SICVT MONILIA. Humili-
» tatem Guilhelm. vult indicari, quasi dic. non riget collum tuum per
» superbiam, sicut collum eius de quo scriptum est; *cucurrit aduersus*
e Iob. 3. v. 26. *Dominum extento collo*;[e] sed est pia humilitate flexile. Proinde nec eget aliis monilibus, sed sat est in se ipso pulchrum, non minùs quàm ipsa *monilia*. Superbia eget & quærit monilia; humilitas ea nec quærit, nec opus habet; sed tamẽ vltrò sponsus ea tribuit, quia nouit hãc
Rupertus. non iis magis ornari, quàm ornare suamet ornamẽta. Rupertus per *monilia, verborum temperantiam & prudentiã* intellexit. quia sicut monilia muniunt matronarum pudicarum pectora pudicarita & collum (ait) tuum munit verba tua, non solùm ne quid noxium, otiosum, inordinatũ voce erumpat; verumetiam ne ipsum bonũ tuum, secretum tuum, diuinum illud mysterium tibi creditum temere foras eliminet. Sicut itaq; pulcherrima es genis; ita & collo, hoc verborũ, illud oculorum moderamine. Quàm studiosa silentij fuerit, alias copiosius:
Alanus. nunc inuitant nos quæ sequuntur. Priùs tamen addo quod Alanus
» his verbis; Per collum, quod inclinare solemus in obedientiæ si-
» gnum, significatur obedientia & subiectio, quã CHRISTO exhibuit;
» pro eo quod quasi iugũ CHRISTI accepit, & fidei eius obedientiam
» præbuit. Ornamentũ ergo ceruicis, quæ est obedientia, CHRISTVS
» est. Ipse enim prior *factus est obediens vsq; ad mortem*. Phil. 2. Exorna-
» tio ergo & monile ceruicis eius, id est, obedientiæ virginis, obedien-
Obedientia Christi monile. » tia CHRISTI est. Sed & ceruix eius, id est, obedientia, similis facta
» est obedientiæ CHRISTI, quæ est monile CHRISTI. Magna ergo
» in hoc laus MARIÆ, magna eius gloria, quod imitario eius gloriæ
» exæquatur obedietię CHRISTI, quã imitatur illa.] Hacten[a] Alanus.

MVREN.

MVREN. AVR. FACIEM. TIBI VERMICVLATAS ARGENTO. Sicut in Psal. *Columbæ pennæ deargentatæ, & posteriora dorsi* » *in pallore auri*[a], fore prædicuntur: Sic hoc loco vnica columba hæc » sponso largiente iisdẽ splendet metallis. *Aurum* volunt esse quidam interiorem scripturæ sensum, *argentum* eiusdem litteram, seu verba exteriora; quibus nec vlla philosophiæ humanæ subtilitas, nec lepor, aut grandiloquentia profanæ scriptionis, potest comparari. sententiam itaque hanc esse loci huius; sponsum sponsæ silentium amare quidem, optare tamen & vocis frui dulcedine. Vt (ait) ne semper ta- » ceas, sed aliquando *sonet vox tua in auribus meis*: Laxa vocis iter, & fi- » delibus tuis comitibus ne subtrahas, quæ etsi cum tua, magis tamen cum mea laude coniuncta, tibi credita mysteria, doctrix es, & magistra diuinorum eloquiorum, secretaria arcanorum.
Versus 11. *a Psal. 67. v. 14.* *Vide Ruperti.*

Sed quia hæc interpretatio vnius dumtaxat scientiæ scripturarum donum pollicetur, placet mihi, vt vermiculato operi magis consentanea, Cardinalis Hailgrini alia, digna lectione, is auro vult designari *obedientiam*, quia præ ceteris metallis aurum ductilius & flexibilius est; eodem significari *sapientiam*, quæ cunctis opibus pretiosior est; significari etiam ignito auri colore, ipsam *charitatem*. Et Pater quidem contulit virgini obedientiam, Filius sapientiæ splendorem, Spiritus sanctus dilectionis feruorem. hæc tria velut virgulæ in cathenulis decenti artificio connectuntur. charitas, quæ feruet, iungitur obedientiæ, ne sit pigra. Obedientia, quæ humilis est, iungitur scientiæ, ne sit inflata. Scientia, quæ rectè dirigit, iungitur dilectioni, ne sit erronea zelatio, seu zelus non secundum scientiam. Porro *murenulæ* istæ aureæ sic connexæ, distinguuntur punctis argenteis, hoc est, purissimo nitore *castitatis*, quam designat argentum; sine qua in oculis sponsi cetera illa nec venusta nec decora queunt videri. *Hailgrinus.*

Alanus intelligit sententias diuinas quibus sancti Prophetæ variegarunt sacram scripturam laudibus Deiparæ. Has (ait) *murenulas*, id est, diuinas sententias, ediderunt sancti Patres in laudem virginis & honorem. Esai. 11. *Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet.* Ieremias etiam 31. ait; *Nouum faciet Dominus super terram, mulier circumdabit virum.* Et Dauid Psal. 18. *In sole posuit tabernaculum suum.* Et in Daniele legitur c. 2. quod *lapis excisus de monte sine manibus.*] *Alanus.*

ANAGOGE.

PETENTI animæ, quis foret locus requietis æternæ; quia nõ tam indicari, quem nõ ignorabat; quàm in eum se trãsferri cupere sponsus sciebat, benignè respondet; & nõ quidẽ in locum quietis adhuc introducit; sed ei similem izdicat, quem in hac vita possidere, & frui queat regnum illud [b] Dei, quod est in vnoquoq; nostrũ, cognitione[c] & amore Dei ipsius
5. 5. Versus 8. *b Luc. 17. v. 21.* *c Cassian. col. 1. c. 13.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

In potestate cuiusque est Deum in cor de recipere.
a *Cyrill. in Ca. 1. D. Thom. & Theophyl. in locum illum D. Luce.*
b *Climacus gradu vlt.*

ad quem per nostrimet cognitionem peruenitur. Verè enim præsupposita Dei gratia, in potestate cuiusque nostrum (suppositò gratiæ auxilio) est, Deum sic in corde recipere [a], & retinere, & sic prægustum quendam futuri illius regni & beatitudinis æternæ, per contemplationem diuinæ præsentiæ, in hac vita percipere [b]. Significat igitur, locum *vbi cubet, vbi pascat*, intra sponsam nunc esse; donec introducat illã in regnum, quod ab æterno præparatum. Interea probè facturam, & id sibi placere, si quod significarat, *egrediatur*, nõ anima, sed cogitatione, de corpore; & *abeat post vestigia gregum*, curã gerat proximorum infirmiorum, eosq; iuuet spiritualibus subsidiis; & transeat *iuxta tabernacula pastorum*, non sedeat, non hæreat, non tempus terat apud falsos fratres; sed gregem suum potiò vltrà perducat, ad *tabernacula* verorum *pastorum*, Apostolorũ & ceterorum amicorum Dei: vt sicut illi CHRISTI, & illorum isti greges tenelli imitatores effecti; cum ipsa tandem, eò perducantur, quò adspirabat. Illã quidem nunc in hac vita similem dumtaxat esse peditatui Dei, hoc est Israëli fugienti; sed statuisse illam facere similem in cœlesti illa patria Angelis rectoribus; hoc est, *Equitatui Dei*. Scitis enim quid IESVS Sadducæis responderit; nempe post resurrectionem corporum homines fore *similes Angelis Dei* [c]. quod cùm præcipuè propter castitatem, illic ab omnibus seruandam [d], dicatur; præclarè hoc sanè tribuitur sponsæ, cuius castitatem sequentibus statim verbis commendauit.

Versus 9.

c *Matth. 22. v. 30. Luc. 20. v. 35.*
d *Abelly imperfect. in Matth. d. loco.*

Versus 10.

PVLCHRÆ SVNT GENÆ TVÆ SIC. TVRT. Eò te honoris euecham, propter eã, quam in te nunc video *turturis* similitudinem. Casta es, sunt Angeli: simplex es, *cum simplicibus sermocinatio mea* & Angelorum: gemis, vt turtur, te in hoc mundo peregrinari, obtinebis quod suspiras, quod à me peris, omnibus diebus vitæ tuæ in domo Domini habitabis. quem gemis ademptum & quasi absentem, eum comparè recipies nõ amissura, & cum Angelis semper faciem eius videbis. ET COLLVM TVVM, ô mea turtur, SICVT MONILIA, torquatum variarum virtutum contextu me inuitat, vt æterno amplexu te cingam.

Versus 11.

brachiis gloriæ & suauitatis meæ. faciam, ne dubita: sed priùs MVRENVLAS AV. FACIEMVS TIBI VERMIC. ARGENTO: vt in iis, quasi in quadam similitudine & pictura, gloriam diuinitatis meæ, & humanitatis nitorem ac puritatem, contempleris, spe clarioris visionis te ipsam consolans. nam nunc tantùm potes me videre *per speculum in ænigmate* scripturarum: postea videbis *facie ad faciem* sicuti sum; cùm, quæ nunc latent omnia, intueberis in speculo Deitatis. His promissis animata sponsa, sic viciſſim loquitur.

1. Cor. 13. v. 12.

CAP.

CAP. I. SECTIO III.

SECT. III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odo-	*Quoadusque rex sit in recubitu suo. Nardus mea dedit odorem*	*Versus 12.*
13. rem suum. * Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commo-	*suum in. Alligamentũ gutturæ fratruelis meus mihi: in medio vberum meorum demorabitur. Bo-*	
14. rabitur. * Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.	*trus cypri fratruelis meus mihi in vineis Engaddi.*	

LITTERA.

NOSTER hîc versiculum alium inchoat, LXX. verò initium eius commati proximo, *Murenulas auri*, &c. coniunxerunt, & ideò longè aliter ista Latini recentiores, quàm vetusti vel Græci explicant. [a] Hebræo fonti multò melius congruit distinctio nostra.

5. 1. VERBA SPONSÆ. *Versus 12.*

a *Orig. Philo. Nyssen. Ambros. Hieron. Aug.* עד

DVM ESSET) Hebræa vox AD significat etiam, *donec*, vt cũ LXX. reddidit D. Gregorius [b], sensus est; quamdiu fuit in conuiuio. REX) sic vocat sponsum, tum quia pastor erat, tum quia conuiuij regnum; non, vt gentiles, talis fortitus; sed natura sua, & ab æterno rerum omnium Dominus; & in hoc conuiuio imitator, & primus in accubitu; quem Syri vocabant RISSEMAKA, *caput* seu principem *accubitus*.

b *Lib. vlt. Moral. c. 21.*

IN ACCVBITV) MESEBI à radice Sabab, *circuire*; significat accubationem epularem, lectulis in orbem mensæ appositis; de his enim accipio conuiuialibus seu accubitoriis (Græcè ἐν ἀνακλίσει) non de geniali thalamo, vt Kapnion; nec de cubiculariis seu dormitoriis, qui somno destinati. Solebant Hebræorum cœnacula siue triclinia multis huiusmodi lectulis circum mensam esse constrata. Vnde cœnaculum vocabatur, *domus lectulorum*, BETH HAMITTOTH; idque in coronæ morem: vnde accubatio MESIB dicta. Ait, *Accubitu*; quia Salomonis tempore iam exoleuerat consuetudo assidendi; & inua-

מסבו
מסב

מסב

Universidad de Deusto
Biblioteca

luerat, toris iacentes, seu cubitis innixos conuiuari. Cassiodorus; » Accumbere (ait) est reclinari vel discumbere.

NARDVS) Solebant apud Orientales, maximè Iudæos, mulieres conuiuiales corollas, & vnguenta parare, & etiam conuiuas præcipuos iis perfundere. Vnde non reprehendit Pharisæus mulierem officio illo fungentem; neque Christum, quòd mulierem id agere permitteret; sed dumtaxat quòd à peccatrice id sibi officij exhiberi pateretur [a]. De Orientalium vnguentis res notissima: de muliebri hoc munere, testis prædictio Samuelis Regem Iudæorum filias ipsorum vnguentarias facturum [b]. Ideò hîc sponsæ tribuitur hoc officium. Solebant autè in conuiuiis Nardo coronari, & Nardo quoque inungi. & vtrũque hîc potest accipi. quia nardus, vt herbam, sic etiam vnguẽtum significat. eius descriptionem licet petas à Dioscoride lib. » 1. c. 16. & à Plinio lib. 12. c. 12. Philonis verba sunt [c]; Nardus, medi» cus est fructus Syriæ & Indiæ præstantissimus, colore ruffo, como» sus, odoratissimus, saporis amari, suauitatem odoris dijutissimè reti» nens; calefacit, exsiccat, viretque perpetuò: miscetur antidotis, & ef» ficacissimas vires ad quamplurimos morbos habet.] Coronæ ex nardi foliis olim in summo pretio fuere, quod per excellentiam *folium* vocari consuesse Plinius docuit. Malim hîc de vnguento capere: de quo in Euangeliis celebris memoria [d]: Psalmista quoque meminit, » *Impinguasti in oleo caput meum* [e], καὶ ἐξοχὴν nardino, quod pretio» sissimũ, vt testantur Theodoretus, & Athenæus [f]. Solita nardo tempora perfundi, non vno loco Tibullus, & Horatius docuere.

a *Luc. 7. v. 39.*
b *1. Reg. 8. v. 13.*
c *Infrà in c. 4. v. 14.*
d *Matth. 26. v. 7. & Luc. 7. v. 46.*
e *Psal. 22. v. 8.*
f *Theod. hîc. Athena. lib. 15. Versu 13.*
צרור

MEA) à me præparata & diffusa.

SVVM) mixtum odori vnguentorũ sponsi. colligitur ex Hebræo.

FASCICVLVS) Hebræum, TSEROR significat quãuis colligationem, seu crumenam, seu inuolucrum. ideò *fasciculi* vox, hîc late capienda. LXX. ἀπόδεσμος τῆς σμύρνης, *colligatio guttæ*, vt vertit Ambr. in Psal. 118. vel *alligamẽtum*, vt est in homilia versa ex Orig. Aq. ἀπόδεσις σμύρνης, hoc est, *susceptus myrrhæ*. Myrrham etiam nó sta» cten, vertit Symmachus, teste Theodoreto. Honorius; *Myrrha* est » arbor Arabiæ, altitudinis quinque cubitorum, similis spinæ, quam » acanthum vocant, cuius *gutta* viridis & amara: vnde & nomen accepit myrrha. *Gutta* eius sponte manans est pretiosior, corticis vulnere » vilior: quæ medendis infirmitatibus salubris est, & mortuorum corporibus, ne à vermibus & putredine consumantur condiendis vti» lis.] Sed quælis myrrhæ colligatio? Aponius viderut accipere de virgularũ myrrhæ fasciculo. Sed quid suauitatis est in tali fasciculo virgarum spinosarum? Neoterici multi accipiunt de floribus & foliis myrrhæ Syriacæ, quæ dicunt esse suauissimi odoris g. Si verum hoc foret, aliquod de hac foliorum, & florũ myrrhæ dote, prodidissent vel veteres [h], vel moderni [i]; qui omnes myrrhæ fruticem diligenter » descripserunt. Mouit illos vox *fasciculi*: sed illa ex Hebræa voce interpretanda. Mouit quod Valerius, & Athenæus videantur agnoscere corollas ex myrrha. Verùm Valerius ille *in Cyri*;

g *Tirelman. Genebrar. & Luis. hic. & Guevara in Habacuk.*
h *Theophrast. Dioscorid. Galen. Plutar.*
i *Pena, Dalechampius. Garcæus.*

Nec mihi

Nec mihi iam pingui sudabunt tempora myrrha,
Pronuba nec castos incendet pinus honores.

Epitheto quod addidit, satis clarè indicat se agere de myrrhino vnguento, quo coronati iam conuiuæ caput infundebant, quem morẽ (vt alios omittam) Ouidius & Tibullus indicarunt. Denique coronæ illæ, quarum ex Possidonio meminit Athenæus, [a] fuere cum apicibus suis ex auro solidæ, sed thuris suffitu, & myrrhino odore vnguento. Coronis enim additos suffitus, & delibutiones, ille ipse quem laudãt Nicostratus, *in falso obsignato*, & alij apud Athenæum docuere. fortassis alius nebulam inducat, ex sponsi verbis postea dicentis se myrrham messuisse [b]: Verumtamen dispellunt sequentia; quæ conuincunt de stacte seu gutta loqui, & ideo *messui*, pro, collegi capiendum, vt postulat Hebraum ARITHI. Propterea sequor communiorem Patrum explicationem, qui accipiunt *myrrha fasciculum*, de ipsa gutta seu lacryma illa meliore myrrhæ, cuius odor & vires decantatissimæ. Hac docet Athenæus [c] solitos pectus inungere, eo quòd cordis imbecillitati multùm prodesse crederetur. Hebræas quoque mulieres à collo ad vbera gestitasse quædã pendula vascula pretiosa, καὶ καρδιοφυλάκια alias docui [d], quæ vocabantur BETH NEPHES, *domus pectoris*; noster ab inclusorum odore, vertit, *olfactoriola*. de huiusmodi ergo vasculo, gutta pleno, mea sententia, commodissimè locus intelligeretur. Confirmat quod LXX. expressè verterint, non *myrrham* tantùm, sed *stacten*; quæ est myrrhæ lacruma: atque ita apertè acceperunt Origen. Nyssenus & Psellus. Noster etiam hoc Cantico semper myrrham aromaticis vnguentis, non floribus coronariis, annumerat [e].

a *lib. 5. c. 9.*
b *c. 5. v. 1.*
צריתי
c *lib. 21. c. 14. & 15.*
d *In c. 3. Isai. v. 20.*
בת-נפש
e *c. 3. v. 6 c. 4. v. 14. c. 5. v. 1. & 13.*
דד

DILECTVS) Heb. DOD. *amor, dilectio*; maiori emphasi. LXX. ἀδελφιδῶς, id in Homil. Orig. aliquando reddirum *fratruelis*, aliquando *fraternus*, & expositum de fratris filio; alij malunt, de filio sororis. D. Ambrosius aliquando *frater*, aliquando *consobrinus*. Quinta editio, ἑταῖρος. *sodalis*. Symmach. vt noster. omnia eodẽ recidũt. nam, ex quo Iudæi cœperunt frequenter contrahere nuptias cum patruelibus, cœpit hoc nomen inter amatoria vsurpari.

INTER VBERA MEA COMMOR.) collocabitur, vt in iugi mansione, in medio cordis mei [f]. idem est cum eo quod dicit postea; *Pone me vt signaculum super cor*, &c. quia sub conualle gemini vberum colliculi situs est cordis. vt notant Nyssen. Theodor. Iustus, Honorius, & Haym. hinc cor-per *vbera* significatũ apud Osee [g], *de medio vberum*, hoc est, de intimo corde. Pro *commorabitur*, Hieronymus aliquando *demorabitur*, aliquando *manebit*, Heb. est, *pernoctabit*, quo significat, memoriam illius iugem futuram. flores noctu papillis excuderent: ideò hæc meliùs conueniunt olfactoriolo.

f *Sic Orig. hom. 2. & D. Hiero. lib. 1. contra Iouinian.*
g *c. vlt.*
h *c. 1. v. 12.*

BOTRVS) alij, *botryo*.

CYPRI) *Prima* sententia est recentiorum Rabbinorum; & Guidacerij de camphora, merum est commentum. *Secunda*, de floritione botri, quæ est Origenis, Nysseni, Theod. Philonis; qui exponunt

Versu 14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

botrum adhuc florentem, necdum vino turgentem; nititur etymologia Græca, nempe quòd κυπριάζω significet floreo: sed confundit κυπρισμὸν, hoc est, floritionem, cum arbore Cypro; hîc autem non habetur Græcè κυπρισμὸς, sed κύπρος; neque id patitur vox Hebræa כפר COPHER. *Tertia*, quæ vult Cyprum poni hoc loco pro insula Cypro, inferiùs verò cap. 4. vsurpari pro frutice aromatico, & sic COPHER Hebræis æquiuocum esse; non placet; quia Cyprus nimis quàm longo interuallo iacet ab Engaddi, & Cyprum Hebræi nó vocant COPHER, sed generali nomine CITTHIM. *Quarta* sententia, quæ vult agi de botris Cypariſſi (videtur hæc Iusti Orgelitani) cõfundit cupressum cũ cypero: huic adde, quod alij volunt de ipso cypri arboris fructu, vt cum Lirano quidam. *Quinta* celeberrima est, COPHER, hîc significare fruticem opobalsami, quam censent Hebræis vocari COPHER vel CIPHER, vnde *Cyprus*: referunt hâc potiùs, quàm sequũtur, D. Ambros. in Psal. 118. serm. 3. Aponius hîc secundo loco, Honorius & D. Bernardus; tenere videntur Venerabilis Beda: & Hailgrinus, & Valentinus, & Guilhelmus, & quidam moderni, sed quæ ad probandum adferunt non valdè stringunt. Opobalsamũ siue gutta balsami odore suauissimum, corruptioni resistit, roborat, curat vulnera, plurimus eius in Iudæa prouentus olim, multa illi cum vineis sunt communia. Scimus & fatemur, nam nos illa quoque apud D. Hieronymum in Epitaph. Paullæ, & in Ezechiel. c. 27. Iosephum, Strabonem, Plinium, Solin. Iustin. Dioscoridem legimus. Sed quid inde? an quia in Engaddi balsami prouentus, ideo nullæ illic vineæ veræ? falsum id sanè docet hoc loco Tharg. Chaldaicũ. Aſt Origenes, aliíque dumtaxat asserunt, ibi plus balsami, quàm vini prouenire; idem voluit Ambrosius, & alij eos secuti. An ideo COPHER significat balsamum? exoleuit (aiunt) vox *Copher*, postquam balsami nomen in vsu esse cœpit. Probant, quoniam Ecclesiasticus *balsami* vocem agnouit [a]. fateor, sed in nostra versione; Latinis autem nunquam *Copher* in vsu. Nihil ergo probant, quid in Hebræo fonte fuerit, quis diuinet? Græcè quoque legitur, ὡς πάλαθ & ἀρωμάτων, *sicut massa* vel pila *aromatũ*, vel vt meliùs alij codices; ὡσπάλαθ & ἀρωμάτων, hoc est, *aspalathus aromaticus*: quæ lectio etiam placuit Rabano & Strabo. sed in libris eorum corrupta modicè vox *aspalathi*: qui quid sit, docebunt te Dioscorides & Plinius [b]: quod autem sequenti commate sequitur; *quasi balsamum non mixtum odor meus*: id Græci libri totum ignorant. Hebraicè putarim non fuisse aliud nomen quàm PHANNAGH. sic enim veteres vocabant balsamum, vt Ezechiel vocauit; [c] vocatum quoque APHARSAMON indicauit Iosephus Gorionis filius [d]. Balsamum ergo sic vocabatur; COPHER autem aliud significabat, nempe *Cyprum*, vt noster vertit.

Sanè *Cyprum* & *Balsamum* diuersa fuisse, & vtriusque nomen eodem durasse tempore, constat ex Fl. Iosepho, cùm scribit, apud Iericuntem gigni opobalsamum, cyprum, & mirobalanum [e]. Plinius quoque cyprinũ vnguentum à balsamino distinxit [f]. COPHER puto, cùm

כפר

כתים

a c. 24. v. 20.

b *Dioscor. li. 1. c. 19. Plinii lib. 12. c. 24.*

c c. 27. v. 17. vbi noster vertit, *balsamum.*

d *Lib. 4. Hister.*

e *In Græco exemplari lib. 4 de bello Iudaic. c. 27.*

f *Lib. 13. c. 4.*

cùm hîc tum inferiùs c. 4. significare liquorem aromaticum, seu fructum cypri arboris (vt volunt Iarchius & alius Rabb. innominatus) quem D. Hieron. testatur odoratum esse, & effloreſcentis vuæ more florere; è quo cyprinũ fit oleum, quod *cyprum* vocant; odoratissimum & saluberrimum; videndus de eo Plinius lib. 23. c. 4. & lib. 12. c. 24. vt memoria lapsum appareat virum doctum, qui negat Plinium meminisse. De frutice sic *Philo* [a] scribit, Cyprus arbuscula est, flore candido, cincinnorum instar pendente, coma odoratissima, folio oleæ. ex hac fit vnguentum nomine Cyprinum, ad multa commodissimum, habétque folia, flores, & fructus, & ramos vtilissimos. hæc optima in Ascalone Iudææ, & Aegypti Canopo prouenit.] *Cassiodorus ibidem*; Cyprus arbor est aromatica, semen simile coriandri habens, id est, album & sublucidum: quod oleo coquitur; & inde exprimitur, quod cyprus vocatur: vnde regium vnguentum paratur.] Interpretor itaque cum aliis Patribus [b] & Fran. Titelmanno, de veræ vineæ botris nascentibus in Engaddi, quos dicit cyprinum saporem præbere gustãnti. Nam frequens hic frutex in Syria nascens, maximè in vinetis Engaddiricis [c]; ideoque, quæ vitium proprietas est, ascisceré saporem iuxta radices crescentium fruticum, vel herbarum, vt experientia docet cum Plinio; [d] fiebat, vt botriones inibi nati saporẽ & odorem cypri referrent: ideóque in pretio habebantur, sicut hodie in Hispania & Italia botri muscatellini. His ergo botris vuarum sponsa dilectum confert.

a *Philo* c. 4. v. 14.

b *Aponius primo loco, Honor. Greg. Cassiodor. Haym. VVilleram. Bernard. Ruper. Anselm.*

c (*Scribit Rabbin. Innominat.*)

d *Lib. 14. c. 16.*

ENGADDI.) prope Engaddi, vineta fuisse docent Chaldæus, & Titelmannus & Vatablus hoc loco. Cyprias verò vites & vineas etiã laudatissimas apud Pliniũ reperies [e]. Falluntur Carensis & alij, qui Ierichuntem eandem cum Engaddi putarunt. Nam Engaddi est Hasasonthamar prope mare mortuũ, vt ex sacris litteris & D. Hieron. nimis notũ [f]: vicina tamen erat Ierichunti, & iisdem hortorũ & amœnitatũ deliciis celebris. De nominis etymo multa & rara Patres commenti; illos censeo consulendos, &, qui mira quædam ex punctorum varietate notat, Galatinum [g]: Sed & nos non pauca *in Floridis Marianis Paneg. 1.*

e *Lib. 14. c. 2. & 7.*

f *1. Reg. 24. v. 1. 2. Paralip. 20. v. 2. 2. Par. 27. v. 15. Eccle. 24. v. 15. Ezech. 47. vers. 10. Hiero. Quæst. in Gen.*

g *Galat. libr. 6. c. 3.*

Rectè monuit D. Hieron. quæ hactenùs dicta sunt ab Ecclesia, pertinuisse ad desiderium futuræ incarnationis, & quæ à sponso dicta, pertinuisse ad promissionem eorum, quæ tam fœlicibus nuptiis sponsæ erant obuentura. Nunc veluti noua scena inchoatur, qua Salomon vt peracta mysterij dispensatione [h], & promissionibus adimpletis, inducit sponsam vt exultabundam, & comitibus suis narrantem (quæ sponsis introëuntibus, quasi foris in theatro remanserant) partem lætitiæ suæ, & eorum quæ intus gesta. Nam Ecclesia vera Esther, in superbæ Vasthi locum coaptata; tum quando CHRISTVS non angelicam, sed humanam naturam apprehendit; & auro gemmisque (quod maritale munus videtur) à sponso exornata, etiam ab eo ad conuiuium admissa foret; (illud scilicet diuinum CORPORIS & SANGVINIS epulum) ne, quod flagitiosissimum

§. 2. MNI VERBORVM SPONSAE. *Versio* 12.

h *Hinc refert Cassiodor. Honor. Beda, Haymon. & alij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

inter amantes censetur, amore vinci videatur; vicissim quid ipsa largita sit sponso sic narrat, vt ea commemoret maximè, quæ sponsi à sperantis suis solent accipere, delicias odorum & flosculorum.

DVM ESSET ait REX IN ACCVB. SVO. quamdiu cum sponso cœlesti conuiuio accubui, hoc est, quamdiu primùm assumpta carne in virginis vtero, in eodem requieuit; & postea ex thalamo suo egressus, cum hominibus fuit conuersatus; & denique ab ascensu in cœlum, quamdiu cibat & potat Ecclesiam, & sternit illi mensam adeò dapsilem; quam *præparauit in conspectu meo aduersus eos, qui tribulant animam meam* [a]. Nardus quoq; variarũ virtutum mearum cœpit illum suauitate fragrantiæ spiritualis reficere. Nam Ecclesiæ virtutes sunt bonus odor CHRISTI. hunc odorem diffundere latiùs cœpit Ecclesia per sanctas illas animas DEIPARAM, Ioannem Bapt. Mariam Magdalenam (de cuius liberali vnctione hoc ad litteram dictum volunt Philo & Iustus.)

a *Psal. 22. v. 7. Ecclesiæ virtutes sunt bonus odor Christi.*

MEA) hoc est pura, & fidelis. nam extra Ecclesiam nullæ sunt puræ & numeris suis absolutæ virtutes. Angelomus; Accubitus Regis, sancta intelligitur Ecclesia. In ea requiem sibi inuenit, sicut per Prophetam ipse loquitur, *Hæc requies mea in sæculum sæculi* [b]. Nardus Ecclesiæ dicitur propter odorem virtutum, &c.] Iustus nardum exponit confessionem & prædicationem fidei; *accubitum* verò crucem & sepulcrũ CHRISTI domini. Philo per *nardum* intelligit martyrũ necem, & illustriũ actionũ efficaciam: sed non benè accõmodat.

b *Psal. 131. v. 14.*

Iustus.

Philo.

Honorius.

Honorius; Primitiua (inquit) Ecclesia ante Christi aduentum in multis filiis suis, Deum in libris Gentilibus quæsiuit, & sic in gregibus sodalium errauit. Sed hunc in *tabernaculis pastorum* cubantem, hoc est, in libris Prophetarum latentem inuenit: qui ei *monilia* auro & gẽmis insignita dedit, quia ei legalia præcepta pretiosis promissionibus plena commisit: ipsaque ei pretiosa *vnguenta* obtulit, dum se saluandam per eius incarnationem, passionẽ, & eius resurrectionem credidit. & hoc interim, *dum esset rex in accubitu suo*, hoc est, dum rex glorię CHRISTVS latuit in sinu patris. Accubare, est in secreto residere. per *nardum* CHRISTI incarnatio, per *myrrha* eius passio, per *botrũ* ipsius resurrectio notatur.] Subdit deinde quinq; vel sex alias interpretationes, è quibus illa duo amplector, *accubitũ* hunc significare tempus etiam incarnati verbi, & per *nardum* intelligi maximè virtutem humilitatis, & per *odorem* huius & fidei & aliarum virtutum opera. Diffudit enim, & quotidie diffundit Ecclesia de alabastro pectoris sui odorem iucundissimum suauissimúmque sinceræ fidei, laudatissimam humilitatem, castitatem priùs inauditam, charitatem ignitam. huius nardi paruus onyx, quam ingentem diuinæ misericordiæ eliciet cadum?

ODOREM SVVM) potest accipi de hoc sponsæ odore simpliciter sed meliùs de sponsi & sponsæ odore commixto, hoc sensu; Nardus mea, qua sponsum perfudi, apud me natiuum tantum fundebat odorem; sed sponsi mei contactu planè diuinam suauitatem acquisiuit.

siuit. ita repercussu fragrantiæ tantæ me iterũ afflauit, vt non tam sponso nardus, quàm nardo sponsus suauitatem tribuisse videatur [a]. nonne res ita se habet? quantumuis præclara sint opera mortalium, tolle gratiam & meritum sponsi; quid proderunt ad salutem? Confirmat Hebræus fons, qui tam *eius*, quàm *suum* significat. Vnde manifestius deprehẽdas, ineptiam Iarrhij & Ionathæ, qui odorem explicant, fœtorem veteris idololatriæ. Vana ingenia.

a *Sic Orig. l. 2. sequuntur.*

FASCICVLVS MYRRHÆ) Quod de nardo dixerat sponsa, potuit & à nõ amante solius officij gratia factum videri: ideò nunc addit ardentis amoris pignus manifestius. Sicut puellæ (inquit) quæ amant amari & procis placere, inter vbera ferunt gratos odores, qui natiuo foti calore acriùs redoleant: ita sponsum meum omni odore odoratiorem, in intimo mei cordis penetrali abdam, vt mecum illic perpetuò demoretur. quia mihi ipse quauis electæ myrrhæ suauior suauitate, quouis cypri botro iucundior & vtilior futurus. illum si detur assiduè fouere, exhauriet quicquid in me reliquũ, obnoxiũ corruptioni & mortalitati. Per *myrrham* cruciatus & perpessiones CHRISTI sponsi significat Ecclesia, & quia de cunctis simul ærumnis eius summatim loquebatur, quæ bellè virgarũ fasciculo repræsentãtur; hoc pretiosissimum olfactoriolũ, hoc salutare cardiophylacium, *fasciculi* nomine noster expressit. Chaldæus autem Paraphrastes figuram indicauit, cùm de Isaac à patre suo super lignorum fascem ligato id interpretatur. *Myrrhã* quoque potiùs quàm aliud dixit. quia sicut sponsæ *nardus*; sic sponso *myrrha*, quasi peculiaris. ideò se alibi sponsus myrrhæ cõparat; *quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris* [b]; alibi verò vestimenta sua dicit olere myrrhã [c]. hanc sibi voluit à Magis offerri, mortis subeundæ indicium: hac mortuus voluit condiri. hanc vult Ecclesiam iugi memoria recolere; vtpote quæ illi tribuit veram incorruptionẽ. hæc cor & robur Ecclesię confirmat, si sit iugiter collo concionatorum appensa. Hoc vorum Ecclesiæ tam arctè sponsi perpessionibus copulari; vt cũ athleta inuicto iure optimo queat exclamare, *quis nos separabit à charitate* CHRISTI, &c. fuit Ecclesiæ *fasciculus myrrhæ*, quando passus, sepultus, & syndoni inuolutus: fuit *botrus cypri*, quando resurrexit & apparuit eidem immortalitatis stola indutus. communis hæc Patrum optimaque est interpretatio [d].

Versu 13.

b *Eccl. 24. v. 20.*

c *Psa. 44. v. 9.*

Votum Ecclesiæ est, nunquam à christo separari. Rom. 8. v. 35.

d *Theodor. Iust. Honor. Cassiod. Alcuin. hic. D. Bernar. hom. 44. Pet. Damian epist. 5. de institut. monialu. c. 3. Pet. Dam. Cant. 3. v. 6.*

Petri Damiani verba sunt; CHRISTVS per mysterium suum tibi videatur in ore, & CHRISTVS per amoris sui incendium tibi semper viuat in corde, vt congruat etiam tibi quod sponsa dicit in Cant. *Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur.* Quid enim per *myrrham* amarissimam videlicet aromatis speciem, qua cadauera defunctorum condiuntur, nisi CHRISTI passio designatur? Quid aliud *inter vbera*, nisi cordis locus agnoscitur? Quisquis igitur amore continuo CHRISTVM in cordis sui arcano complectitur; quisquis imitandi gratia passionis eius mysterium iugiter meditatur: huic profectò *myrrhæ fasciculus* CHRISTVS efficitur, atque iuxta S. S. sententiam,

Universidad de Deusto
Biblioteca

» *inter* eius *vbera commorabitur*. Vnde & idem sponsus ad sponsam *Pone me* (ait) *vt signaculum super cor tuum.*] fecit hoc Ecclesia, & in duobus suis versibus, CHRISTI passionē lactentibus filiis exhibet.

Philo. *Esai.53 v.7.* *Act.8.v.35.* Vis scire quomodo? ex vno vbere veteris testamenti promissiones & » spem, ex noui verò vbere altero solutionem pretij & rem. Nam (verba sunt Philonis) in veteri est vaticinium Esaiæ dicentis, *Tanquam* » *ouis ad occisionem ductus.* Ex nouo vero Philippus Apostolus eum locum de CHRISTO IESV, Eunucho reginæ Candacis aperiens apertissimè testatur.]

Versu 14. BOTRVS CYPRI.) Idem (ait Ecclesia) mihi est pinguis, odoratus, & pulcher & salutaris planè (quales sunt botri Engaddi-tici, sapore cyprino & odore imbuti) ac vitalis in crucis expressus torculari post resurrectionem iam mihi lætanti (vt solent homines præ vino) in calice venerabilis Eucharistiæ quotidie exhibitus; nec non in Baptismatis quoque fonte (qui sordes petulcæ vitæ abluens, meritò per hœdorum fontem, ENGADDI, significatur) baptizandis meis agniculis ex eo profluens, de *cuius ventre flumina aquæ viuæ* * fluxura credebam. Pulchrè VVilleramus;

עין גדי

* *Ioan. 7. v. 38.*

VVilleramus.

» *Hic botro similis, quem profert Cypria vitis,*
» *Prominet Engaddi vinetis vbere suaui.*
» *Qui me morte sua modica turbauerat hora,*
» *Suaue mihi redolens sit vinum morte resurgens;*
» *Cuius odor dulcis & plusquam balsama suauis,*
» *Lætificat q, pios, sed & ipsos mundat iniquos.*

Coniungit varias interpretationes. Non placet autem Iusti expositio, *Engaddi* significare fontem seu oculum tentationis. Nam hæc accipiēda cum reliquis, de tempore post mortem & resurrectionem.

TROPOLOGIA.

§.1, *Versu 12.* DVM ESSET, &c.) facillimum est hæc ad humilitatis virtutē traducere, & ostendere, quem odorē anima humilis, nardo simillimum in sponsi sui conspectu fundat, vt feci copiosa dissertatione & non indiligenti, Panegyris Marianæ habitæ in festo Visitationis, quæ Floridarum est VII, eò remitto cupidos.

Versu 13. » Ingeniosè hæc & sequentia paucis complectitur Honorius, ita » scribens; Moraliter *rex in accubitu suo est*, dum CHRISTVS in ani» ma iusti requiescit. *Anima* quippe *iusti sedes est sapientiæ.* Huius animæ » *nardus dat odorem*, dum humilitas eius spargit bonorum operum opi» nionem. Huic fit *dilectus fasciculus myrrhæ*, quando omnia amara » passionis CHRISTI in animo colligit, & pro eo amara à proximis » pari disponit. *Inter vbera eius cōmorabitur*; quia in corde eius quod est

Versu 14. » inter vbera, per dilectionem versatur. *Botrus cypri*, quod confessio sonat,

sonat, fit ei *in vineis Engaddi*, dum gaudet de conuersis baptizatis, & » pœnitentiam agentibus.] optimè, nec quidquam addi necessarium; » nisi illud Philonis de singulis animabus electis, eas maximam hanc gratiam redemptionis ex diuina misericordia consecutas, quod mactatis hœdis vitiorum, lasciuiis omnibus, & mundi pompis; mandata Dei noctu, dieque obseruantes, sincero corde illi soli seruire atque placere conantur: laudantes sponsum, quod tali tantaque gratia suam sponsam exornarit. Hæc graritudo sponsæ à sponso vicissim laudari merebatur, vnde audis eum dicentem; *Ecce pulchra*, &c.

DE DEIPARA VIRGINE INTERPRETATIO MIXTA.

§. 4. CONSENTIVNT Hailgrinus, Honorius, & Rupertus, *accubitum* esse sinum patris æterni, & *nardum* humilitatem B. Virginis, quæ in vterum eius potuit æterni patris filiū de hoc sinu in terras elicere. *myrrham* esse compassionem & tristitiam ex charitatis ardore in morte filij perpessam. *botrum cypri* lætitiam ex resurrectione eius & lauacro pœnitentium. Sed quia omniū illorum exactissimè Rupertus; eius sermonem igni- *Rupertus.*
to quodam affectu plenum vobis exhibebo, cui si lubuerit addere nostra *ex Florida illa VII. qua ad humilitatem eius in festo* VISITATIONIS *ista transtuli*; &, quæ de *cypro*, & *Engaddi* dixi, *in* ANNVNTIATIONIS *festo Floridæ V.* spero vos nonnihil sitim sedaturos.

Ait Rupertus inducens Deiparam loquentem; Quid enim est, vel » erat accúbitus Regis, nisi cor vel sinus patris? Illi supradicti Pasto- »
res vel sodales eius (*hæreticos innuit Trinitarios*) qui sese pares ei fa- »
ciunt, & greges non ouium, sed hœdorum post se trahunt, dixerunt, »
quod ante me Rex iste non fuerit, quod ex me initium sumpserit, »
quod homo tantùm, & supra hominem nihil in eo sit. At ipse priùs »
quàm ego essem, imò & antequàm Abraham fieret, est & erat, & »

Ioan. 1. » in illo ACCVBITV SVO erat. Nam, *In principio erat Verbum, &*
» *Verbum erat apud Deum.* DVM ita ESSET, NARDVS MEA DE-
» DIT ODOREM SVVM, & hoc odore delectatus descendit in vterum
Nardus quo delectatus est Deus, est humilitas Virginis. » meum. Olim in Eua malo superbiæ fœtore offensus, & ob hoc ab
» humano genere auersus fuerat: nunc autem delectatus bono odore,
» nardo humilitatis meæ, sic ad humanum genus conuersus est. Pro-
» pterea nardum meam dico humilitatem meam, quia sicut *nardus* her-
» ba aromatica paruo quidem frutice, vel parua spica nequaquam in
» altum se subrigit; sed comosa atque odoratissima, flore optimi odo-
» ris, atque radicula suaui, multis vsibus probatur vtilis: sic *humilitas*
» mea, suo quidem arbitrio vel iudicio parua res est, nimiumque exi-
» lis; sed iudicio regis, pretiosior est cunctis operibus legis, in quibus
» homines iusti sibi videntur atque magnifici: ipsumque regem & pa-
» trem eius Deum, sanctum quoque Spiritum vnicè delectat, velut
» suauis odor, qualis quantúsque de nullo vnquam vsque ad ipsum
» spirauit, vel spirare potuit, sacrificio. Humilitatem meam de illo
» *accubitu suo* sensit, & respexit, & valdè delectatus est, & placuit sibi,
» quod in isto sexu tantam humilitatem inuenit: in isto, inquam, sexu, à
» quo initium superbiæ generi humano superueniens totam massam
» corrupit.]

Ex Gen. 8. & 1. Reg. 14. Mox ostensis exemplis humilitatis in sexu virili, & collaudatis A-
» brahamo ac Dauide, addit; Propterea non solùm non confunditur
» Deus, vocari eorum Deus, verumetiam istis duobus iurare Deum
» altissimum non piguit, facturum se hoc mysterium (amici) quod in
» me cernitis, in isto tandem sexu gratiam eandem, & fortassis præstan-
» tiorem inuenit. Nolite incumbere mihi, vt explicem, quantam in me
Matth. 11. » humilitatem *mitis & humilis corde* inuenerit, non possum eloqui, non
» possum verbis consequi: res ista est ineffabilis, quid vel quale sit istud
» bonum, nemo scit, nisi qui accipit: & cùm acceperit, nulli nisi Deo
Humilitas requies est mentis. Eccl. 24. » potest effari: qui, vt videt, sic intelligit. Hoc tantùm dixerim, quia re-
» quies est mentis, & qui hanc inuenit, sine dubio requiem animæ suæ
» inuenit. Ego *in omnibus requiem* istam *quæsiui*: & vidit *Rex* respicientis
» vbi nardi huius ex me odorem sensit; vidit, inquam, quod requiesce-
» re hîc posset in suauitate animæ quietæ, id est, humilis, descenditque
» de illo *accubitu suo*, & *requieuit in tabernaculo meo.* Hic requieuit, hic
» habitauit totis nouem mensibus, & cuius erat dominus, eiusdem
» ancillæ suæ factus est filius. Vultis audire (amici) qualis exinde fuerit
» iste DILECTVS MEVS MIHI & ego illi? Ecce dico vobis FASCI-
» CVLVS MYRRHÆ, INTER VBERA MEA COMMORABITVR.
» Conferte istud illi dicto vnius ex vobis, vnius ex amicis iusti Simeo-
Luc. 2. » nis: *Ecce*, inquit, *hic positus est in ruinam, & in resurrectionem multorum*
» *in Israel, & in signum cui contradicetur. Et tuam ipsius animam pertransibit*
Psal. 14. » *gladius.* Dico adhuc, BOTRVS CYPRI DILECTVS MEVS MI-
» HI IN VINEIS ENGADDI. Si hæc scitis, si ista ritè perpenditis,
» profectò in me inuenietis, & vnde mecum compungamini, & vnde
» mecum dulciter consolemini. Nolite solam attendere horam vel diem
illam

illam, in qua vidi talem dilectum ab improbis comprehensum malè « tractari: scilicet illudi, spinis coronari, flagellari, crucifigi, felle & ace- « to potari, lanceari, mori, & sepeliri. Nam tunc quidem gladius ani- « mam meam pertransiuit: sed antequàm sic pertransiret, longum per « me transitum fecit. Prophetissa namque eram, & ex quo mater facta « sum, *sciui* ista passurum. Cùm igitur carne mea taliter progenitum, « talem filium sinu meo fouerem, vlnis gestarem, vberibus lactarem, & « talem eius futuram mortem, semper præ oculis haberem, & prophe- « tica imò plusquàm prophetica mente præuiderem: qualem, quantam, « quàm prolixam me putatis materni doloris pertulisse passionem? Hoc « est, quod dico, *Fascic. myr. dil. meus m. int. ub. mea comm.* ô commora- « tio dulcis quidem, sed plena gemitibus inenarrabilibus! Ad vbera de « foris cingebatur, & iisdem lactabatur vberibus, simulque inter vbera « intùs in corde præscio futurorum, semper parebat, qualis esset morte « moriturus. « *V. Maria fuit prophetissa.*

Veruntamen & illud sciebam, quòd esset resurrecturus. Huius rei « præscientia dulcis erat. Igitur *dil. meus mihi, & fasciculus myrrhæ*, quia « moriturus; & *botrus cypri* erat, quia resurrecturus & vltrà non mori- « turus. botrus (inquam) cypri, videlicet terræ, vel insulæ botros præ- « dulces, vinumque optimum adferentis: quia non qualecunque, sed « optimum est vinum resurrectionis: & hoc * *in vineis Engaddi*, id est, « fontis hœdi. Cur ergo ita dixerim? ideirco nimirum, quia meus iste « dilectus, *non iustos, sed peccatores vocare venit*, in resurrectione prima, « qui fuerant per peccatum mortui; & in hoc fonte hœdi, in fonte ba- « ptismi, in lauacro regenerationis; quo regenerati fiunt oues, qui fue- « rant veri hœdi; fiunt sancti, qui fuerant peccatis obnoxij. Ad hunc « fontem venientes, iam non vineæ sunt, vineæ fiunt, ab alio transplantatæ, « in alio plantatæ. Vnde & quilibet eorum dicit, *si enim complantati fa-* « *cti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus.* In istis « plantationibus, in istis vineis apparet iste botrus cypri, sapit dulcedo « resurrectionis istius dilecti mei. Hæc Rupertus. « *V. Maria scivit Christum resurrecturum.* ** Vulgo male legitur, in montes.* *Luc. 5.* *Apoc. 5.* *Tit. 3.* *Rom. 6.*

Alibi respicit Alanus; Postquam (ait) gloriosa virgo, non solùm « mente, sed etiam ventre concepit, factus est in ea spiritualis CHRI- « STI recubitus. Vbi enim specialiter cœnauit cum Patre & Spiritu « sancto, vbi specialem fecit mansionem, vbi specialiter & plenè recu- « buit, nisi in mente virginis? In cuius ventre, secundum humanam « naturam perfectè recubuit. ô fœlix mens, in qua cœlestes conuiuæ « (id est tres personæ) specialiter, & spiritualiter reficiuntur. *Pax* ibi « primus cibus est; *humilitas* simul apponitur cum *patientia, mansuetudo* « quoque & *lenitas*, &, quod summè est, *suauitas & puritas cordis. Chari-* « *tas* autem in huiusmodi conuiuio principem obtinet locum. Ergo « *Dum esset Rex*, CHRISTVS videlicet me & alios regens, *in accu-* « *bitu suo*, id est, in meum qua erat in mente per gratiam, in ventre per hu- « manam naturam: *nardus mea dedit odorem suum*, id est, caro mea « fragilis per nardum arborem humilem significata, aduentu Spiritus « sancti mundata, fomite peccati exstincto, in ea *dedit odorem suum*, « *Alanus.* *B. Virgo recubitus Dei specialis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» aliis proposita est in exemplum, vt per carnis mortificationem purga-
» rent propriam carnem. Vel, *Dum esset Rex in accubitu suo*, id est, Do-
» minus Iesus in requiem assumptus; *nardus mea dedit odorem suum*. id
» est, fama mea, quæ prius erat humilis & deiecta, per totum orbem
» est diffusa.] Sic ille.

Guilhelmus.

Guilhelmus etiam istum *accubitum* intelligit tempus vteri, quo grauida fuit virgo sacratissima; & vult esse vocem piæ matris post præclaram filij Ascensionem, cum sodalibus eius, sanctis Apostolis, conuersantis, & familiariter cum eis sermocinantis. *Accubitum* esse vterum virginalem, & in eo nouē mensium *Regis* (h.e. Verbi) quietem; *nardum* esse fragrantem matris amorem. *Nardus* (ait) vnguentum siue pigmentū calidæ naturæ est, & *charitatem* significat. *odor* est deuotio, qua hilariter obsequebatur tanto mysterio. hanc *nardum* ait suauiter fragrasse toti Trinitati, patri mittenti, filio incarnato, Spiritui sancto obumbranti, angelis assistentibus, ipsimet virgini. nam illa inenarrabilis deuotio, qua mens eum ardebat, quo vterus tumebat, suauis & dulcis erat super omnes suauitates atque dulcedines vitæ mortalis. Hoc ergo vult dicere; toto tēpore quo REX ERAT

Nardus fuit charitas B. Virginis.

» IN ACCVB. SVO. in magnis agebam deliciis deuotionis meę;
» & *confitebatur iugiter cogitatio mea, & reliquiæ cogitationis mea diem fe-*
» *stum agebant* illi. Porro Rege egresso *de accub. suo, nardus mea* non de-
» siit dare *odor. suum*. quia cōceptus eo tempore deuotionis calor, nullo
» deinceps tempore tepuit in pectore meo, & concepta tunc suauitas,
» nunquam postea defuit spiritui meo.] *suum accub.* vocat, singulariter
regi dicatū. Nemo enim ante illum, & nemo post illum, in illo sacratissimo virginalis vteri thalamo accumbere potuit. ait *odorem suum*, hoc est, singularem & eximium. nunquam enim alia fœmina quicquam huiusmodi suauitatis in se fuit experta.

Psal. 75. v. 11.

Gen. 49. v. 9.

Potest etiam, ait idem Guilhelm. de illo *accubitu* intelligi, de quo Patriarcha Iacob prædixit, *ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo*, id est, mortuus in cruce ad spoliandos inferos secundum
» animam iuisti. Notandum quod dicit *ascendisti*, cùm tamen descen-
» derit ad prædationem illam. Planè ad prædam descēdit, si loci depres-
» sionem attendas; verùm si consideres excellentiam operis, ad prædam
» adscendit.] Attenta ergo magis excellentia operis, quàm loci positu-
» ra, ascendisse dicit; nempe in anima sola: interim enim in carne so-
» la in sepulchro accumbebat. *Accubuit* requiescens vt leo, sed non oc-
» cubuit vt leo. *Accubuit* moriens vt leo, quia *potestatem habebat po-*
» *nendi animam suam*: & sepultus accubuit vt leo, *potestatem habens sti-*
» *rum sumendi eam*. *Accubuit* vt Rex, vitæ & mortis dominatum te-
» nens. Secundum hanc interpretationem ait Deipara, eximiam cha-
ritatem, quam habebat in filium, tempore mortis eius excellenter an-
gelis & hominibus innotuisse. Quantùm enim diligeret filium, tunc
maximè declaratum est, cùm illi per maternum commortua & con-
sepulta fuit affectum.

Christus ad inferos ascendisse dicitur.

Ioan. 10. v. 18.

» Quod habuit Maria Magdalene hoc fecit; *præuenit* enim *vngere corpus*

corpus Domini *in sepultura*, & tunc nardus eius, *nardus* illa *pistica* fracto alabastro effusa *dedit odorem suum*, quia vt scriptum est, *domus impleta est ex odore vnguenti*. At virgo mater multò plus habuit, & de multo pretiosiore alabastro multò pretiosiorem nardum in filium tam mortuū sepultumq; effudit; de alabastro scilicet materni pectoris, nardum maternæ pietatis. De toto alabastro suo totam nardum suam in dilectum effudit, tota illi commoriendo, & se totam illi per maternum consepeliendo affectum.] & post multa addit: resurgente postea filio versam hanc illi amaritudinem in dulcedinem. Filio resurgente à mortuis, mortuum quoque dolorem matris. Quæ tam valdè dilexerat morientem, num minus dilexit de morte triumphantem? absit, accubitum illi in pectore præparauit æternum indeficiente memoria; alium tamen atque alium.

Matt. 26. v. 8. Ioan. 12. v. 3.

Alanus: Eleganter per *myrrham* doloris amaritudo significatur: quia myrrha amaritudo interpretatur. Et quia pro nostra redemptione passus; *inter vbera mea commorabitur*, id est, in intimo cordis mei amore detinebitur. Duo *vbera* virginis duo sunt brachia charitatis, vnum, quo dilexit CHRISTVM, tanquam Deum; aliud quo dilexit eum tanquam filium, & his duobus brachiis charitatis amplexatur illum. Eleganter autem duo riuuli charitatis, dicuntur *vbera*: quia mulieres illis paruulis solent offerre vbera ad lactandum, quos diligunt. Et hos duos ramos charitatis proposuit aliis ad exemplum, & ad alios informandum, tanquam mater vbera ad lactandum. Vel ideo CHRISTVS dicitur matri fasciculus *myrrhe*, quia veniens in carnem, exclusit à virgine omnem concupiscentiæ putredinem. sicut myrrha seruat carnem à putredine immunem. Sequitur, *Inter vbera mea commorabitur*, quia à virgine natus, à sola virgine est lactatus. ô Beata mater quæ vbere eum lactat, qui omnibus vbera misericordiæ propinat. ô mira res! filia lactat patrē, creatura creatorem, famula dominantem.] *& postea*;

Alanus.

Virginis duo vbera sunt duo brachia charitatis.

CHRISTVS gloriosæ virginis fuit *botrus*; quia & primò virginem ante ipsius CHRISTI aduentum odore suæ famæ respersit: quando per legem & Prophetas ei innotuit, & eam incalescere erga hdem sui, & charitatem fecit, & in carne veniens, eam se, tanquā spiritali vino refecit. vnde illa tanto feruore charitatis incaluit, quod ad omnem tribulationem, & mœrorem, & tentationem sustinendam parata fuit. Et ideò eleganter sequitur, *cypri*. Cyprus enim mœror & tristitia interpretatur: quia virgo in ipsis tribulationibus & tentationibus agnouit: ita vt de se ipsa dicere possit: in his omnibus non peccaui labiis meis coram Deo: & intellexit, quo modo quis à Deo eripitur tentatione: & quo modo vita hominis super terram est tentatio: competenter adiungitur, *in vineis Engaddi*. Engaddi interpretatur *oculus tentationis*, *vineæ* autem intelliguntur conuentus fidelium, *in Engaddi* constituti; quia oculo tentationis illuminati intelligunt suæ tentationis qualitatem, & se à tentatione liberari per Dei miserationem.

Christus B. Virgini botrus.

Iob. 7. v. 1. iuncta 70.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vers. 13. Vers. 14. Bretius dicas, CHRISTVS triduo illo mortis & sepulturæ, fuit FASCICVLVS MYRRHÆ, propter dolorem: post triduum dolorem lætitia absorpsit; & factus est, vt BOTRVS (ait) CYPRI IN VINEIS ENGADDI. Illa myrrha commutata in vinum suauissimum, odoratiss. & maximè salutare: vt vbi abundauit amaritudo, superabundet suauitas & dulcedo.

ANAGOGE.

S. Honor. Iust. HONORII vnius reperio in hæc verba; DVM REX est IN ACCVBITV SVO, NARDVS sponsæ ODOREM spargit. quia dum CHRISTVS in gloria patris latet, Ecclesia famam bonæ operationis vbiq; diffundit, *dilectum* vt *fasciculum myrrhæ inter vbera* colligit, dum eius amore ei omnia amara videntur, quæ mundus diligit. *Botrum cypri in vineis Engaddi*, qui est locus balsami, considerat, dum CHRISTVM, potum vitæ, in sanctis chrismate vnctis, in cœlo videre, desiderat.

CAP. I.

CAP. I. SECTIO IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	SECTIO IV.
Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.	*Ecce es speciosa proxima mea. Ecce es speciosa, oculi tui columbæ.*	Versu 15.

LITTERA.

AMICA MEA) LXX. *proximam*, Aq. *amicam*, S. *sodalem* vertit.

§. 1. VERBA SPONSI.

COLVMBARVM.) falluntur, qui *columbæ*, legunt, & hinc miras expositiones fabricantur. fefellit illos versio LXX. & Philo Carpathius, & Nyssen. orat. 4. Sed ex Origene & Theodoreto, & melioribus libris poterant discere περιεργάς esse rectum plurale, & esse Synecdochen, totum pro parte; proinde *sunt oculi columbarum*, Hebraicè est pluralis IONIM, quod per rectum & per patrium pluralem casum reddi potest, per patrium aut rectum singularem non potest. Volunt loqui de columbis Syriæ & Africæ (Tripolitanas vocant) quarum oculos memorant esse perspicacissimos, coloris & splendoris eximij. יונים

§. 2. MENS VERBORVM SPONSI.

Laudantem relaudat laudatus. Sed cur ab oculis orsus? quoniã cùm amantes aspectu mutuo nequeant satiari, & semper ab altero ad intuentis oculum imago gratior reflectatur; fit vt crescat admiratio, & simul laudandi cupiditas; neque in hac re sit modus vllus; & quia in oculis suã quasi cernunt effigiem, & hi in amore duces, & socij; facilè ab iis ordiuntur verba. Hic quidem sponsus & sponsa semper vltrà pergunt, nec in ea quam calcabant linea consistunt; sed, iuxta legem carminis Ameboei, alternis camœnę respõdent, & respondendo crescunt præconia. Ecclesia quidem semper valdè pulchra fuit; postquam CHRISTVS illam morte & resurrectione sua *emundauit lauacro aquæ in verbo vitæ* à sordibus peccatorum [a]. Dicitur bis *pulchra*, quoniam pulchra est in substantia animarum, & adhuc pulchrior pulchritudine, quã à Spiritu sancto animę recipiũt, cùm diuinę cõsortes naturę per gratiã efficiũtur. Iterũ *pulchra* est interiùs puro rerũ diuinarũ ac fidei intuitu, sanctis meditationibus, honestis desideriis:

Ecclesia semper valdè pulchra fuit. a *Ephes. 5. v. 26. & 27.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulchra etiam exteriùs, decore cæremoniarum, excellentia cultus diuini, recto & composito rerum gerendarum ordine, simplici quoque in his omnibus ac innocenti fine.

Ab *oculis* orditur, quia omnis pulchritudinis quasi initium sunt oculi, in hos etiam primùm incurrit amantium adspectus: si boni, reliqua deformitas aliquatenùs compensatur: sin mali, non multum cetera inflammant. Vnde & CHRISTVS dicebat; *Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuum lucidum erit: si oculus fuerit nequam, totum corpus tenebrosum erit* [a]. loquitur de spirituali intentionis oculo, qui omnes animi actiones dirigit. Oculos Ecclesiæ esse Prælatos & Doctores cōstat: quorū certè similitudo cum columbis non exigua.

a *Matth. 6. v. 22.*

Oculi Ecclesiæ sunt pastores & doctores.

Columbæ eo sunt visus acumine, vt ante se in aqua hostis aduentum de longè speculentur: cuius vtique in commonitione sermonis (inquit Aponius) Sacerdotum accipitris aduersarij diaboli insidias populis prædicantium, pulchritudo laudatur.] Secundò in columba non tantùm simplicitatis sanctæ clara imago relucet; vndę monemur *simplices esse sicut columbæ*; sed etiam fœcunditatis, & amoris ac castimoniæ coniugalis, iuxta illud;

Exemplo iuncta tibi sint in amore columbæ,
Masculus & totum fœmina coniugium.

Quæ dotes propriæ sunt Ecclesiæ Catholicæ. nam solum IESVM sponsum agnoscit, in alium nullum intendit oculos, huic fida est & morigera, huic frequenti partu liberos parit, & sedula fouet.

In hanc rem multa peti possent ex Hori Hieroglyph. & Plinij lib. 10. c. 34. & D. Ambros. ser. 3. & serm. Funebri in obitum Valentiniani: sed sufficient Honorij Augustodun. vt rara; sic egregia collectanea; Per hoc quod pluraliter dicit *columbarum*, vel bis, *pulchra*, duæ Ecclesiæ designantur, vna ante CHRISTI aduentum sub Prophetis, altera post CHRISTI aduentum sub Apostolis; vna tamen *amica*, quia vtraque in vna fide CHRISTO coniuncta: quod enim ista credidit iam factum, illa credidit futurum. Neminem moueat, quod duas Ecclesias, vel plures dicimus, cùm vna Ecclesia Catholica prædicetur: sed licet vna sit, tamen pro diuersis statibus, pro diuersis temporibus, pro diuersis locis, plures non iniustè dicuntur: sicut multæ terræ cùm sit vna perscribuntur. Ecclesia autem ideò *columbæ* comparatur, quia septem donis Spiritus sancti illustratur, sicut columba septem naturis decoratur. Columba quippe in petra nidificat, alienos pullos nutrit, pura grana eligit, felle caret, rostro non lædit, iuxta fluenta habitat, gregatim volat. Sic Ecclesia in petra (id est CHRISTO) fide & opere ædificat, alienos à verbo Dei verbo & exemplo nutrit, puras sententias de libris Gentilium vel hæreticorum eligit, malitia inuidiæ caret, neminem detrahendo lædit, iuxta fluenta scripturarum habitat, vt raptus accipitrum (id est dæmonum) euadat, multos secum trahere ad gaudia laborat.

Honoriut.

Duæ Ecclesiæ quomodo vna sit.

Naturæ vocat conditiones seu proprietates.

Ecclesiæ duo oculi qui sint.

Vnius columbæ, id est Ecclesiæ ante aduentum CHRISTI oculi Propheræ fuerunt, qui ei æternū lumen CHRISTVM prouiderunt, vnde

vndę & *videntes* dicebantur. Alterius columbæ, scilicet Ecclesiæ post CHRISTI aduentum de eodem populo oculi Apostoli exstiterunt, qui eam ad verum lumen CHRISTVM perduxerunt. Dicit ergo sponsus, ò *amica mea*, cui omnia secreta patris mei patefeci, quia te *nardo* carnis meæ sanaui, *myrrha* mortis meæ redemi, *botro* resurrectionis inebriaui; *ecce* in præsentia mea tu *es pulchra* in fide, *ecce* coram hominibus tu *pulchra es* in operatione. quia *oculi tui*, id est, prouisores tui sunt simplices *sicut oculi columbarum*, scilicet & Propheræ & Apostoli doctores Ecclesiæ. Oculi enim ducunt hominem, ne in lapidem offendat: ita doctores ducunt Ecclesiam ad vitam, ne in legem Dei in lapide scriptam offendat.] Benè, nisi quòd illud de nardo minùs consentaneum litteræ, vt ex præcedenti sectione patet: mallem eius loco turtures & murenulas illas aureas, sponsi munera, posuisset; quàm *nardum*, quæ munus sponsæ.

TROPOLOGIA.

HONORIVS idem; Anima CHRISTI AMICA est PVLCHRA, tota ab originali peccato, ipsa PVLCHRA ab actuali crimine: cuius OCVLI sunt *ratio*, quia vera à falsis discernit; & *intentio*, qua facienda præuider. Hi OCVLI COLVMBARVM sunt, si bona quæ eligit, bona intētione facit: oculi autem coruorum sunt, si bona, quæ facit, mala intentione peragit: scilicet si lucri vel laudis gratia prædicat vel eleemosynam tribuit.] « *§. 3. Versu 15.* « *Idem.*

D. Gregor. Nyssen. serm. 4. hanc animæ pulchritudinem eleganter traducit ad speculi naturam. Ait enim columbarum oculos valdè pellucidos esse, adeò vt quis inspicientium vultus in iis queat contemplari: animam quoque eodem modo rerum, in quas intendit species, in se recipere, & intuēti exhibere. Naturam enim humanam sic comparatam esse, vt admittere pro sui arbitrij libertate quæ vult possit; & prout electionis momentum eam inclinat, eatenùs mutetur. Si iræ affectionem admittat, fieri iracundam; si cupiditatem, mox solui in voluptates; si fiat inclinatio ad pauorem, tristitiam aut cereros animi morbos, singularū quoq; affectionū istarū species eā induere. Itidem è contrario si mansuetudinem animi, simplicitatem, puritatem, pacis studium, modestiam, & statum quendam passionum expertem admiserit; singulorum quasi characterem & notam animo imprimi. Et quia hæc contraria sunt, non posse simul has contrarias notas in anima existere, sed à succedente contrariam priorem deleri. Cùm itaque per præuaricationem illam primi peccati, hominis anima à primæua pulchritudine, ad fœditatem maximam desciuisset; postea sponsi benignitate lota, & mundo (quem diximus) exornata, cœpit in sponsum, ipsam pulchritudinis ideam, oculos coniicere, &

Nyssenus.

Naturæ humanæ libertate præditæ quæ vult admittit & respuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ sic paullatim ad primitiuam formositatem reduci. Quare sponsus illi
„ hoc indicat, Iam pulchra, inquit, facta es, postquam ad meam lucem
„ propiùs accessisti, & per accessum propiorem pulchritudinis com-
„ munionem attraxisti, &c.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA MARIA.

§. 4. Versu 15 Rupertus. Maria cur pulchra hic dicatur.

RVPERTVS hanc duplicem Deiparæ pulchritudinem explicat; *pulchra* decore virgineo, *pulchra* vnigenito filio. Taliter geminatam nullius vnquam fuisse, nullius vnquam fore pulchritudinem. *Oculos* autem dici *columbarum*, hoc est, dona *septem* gratiarum seu *spirituum* (teste [a] Esaia) super sponso requiescentium. quia *septem oculi*, qui iuxta Zachariam [b] Prophetam in vno *lapide* sunt; *septem* sunt *spiritus Dei*; qui iuxta Esaiam super *florem* requiescunt. Istos oculos filij, oculos esse matris, *oculos columbarum*, oculos omnium gratiarum. quia omnium facta est particeps sponsa, ex quo sponsum castis visceribus suscepit, super quem requieuit, & *in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* [c].

a Esai. 11. v. 2.
b Zachar. 3. v. 9.
c Coloss. 2. v. 9. Honorius.

„ HOnorius breuiter multa. MARIA vocatur *amica*, quia portat
„ patris secreta; (quod etiam visum Guilhelmo, qui vult *amicam* vo-
„ cari, propter amoris prærogatiuam, & conscientiam secretorum)
„ ECCE TV PVLCHRA ES coram Deo in humilitate: ECCE TV
„ PVLCHRA ES, coram hominibus in castitate. *pulchra*, virginitate,
„ *pulchra*, fœcunditate: *pulchra* in virtutibus, *pulchra* in operibus; *pul-*
„ *chra* hîc laude hominum, *pulchra* in cœlis laude Angelorum. *Pulchra*
„ bis * prædicatur, quia sine interiori macula declaratur. OCVLI TVI,
„ id est, intentiones operum tuorum. SVNT COLVMBARVM, id est,
„ sinceræ & simplices. Vel OCVLI TVI, id est exempla, quæ alios vt
„ oculi ducunt, donis Spiritus sancti pleni sunt.] ita Honorius *in figura* MARIÆ.

Maria mallis nominibus pulchra.
* Mendosè scriptum, bis.

Aliter adhuc, & deuotè acutèque Card. Hailgrinus censet, quia *nardus* matris filium suaui odore perfuderat, & *nardus* herba humilis & calida est, ideò filium ab vtraque dote matris encomium nunc texere. quasi dicat, *pulchra es* propter humilitatis decorem, & iterum *pulchra es* propter calorem dilectionis; *amica* es propter pulchritudinem, sed propter simplicitatem & innocentiam singulariter es *mea*. Et hanc simplicitatem atque innocentiam designari in *oculis columbarum*. Oculos autem duos esse, intellectum & affectum. Isti oculi „ sunt innocentes & simplices, quum intellectus est sine errore, & in veritate

Hailgrinus.

veritate scripturæ nihil intelligit nisi veritatem: quum affectus in „ Deum, est absque mundana concupiscentia, & in opere Dei nihil „ concupiscit mundanum, nihil quærit nisi Deum.] „

Guilhelmus quoque geminam hanc pulchritudinem refert ad fœcunditatem & virginitatem, & (vt solet) suauiter ludit in dotis huius commemoratione. Habet enim pulchritudinem virginitatis, habet & pulchritudinem fœcunditatis. Sola pulchra est, & flore simul & fructu. Sola florem virginitatis habet inter matres: sola fructum fœcunditatis inter virgines. Defloruntur aliæ, vt fœcundentur, „ & in eis necessariò flos virginitatis præmoritur ad fructum fœcunditatis: in sola verò MARIA, flos propter fructum non est præmortuus, sed miro & excellenti modo factus est fructuosus, & sanctificatus est ex fructu ad perpetuitatem, & creuit ad venustatem. Et in aliis „ quidem fœminis pulchrior est flos, quàm fructus, at in matre redemptoris; quæ sola fructum habet cum flore; multò speciosior laudabiliorque videtur esse fœcunditas, quàm virginitas; nisi fortè quis dicat, quod pares sint, nec melior pulchriórve esse possit in ea virginalis fœcunditas, quàm fœcúda virginitas. Ecce virgo, ecce mater, ecce bis pulchra & amica, cuius *oculi* sicut *columbarum*. quantò enim magna, tantò se humiliauit in omnibus. oculi eius *simplices*; quia *non alta sapiebat, sed*, quod in tanta excellentia excellentissimum, *humilibus consentiebat*. non habuit oculos sublimes in se, toruos ad alios; neque se magnificabat, neque alios aspernabatur. Denique addit; Notandum quod non ait *columbæ*, sed *columbarum*, multam scilicet simplicitatem humilitatemque eius significans, vt in ea multorum „ virtus, quasi aggregata, videatur.

Guilhelmus. Virginitas & fœcunditas B. Virginis prædicatur.

Rupertus autem lib. 3. hanc comparationem aliter explicat; Columbæ septem esse proprietates; 1. est sine felle. 2. nihil viuum comedit. 3. pullos alienos nutrit. 4. candidiora grana legit. 5. in petris nidificat. 6. gemitum pro cătu habet. 7. libenter iuxta fluenta residet, vt venientem accipitrem ex vmbra præcognitum perniciter effugiat. Sic B. virginem docet. 1. nihil vnquam habuisse inuidiæ, nihil odij. 2. longè semper ab iis abfuisse, de quibus dictum, quod *deuorant plebem, sicut escam panis*. 3. Nos qui secundum carnem alieni eramus à sanguine Israël, meritis eius viuimus. 4. illa creditum sibi secretum Dei, & testimonia scripturarum conferens in corde suo conseruauit. 5. illa in solitudine fidei permanens, serpentis antiqui venena euasit. 6. præ cunctis mortalibus amore Dei vulnerata gemere non cessauit. 7. illius pectori omne fluentum scripturarum planè contiguum fuit, nec vnquam aduentus spiritalis accipitris eam præoccupauit, aut ei potuit appropinquare.

Rupertus. Columbæ proprietates septem.

Alanus denique scribit; oculi eius comparantur *oculis columbarum*, „ quia scripturas diuinas iam non secundum litteram, sed secundum „ spiritum intelligat, & adspiciat in eis spiritualia mysteria. *Columba* „ enim indiciũ Spiritus sancti. Spirituali ergo sensu intelligere legem „ & Prophetas, hoc est, *oculos columbæ* habere. Potest adhuc profũdiore „

Alanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» fortasse sacramento quod dixit; *Ecce tu pulchra es amica mea*, intelligi » de præsenti sæculo dictum; quia sponsa quidem fuit & hîc virgo » MARIA, cùm proxima fuit CHRISTO. Quia verò iterauit & » dixit: *Ecce tu pulchra*, ad futurum sæculum pertinet: Vbi non solùm » imitatione, sed ipsa sui perfectione formosa est & sponsa. Duo autem » *oculi columbarum* intelliguntur duo intellectus virginei, quorum al- » tero intellexit CHRISTVM manens in via, altero nunc intuetur » permanens in patria. Vterq; autem columbinus, id est, simplex, quia » ab errore alienus.] Miscuit eruditè Anagogiam cum sensu mixto.

ANAGOGE.

§.5. *Versu* 15. *Status post hanc vitam qualis.*

FVTVRA, non sine multiplici miraculo (ideò rectè bis *Ecce* geminatur) post vltimam resurrectionem anima corpusque illi iunctum, verè *pulchra* & verè Deo grata, cùm iam glorioſa; & quia in gratia confirmati tum erimus, *oculi* quoque nostri futuri columbarum illarum, cœlestium mentiũ, oculis persimiles, scilicet affectu & intellectu: ille sine errore; quia in speculo veritatis, in ipso Deo cuncta cernet; hic sine defectu, quia rigatus aqua plenitudinis charismatum diuinorum.

Honorius.

Paullo aliter Honorius, nempe; Anagogicè Ecclesia peregrinans » est *pulchra* in dilectione Dei, in contemplatiua vita; & *ipsa est pul-* » *chra* in dilectione proximi in actiua vita. Et ideo Dei *amica* suspirans » ad secreta cœlestia; cuius oculi sunt Episcopi & Doctores eam ad vi- » tam ducentes; qui sunt *oculi columbarum*, scilicet CHRISTI & Spi- » ritus sancti ab eis illuminari. CHRISTVS quippe columbæ, quæ » septem naturas habet, assimilatur; qui septiformi spiritu plenus præ- » dicatur [a]. Vnde & colũba pro eo est in sacrificio oblata [b]. Columba » etiam figuram Spiritus sancti gerit, qui septem donis * substantialiter subsistit. Vnde & in columba super CHRISTVM apparuit [c], & » columba ramum oliuæ in arcam retulit [d]. Ad horum visionem ducũt » eam illi oculi, vt in lumine videat lumen, scilicet in patre filium, in vtroque Spiritum sanctum.] Non difficulter quis etiam septem illas columbæ proprietates, in §. 4. & 7. positas sanctis Angelis accommodare poterit. Sequitur.

a *Isai.* 11. v. 2.
b *Luc.* 2. v. 24.
* *Satis dura & impropria hæc locutio est.*
c *Luc.* 3. v. 23.
d *Gen.* 8. v. 11.

CAP. I. SECTIO V.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	SECT. V.
Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus. * tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.	*Ecce es bonus frater meus, & quidem es speciosus: ad cubile nostrum ὑμβροσυς. Trabes domorum nostrarum cedri, lacunaria nostra cypressi.*	Vers. 16. 17.

LITTERA.

§.1. *Vers.* 16. VERBA SPONSAE.

ECCE) idẽ valet quod *imò*, vt optimè VVilleram° Abbas. DECORVS) *pulchram* vocarat, sed corollarium addit sponsa, nam vocat *pulchrum & decorum*. pro *decoro*, Lxx. ὡραῖον, *speciosus*. Quincta editio τερπνὸς, iucundus. D. Ambros. vt in præcedenti, *pulcher*. optimè noster. nam Hebræum NAIM multa complectitur, *concinnum; suauem, dulcem, venustum*: ideò additur voci *pulchri*, vt aliquid adiiciens decori. externa pulchritudo (de qua sola cùm hîc agat sponsus ad litteram, satis impertinentia sunt, quæ contra Ciceronem verbosè hoc loco differit quidam) posita est in membrorum corporis apta figura, cum quadam coloris suauitate: decor verò & venustas consistit, non tantùm in hac, quam præsupponit, pulchritudine, sed etiam in moribus, motu, sermone, habitu, cultu, & omni actione; qua prædita vocantur apti, sciti, salsi, concinni; qui carent verò, inconcinni, inepti, insciti, & insulsi. Sine hoc decore, illa pulchritudo fatua est & insipida, tali condita sale nihil amabilius, nihil suauius.

נעים

Pulchritudo & decor in quo consistit.

LECTVLVS) Hebræi carent diminutiuis, quibus cùm noster aliquando vtatur, pater non tam acerbè reprehendendos, qui iuxta linguæ suauitatem, in hoc amatorio carmine, quædam moderatè, & citra meretricium fucum, aut lasciuiam lenoniam (quæ nimis spirant in versionibus hæreticorũ) ea vsurparent. Porrò sicut *domus* in S.S. habitationem, sic in eadem *lectus* requiem & tranquillitatẽ ipsam denotat; non quod Hebræa vox vtrumque significet: (fallitur qui hoc coniecit.) Lectum ERIS, quierem verò à radice נוח *noach*, vocant

ערש

Universidad de Deusto
Biblioteca

cant מנוחה MANOATH. Sed quia lectus quieti destinatus, sicut domus commorationi. Et quia templum est quasi quidam diuinæ requiei locus, humano more loquendo, solet ipsum templum nuncupari requies [a], & locus quietis [b], & cubile [c], & thalamus [d].

a 3 Reg. 8. v. 56. b Isa. 66. v. 1. c Ierem. 30. v. 6. d Deut. 33. v. 12.

NOSTER) mihi tibique, vt sponsos decet, communis.

רענן Fœtus floridus quis dicatur.

FLORENTIS) Hebræi nominis radix RAAN, significat virescere, ideò noster *floridum* vertit, quia quæ floribus onustæ arbores iam virides esse solent, & proinde frondosæ quoque: rectè igitur LXX. σύσκιον, *umbrosus*, seu vt Ambros. vertit, *opacus*. & sic explicant Psel. Nyssen. Philo, Origen. & reliqui, qui LXX. versione vsi. An idcirco noster tibi (ô bone) reprehendendus? nonne & Aq. εἰθαλὴς vertit, quod non magis viridẽ, quã floridũ significat? nõne fauet vox Hebræa? nonne mos Iudæorum ille fauet, lectulos geniales floribus & herbis collatis ornandi, cuius scis ipse vestigia in Salomonis libris aliis [c] reperiri? Illud etiam non prætermittendum, plerosque Græcos hæc ita accepisse, quasi non lectulus, *floridus* dicatur, sed ipse sponsus: qui & ad lectum apertè inuitetur πρὸς κλίνη ἡμῶν σύσκιον. nescio an אל EL, legerint, pro אף APH, *ad* pro &. Sanè hodiè habemus Hebraicè, *etiam lectulus*, hoc est, *quin etiam lectulus*. Quod considerans Origenes in homil. explicuit, *acclinatio nostra umbrosa*, seu vt Ambrosius, *opaca*: videntur enim σχεδὸν κλίνη pro vnica dictione habuisse.

c Prou. 7. v. 17.

TIGNA CEDRINA) tignis, quæ parieti innixa vel inserta „ tectum sustinent, aptissima materia cedrus. D Ambros [e]. cedrus (ait) „ suspendendis tectorum apta culminibus, eo quòd huiusmodi mate„ries & procera sit spaciis, nec onerosa parietibus.] plura hîc Apo-nius, nec nõ Dioscorid. & Plin. à quo illud discees quando de cedrinis, ædificiorũ agitur, id de cedro magna, siue *Cedrelate* intelligendum [f].

Versio 27. e Li. 3. Hexam. c. 13.

f Dioscor. l. 1. c. 89. Plin. lib. 24. c. 6.

LAQVEARIA) tabulata, laqueata, seu lacunaria, vt plurimum in testudines concamerata. LXX. φατνώματα S. αἱ φατνώσεις. Hebr. RACHITENV, *Heth* in secunda, quod Rabbini deducunt à *Raat* per *Heth* discurrere, & ideò quidam explicant *maniana*, alij *canales*, noster verò & Lxx. & S. videntur deduxisse à *rahat* per *Heth*, quod alibi non inuenitur. quare malo his credere de significatione thematis, quàm cerdonibus & sutoribus illis. D. Nyssenus etiam exponit *laquearia*, concinnam quandam & sculpendo ornatam tabulatorum adfixionem.

רחיטנו רחט רחץ

ברותים

CYPRESSINA) qui superiùs, *canales*, hîc vertunt *marmora*. malè. nam BEROTHIM non significat marmora, sed ligna aliqua ædificiis idonea, vt probat versio Lxx. & Paraphrasis Chaldæa. Cypressus, quia odore optimo est, & æterno nitore, cariem vetustatémque non sentit, rimam, fissuramve. sponte nullam. capit, ideò habilis est commendis fastigiis & lacunaribus, vt docuere Plinius & D. Ambros [h], qui multa in huius arboris cõmendationem cũ Dioscoride & Galeno.

h Plin. li. 16. c. 40. Amb. d. c. 13. Dios. li. 1. c. 86. Galenus, de simplic. medic. lib. 7.

Sufficerent ista, non esset audacia quædam Neoterici corripiendas qui nostrum interpretem, vt nouis subinde luxuriet coniecturis, frequenter amat vellicare, vir (vt fatetur) Hebræi sermonis ignarus, sed relatione fretus aliena. Culpat primò, quod vocem eandem hîc positam

positam modò vertat *cupressum*, vt hoc loco; modò, *abietem* [a]. Sed quò se verteret, si quis contenderet BEROTH & BEROS differre? Sanè quia non credebat idem esse *Berothim* & *Berosim*, significationis verborum scrupulosissimus Aq. hoc loco reddidit, βοϱαΐνας, volens nomen retinere. An dicet Chaldæos SIN in Thau mutare? quid tum liber hic noster Hebraicè, & non Chaldaicè scriptus: Chaldæam scriptionem procliuiùs secutus foret Ezechiel. cùm itaque BEROTH alibi non inuenias in S.S. cur non potiùs credas LXX. viris Hebræis & Hieronymo, qui aliter quàm BEROS vertêre? Secundò asserit, vtrobique verti debuisse *cupressum*, neutro *abietem*. Hoc grauiùs labitur. Si enim vox eadem vbique est, vt ipse censet: ergo BEROTH, idem quod BEROS, fatetur. Sed BEROS potiùs significat abietem, quàm cupressum. Vtrobique igitur magis *abies* reponenda, quàm *cupressus*. Magis verò significare *abietem*, multis ostenditur. BEROSIM Rabbini explicant *abietes*, vbi nos habemus, *dux eorum*. Psal. 104. v. 19. Item Esai. 6. v. 13. Aquila exposuit ἐλάτη, id est, abies. Persuadere illi debuit etiam D. Hieron. *epist. ad Suniam & Fritillam*, & recentiores Rabbini Ionathas, Dauid & alij sic constanter exponentes, vt 2. Reg. 6. v. 5. vbi noster, non materiam sed formam attendens, reddidit *ligna fabrefacta*. vt Nahum 2. v. 3. vbi tam Lxx. quàm noster, non vocabuli significationem, sed sensum metaphoricæ locutionis transtulerunt; vt Ezech. 27. v. 5. 31. v. 8. Zachar. 11. v. 2. Osee vlt. v. 9. Esai. 14. v. 8. 41. v. 19. 55. v. vlt. & 60. v. 13. quibus octo locis constanter interpres vetus *abietem* posuit, idque D. Hieron. iisdem locis confirmauit. quantus vir, quàm indignus sic à sciolis vilipendi?

a Ezech. 27. v. 5.

Aduersus B. interpretẽ nostrum carpentem disputatio.

ברש

ברושים

Sed nunc age perpendamus duo argumenta, quibus contendit apud Ezechielem, non abietem sed cupressum significari. Laudat 3. Reg. 5. v. 8. & 10. vbi nihil contra nos, pro nobis omnia, nam Lxx. qui aliquando alibi κυπάρισσον vertunt, hîc reddidere πεύκην piceam vel laricem, non nimis benè: sed πεύκην tamen pro *cupresso* vbi legere? Noster ibi sicut Kimchi & omnes Rabbini, *abietem*. Sed Iosephus illic *cupressum* appingit [b]: dissentit ergo à S.S. & quia dissentit, non est idoneus testis. Nec solet ille sequi contextum Hebræum (sciunt qui contulere) sed versionem Lxx. iam tum enim Iudæis ferè insolens, ferè ignota sermonis Hebræi incorrupti proprietas: plerique Græcè & Syriacè tantùm norant. Quid? quod ab ipsis Lxx. illic Iosephus recessit: illi πεύκην, hîc cypressinas trabes. Cur etiam Iosepho, cum interprete nostro, quem tanti facit Ecclesia Catholica, sit æqua fides vel auctoritas? Maiorem verò Iosepho tribuere fidem; hoc Anticyris tribus expiandum.

b Lib. 8. antiq. c. 2.

Hebraï laborem sermonis proprij ignorantia à Christi tempore.

Alterum argumentum. Ezechielis locum interpretatus fuit Syracides cap. 14. v. 17. cùm scribit, *Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypressus in monte Sion.* cùm ergo cypressum ex monte Sion deduxerit Iesus iste, necessariò credẽdus etiam Ezechiel ibi cypressos non abietes fuccidisse. Primùm quæro, quis ei reuelarit aut docuerit, Ecclesiasticum tunc ad locũ illum Ezechielis alludisse, & illa Ezechielis

Universidad de Deusto
Biblioteca

verba voluisse interpretari? leuicula talis coniectatio est: quin & parùm verisimilis ob rei propositæ vtrique diuersitatem. Ezechiel de Tyro propediem interitura, eiúsque ædificiis agit: Syracides de Sapientia æterna, Dei filio; hunc comparat cedris & cypressis, non propter altitudinem tantùm, & magnificentiam, sed propter iustitiam quoque (h. rectitudinem) & æternitatem (hoc est materiæ incorruptibilitatem) domibus illis & nauigiis ædificandis, de quibus Ezechiel, satis idonea abies, vt docent Vitruuius lib. 2. Claudianus, aliique: sapiétiæ æternæ magis conueniunt cedrus & cupressus, vt & hoc loco laquearibus Salomoniis. Apud Ezechielem scimus non BEROTHIM sed BEROSIM scriptum; quid scripserit Syrach senior, incertum; si coniecturæ locus, crediderim BEROTH scripsisse, & Nepotem eius Græcè reddidisse κυπαρίσσους. Hæc velim scriptorem illum attendere, simul & sibi persuadere; qui Hebræa norunt, iis nullum esse periculum, ne montem Sion, qui Ierusalem est, cum eo qui ponè Hermon, confundant: sat illos initialis litteræ discrimen monet.

§. 2. MENS VERBORVM SPONSAE. *Sponsa pulchritudinem suam sponso acceptam refert.*

ECCE TV PVLCHER) sponsa laudata non extollitur superbia, quia propriæ conscia vilitatis, gloriam regerit in eum, à quo, quæcunque laude digna, receperat. Non mea, sed tua sunt quæ narras (ait) pulchritudo mea celebris, & nomen in gentes diffusum; sed propter speciem à te participatam, perfecta videor, sed decore quem tu largitus. Quod olim sponsus illi per Prophetam [a] dixerat lasciuienti, *Et egressum est nomen tuum in gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te, dicit Dominus Deus*: Eum decorem tunc amiserat, *quia habens fiduciam in pulchritudine sua*, exposuerat *se omni transeunti*. Nunc habens oculos columbarum humiles, & sobrios, fida sponso; solum ipsum profitetur laudabilem illum; qui nec de alieno, nec oculos tantùm, sed quantus quantus est, de suo, sine modo & mẽsura pulcher, ipsum pulchrum, omnis pulchritudinis fons & scaturigo, vt docet B. Dionysius Areopag [b].

a Ezech. 15. v. 14.

b De diuin. nomin. c. 4. p. 1. *Iesus sponsus sponsam facit pulchram & decoram. Matt. 17. v. 2.*

IESVS enim sponsus pulchram facit Ecclesiam fide, decoram operatione. Secundum diuinitatem est ipsa pulchritudo, quam Sol & Luna miranturs & in quam Angeli desiderant prospicere: Secundum humanitatem est speciosus præ filiis hominum; & cùm illi libuit, in monte Thabor, diuinitatis suæ incomparabilis speciem quandam & repressum ab ipso ad tempus, gloriæ splendorem, internæ pulchritudinis indicem, demonstrauit; non essentiam suam videndam præbens, (quidquid nonnulli dixerint) nec quiddam increatum, sicut Sol radios solet, diffundens; sed de nouo lumen quoddam producens creatum, quod esset exemplum glorioſi corporis post resurrectionem; quod esset symbolum naturæ in illo latentis, & occultæ, & inuisibilis; & imago tenuis futuræ gloriæ; vt optimè Ioan. Cyparissiotus ex Patrum veterum sententia *Decade 6. cap. 4. & 5.* de qua re pererudite exabditis nondum editorum Græcorum scriniis noster Gretserus disseruit, *Annotat. vlt. in lib. 2. Historiæ Cantacuzeni.*

Talis ergo in Thabor apparuit, quando vt sol resplenduit. Et sic intelligo

intelligo Honorium, cùm scribit ab æterno hanc claritatem habuisse: sed quia mortalis visus claritatem vultus eius videre non potuit, sub larua latuisse, vt scribitur: *Ecce vidimus eum non habentem speciem, neque decorem.*] Hæc formositas, hic decor sponsam allexerunt, attraxerũt, & deuinxerũt, ne posset in alium oculos cõiicere. subdit ergo;

« Honorius.

« Isa. 53. v. 2.

LECTVL. NOST. FLOR. Hebraicè est, *Etiam lectus noster floridus.* q. d. canta est támque efficax hæc tua pulchritudo, vt etiam *lectulus* noster & omnes *domus* nostræ, mihi videantur à te noua quadã, & perenni pulchritudine afflari. aurum hoc tuum cuncta inaurat: vernans ille flos decoris tui florida cuncta reddit: hæc tua puritas incorrupta, rectitudo & celsi corporis dignitas, cuncta facit cedrina & cypressina. Videris quàm benè hæc amantium locutioni conueniant, nec minùs quod tacitè sponsa innuit. Nam (vt rectè D. Bernardus [a]) quæ lectulum monstrat, satis quid desideret aperit.] pellucet tacita inuitatio ad genialis thori casta gaudia, sed pellucet tantũ in floriditatis commendatione. Vocem desiderij indicẽ penè seprum dentium euolantem, verecundia cohibuit, & ad tigna atque laquearia domus sustulit; quæ non procul abeunt. Veteres enim, maximè in Pastoritis, in matrimonij stipulatione, vt lecti, sic domus mentionem faciebant; vt rusticula Theocriti dum Daphnidem maritum sibi paciscitur [b]. Cùm verò *floridum* lectum nuncupat (vt cum eodem diuo Bern. loquar) satis indicat, vnde quod desiderat, obtinere præsumat: non de suis meritis, sed de floribus agri, quibus Dominus benedixit. *Flores* idem exponit Passionis gratiam & Resurrectionis gloriam.

« a Tract. de diligendo Deo.

« b εἰδύλλ. 27.

Cæteri patres [c] hunc *lectulum* variè accipiunt, multis est CHRISTI IESV corpus, in quo diuinitas humanitati quiescit vinculo indissolubili coniuncta. Aponio & Angelomo est Dominicum sepulchrum. Secundum Theodoreti sententiam, in S.S. vt in *lectulo* sponsus & sponsa conquiescentes, spirituali connubio iungũtur. Sponsus verbi semina fertili infundit solo: sponsa concipit, & parturiens in CHRISTO filios enititur. hoc lectulo, quid floridius consiliis, præceptis, sententiis, documentis? hic lectus extra Ecclesiam stratus, aridus est & squallidus; in sola Catholica floridus. cætera communia huic expositioni, & ei quæ sequitur cæteris melior, VVillerami atque aliorum; de pace Ecclesiæ & tranquillitate à persecutionibus; quas perpessa multas, cùm videret morte sua sponsum hostes debellasse, & post resurrectionem professum; *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis*; cupidissima prolis spiritualis; eum ad cupitos amplexus inuitat; quos nulla classica disturbent, eiulatus pauidi nulli diuellant: *lectuli* nomine, quietem tranquillam; *floridi* iucunditatis amœnitatem; *cedri & cypressi* mentione, indicat securitatem illibatam permansuram: quorum hæc omnium sunt symbola.

c Origenes, Nyss. Iustus, Ruuar.

« Ioa. 14. v. 27.

Lectulus igitur est pax Ecclesiæ, & quies singularum fidelium animarum: quatenus illæ singulæ sunt templa Dei, in singulis potest sterni lectulus. de omnibus, quasi de vno loquitur, quia omnes vnum

Lectulus est pax Ecclesiæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sapiunt, eundem colunt & diligunt sponsum. *Floridum* vocat, quia respersus Spiritus sancti omnigenis floribus gratiarum; martyrij rosis, virginitatis liliis, obediētię solisequis calthulis, humilitatis violis, ceteris floribus virtutum reliquarū, quibus Ecclesia vsq; ad sæculi finem vernabit. Hoc stratum securum est, liberum ab arbitris & interpellatoribus, idque in multis domibus. nam singuli fideles censentur incolæ domorum in particularibus Ecclesiis, quidam in Leodiensi, alij in Mechlinensi, alij in Colonensi, pro diœcesium varietate. *Vers.17.*

Tigna & laquearia in Ecclesia quæsint

Tigna domorum istarum sunt veri prælati & doctores Ecclesiarum (ait Honorius) qui scriptis & doctrinis, domum Dei ab hæreticis, venenatis serpentibus, & corruptelis verbi Dei defendunt. Sunt *ex cedro*, quia recta sunt eorum opera, mens constans, vita incorrupta, mores imputribiles, nomen boni odoris, doctrina dæmones fugat, & animas à vitiorum putredine seruat.

Laquearia sunt subditi iusti & pij, qui se abstinēt lethalibus culpis, hi à trabibus illis dependent, & quasi quædam cœli testudo, stellimicantibus ornata signis, renident ipsi *cupressini*, suo in viuendi statu incorrupti, nec ad peccati vomitum canis instar redeuntes, nec cariei veteris hominis cedentes, sunt hæc ad mentem Latinorum Patrum. Ad mentem dixi, quoniam hactenus, quod & in posterum sum facturus, ex Patrum diuersorū liciis, sed meis plerūq; verbis, hanc litteralem telam contexui, particulatim accommodans & connectens, quæ confusiùs illi & breuiùs significarant.

a D. Ambros. serm. 4. in Psal. 118. D. Gregorij Ansel. Hanonij, Bedæ, Haymo hic, & secundo etiam loco Alani.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Vers.16. Exo. 34. v. 29. & 30.*

QMNIS animæ pulchritudo à sponso hausta. Sicut facies Moysi ex colloquio Dei tā pulchra fuit, vt populus Israël oculos in eam intendere non potuerit, ideo velamen ante se habuit. Sponsa verò anima humilis, non glorians, quia se accepisse gnara; reddit laudem cui reddenda; & ideo hoc velamine humilitatis tuta, intendit oculos in solē ipsum. ostendit etiam his verbis se nunc errore non falli, quia nihil præter sponsum pulchri nomine dignum iudicat, non laudem humanam (*sic Nyssenus*) non gloriam, non splendorem, non potentiam mundanam. illa fuco quodam pulchritudinis illita, non sunt, quod videntur. Sed sponsus re ipsa *pulcher* est, & ipsa pulchritudinis essentia, nunquam id esse desinens quod existit. Sicut autem tribulationum tempus suprà vocauit *meridiem*, sic nunc tempus consolationum & quietis animi, vocat *lectulum*. Tribulatione namque anima, quasi æstuat; consolarionis tempore, per contemplationem, quasi securè cū sponso quiescit. Dicitur autem

autem *lectulus viridantium*, quia breuis & pusilla pax ista, qua hic fruimur, præ æterna illa, in qua sācti exultāt, *& lætātur in cubilibus suis.*

Lectulus etiam animæ (vt ait Honorius) est bona cōscientia, in qua, vt in lecto secura quiescit anima cum CHRISTO, quando se orando & legendo exercet, & amore Dei liquescit, & *floridus* est, quando aliis exempla bonæ vitæ præbet. Ipsa etiam est *domus Dei*, in qua CHRISTVS habitat vt sponsus in thalamo. domus (inquam) firma, ædificata super petram; quam nec flumina, nec venti irruentes subruere aut subuertere potuerunt. domus fulta optimis trabibus; *Tigna* vocat noster; quibus significantur virtutes solidæ, vt sunt quatuor illæ Cardinales, Iustitia, prudentia, temperantia, fortitudo (*iuxta Honorium*) item puritas castitasque mentis (*iuxta Nyssenum*) quæ per *cedrum*, rectè significantur. Nec tantùm firma est domus, sed etiam regificè ornata *cypariss*, qui polita quadam congruentíque compaginatione externum decus adiiciat; vt moneatur anima ad internas illas virtutes externi decoris, & modestiæ rationem adiungendam, & dandam operam vt præstet opera coram Deo hominibúsque bene olentia. quemadmodum domum suam ornarat sapiens ille architectus, qui monebat, *Omnia ordine, & decenter fieri* a.

Hauerius. Lectulus animæ est bona cōscientia.

Nyssenus.

Vers.17.

a 1. Cor. 14. 40.

Laquearia obedientiæ symbolum.

Possumus etiam in particulari, *laquearia* hæc cum Honorio exponere obedientiæ exempla; quia cypressus (*teste Nysseno*) se aptam & facilem omni sculpturæ præbet, obedientia verò omnes virtutes cælatura periti superioris inserit animæ. *Domus* etiam *animæ* corpus dici potest; *tigna* eius quinque sensus; *laquearia*, corporis membra; quæ sunt *cedrus* & *cupressus*, quando ad spiritus nutum militant, & se non carnalia, sed spiritualia ad incorruptionem exhibent instrumenta.

MIXTA INTERPRETATIO, DE DEIPARA VIRGINE.

§. 4. *Vers.16.*

ALANVS, audiens (inquit) Virgo se à CHRISTO commendari, vicem laudis reddit] Quæ de anima dixit (*in commentario*) eadem B. MARIÆ, Honorius (*in sigillo*) breuiter accommodauit. Rupertus verò notat, semper ferè in hoc carmine à sponso laude & honore sponsam præueniri. Ferè in omnibus honore dilectam præuenit dilectus, ille mihi; *Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra*: & ego illi; *Ecce tu pulcher es & decorus dilecte mi*: ille mihi; *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias*: & ego illi;

Rupertus.

» *Sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios.* causam ait esse, vt nos humilitatem doceat, & nos quoque inuicem honore præueniamus.

TV PVLCHER] q.d. ex quo ego pulchra per te facta sum, ex eo tu, etsi semper pulcher fuisti, pulchrior tamen factus es (*ait Rupertus.*) Nam verè in eo pulchritudinem tuam adauxisti, quòd cùm Deus esses, homo dignatus es fieri. *ita pulcher*, vt sis ipsa substantia pulchritudinis: *ita decorus*, vt sis ipsum decus humani generis. PVLCHER ES, quia tu tota pulchritudo mea es. Neque enim virga floris, sed flos virgæ pulchritudo est. Ego *pulchra*, quia virgo, & *pulchra*, quia mater: sed id per te vtrunque. Quia tu *pulcher* secundum diuinitatem, *decorus* secundum humanitatem. Tu non tantùm homo, sed etiã Deus, & ideirco (ait Guilhelm.) ego non tantùm mater, sed & virgo. Quia æternę diuinitati tuæ temporaliter accessit humanitas: & meæ virginitati, nõ successit, sed accessit fœcunditas. Sicut enim purus homo virginem matrẽ habere non potest; ita Deus homo matrem nisi virginẽ habere non potest.] *Lectulum* deinde exponit beatissimæ virginis vterũ, in quo CHRISTVS nouẽ mensibus quieuit. *Domos* Ecclesias. *tigna* Apostolos; *laquearia* doctores & viros Apostolicos.

christus pulcher secũdum diuinitatẽ, decorus secũdum humanitatẽ. Guilhelmus.

Rupertus.

Alanus.

» Alanus verò sic; Lectulus CHRISTI dicitur caro, quam assumpsit, propter duos lecti vsus. In lecto laborat homo in infirmitate, quiescit in sanitate. Similiter CHRISTVS in carne humana laborauit in infirmitatibus humanis ante passionem, quieuit in eadem carne post resurrectionem. Et eleganter dixit, *Lectulus noster floridus*, quia caro CHRISTI, quæ prius in vita floruit, per mortem efflo» ruit; & per resurrectionem refloruit. Vnde in Psalm. 27. *Et refloruit caro mea.*] Sic ille.

Hailgrinus. Lectulus est anima deuota.

Sed quia lectulus non sponsi tantùm, sed & sponsæ quies: ideirco » aptius quod Hailgrinus censuit *lectulum* esse animam deuotã. Manet » enim CHRISTVS in eo qui diligit eum: sed qui diligit filium, di» ligit matrẽ, & ita vterque manet in eo, qui diligit alterũ. Sed tamen » aliter & aliter. Nam in corde diligentis se manet filius, per inhabi» tantem gratiam; mater verò, per deuotionem ipsius, & inseparabile » consortium matris, & filij in pietatis affectu.] videtis quo pacto cor nostrum fiat IESV, & MARIÆ thalamus: si lectulus est eorum, continuò efflorescit. nã canit MARIA, *Lectulus noster floridus.* q.d. in cuiuscunque conscientia quietis locum inuenero, faxo mox efflorescat, decore pariter & odore. sit decora per ornamenta virtutum, sit odorifera exemplis bonorum operum. Subdit etiam quã benè custoditus sit iste lectulus, collocatus in domo firma, & incorruptibili.

Vers. 17.

Domus hæc anima sancta est, domicilij IESV & MARIÆ. *Tigna* huius sunt (teste eodẽ Cardinale) virtutes & gratiæ, sine quibus non est salus, & hæ per humilitatem profundæ radicibus, crescunt ramis in immensum, sunt putredinis nescię, vt cedrus. *Laquearia* sunt dimensiones administrationum, & gratiarum illarum, quæ sunt ad animæ decorem; licet non sint necessariæ ad singularum salutem; vt sunt

prophetiæ

prophetiæ, genera linguarum, virtutes, sanitates, discretio spirituum, & similia; quæ si tignis fortiter non inhæreant, vt laquearia laxata, facilè corruunt: & sunt *cupressina*, quia licet istæ gratiæ inferiùs, qua proximis exhibentur, debeant diffundi & dilatari; semper tamen in eum tendere debent sursum, & in vnũ illum tendere atque coangustari, sicut cupressus, quæ verè est vna; sicut & vnum nobis verè necessarium, nempe hunc lectulum nostrum in hac domo, sic sulta, sic ornata sternere, & seruare, vt eum sponsa suum vocare, & in eo requiem suam deligere dignetur.

Guilhelm. *Lectulum* exponit sepulchrum Dominicum, & continuato sensu cum præcedenti pulchritudine sic scribit: Verè *tu pulcher dilecte mi & decorus*, sed secundum lippientem obtuitum humanum nõ est tibi *species nec decor.* verè tu *sol iustitiæ*, in cuius pennis sanitas, sed ecclipsin sacræ mortis patiendo pro hominibus; niger apparebis hominibus; quasi *saccus cilicinus*, & quasi lumen exstinctum *absconderis sub modio*, ponêris in monumento. Verùm quæ *vtilitas in sanguine tuo si descendas in corruptionem?* Ergo die tertia *resplorescet caro* tua, erit *lectulus tuus floridus.* Lectulus scilicet ille, in quo caro tua per triduum *requiescet in spe.* Lectulus ille tuus, nonne & meus? Nempe per maternum ero tibi commortua, & consepulta affectum. Ergo *lectulus noster floridus*, id est, refloreſcente carne tua vernabit floribus nouæ resurrectionis. *Tigna domorum nostrarũ cedrina, laqu. nos. cypress.* verè *caro tua requiescet in spe* citæ resurrectionis, verè *non dabit* Deus pater *sanctum suum videre corruptionem.* quia etsi *domum luteam habitet*, id est, corpus terrenum & fragile, quod ex me sumere dignatus es; non tamen *consumetur à tinea* corruptionis, quia *tigna* habet *cedrina*, & *laquearia cupressina*, id est, tutum est à generali corruptione, qua omnis caro in suam redit originem.]

Vers. 15. Guilhelmus.

Vers. 17.

Psal. 15. v. 20.

Sed cur dicit, non tantùm domus tuæ, sed *domorum nostrarum*? respondet idem Guilhelmus; quia non tantùm domus IESV, sed & domus MARIÆ hoc priuilegium commune fuit: eo quòd IESVS *os ex ossibus, & caro ex carne* MARIÆ *fuit*: ideò enim corpus matris, propter corpus filij, cum corpore filij à generalis lege corruptionis exceptum, perpetuæ imputribilitatis gratia conseruatum fuit.

Corpus B. Virginis expers corruptionis fuit.

Confirmat ista Alanus his verbis; *Domus* hæ intelliguntur corpus CHRISTI & corpus Virginis, *tigna domorum* substantiæ corporum; quæ dicuntur *cedrina*, id est, imputribiles. Cedrus enim imputribilis est. Sicut enim credimus, corpus CHRISTI putredine non esse resolutum, vnde legitur Psal. 15. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*: ita probabile est à corruptione putredinis alienum esse corpus MARIÆ: vnde Augustinus in serm. de Assumpt. Virginis, non solùm carnem, quam CHRISTVS assumpsit, sed etiam carnem de qua assumpsit; credimus esse assumptam in cœlum: vnde in oratione edita legitur, *Nec tamen mortis nexibus deprimi potuit*, &c. Et nisi resurrexerit, quare de ipsa dicitur; *Assumpta est* MARIA *in cœlum*? *Laquearia nostra cypressina.* Laquearia quæ adhærent tignis, significant cor-

Alanus. Gen. 2. v. 23.

» porum infirmitates, quæ adhæserunt corporibus CHRISTI &
» Virginis. Quæ eleganter *cypressina* dicuntur, quia cypressus solet ad-
» hiberi corporibus, quæ comburuntur, & mira ab eis fragrantia red-
» ditur. Sic infirmitates quæ ad mortem pertinent, & in Virgine, & in
» CHRISTO per patientias, quas in infirmitatibus habuerunt,
» mirabilibus redolent.]

ANAGOGE.

§. 5.

Beatitudo qualis. Matth. 17.

EVTVRÆ nostræ patriæ hanc imaginem esse facilè quilibet animaduertere potest. nã CHRISTI DOMINI iam glorioſi, quis splendor, decor, pulchritudo, Maiestas in cœlis; cuius tanta iam erat, & apparuit tribus discipulis in terris? si tanta lux luminis creati, quanta Solis increati? si talis gutta, quale mare immẽsum? Nónne illic beatitudo *lectulus* est sponsi & sponsæ, plenus cunctis deliciis, ac suauitatibus, & nouis sẽper ac nouis quotidie gaudiis, ac gaudiorũ incrementis efflorescens? sed tamen iuxta I. X X. *vmbrosus*, quia oculus nullus ad culmen aut apicem eius potest pertingere, nemo quantus est, visu, vel auditu, vel intellectu comprehendere. Nónne *tigna* cœlestis Ierusalem, dici possunt, Angelicæ mentes illæ, quæ nunquam flexæ, semper enodes, & æternæ? Nónne inserta iis ab incomparabili artifice Deo *laquearia* angelorũ custodia & sedulo ministerio eò euecta, & sibi quasi vnitas dici possunt ad similem incorruptibilitatem perducta, cœlestia illa beatarum animarum agmina?

Honorius.

Religiosa domus describitur.

Honorius etiam in hac vita quæsiuit, atque hunc lectulum & has
» domos inuenit. Anagogicè (inquit) CHRISTI, Ecclesiæque *lectulus* est contemplatiua vita, in qua requiescit à sæculi tumultibus;
» qui lectulus *flores*, dum religiosorum multitudo se in artibus & Scripturis exercet. *Domus cedrinis & cypressinis* tignis ab opificibus ædificatæ, sunt claustra, à sanctis Patribus regulis, & honestis institutis
» instructa. *Tigna cedrina* sunt præpositi & abbates sanctimonia redolentes, qui verbo & exemplo alios muniunt, & vermes criminum se
» macerando exstinguunt. *Laquearia verò cypressina* sunt monachi, &
» omnes religiosi, quorum sanctitatis exempla templum Dei ornant,
» & aliorum onera orando portant. Et sicut cypressus præcisa non re-
» uiresci, vnde & ante feretrum mortuorum solebat portari;
» ita ipsi nunquam sæcularia repetunt, & semper quasi
» præsentem mortem aspiciunt, & in habita-
» culum Dei coædificari votis & mo-
» ribus appetunt.]

IN CA-

IN CAPVT SECVNDVM CANTICI CANTICORVM.

SECTIO I.

NONNVLLI *Græcorum veterum* [a] *ista; quæ sequuntur commate primo, secundóque; tribuunt sponsæ, rationibus tenuibus moti, vt mirer Neotericos tam frequentes in illorum sententiam ire* [b]. *Præstat sequi maius agmen Patrum Latinorum Græcorúmque* [c], *qui malunt à sponso Christo ista dici, cui sanè conueniunt optimè, vt sequentia docebunt.*

Principiò illud notandum, quod fuit olim obseruatum à Decano Ambianensi; non Hailgrino, sed alio anonymo, cuius commentarius membranaceus, mihi cõmodato cõcessus à regularibus S. Martini, hîc intra mœnia Louanij degentibus; quorum diligentiam bona certè & ampla M. S. veterum supellex adhuc hodie testatur; charitatem, quod bonis & doctis eam non inuident, vt alij multi. Decanus iste monet prudenter, solitam his eclogis sponsam inuitare dilectum ad lectulum *&* domus penetrale, *hoc est, ad quietem & tranquillitatem, ad quam in hoc incolatu gemens Ecclesia suspirat: contra à sponso dilectam semper euocari* in vineas & agros, *hoc est, in solem, arenam, prælium; vt ab agonotheta decet Ecclesiam militantem. Et sanè militat omnis amans, &* militia est cuiusque nostrũ vita super terram [d]? *Cùm igitur sponsa delicias lectuli cõmendasset; nunc ex aduerso sponsus agri profert amœnitates, & in primis, pastoritiæ simplicitatis candida veritate, seipsum collaudans, confert cum rosis purpuræ nigricãtis, & liliis cãdicãtibus. Laudẽ verò suã præmittit laudi sponsæ, vt minori illa cũ verecũdia mox ferat se tã effusè in os laudari, & intelligat meritò reciprocũ esse amorẽ amboru̇m; qui adeò similes sint pulchritudine, & concolores, vt ambo liliis assimilẽtur. Denique cùm superiore capite tãtùm fuerint proposita generaliæ quædã irritamenta mutui affectus; ordine nũc incipit sigillatim particularia quæque describere. A* rosis *orditur, quia veris ornamenta sunt flores, in quibus* rosæ *&* lilia *principatum obtinent: &, vt non obtineant, colorem tamen sponsi optimè indicabant;* qui candidus & rubicundus.

a Tres Patres & Psellus apud Theodo. Nyssenum hom. 4. & Philo.

b Gaidaver. Fatabl. Genebrar. Lusit. Osor. Moncaum.

c Orig. hom. vtraq. Theodor. & Cyrill. de incarn. Nyssen. Amb. lib. de Isaac c. 4. & Apolog. 2. de David. & sermon. 5. in Psal. 118. Aponium, Cassiod. Anselm. Angelomũ, Alcuin. Bedam, Rupert. Honor. hic.

d Iob. 7. v. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO I. Vers. 1. VERBA SPONSI. 2

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Ego flos campi & lilium cõuallium. * Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.	*Ego flos campi, lilium cõuallium: sicut lilium in medio spinarum; sita proxima mea in medio filiarum.*

LITTERA.

§. 1. חבצלת

FLOS CHABATSELETH per sade in tertia; sunt qui velint significare lilium; alij rosam, quæ sit purpuræ nigricantis; alij florem in genere. quare noster rectè vt Lxx. nomen generale retinuit, quia *rosa κατ' ἐξοχὴν* optimè flos; quia florum flos.

השרון

CAMPI) illius fertilissimæ planitiei, Heb. HASCHARON. quod alij explicant, *vbertatis* seu *fœcunditatis*; quasi dicas florem benè alitum, planè fœcundum, & largo humore potum. Aquila nomen loci censuit, q.d. *florem Saronum*, à campo Saronis, qui inter Ioppen & Cæsaream. Nonne rectius est cum D. Hieronymo exponere campum in genere, vt Lxx. τῶ πεδίῳ? quo pacto Patres omnes, licet diuersimodè interpretentur.

שושנת שש

LILIVM CONVALLIVM) vt non credam dictum de floscvlo elegantissimo, quod vulgò nunc *lilium convallium* vocatur; in causa est, nomen Hebræum SCHOSHANATH per sin, vel vt alij legunt SVSANA, quod ipsemet Kimchi à SES, hoc est, sex foliis dictum fatetur: sex verò folia sunt communis seu maioris nostri lilij, non verò lilioli illius minuti. facit etiam hæc etymologia, vt credam labi, qui SVSANA rosam interpretantur [a]; quarum vnica ratio est, quod sequenti versu SVSANA dicitur nasci inter spinas. futilis ratio, quia vox, *inter*, ibi non denotat locum seu situm natiuitatis lilij, sed est nota comparationis. Nec verò absurdum vna in areola rosas & lilia simul gigni. Malo sequi veteres doctissimos Lxx. Aquilam & Symmach. & D. Hieron [b]. quibus Abenezra & Iarrhius accedant. Confirmat quod etiamnum Hispani mixtarabica voce *lilium* vocant *acucena*: tum quod Phœnicium vocabulum esse *Susana*, & *lilium* significare, & à liliorum copia, *Susan* vrbem dictam testantur multi scriptores Græci [c]; sicut à rosa Rhodus, à flore Florentia nuncupata [d]; & vnguentum *Susinum*, cuius præcipua materia de liliis. Phœnices ergo hanc vocem, vt & alias, ab Hebræis sunt mutuati. Hinc etiam patet à Kimchi deceptos Guidacerium & alios qui *violam* hîc vertũt.

Nonne

a *Thargum & Anonymum Eliam in Tisbite, Galatin. li. 7. c. 5. & quosdam recentiores nimis credulos.*
b *LXX. & Hieron. hîc, Aq. & Sym. Ps. 45. v. 1.*
c *Athenæus lib. 12. Eustb. in Dion. & Etymologicũ magnum.*
d *Hesiod. in ἐσόπτρον.*

Nonne perspicua est recentis illius ignorantia, dum ait, *Susana* à barbaris violam vocari? quis enim Latinorum, *Lilium* cum *viola* confundit? quo iure columen Barbariæ Latinos Barbaros nuncupauit, & Romanum idioma barbarum?

INTERPORES quidem accipere de lilio crescente inter spinas; nam tale est, quod περικάρπιον, seu *capri folium* vocant, & quidam *lilium inter spinas* appellant: sed tamen non tam dicit lilium crescere inter spinas, quàm quale est inter spinas spinis collatum lilium, talem esse inter filias Ierusalem iis collatam sponsam.

חורים *chochim.*

SPINAS] aiunt Hebræis decem nomina esse, quibus spinæ significantur; quod hoc loco positum, carduos significare.

§. 1. MENS VERBORVM SPONSI. *Vers. 1. & 2.*

EGO FLOS] De hoc flore, qualis & quantus, piè admodum disseruit Absalon Abb. *serm. 1. de Annunc. B. Mariæ, qui est XX.* ostendit Deiparam, Virgam illam esse, de qua Psalmista, *Virgam virtutis suæ emittet Dominus ex Sion, &c. Ps. 109.* de qua processit iste *flos* fructu, odore, pulchritudine singularis. De cuius fructu amica sponsi in hoc eodem amoris Cantico satiata, sibi gratulans proclamat; *Sub vmbra illius quẽ desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo.* fructum appellans charismatum dona. O fructus (*ait*) dulcis, fructus suauis, quem appetit esuriens sine tormento, manducat sine fastidio, quo satiatur sine superfluo, sanatur sine recidiuo! ô fructus bone, fructus sapidissime, omnẽ habens delectamentum, omnem saporem suauitatis: his tamen qui gustauerunt, quàm suauis est Dominus! In aliis quippe est *manna*, propter dulcedinẽ; in aliis est *lignũ vitæ*, propter æternitatẽ; in aliis *panis*, propter fortitudinẽ; in aliis *vinũ*, propter compũctionẽ; in pleriſq; autẽ *oleũ*, propter spiritus consolationem. De odore autem istius floris scriptũ est, *Trahe me post te, curremus in odorẽ vnguentorũ tuorũ*, Cãt. 1. & alibi: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus*. Gen. 27. Odor super omnia necessarius, vtpote infirmis purgatiuus, proficientibus confortatiuus, perfectis verò sanatiuus. Nonne vides agrũ huius mundi hoc odore plenum? cùm videas alios iustitia fortes, alios charitate feruentes, alios prõptos ad obediendũ, & humilitatis obsequium; hos lacrymis irriguos, & ad eleemosynas profusos, plerosque in laudem prorumpere: non solùm pro eo, quod veniam consecuti sunt; sed etiam pro eo, quod *gratiam pro gratia* receperunt. De pulchritudine verò *floris* istius sancta Ecclesia sibi applaudit canens, *Dilectus meus candidus est, & rubicundus*. verè *pulcher*, verè speciosus, qui licet *rubicundus* fuerit in passione, *candidus* tamen in essentia diuinitatis permansit. Cuius & pulchritudinem Daniel Propheta commemorans, ait; *Vestimenta eius candida sicut nix, capilli albi sicut lana, munda, corpus eius sicut chrysolythus, thronus eius sicut flamma ignis*. c. 7. Talis, teste Absalone, *flos*, CHRISTVS.

Christus qualis fructus.

Ipse flos in c. 2.

Igitur inchoat Salomon spõsus hoc loco, ab ipso redemptionis humanæ initio, incarnatione sua (*Cassiodor. Honor. & alij*) cuius tempus ab effectibus significat. Verno enim tempore, mense illa Martio cõtigit; sicut olim Iudæis liberatio ex Ægypto sub idẽ tẽpus concessa.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Reg. II. v. 1.

CHRISTI quoque Domini nomen in S.S. est flos (*vide quæ diximus commentar. in Isaiam* 11.) ipseque Nazarenus vocatus, vt flos in cœlo solè patrè, in terra plantâ habet matrè: sic IESV pater in cœlo Deus, in solo mater virgo, vt calore solis & defluxu roris gignûtur flores: sic sine viri opera, Spiritu sancto inumbrante, & rore diuinæ gratiæ defluente, flos iste Ieſſæus prodiit: *flos*, hoc est, decus CAMPI.

Christus flos campi cur dicatur?

CAMPI] flos campi (ait Honorius) dicitur flos humilis nimis rubicundus; & est CHRISTVS humilis factus proprio sanguine rubricatus] de CHRISTO fateor: de flore, nescio. nam rosam potiùs puto significari. Sequor autem Origenem, Ambros. Bedam, & alios, qui per *campũ* intelligunt totum hunc mundum, cuius vniuersi decor fuit CHRISTVS DOMINVS, non, septo inclusus Iudæorum, *flos*, sed aperto loco etiam gentes ad fruitionem suauitatis suæ inuitans. Idem peculiari iure LILIVM CONVALLIVM est; hoc est, humilium & castarum animarum gloria atque ornamentum.

Lilium cur Christus dicatur.

Dixi peculiari iure, tum quia sicut lilia copioso indigent humore, quare in vallibus, quàm in montibus, vberiùs proueniunt: sic etiam CHRISTVS in humiles gratiæ suæ vberiores fontes effundit, & magis perennem iis virtutum virorem, & castitatis candorem largitur[b]. " tum etiam quia vt scribit Honorius; in lilio quinque considerantur, " quia est candidũ, habens colorem aureum prominentem, & est odori- " ferum, & pandulum, & semper incuruum: sic CHRISTVS candidus " est in humanitate, aureus in deitate, odoriferus in prædicatione, pan- " dulus in suscipiendo pœnitentes, incuruus in condescendendo pecca- " toribus, & eos subleuando. Ipse est *lilium conuallium*, scilicet orna- " mentum fidelium. sicut enim conualles sunt inter duos montes; ita fi- " deles sũt inter duas leges, vel inter duos populos, Iudæos & Gẽtiles.]

b *Sic ferè D. Ambr. lib. de Instit. virginum. c. 15. & lib. 7. in Luc. 12. Alcuinus, & Haym.*

SICVT LILIVM] placet hæc adhuc sponsum sponsæ dicere. Dilectionis est præsentem in tertia persona alloqui. Non ego solus (*ait*) tam pulcher: debetur laudis pars dilectæ; cui si ceteras puellas conferas; quæ per se solæ *lilia* dicendæ; earum vrbanitas, rus merum; comitas, inuenustas; lepos, infacetia; ver nitidum, & flos ætatis, senium quoddam squalidum, & sentium hiems inhonora videatur. Tale liliũ est Ecclesia Catholica, INTER SPINAS, inter hæreticorum & falsorum fratrum synagogas; quæ *lia* sunt, eo quod ex CHRISTO progenitæ, *spinæ* sunt, quia vulnificæ, & succo gratiæ aridæ, vtpote foris extra Dei paradisum, longè ab arbore vitæ, & à fonte perennium genitore fluminum crescentes. *Sic D. Leander, & alij*[c].

c *D. Leand. hom. de Laudib. Eccl. in III. Concil. Toler. Ambr. Origen. Theod. & Iustus hic.*

" Honorii verba digna sunt memoria. Sicut ego sum (*ait sponsa*) li- " lium conuallium, videlicet ornatus humilium: sic eris tu amica mea " *lilium spinarum*, id est, decus gentium. & sicut ego sum *lilium inter spi-* " *nas*, videlicet Iudæos me pungentes & lacerantes: sic eris tu Ecclesia " amica mea *inter* gentes *lilia* Babylonis, id est, confusionis, quę te mul- " tis spinis cruciatuum pungent, & multis pœnis lacerabunt. *In spina* " tria norantur, citò floret, citò arescit, aculeis pungit: ita mali citò di- " uitijs florẽt, in virtutibus citò arescũt, & igni apti sunt, malis moribus bonos pungunt.] Ait, *filiæ*, nõ *Ierusalem*, sed absolutè *filiæ*. filiæ nàmque (*ait Rupertus*) cùm absolutè dicuntur, ferè nunquam significationem bonam habent. vt in illis, *Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperauerunt*, &c. Gen. 49. v. 22. & alibi: *Multæ filiæ congregauerunt diuitias*, &c. Prou. vlt. v. 29. Itaque *spinæ* & *filiæ* blasphemiæ sunt Iudæorum, sectæ sunt hæreticorum.]

" *Rupertus.*

TROPOLOGIA.

§. 3. VERBA SPONSI. *Vers. 1. Honorius.*

HIs quæ de lilio & spinis dixi in Floridis, *Panegyri.* 1. nunc addam nonnulla hoc loco: nam ex illis alioqui potest satis copiosa huius & sequentis §. materia depromi. Moraliter (*inquit Honorius*) CHRISTVS est *Flos campi*, honor & odor lectuli sui, scilicet animæ in fide integræ, quam facit in sancto studio florere: & est *Lilium conuallium*, id est, decor humilium animarũ, quæ sunt cõualles, quia inter superbos & diuites sunt pauperie depressæ, quasi inter montes sitæ. Et sicut CHRISTVS *lilium* fuit *inter spinas*, scilicet inter Pharisæos & hypocritas [*addenda hic comparatum Ecclesiæ, & sicut sponsa, quoque est illi, ita inter spinas, nempe hæreticos & falsos fratres, sic etiam anima fidelis est lilium inter spinas*] CHRISTO sponso similis sit anima, quando & in verbis factisque est lilij castitas seu candor & in cordis intimo aureus color charitatis. tolle hoc aurum, candor paulatim minuitur, & suauis fragrantia mox emoritur.

" *Christus flos* " *campi.*

Nyssenus.

Secundum Nyssenum, anima, se longè à terrenis curis surrigens, & puro efferens oculos columbinos intuitu in Deum, sic à sponso vt odorum *lilium* conseruatur, ne à *spinis* vitæ, hoc est, humano generi aduersariis potestatibus præfocetur: quæ *filiæ* sunt natura, sed malitia in *spinas* degenerarunt.

" "

Hailgrinus. Humilitas duplex est.

Hailgrinus censet duplicem humilitatem significari, vnã, qua quis se maioribus subiicit, & vltra pares non attollit, per *campum*, alteram, qua quis se paribus subiicit, & infra minores conatur descendere, per *conuallium*: vtrâq; humilitate opus animæ, si futura *lilium* sponso. Nam sponsus conualles diligit, in conuallibus habitat, non requiescit spiritus eius nisi super humilem. Est *lilium conuallium*, id est, humilium decus: ex ipso candent, ex ipso fragrant, & vtrumque non sibi, sed ipsi; quia non sunt sui, sed eius. ipsi humilitatem capitis sui secuti, influxu eius, & similitudine struuntur, gaudete humiles, quia sponso similes.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, DE DEIPARA.

§. 4. Cassiodorus. Versu 1. a Rupert. Homm. Hailgri. Guilhel. Alani.

CASSIODORVS, (quem alij [a] secuti) notat *campum* non arari, non proscindi, non vllo vomere prosulcari; & ideo hoc de verbo ex virgine nato intelligendum: & ideo quoque se non ruris, sed *campi florem* vocare, quia virgineæ carnis fructus est, secundum vaticinium Esaiæ cap. 11. *Lilium conuallium*, dici quia filius humilium parentum. Veniens enim Dei filius in mundum, non solùm homo fieri dignatus est, sed etiam pauper homo pro nobis: nec etiam diuites, sed pauperes elegit parentes, vt particeps factus paupertatis nostræ, diuitiarum & gloriæ suæ nos faceret participes.]

Christus flos campi & lilium conuallium.

Rupertus *florem campi*, explicat decus generis humani: *lilium*, formositatem præ filiis hominum. *Conualles*, non tantùm proximos parentes, pauperes etiam sensu, sed & maiores illos Patriarchas, Dauid & cæteros, qui & si diuites censu, mente pauperes; & si montes meritis, corde conualles fuerunt. Fuit ipse CHRISTVS (vt perpendit Rupertus) *lilium inter spinas*, quando tolerauit tot & tantas impiorum blasphemias, sustinuit probra, alapas, flagella, coronatus insuper corona spinea. sic quondam pater Abraham *leuans oculos, vidit post se* (quia nondũ venerat, sed suo tempore venturus) *arietem* (animal innoxium præfigurabat innocens hoc lilium) *inter vepres* (blasphemias, maledicta, & spinas illas) *hærentem cornibus* (manus totumque corpus vinctum.) Sed & MARIA fuit *lilium inter spinas*, quia quæcunque spinæ filium, eædem matrem confixerunt, & lacerarunt, vulneribus cõdolentiæ & cõpassionis: & sicut filius spinas pertulit ac confregit: sic de matre veraciter semper prædicabitur, *cunctas hæreses interemisti.*

Versu 2. Rupertus.

Gen. 22. v. 13.

Maria lilium inter spinas.

Alanus ita scribit; *Campus* dicitur humana Christi natura. Sicut enim in campo florum pullulat varietas: sic in humana Christi natura virtutum pluralitas. In ea fuit viola humilitatis, patientiæ rosa, lilium castitatis. Huius campi *flos* fuit CHRISTVS, id est, decor, secundum diuinitatem: quia & ex virtute diuinitatis habuit in humana natura donorum plenitudinem. Eleganter autem humana CHRISTI natura per *campum* significatur, propter amplitudinem & planitiem: quia in eo nullus fuit scrupulus erroris. Vnde & de eodem dicitur: *Lilium conuallium.* Quia perfecta humilitas fuit in MARIA, & in humana CHRISTI natura, ideo persona virginis & humana natura verbi, *valles*, dicuntur propter eminentiam humilitatis; & non solùm *valles*, sed *conualles* ratione similitudinis, quia virgo specialiter CHRISTO fuit similis.

Alanus.

Guilhel

Guilhelmus ad partũ sine dolore retulit, nec malè. Dici vult non, *lilium spinarum*; sed *lilium inter spinas*, quia ex eo spinæ nec mollescũt, nec candescunt, sed magis horrescunt, & tamen simul exortæ non suffocant lilium. *Filias* vult vocari omnes alias ex Eua genitas; quæ *spinæ*, quia conceptum in libidine & pariunt in dolore. Quod enim dictum Euæ matri, *in dolore paries* [a], dictum & filiabus. Vnde veritas, *Mulier cum parit, tristitiam habet, quia venit hora eius* [b]. Sed virgo lilium, quia pariens gaudium & lætitiam habebat; & erat ei parienti, *in voce exsultationis & confessionis, quasi sonus epulantis* [c]. quia nihil in eam de maledictione matris Euæ transierat. peperit vt ceteræ; sed non in dolore, vt ceteræ: quia non in libidine concepit, vt ceteræ. Numerabatur virgo mater inter matres, (hoc est, *lilium inter spinas*) quando quotannis cum ceteris Ierosolymam ascendebat: sed tum singulæ illæ, quas pepererant spinas, secũ ducebant; sed hoc *lilium inter* illas *spinas* suum secum *lilium* adducebat. Quid parerent spinæ nisi spinas? corruptæ matres nisi puros homines & peccatores? at virgo mater peperit redemptorẽ, *Lilium* peperit *Lilium conuallium*; lilium virginitatis, lilium maiestatis; cuius candore tenebræ fugantur, cuius odore mortui suscitantur, cuius tactu leprosi mundantur, & omnes infirmi curuntur: *lilium*, quod filij spinarum *spinæ* pupugerunt, quando sacrato eius vertici coronam spineam imposuerunt. *Videbunt* suo tempore *in quem pupugerunt*, & experientur æquissimũ iudicem, quem iniquissimo iudicio addixerunt.] Alanus, *filias* intelligit diaboli, quia patri similes.

Guilhelmus.

a Gen. 3. v. 16.
b Ioã. 16. v. 21.
c Psal. 41. v. 5.

Maria sine dolore peperit, & cur.

ANAGOGE.

§. 5.

CHRISTVM florem campi & lilium conuallium, anima fidelis imitatur: quãdo de hac planicie & cãpo mundi huius, contemplatione munda assurgit; & ex hac vita ad cœlum migrans, iam expurgata vitiis, candida, & virtutibus odora, & charitate flagrans vt aurum ignitum, se hisce mundi spinis eripit, & quæ in generatione praua viuens non fuit suffocata, velut *lilium inter spinas*; aculeis peccatorum illæsa; vel sanata à punctoris, quas acceperat, suauem sponso cœlesti odorem fundit.

Aliter Honorius, cuius verba sunt: *Campus* scilicet terra inarata, est ordo virginũ in Ecclesia, cuius *flos* est CHRISTVS, quia eius delectatio, corona & præmium. *Conuallis* verò est ordo coniugatorum; inter virgines & continentes, quasi inter duos montes, sitorum; quorum est CHRISTVS *lilium*, scilicet candor & gaudium: & sicut *lilium* est *inter spinas* decore & odore; sic Ecclesia perfectorum est inter filias Ierusalẽ, id est, inter imperfectos, decore vitæ & odore doctrinæ. Perfecti dicũtur, quia omnia mũdana reliquerũt, dicente Domino; *Si vis perfectus esse, vende omnia quæ habes, & da pauperibus* [c]. Imperfecti dicuntur, qui adhuc mundo vtuntur, de quibus dicitur; *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur* [d].

Honorius.

c Matth. 19. v. 21.
d Ps. 138. v. 16.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO II.

CAP. II. SECTIO II.

VVLG. EDIT. | EDIT. LXX.

Vers.3. VERBA SPONSAE.

Sicut malus inter ligna silua-
rũ, sic dilectus meus in-
ter filios sub vmbra illius,
quem desideraueram, se-
di, & fructus eius dulcis
4. gutturi meo. * Introduxit
me in cellam vinariam,
ordinauit in me charita-
5. tem. * Fulcite me flori-
bus, stipate me malis: quia
6. amore lãgueo. * Læua eius
sub capite meo, & dextera
illius amplexabitur me.

Tanquam malũm in lignis siluarum: ita fraternus meus inter medium filiorum. In vmbra eius concupiui & sedi: & fructus eius dulcis faucibus meis. Introducite me in domum vini: ordinate in me charitatem: Confirmate me in vnguentis: stipate me in malis: quia vulnerata charitatis ego sum. Læua eius sub capite meo, & dextera eius amplectetur me.

LITTERA.

5. VERBA SPONSAE. Vers.3.

a Hailgrinus, & prior Angelomus.

חפרו

b infrà 7.5. & c.8.v.5.

c Cant. 4.v. 3. & 8.v.2.

d Ioel. 1. ver. 12.

רמון

Mala citria in deliciis habita.

MALVS) Origenis Homiliarum interpres Latinus (caue putes ab ipso positum Origene) ad vitandam vocis ambiguitatem, *Melum* pro *malo* ponere maluit. Aponius & post eum alij [a], restringũt ad malogranatum. Miror, cur hoc etiam in carmine nupero vir doctus reddiderit; cùm notissimum sit, Hebræis THAPHAH significare malum pomiferam illam communem cunctis regionibus, nó pomi speciem aliquam definitam aut certam [b], malogranatum verò S. S. vocat RIMMON [c]. & ne putes idem significare, à Ioële [d] distincta aperte inuenies; RIMMON, GAM-THAMAR, VE THAPHAH, *malogranatum, & palma, & malum.* Deinde punica non conuenit huic loco, flore inodoro, fronde parua & rara, ligno exiguo, nodoso, despicabili: melius conueniret medica malus seu citria, de qua dictum putat Ionath. Chaldæus: nam his omnibus dotibus, quæ desunt punicæ, præditam te Maro docebit 2. Georgicor. nec ignotum, citria siue Hesperidum mala in deliciis amatoriis numerari. testis pastor, qui aurea decem mala

mala miserat, eras altera missurus: testis Atalanta ab Hippomene tribus citriis superata. Verùm quid opus contrahere latam vocis significationem? sequendus potius consensus Hebræorum [a], & Græcorum [b], & Latinorũ [c]. Malus enim siue pomum symbolum fuit amoris, non tantùm Philostrato, Nicandro, Theocrito, Catullo, Propertio, Virgilio, & aliis Poëtis; quibus Amores nati sub malo, sub eãdem arbore lusitant, & amantes malis se petunt, ac donãt; sed etiam somniorũ interpretibus, quibus in somno visa poma fruitionẽ pollicentur, vt ingeniosè deliranti Artemidoro; & statuis, ac numismatibus, in quibus Dionis filia, vt fructũ amori sacrũ, malũ manu tenens, proponitur. *Lege Eustathiũ in li.8. Odyss. & Pierium lib.54. Hieroglyph.*

a Abenez ra, Iarchi, Kimchi.

b Orig. Theodo. & apud illum, Nili, Maximi, Pselli.

c Ambrosij, Cassiodori, Gregorij, Honorij, Guillelmi, Bernardi, Anselmi, Villerami, Haymonis, Asperti & Alcuini.

SVB VMBRA] hoc noster cum Symmacho, sed quod sequitur, id Symmach. cum LXX. nam vertit, *sub vmbra eius concupiui.*

QVEM DESIDER.] Aponius, Cassiodorus, Honor. Haym. & alij multi legunt; *Quam.* Sed eam lectionem D. Bernar. *in serm. de aquæductu in Natiuit. Mariæ*, reprehẽdit. Melior quidem est altera (*quem*) & probata Iusto, Gregorio, Bedæ, Alcuino: tamen haud multùm refert. quia in eandem sententiam id recidit, & Hebræa Græcaque non magis vni, quàm alteri lectioni fauent. sensus simplissimus est, sub vmbra eius cupij sedere, & degere; & sedi, & degi, vt cupiebam; libens sub ea versor.

IN CELLAM VINARIAM] ad verb. *in domum vini.* vt noster, sic etiam Symmachus, Minus autem cõsentaneè fonti Hebræo LXX. & Symmach. *Introducite.*

Vers. 4.

ORDINAVIT] sic rectè noster. minus rectè LXX. & Græci eos secuti, *ordinate*, & Symm. *accruate mihi charitatem*. & D. Ambros [d]. *Constituite me in dilectione vestra.* Hebræum à præcedenti dependet, ideò debet accipi eodem tempore & modo: ad verbum est; *Vexillum eius super me dilectio.* errat qui *sigillum* vertit: DEGEL, cum sex punctis significat vexillum. cur noster *ordinauit* verterit, mox dicam sequẽti §. Mercer. explicat, prætulit mihi tanquam vexillum amorem, quo me ad se attrahat; vt vexillo attrahuntur & congregantur milites, vt eò semper oculos conficiant.

d In Psal. 118. Serm. 5.

דגל

FLORIBVS] ASISOTH, per sin, volunt recentiores significare *lagenas*, seu phialas vini, ebriosam certè faciunt sponsam, & abusam vinaria cella. radix est ASAS, significat *fundare.* hinc ASIS fundamentum. ad verbum ergo est; *Fulcite me in fundamentis*; quod cum LXX. Symm. & D. Hieronymus aduerterent obscuriùs esse dictum, censuerunt loco *fundamentorum* in genere; reddendum sibi clariùs id, quod spõsa sibi, ne corrueret, fulcimenti loco petebat adhiberi cumq; id intelligeret procul dubiò aliquid deliciarũ amatoriarũ, & aptũ arcendis deliquijs animi (quibus crebrò sponsa laborabat) esse oportere; non malè LXX. verterunt *ἐν μήλοις*; quod Origenes viderunt duplici ꝓꝓ legisse, & putasse de myrrhæ arbore actum; alij de vnguentis accepere. Rectissimè noster vertit, *floribus*, de quibus proxima mentio fuerat, cum Symm. qui reddit: *reclinate me in flor.* sanè flores

Vers. 5. אשישות אשיש

Flores amoris fundamenti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt sequentium pomorum pignora. Quoniam tamen reuerà vocis Hebrææ significatio adhuc manet incomperta; ideirco noster interpres, pro necessitate materiæ, de qua disseritur, diuersimodè reddere consueuit, aliquando exprimit voce, *confundendi* [a], aliàs *latandi*, aliàs *similem oleo frixam* exponit [b], quin & *vinacia vuarum* [c], & hoc ipso loco ex D. Hieronymo patet quosdam vertisse, *olivas Sivar, œnanthinis*.

a Isai. 46. v. 8. & 16. 7.
b 2. Reg. 6. v. 18.
c Osee. 3. v. 1. רעי

STIPATE) apto vsus vocabulo. nam RAPHEDV, non tam significat, *consternere*; quod etiam parum conuenit: quàm *roborate*, vt confirmant L. x x. Ionathas, & Abenezra. Quidam ex Græcis exponunt; *circumdate*.

Vers. 6.

SVB CAPITE) ipse caput meum lapsabundum sustentat, ipse me arctissimè amplectitur. est robur meum, est amor meus. satiùs enunciando hæc, quàm orando explicantur.

Scitis Amebœum esse carmen, quo alternis respondent. nunc sponsa largiùs cum fœnore sponsum laudat. Ait, Lilio me comparasti, sed liliũ esu non gratum, nec vmbrã fessis præbet in æstu: tu MALVS ESINTER LIGNA SILVARVM. specie ego meliore, quàm adolescentulæ sociæ meæ: tu toto genere præstantior es ephœbis sodalibus tuis, qui tecum collati viuentis animæ videntur expertes, ac veluti securibus supernatæ trabes. Viua tu *malus* consita in hac mundi silua; si folium specto, densum virore coccineo; si florem, albo flauoque mixtus suaui rubet colore, odore inuitat, vmbra allicit; si fructum sumo, vtilis & iucundus est poculis dapibúsque. Ceteræ arbores licet attollant capita, vt abies; fronde luxurient, vt taxus; ramos pandant, vt quercus; flosculorum aliquid proferant, vt tiliæ quædam odore, quædam vmbra nocent, fructu carent omnes. TALIS ergo DILECTVS MEVS INTER FILIOS, ceteros homines. Quid ergo mirandum si, sicut iter facientes, cùm arboris *mali* amœnitatem intuentur, facilè inducuntur, vt sub ea meridientur? sic ego visa dilecti pulchritudine, & ignitis sermonibus accensa, & blanditiis muneribúsque pellecta, propiùs adire desideraui; & SVB VMBRA ILLIVS QVEM DESIDERAVERAM, vt eius suauitate perfruerer, audacior amore impellente, accessi, & SEDI; votis potita obtinui, quod cupiebam. Nam (vt rectè D. Cyrillus [d]) *sedere* significat firmitatem & constantiam: ideò hîc pro securè requiescere accepit D. Gregorius [e]. Quare, & FRVCTVS EIVS fuit DVLCIS GVTTVRI MEO. Non solùm optarat alloquium, sed & oscula & amplexus: igitur verborum quadam Metaphora pereleganti, significat se in collum sponsi loquentis ruisse, & oscula libasse. hæc enim sunt arboris mali poma, quæ palato gratissima decerpserat.

Malo cur sponsus assimiletur.

d In Osee c. vlt.
e Lib. 5. in 1. Reg. 4.

§. 2. VERBORVM SPONSAE MENS. *Malus arbor Christum designat.*

Sed pergamus ad medullam verborum. CHRISTVS omnium Patrum consensu est *malus*; per cuius florem odor fidei, per colorem virtutum variarum decus, per potum pretiosus in altari sanguis, per esum fructus viuifica caro in Eucharistiæ Sacramento est accipienda, cum

cum D Ambrosio [a], Philone, Psello, Anselmo, & Ruperto, sicut & Rabbini de suo veteri manna sunt interpretati.

a Lib. 8. epist. ad Irenæum 62. ceteris hic.

Per *ligna siluarum* intellige, non Angelos, vt Origenes [b]; siluarum enim nomen terris tantùm conuenit, vbi feræ perturbationum stabulant, vt optimè Nyssenus [c]: sed ipsos homines non quidem bonos tantùm, quod volunt Ambros. [d] Iustus, Apon. & Psellus, nec malos tantùm, quod volunt Nyssenus, Theodoretus, & Rupertus; sed malos simul ac bonos, cum Nilo & Maximo apud Theodoret. Philone, D. Gregorio Magno, & Honorio. Nónne siluestres arbores sunt, qui virtute propria nullum ex se possunt spiritalem fructum, salutarem & perfectum proferre? qui superbia tument, & per opinionis errorem sublimi cœlum pulsant vertice? qui duntaxat aculeos spinarum & verborum superflua folia parturiũt? qui fructus cassos operum sine mercedis æternæ merito gignunt? qui ramos profanæ sapientiæ, & externorum bonorum dilatant? quorũ poma glandes porcorum sunt: nónne siluæ quoque sunt ceteræ *arbores autumnales, eradicatæ, bis mortuæ*? solus sponsus est *lignũ vitæ*, de quo D. Ioannes in Apoc [e]. *plantatum iuxta riuos aquarum*, de quo Psalmista [f]. Addit Ecclesia se *mali* commoditatem auidè arripuisse.

b Hom. 3. sic etiam Iacob de Valent.
c Hom. 4.
d Serm. 3. in Ps. 118. alij hic.

Iud. v. 12.

e Apoc. 22. v. 2.
f Psal. 1. v. 3. nam de CHRISTO sensus est Literalis, vt ibi docebitur. Mosis lex « sui irritamentum con« cupiscentiæ. Honorius.

SVB VMBRA, &c. Primùm quidem Deus Ecclesiam veterẽ, per Arabię desertа, cum Mose peregrinantem, à diurno æstu, nube protegebat, & lege per Mosem data, quasi cibabat: sed lex ista spiritualem famem non sustulit, quin etiam ardor concupiscentiæ ac vitiorũ, ipsa prohibitione magis accendebatur. fuit ergo opus alia *vmbra* & alius cibus, quem breuiter his verbis Honorius proposuit; Similitudo est ab illo, qui onus in æstu portat, & in vmbram arboris festinat. *Vmbra* fit ex corpore & luce, & est irinerãtium refrigerium ab æstu, & protectio à tempestate: *arbor vitæ* scilicet *malus*, est sancta crux, *fructus* eius CHRISTVS; *vmbra*, tutela vel refrigerium humani generis, quod graui onere peccatorum per æstum concupiscentiæ premebatur. constabat vmbra illa ex luce diuinitatis, & corpore opaco humanitatis. sub hac vmbra sedit Ecclesia, quãdo in fide CHRISTI requieuit.] Hanc vmbram poscebat Dauid [g]; *sub vmbra alarum tuarum protege me*; hanc Ieremias [h], *In vmbra tua viuemus in gentibus*: hanc Osee [i], *Conuertentur sedentes in vmbra eius*; quod de CHRISTO illic optimè Chaldæus Paraphrastes. Subdit Honorius, *fructum* huius arboris esse doctrinam Euangelicam; *guttur* Doctores Ecclesiæ: quibus hic *fructus* est *dulcis*, quando spiritualem doctrinam recipiunt discendo, & suauiter in alios docendo effundunt. consentiunt plerique Patres huic expositioni [k].

g Psal. 16. v. 8.
h Thren. 4. v. 20.
i Osee 14. v. 8.

De *vmbra* verò B. Greg. optimè disseruit, plures quidem vmbræ significationes adducens, sed huic loco incarnationem Domini accommodans, sub cuius protectione ab æstu desideriorũ carnalium sponsa requieuerit [l]. Cassiod. *vmbrã* exponit diuinitatis protectionẽ. Absaló autẽ *ser. 22.* ignominiam passionis, & *fructũ*, charismata Spiritus sancti. Sub vmbra, inquam, ILLIVS, arboris pomiferæ non

k Orig. hom. poster. Psalt. 6. & quoad hoc vltimum Apon. & Philo.
l Lib. 35. Moral. c. 5. in prin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sub taxis hæreticorum, non sub ilicibus Iudæorum, non sub sterilibus platanis philosophorum, non sub lucis obscuris idolorum: sed *sub vmbrâ* arboris *illius, quem desideraueram*; sperabam enim suauissimum gustu fore, nec fefellit opinio.

Eucharistia fructus est gutturi dulcis.

ET FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO. Potes accipere de prædicatione Euangelij, cum Philone & Aponio; vel de contemplatione diuinitatis, cum D. Gregorio, Cassiodoro, Bernardo, Haimone & plerisque; vel, quod maximè arridet, vt dixi, de ipsa CHRISTI Domini viuifica carne in Eucharistiæ Sacramento. statim enim subdit, non tantùm famem sedatam à sponso, pretioso scilicet hoc cibo; sed & sitim extinctam, vtique calice salutari Eucharistico: Quoniam hoc indicat dicens:

Vers. 4.

INTRODVXIT ME REX IN CELLAM VINARIAM] Duæ meliores hoc loco interpretationes occurrunt. Vna de fidelium congregatione in festo Pentecostes, quæ tum adeò fuit replera musto Spiritus sancti, vt ebria meraciore vino crederetur æstuare [a]: hæc est Iusti Orgelitani, & D. Bern. altera est de sanguine Dominico, quã insinuant D. Nyssen. & Psellus, & Paschasius Radbertus [b], hanc sequor & explico; ipsemet Rex sponsus *me introduxit* in apothecam vini: hoc est, iussit introire ad altare Dei, & illic sumere calicem salutaris Domini, qui Deum lætificat, qui hominem viuificat: sic provinea, quam dereliqui, cellaria melioris nectaris sum adepta.

a *Act. 2. Iustus Orgel. h. D. Bern. ser. 49.*
b *Lib. de Eucharist. c. 11.*

Rupertus.

» Non potui prætermittere Ruperti verba; Malus fructus, imò ma-
» lus morsus, quo Adam per Euam vitam perdidit, & mortẽ inuenit:
Eucharistia verum Christi corpus continet, etsi non videatur.
Matth. 26. & 1. Cor. 11.
» bonus *fructus* quo genus humanũ per MARIAM mortẽ perdidit, &
» vitã inuenit, vbi tempus venit huiusce modi fructus edendi: *accipiens*
» *panem, & vinum, & benedicens; Accipite*, inquit, *& comedite, Hoc est*
» *corpus meum. Accipite & bibite, Hic est sanguis meus.* Non vidistis ibi
» carnis & sanguinis speciẽ; profectò nec Eua videbat promissam sibi à
Gen. 3. v. 4.
» serpente Dei similitudinem. Attamen illa credidit, quod nõ videbat,
» serpenti dicẽti, *Nequaquam moriemini, sed eritis sicut Dij*; magis quàm
» Deo dicenti, *morte moriemini, in quocunque die ex eo comederitis.* Plus,
» inquam, serpenti, quàm Deo credidit. Iusta ergo lege, vt expietur iste
» reatus malæ credulitatis, exigitur fides: vt credatis, quod non vide-
» tis. credatis, inquã, Deo dicenti; *Hoc est corpus, & Hic est sanguis*: ma-
» gis quàm serpẽti, qui per hæreticos dicit, *Nõ est caro, nõ est sanguis, &c.*]

Alanus.

» Alanus etiam per *ligna siluarum*, hæreticos intelligit. Ligna siluarũ
» porcos (inquit) priùs, quàm homines pascunt, quia diabolus cum
» membris suis (scilicet hæreticis) immundas animas per immunda
» desideria pascit; aliter CHRISTVS, qui pascit carne sua benedi-
» cta & sanguinis viuifici latice.]

Charitas tessera filiorum Dei.

Effectus autem huius poculi quis fuerit scire vultis? ORDINAVIT IN ME CHARITATEM] quemadmodum milites in periculo ad suum sese vexillum recipiunt; sic quotquot in Ecclesia militant, ad vnam charitatẽ omnes cõfluant, necesse est: quia hac velut tessera filij Dei à cæteris dignoscuntur: & Deus tunc nos suæ militiæ aseripsit, quando

quando *charitatem in cordibus nostris diffudit* *. Quisquis hoc vexillum repudiat, & mortuam fidem sequi mauult, transfuga est, infidelis est. hoc nobis Hebræa verba significant. Noster loco vexilli, *ordines militum*, licet obscurè, substituit. nam *ordinauit in me char.* non aliud est, quàm si dixisset, statuit me sub vexillo charitatis, iussit me in hoc ordine militare. Rectè verò, sicut & Lxx. vsus fuit verbo *ordinandi*; tum quia (vt ait D. August [a].) nihil est aliud perfecta & vera virtus, quàm ordo amoris: tum quia sponsa his verbis hoc voluit; non sum suaui illo nectare dementata, non ebullit in me concupiscentia, non agor in furorem, aut vagor bacchabunda; sed probè mihi consto, sobrius est amor meus, & rerum personarúmque, quam oportet æstimationem, & dispositiones, ordinémq; plenè teneo: quia sequor charitatem quasi cynosuram. hæc semper ordinata est, nõ minùs quàm acies instructa suis vexillationibus. sic enim charitas primo loco Deum collocat, se secundo, tertio proximos, & hos ipsos quosdam in principiis, quosdam in media acie, quosdam in agmine extremo. hæc plurimorum sententia [b]: inter quos paucis versibus VVilleramus.

Rom. 5. v. 5.

Ordinare charitatem quid sit.

a *Lib. 22. de ciu. Dei, c. 22.*

b *Sic Aug. si modò auctor, lib. de solit. dilect. c. 4. & 5. Fulgentius lib. 1. ad Petronium c. 20. Nyssen. Apon. & Honor. & alij hic. Willeramus.*

In vini plenam me Rex ducens apothecam
Ordine mox duplicis clemens instruxit amoris.
Dicta nouæ legis promulgans gratia legis,
Quo sit amore Deus docuit, vel frater amandus.
Ordo sed his rebus subtilior est adhibendus,
Ordinis hæc virtus & lex erit: vt sit amandus
Tota mente Deus, totis voti speciebus,
Viribus & totis: fraterni rursus amoris
Ordo tenendus erit, venerari quippe docebit
Maiores natu, vel canos sensibus; actu
Vi non solus amor, sed honor, reuerentia maior
Impendatur eis: dilectio libera cunctis,
Non dubitans ipsos gratanter amare inimicos.

In hoc ergo ordine, in hac amoris vexillatione stationem suam ne deserere virium imbecillitate cogatur, subiungit auxilij petitionem. FVLCITE ME FLORIBVS, STIPATE ME MALIS, QVIA AMORE LANG. Aueo (inquit) in hoc ordine gradum figere, & iam oculis animóque meo sic amoris, quod sponsus exrulit vexillum, obuersatur, & crescit in oras dilectio; vt iã nec gaudij magnitudinem, nec amoris vehementiã ferã; nihilque mihi penè vigoris supersit. nescio quid omnes miseræ mihi sensus eripiat, genæ pallent, tintinant aures, nutat caput, cor palpitat, genua labant, oculi nocte teguntur, linquor animo, deficio, collabor. venite suppetias. accurrite fidi comites sponsi, flores & poma labanti admouete; quorũ fragrantia spiritũ resumã, aggestu verò, quasi thoro & ceruicalibus, erigar, & sustenter erecta. Sic languere cœpit Ecclesia postquam IESVS instituto in

Vers. 5.

Amoris vehementia quid faciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ea venerabili Sacramento corporis & sanguinis sui, Spiritum sanctum misit; qui corda incredibili ardore charitatis & martyrij, & feruenti zelo quàm plurimos alios secum ad æternam gloriam perducendi inflāmauit. Hinc enim illa medullitùs erūpentia, *Cupio dissolui* „ *& esse cum Christo* [a]. *Quis me liberabit de corpore mortis huius* [b]? *Viuo ego,* „ *iam non ego, viuit autem in me* CHRISTVS [c]. *Tu scis Domine quia amo te* [d]: & infinita talia in S.S. similem quoq; languorem, & flammiuomum desiderium spirantia multa reperias, apud D. Chrys. D. August. D. Greg [e]. & alios Patres.

a Phil. 1. v. 23.
b Rom. 7. v. 24.
c Gal. 2. v. 20.
d Ioan. 21. v. 17.
e Chrys. hom. de turture, to. 5. Augu. Soliloq. cap. 1. Greg. lib. 2. in Ezech. c. 15.

Flores quibus petit fulciri sunt exempla CHRISTI & Sanctorum, vt benè Apon. ac Beda. *Poma* sunt preces Sanctorum, suauissimi coram Deo odoris, quibus in hoc mūdo Ecclesia se petit sustentari. Sic Origē. *hom.* 3. pro Lāgueo LXX. & Sym. *Vulnerata sum*, & pro *amore*, Symmach. φίλτρῳ. quæ cuncta eodem recidunt. Philo Carpath. hoc loco mutilus est, quantum coniicio, & posita pars commentarij fuit pro textu Cant. vel ex qua versione id hauserit, nescio: nam exhibet; *sepelite me in numero iustorum*, quod immane quantum ab Heb. Chald. Græc. recedit. sed ad rem. Sagitta hæc electa, CHRISTVS est saucians corda vulnere diligentis, meliore cunctis oculis odientium. *vide D. Ambros. ser. 5. & 15. in Ps. 118.* Quo verò pacto Dei amor vulneret, simúlque perficiat ac sanet, docebit vos expertus haud dubiè D. Thom. 1. p. q. 28. art. 5.

Amor Dei quomodo vulneret.

Cùm hæc à sodalibus sponsa petiisset, animaduertit ea quidé profutura, sed animum nequaquam satiatura, nec penitus flammas extinctura. Conuertitur ergo ad ipsum sponsum præsentem, & amatoriè tertia vtitur persona, *eius & illius*; & ruens in castos amplexus, ipso facto indicat, quid illum facere velit, dum ait; LÆVA EIVS SVB CAPITE MEO, ET DEXT. ILLIVS AMPLEXAB. ME. q.d. quid ista postulo? ille ipse manum porrigat oportet, & *læua* quidem caput defectum attollat, *dextra* verò corpus languidum ac tremens amplexando sustentet, sicque mihi totus circumfundatur. subauditur enim priore loco verbum *collocetur*; posteriore futurum positum pro optatiuo *amplexetur*. Hoc nimirum illud est, quod petit Ecclesia à sponso suo, qua Deus est, vbique præsenti, vt vicissim ipsam complectatur: se quidem vt hederam pallidulam malo arbori circum repere, & ideo ab illo foueri & sustolli cupere: *Læua* consoletur, dextera defendat. Læua medeatur & iustificet, dextra saluet & beatificet, & vndique sic bonis suis circumplectatur [f], vt Symm. vertit περιπλακήσεται.

Versu 6.

f Sic D. Ber. serm. 4. in vigil. natiuit. g Sic Augu. in Ps. 120. Orig. hom. posteriore, Nyss. in Phil. Iust. Beda, Rupert. Haym. Angelom. Willeram. hic.

Potes etiam per *sinistram* intelligere, gloriam & diuitias charismatum spiritualium, quibus in hac vita, sed ad tempus, sancti ditantur; per *dexteram* verò æternam beatitudinem, qua in altera vita cumulantur [g]. Probatur hæc interpretatio verbis Dauidis; *Delectationes in dextera tua vsque in finem**: & Salomonis [h], *Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria.*

* Ps. 15. v. 11.
h Prou. 3. v. 17.

TROPO

TROPOLOGIA.

RDIAMVR ab antiquissimo. D. Nyssenus [a] docet *siluam* more S.S. hîc appellari vitam hominum rebus crassis inhærentem, in qua variæ morborum animi species mirificè silueſcunt; in qua pernicioſæ belluæ, quasi in quibusdam lustris occuluntur. hæc animalia sunt animæ vitia, & fouentur vigentque in tenebris ignorantiæ: sicut illa, sunt lucifuga, & nocturno tēpore prodeunt ex latibulis suis (*facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ terræ*) [b] sole verò exorto se occulunt, *& in cubilibus suis collocabuntur* [c]. in hac silua nutritus aper, egregiam naturæ humanæ vineam vastarat [d]; ideò, quæ fuit Dei clementia, voluit nasci in medio huius siluæ *malum* arborem, quæ materia quidem cum lignis siluarum conueniret; veram enim assumit humanitatem, & *per omnia assimilatus est fratribus, excepto peccato* [e]: sed fructus præstantia multis partibus superaret: & maius esset discrimen inter *malum* & reliqua ligna, quàm inter spinas & lilium. nam *lilium* fragrantia tantùm *spinas* superat: *malus* verò *siluas* colore, odore, sapore. sic illud tantùm vni prodest sensui odoratus, ista verò gustui quoque & oculis. Hoc pacto anima virtutibus ornata tantùm sit *flos*, sed sponsus *pomum* fuit, colore oculos delectat, & per fragrantiam reficit odoratum, & pro cibo sumptum suauiter afficit palatum. Nimirum oculis gratiam tribuit, quia *lux* est; odoratui prodest, quia *vnguentum* est; & vescentibus est *vita*, quia *cibus* est, de quo qui vescitur *viuit in æternum* [f]. *lilium* non est esui, non alit agricolam, sed se tantùm exornat. quia Deus *bonorum nostrorum non eget* [g]. contrà sponsus est arbor *malus*; quoniam omnes eius gratia egemus, vt cœlestis agricola agrestes ramos siluæ florenti malo inserens, nos simili faciat opimos pomorum prouentu.

a Serm. 4. Nyssenus. §. 3.
b Psa. 103. v. 20.
c Ibid. v. 22.
d Ps. 79. v. 14.
e Heb. 2. v. 17.
f Ioan. 6. v. 51.
g Ps. 15. v. 1.

Christus pomum fuit.

In solo CHRISTO (ait Gregorius Papa) cibum salutis quoties quærimus inuenimus: in eius verbis & exemplis animas nostras fructu suaui, & salubri reficimus. Ipse est quippe *lignum vitæ*, quam nobis tribuit. Ipse est, qui dum nobis semetipsum inspirat, animum pascit. In cæteris verò si quid refocillationis inuenimus, non quod illorum est, sed quod CHRISTI est, ab illis sumimus, quia quicquid in eis præter Deum est, mortiferum nobis proculdubio inuenimus.]

Gregorius.

Christus lignū vitæ.

Nónne meritò *sub* arboris huius *vmbra sedit*? Genus humanum (*sic Honorius*) quod per esum *ligni scientiæ boni & mali** paradisum amiserat, graue onus peccatorum in æstu vitiorum portabat, quod deorsum in præcipitium tormentorum trahebat. & ideo ad arborem vitæ (IESVM CRVCIFIXVM) festinabat.

Honorius.
* Gen. 3. 18.

Quis (*ait Guilhelm.*) posset sustinere solem iustitiæ nudū? quis non consumeretur ardentibus radiis eius? de quo Isaias; *Ardens furor eius & grauis ad portandum.* Et Dauid, *Si iniquitates obseruaueris, Domine, Domine quis sustinebit?* Assūpsit ergo sol iustitię hominē mediatorem,

Guilhelmus.
Isa. 30. v. 27.
Ps. 129. v. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» & ita ex cõiunctione solis,& humani corporis facta est vmbra;quam
» desiderabat,qui dicebat, *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira*
» *tua corripias me.* Et alibi: *Non intres in iudicium cum seruo tuo,quia non*
» *iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.* Denique quasi iam exaudi-
» tus, & vmbram illiam adeptus; *Domine virtus salutis meæ, obumbrasti*
» *super caput meum in die belli.* Planè *misericordia non iudicium* positis
» sub vmbra ista, sed extra vmbrã istã positis *iudicium sine misericordia*.

*Psalm.6.
Psalm.142.
Psalm.139.
*Iac.2.v.13.

Soli autem sub vmbra sunt, qui & credunt incarnationis & redemptionis mysterio, & fidem hanc operibus contestantur. hoc refrigerium anima nunc quærebat cum affectu. Necesse enim est, si aliquid conamur, vt assequamur,cupiditas quædam ad hoc animum excitet. ideò nobis data est facultas, qua concupiscimus. Ideò ait, *quem desideraueram.* cuius pulchritudo rapit oculum, cuius fragrantiam nares auidè attrahũt, cuius vmbra æstum animæ temperat;dum

Vmbra incarnationis mysterium denotat.
Nyssenus.

Gregorius.

» sub ea sedet,& arboris fructu sedens pacatè vescitur:vmbra hæc omnem tentationum feruorem temperat,& dum aura inspirationis suauiter mentem tangit, quicquid noxij caloris sustinebat, expellit;& quam iam forsitan nimius vitiorum æstus marcidam fecerat, vmbra Spiritus sancti protegens recreat:vt dum in eius inspiratione sedens pausat,vires colligat,quibus fructum ipsum decerpere valeat.]

Fructus sunt innumeræ vtilitates, quas ex Sacro sanctæ Eucharistiæ debita & pia sumptione piorum animæ percipiunt. Quàm suauis putas fructus iste gutturi animæ? hoc testatur dicens, Et; ideò quia desideratissimus, quia vera vita vitalis,quia exhibet omnem quem volo, suauitatis saporem; sicut olim panis ille Angelorum FRVCTVS EIVS DVLCIS GVTTVRI MEO;supra mel & fauũ,& præ cuius dulcedine mens sana cunctas mundi voluptates cõtemnit.

Eucharistiæ fructus desiderantissimus.

Honorius.

» Aliter Honorius,nempe; *Dilectus* est inter filios, sicut *malus* inter
» ligna siluarum; quando CHRISTVS per dilectionem est inter claustrales filios Ecclesiæ,obumbrans eos à vitiis,& corpore suo eos refi-
» ciens. *Sub vmbra illius* fidelis anima sedet, dum æstum sæcularis vitæ
» declinans, in requie spiritalis vitæ refrigerari desiderat: cuius *fructus est dulcis gutturi suo*,dum vel claustralis religio ei placet, vel cor-
» pus Domini in palato eius sapit,per quod se saluatam intelligit.]

Allecta tam dulci cibo anima feruentiùs amat,& sitit acriùs. Multa quidem consecuta,eorum,quæ retrò liquit,oblita,semper ad anteriora se extendens,adhuc sitit:imò tanta est (*ait Nyssenus*) sitis vehementia,vt crater ei sapientiæ non sufficiat, neq; satis esse ad sitim extinguendam existimet,etiã si pleno se auro proluat:sed ipsa in *vini dolium* velit *introduci*,& *torcularibus* os apprimere, quæ abundanter vinum illud suaue infundant; ac videre *botrum*, qui in torcularibus expressus, *vitem*,quæ racemum talem protulit, cultorem quoq; qui tam pinguem, ac dulcem cultura sua effecerit.] omnia hæc Nyssenus de venerabilis Eucharistiæ digna perceptione; & addit propter hæc, & huiusmodi animam cupere in ipsam apothecam vini intromitti;quia & potitam se votis canit.

Nyssenus.

INTRO-

INTRODVXIT ME REX IN CELLAM VINARIAM, in Catholicam Ecclesiam,vbi hoc vinum duntaxat reperitur;alibi, *Fel draconum vinum eorum* [a];vt in cœnis prophanis Caluinistarum. In Catholica quoque sola est vera S.S.intelligẽtia,& hoc vinum bibit anima,quando illi à Deo sensus aperitur,vt S.S.intelligat.Quoddam est vinum malè inebrians, quod Noëmum ludibrio filij exposuit; quo veterum inebriari, vinum *in quo est luxuria* [b], & de quo Apostolus, *ebriosi regnum Dei non possidebunt* [c]; & de quo Esaias [d],*Væ qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* In hanc cellam non inducitur sponsa.

a Deuter.32. v.33.
b Eph.5.v. 18.
c 1. Cor.6.v. 10.
d Esa.5.v. 22.

Vinũ aliud est quod est in cella Dei,quod Guilhelm.exponit,charitatẽ.hoc vino dicit nihil castius,sapidius,calidius;castius,quia quo magis bibitur,eo magis extinguit sitim cõcupiscentię.sapidius,quia præbet gustum, *quàm suauis sit dominus* [e], & ideò *lætificat cor hominis* [f]. calidius,quia velut ignis mentes piorũ inflammat,renes vrit & corda, potenter inebriat animam,& vsque ad obliuionem sui inducit, planè tales ebriosi regnum Dei possidebunt.Hoc vino potatam sponsus adhuc alio cumulauit beneficio, (ORDINAVIT IN ME CHARITATEM)ne non vt oportet amaret,docuit eam, quomodo in primis Deũ diligere debeat,toto pectore,animo,facultate,sensu;proximũ vt seipsum;vxorem,si quis animo præditus est puriore,vti CHRISTVS Ecclesiam;sin est affectionibus animi aliquantũ obnoxius,vti corpus proprium:deniq; & hostem,eatenus vt malum malo non repẽdatur, sed cum iniuria beneficium commutetur.] Deinde intelligens,quàm necessaria sit ordinis huius obseruantia, & quàm facilis perturbatio, rogat præterea sibi concedi constantiam & perseuerantiam.

Guilhelmus. Vinũ est charitas.
e Ps.33.v 9.
f Psal.103.v. 15.

FVLCITE ME FLORIBVS] ô columnas admirabiles! ô noua fulcra! quomodo flores columnæ fiunt, quomodo queunt retinere nutantem? quidni sustineant,nexa lacertis fortissimorum athletarum,& Gigantum,quorum robur inexpugnabile fuit;quidni sint columnæ, & quidem adamantinæ,quę durationę sunt æternæ,celsitate cœlum, altitudine inferno terribiles ad Tartara vsque penetrarunt? nam hæc negari nequeunt de exemplis CHRISTI & Sanctorum. hi flores illi, quibus se anima petit fulciri.

Versio 5.

STIPATE ME MALIS] non vult ædificare super fundamento CHRISTI *lignum*,non *fœnum*,non *stipulam*,quia hæc ignis absumet; sed poma suauissima,nempe suffragia & preces sanctorum, quæ scit eo vsque attolli,vt cœlos penetrent, tam esse odorata, vt thymiamatis [h] nomine S.S.appellet;tam esse efficacia, vt Deo manum ligent, & quasi vim faciant.Nisi sic stipetur,sic fulciatur; meritò diffidit viribus suis.Mirè oculatus est amor, plenus timore, & magis anxius, quò profundiùs cordi inhæret.Ideò hoc de se testatur.

g 1. Cor. 3.v. 12.
h Apoc.5.v. 8.
Amor mirè oculatus est.

QVIA AMORE LANGVEO:vulnerata erat, confixa sagitta electa.Sagittarius est Deus,quia sagittarius est charitas, *& Deus charitas est.* * Sagitta verò Dei vnigena CHRISTVS,quem Esai. vocat *sagittam electam* [i].Quisquis diligit Deum,sagitta hæc in corde eius hęret,

* 1. Ioan.4. v.16.
i Esai. 49.v. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

& sagittarius sagittam sequitur,& ambo manent cum amante. sagitta hæc ignita est, æstum inducit & languorem, sed languorem salubrem, languorem vitalẽ; quo quis sibi moritur, vt CHRISTO viuat.

Guilhelmus. In amore Dei qui plus proficit, plus à se diuellitur.

» Nam (vt bene Guilhelmus) *languor* iste intelligitur etiam defectus » suimet ipsius ad sẽ. Quantum quis proficit in amore Dei, & quanto » quis propiùs accedit ad Deum, tanto plus deficit in amore sui,& tanto longiùs à se diuellitur. ideò quo quis in Deo validior, in se est languidior, quo quis plus amat Deum, hoc se ipsum magis contemnit. Planè languebat anima quæ præ amore cœlestis sponsi à sui amore deficiebat, iam non diligens se ipsam, nisi in Deo & propter Deum, & ob nihil præter Deum.

Nyssenus.

» O præclarum vulnus! exclamat quidam vulneratus, ô dulcem plagam, per quam vita ad interiora penetrat, quasi quoddam ostium sibi aperiens ipsa diuisione! Per hanc rimam futura iam gaudia inspectãs ea præsumebat. LÆVA EIVS, aiens, SVB CAP. MEO, ET DEXTRA ILL. AMPLEX. ME,] vnde nosti ô anima amore ictа? sagittam considero, qua icta fui. similis illa patri sagittario, alæ eius brachia sunt, sicut sagittarius, læua arcum tenens, dextra sagittam emittens, me vulnerauit; sic ipsa sagitta electa, & dilecta dilectam, & electam inuadens, brachiis innodabit. nihil eorum mihi deesse patietur, quæ decori aut saluti commoda intelliget. Ego langueo, ille fouebit; ego æstuo, ille refrigerabit; ego iam me linqui animo, & dulci sopore sentio occupari, ille somnum ipsum obseruabit, & defectæ curam geret. Amoris eius arrabone accepto, spem præcipio firmiorem.

Vers. 6.

§. 4.

MIXTA INTERPRETATIO, DE DEIPARA.

Versu 3. B. V. in cælo qualis sit.

HONORIVS *in sigillo*, Anagogen de Deipara tradit hoc modo; sicut *malus inter ligna siluarum*, sic CHRISTVS fuit inter omnes Prophetas & Apostolos, MARIÆ obumbrans, Spiritu sancto eam ab omni carnali » delectatione præseruante; *Sub vmbra illius quem desi-* » *deraueram sedi*, hoc est, in requiem ad visionem eius iam veni, vbi » pulchritudinem eius sol & luna mirantur. *Fructus eius dulcis gutturi* » *meo*. id est, gloria eius dulcis est animæ meæ. hanc enim nunc conspi- » cio, quia *introduxit me Rex gloriæ in cellam vinariam*, id est, in cœlestem Ierusalem. ibi *ordinauit in me charitatem*, vt quem priùs vt filium, nunc diligam vt Dominum. *Fulcite me floribus, stipate me malis*: per flores innocentes, & per malos arbores domesticas alij sancti intelliguntur. Ab innocentibus ipsa innocens exaltatur, à sanctis ipsa sanctior

Vers. 4. Vers. 5.

sanctior glorificatur; quia *amore languet*, quia in Deum iugiter prospicere desiderat. *Læua eius sub capite meo, & dext. ill. ampl. me*, cœlestia & terrestria me magnificabunt.]

Vers. 6.

Sed longè acutiùs & subtiliùs ad Deiparam adhuc in viuis degentem, ista traduxit Rupertus, in hanc sententiam; *malum* esse CHRISTVM Dominum, *fructum* eius conuiuium corporis & sanguinis Dominici. Huius *vmbram* potissimùm suauẽ fuisse matri, quam cum amore spiritus etiã carnis natura ad eum trahebat. *Introductionem* illã refert ad conuiuium in nuptiis Canæ Galileæ [a], ibi se innuisse Spiritu planè quid altiùs, quàm quod verba sonabant. Indicasse namque quod in toto mundo defecisset vinum incorruptionis animarum, & immortalitatis corporum. Tum illi filium respondisse, *Quid mihi & tibi mulier*, & his verbis se *introductam* à filio *in cellam vinariam*, quia eã intelligere sic fecit, se ad hoc venisse, vt humani generis aquaticam infirmitatem in suum vinum, hoc est, in suæ immortalitatis conuerteret fortitudinem. simul etiam *ordinasse in ea charitatem*, quia docuit opus Dei maternæ affectioni præponendum, & ideò vt iusti doloris gladium in mente portaret, non tamen auerti propositum Dei cuperet, prouenturum ei ad gloriam, & honorem, & humano generi ad perpetuam salutem. Sic ordinata erat charitas in Deipara, quia etsi optasset, vt non moreretur talis dilectus, huic tamen voto maiorem Dei gloriam, & humani generis salutem præferebat. Non sic Petrus, & ideò audiuit [b], *Abi post me Satana*: quia non erat in eo charitas ordinata. Hoc ordinato amore *vulneratam* Deiparam addit Rupertus, cùm iam filius post passionem, sepultutam, resurrectionémque in cœlum ascendisset, petere à fidelibus, quia desiderio dissolutionis à corpore, & *amore languerat*, propter filij absentiam; vt consolationis loco eam *fulciant floribus* rectæ & sinceræ fidei; & *stipent malis* bonorum operũ, & *fructuum* vitæ æternæ. Sic enim posse hoc desiderium, & languorem leniri ac sanari, quia salus animarum illi summum adlatura sit gaudium. Interea enim dum differtur, hanc esse *lauam* filij sub *capite* suo, si videat promissa filij impleri, & gratiam Spiritus sancti in fidelibus vacuam non esse; postea quoque *dexteram* eius matrem amplexuram, hoc est, æterna gloria totam se circumdandam, cùm de præsenti sæculo in cœlũ fuerit assumpta.] Hæc Rupertus.

Vers. 3.

Guilhelmus.

Vers. 4. a Ioan. 2.

In conuiuio B. V. quid pertinet.

Vers. 5. Matth. 16.

Vers. 6.

Sed nisi valdè fallor altiùs adhuc in Deiparæ laudes, & vnigeniti Dei, deuotissimus vtriusque, Guilhelm. subuolauit. Nam volens hæc narrari sodalibus sponsæ, primò censet dici, *Dilectus meus*, & non *dilectus noster*, quia loquitur ad animas adhuc imperfectas, adolescentulas, quæ cùm sint adhuc delicatæ & paruulæ, tam tepidè diligunt, vt respectu spõsæ excellenter diligentis, potius non diligere videantur. Itaque cùm sicut nec stellarum igniculi soli, ita nec parua illa scintilla cum ingenti flamma sponsę potuerit collucere; meritò dixit, *dilectus meus*. Deinde considerat illud *inter filios hominum*; esse vnum ex filiis hominũ, quia *os ex ossibus Adæ, & caro ex carne Adæ* [*]; sed non esse vnũ sicut quilibet filij hominũ; quia nõ masculus & fœmina homines

Guilhelmus. Vers. 3.

Christus est vnus ex filijs hominum, non quilibet.

[*] Gen. 2. v. 23.

P

Universidad de Deusto Biblioteca

» mines eum genuerũt, sed intactæ vterus virginis eum fudit. Illos es-
» se filios hominum *in quibus non est salus* [a];hunc esse filium Dei & ho-
» minis, & ideò filium hominis in quo est salus, iuxta illud Prophe-
» tæ [b]; *Domini est salus*.Hic est,*sicut malus inter ligna siluarum*,hoc est,si-
» cut arbor fructifera inter ligna infructuosa, *non enim est aliud nomen*
» *sub cœlo datum hominibus,in quo oporteat nos saluos fieri* [c]. Ideo *maledi-*
» *ctus qui confidit in homine* [d], nempe homine tantùm, sed benedictus
» qui confidit in filio hominis,quia homo & Deus. *accipiet benedictio-*
» *nem à Domino,& misericordiam à Deo salutari suo* [e]. Testis hoc loco est
» Deipara, quæ spem ponebat in vmbra filij sui, quia sic ratiocinaba-
» tur,*malus* est dilectus meus,*fructum* simul præstans & *vmbram*; fru-
» ctum ad pastum, vmbram contra æstum: fructum ad refectionem,
» vmbram ad pausationem. Lignum vitæ est, salubriter viuitur de
» fructu,securè pausatur sub vmbra, *per diem sol non vret* [f] pausantem,
» *neque luna per noctem:&, qui ederit de fructu eius,viuet in æternum. Quis*
» *est homo,qui vult vitam, & dies videre bonos*? *declina* ad lignum vitæ &
» viues ex eo. *declina à malo* [g] fugiendo sub vmbra eius; *& fac bonum*
» edendo de fructu eius.

a Psal.145. v.3.
b Psal.3.v.9.
c Act. 4. v.12.
d Ierem.17. v.5.
e Psal.13.v.5.
f Psal.120. v.6.
g Psa. 36. v.27.

» Nulli tam desideratus fuit hic fructus, quàm piæ matri. nam hæc
» perfectè diligebat, quod autem perfectè diligitur,nunquam satis ha-
» betur;sed vt perpetuò possideatur,semper desideratur.Ideo etsi quod
» desiderarat,habebat, quia *sub eius vmbra* sedebat; tamen adhuc etiam
» desiderabat. Lucis ad corpus accessũ vmbra gignitur: lux diuina hu-
» mano se corpori in virgine vniuit, & sic vmbram produxit densam
» & caliginosam, venerabile & inscrutabile mysterium incarnationis.
» In hac vmbra soli humanitati Christi sedere datum;quæ quo secre-
» tior,hoc sacratior,& quo sacratior, hoc secretior:sub ea tamen sede-
» re peculiari priuilegio datum,cui dictum ab angelo [h], *virtus altissimi*
» *obumbrabit tibi*: ceteri quantalibet sanctitate præfulgeant, caliginem
» vmbræ huius procul intuẽtur,diuinum quidem mysterium summitta-
» tis capitibus humiliter venerantes, sed ad eius scrutationem pro-
» piùs accedere formidantes. Legitur Moses olim [i] pio ausu accessisse
» ad caliginem, in qua erat Deus, ceteris procul stantibus. Verùm hic
» ipse quoque cum ceteris procul staret,nec auderet vel posset accede-
» re ad caliginem vmbræ huius,in qua est VERBVM *caro factum*,& sub
» qua matri sedere singulariter concessum;& ideo de hoc priuilegio in
» Domino glorians canit; *sub vmbra illius,quem desid. sedi.*]

Vmbra quemodo ex incarnatione resultauit.
h Luc. 1.35.
i Exo.20.21.

Alanus. » Sedi ego humiliata(*sic Alanus*) ad verba Gabrielis *sedi*, id est,re-
» quieui; *sub vmbra illius*, id est, sub protectione filij Dei, per obum-
» brationem Spiritus sancti facta. Tempore enim incarnationis gratia
» Spiritus sancti fuit tabernaculum vel vmbraculum in ea,contra con-
» cupiscentiæ incentiuum. Sub hac *vmbra* non steti rigida elatione,nõ
» ambulaui inquieta curiositate, non iacui resoluta voluptate:sed *sedi*:
» ideo plena gratia apud Deum per humilitatẽ;apud Angelos,per vir-
» ginitatẽ;apud homines per fœcũditatẽ.Hęc est illa,de qua in parabo-
» lis dicitur, PROV.11. *Mulier gratiosa inueniet gloriã*.&15.*gloria autẽ patrĩ*
filius

filius sapiens.Inuenit ergo gloriam filiũ videlicet Dei Patris.]Sic ille.

Pergit Guilhelm.Sed quis *fructus* iste mali *Dulcis*:vtilitas humanę redemptionis,quę est in sanguine eius. Omnibus quidem redemptis, & eorum amicis, sanctis Angelis, prædulcis; sed præcipuè matri redemptoris; nulli tam gratum,iocundumq; fuit,*magnũ illud opus pietatis*,quàm matri pietatis. Huic illa operi pia exultatione cõgratulans, pleno gutture gratias agebat:nec eam licet eximere de numero sanctorum,de quibus legitur; *Exultationes Dei in gutture eorum*,sic *dulcis fructus gutturi* eius. *Fructus* esca simul & potus. Nam præterea INTRODVXIT cã *in cellam vinariam*. Non propinauit illi vinũ de cella tantùm vt ceteris,quibus foris propinatur de plenitudine:sed specialiter admisit ad ipsam plenitudinẽ,vt abũdantiùs repleretur.Non habet illa plenitudinem propriam, sed de plenitudine sponsi pleniùs quàm cereri accepit,eo ipso quòd genuit eum,*in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* [a].Vas plenitudinis est solus filius,*de cuius plenitudine omnes accepimus* [b]; sed *præ participibus suis* pia mater; quæ concipiendo & pariendo vas plenitudinis, in ipsam cellã introducta fuit, in eius quoq; corde tum *ordinata charitas* fuit, quia quasi proprio in loco collocata, longè altiore, quàm in ceteris, gradu; longè cõcinniùs, quàm in ceteris, distributo ordine; longè, quàm ceteris ardentiore flamma. Hinc fit vt postulet; FVLCITE *me floribus, stipate me malis,quia amore langueo*; non ait, *languesco*, sed *langueo*, vt perfectionem sui illius languoris insinuet.

Fructus humanæ redemptionis quantus.
Psalm. 149. Vers.4.
a Col. 2.v.9.
b Ioan. 1.v.16.
Vers.5.

Piè namque creditur (*verba hec sunt Guilhelmi*) cùm Deum corporaliter conciperet, tantam in se ipsa, de calore superuenientis in se Spiritus sancti, flammam pij amoris concepisse, quantam capere poterat puri hominis modus.Non ergo,vt ceteri paullatim & gradatim in habitu virtutũ proficiebat; quæ gignendo *plenum gratiæ & veritatis*, arcem plenissimæ perfectionis attigerat: in qua procul dubio ab omni etiam veniali peccato immunis fælicissimè perseuerauit, vsque in diem glorioſæ assumptionis suæ. Proinde non paullatim amore lãguescebat,sed ex quo verbum incarnatum genuit, sancto eius amore ad se ipsam, & ad omne quod infra ipsam est perfectè languebat. Quia verò propter hoc æmulanda atque imitanda est omnibus, ad imperfectiores animas eius vox est; FVLCITE ME FLORIBVS, &c. ô vos adolescentulæ, ô filiæ paruulæ & delicatæ; quæ nondum cœlesti sponso puriori amore nupsistis: sed adhuc vos ipsas fortiter amatis; quia *ego langueo*, languescite & vos,] ardentiùs illum,quàm vos ipsas amate. Quod si facitis,quantum in vobis est, *fulcitis me floribus*, quia meam pro vobis sollicitudinem bonis vestris imitis exhilaratis: consequenter etiam *stipate me malis*, suauiter & copiosè me piis profectibus pascite. Quãtùm enim *vni viro filio meo virginem castam exhibere* * cupio; tantùm cùm illi nubetis, vobis gratulabor.

Guilhelm.
Hoc vult B. Virgini virtutes omnes infudisse; non verò eam debuisse paullatim per multos actus earũ habitum acquirere: non tamen negat, posse B. Virginẽ hos habitus adhuc adauxisse pro gressu ætatis & vitæ.
* 2. Corin. 11. v.2.

Sequitur, LÆVA EIVS *sub capite meo, & dex. illius amplexabit me*. Hoc idem Guilhelmus refert ad tempus Dominicæ passionis, & *lauam* explicat acerbitatem passionis; *caput*, mentem MARIÆ;

Vers.6. Guilhelmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

dexteram, gaudium resurrectionis. In passione filij languor iste matris manifestissimè se prodidit. Videt (quid ni hæc protulisse credamus) mens, diuinitùs illuminata, quàm vtiliter, atque salubriter dulcissimus filius moriatur: quàm breues sit morulas in morte facturus, & quàm gloriosè post modicum triũphaturus. Et ecce propter hoc,

Act. 2. v. 25. Iud. 10. v. 18. *Læua eius sub capite meo*, nõ enim supergreditur caput meum, vt ratio cedat affectui, & lugeatur à me filius meus, quasi descensurus *in corruptionem*; non quasi *potestatem habens ponendi animam suam, & iterum sumendi eam*. Ego verò certissima sum, quòd *Dextera eius amplexabitur me*, quòd gloria resurrectionis eius citò me exhilarabit. non tanget tantùm, sed *amplexabitur*. non sicut passio ad modicum contristauit, ita etiam resurrectio perfunctoriè, & ad horam exhilarabit; sed

Rom. 6. v. 9. *consciſſo* mœroris mei *sacco*, perpetua lætitia circumdabit me. de morte

Alanus. » eius breui luctus mihi breuis, sed quia *resurgens ex mortuis iam non*
» *moritur*, materna in me charitas immortali lætitia perfruetur.
» Verùm hæc omnia alio sensu detorsit Alanus. *fructum* vult esse sa-
» pientiam diuinam: quæ *dulcis*, quia desiderabilium nihil ei potest

Psal. 33. v. 9. » comparari. Nec vlli dulcior fuit, quàm MARIÆ, quæ de fonte sa-
» pientiæ Dei pleniùs hausit, cùm de ipsa Dei Sapientia sit incarnata:
» quæ specialiter gustauit & *vidit*, *quoniam suauis est Dominus*, qui est
» *lignum plantatum secus decursus aquarum*, hoc est, in paradiso delicia-
» rum (*Psal. 1. & Gen. 2.*) Per *cellam vinariam* accipit vetus Testamen-
» tum: quia sicut in cella victualia reponuntur, sic sub figuris ve-
» teris Testamenti latent secreta cœlestia, quibus spiritualiter ani-
» ma saginatur & inebriatur. In hanc *cellam* CHRISTVS virginem *in-*
» *troduxit*, cùm ei spiritualiter legis intelligentiam reuelauit. Vnde &
» de ipsa legitur *Luc. 2.* MARIA *autem conseruabat omnia verba hæc con-*
» *ferens in corde suo*. Quia quæ fiebant circa CHRISTVM, conferebat
» his quæ vetus Testamentũ promittebat. Vel per *cellam vinariam* in-
» telligitur mentis excessus, quo virgo ad cœlestium contemplationem
» rapiebatur, ab amore terrenorũ suspensa. Ex hac & in hac ei spiritua-
» lia vina (id est, arcana cœlestia) propinabantur: quæ ideo animam
» ebriã faciunt, quod sobriã reddunt. Et æternæ vitæ desiderio (hoc est,
» amore) *languebat*, quoniã charitas in contemplatione accẽdebatur &

Amor terrenorũ charitatis ordinem impedit. » ordinabatur. Quãto magis enim homo ab amore terrenorum su-
» spenditur: tanto magis charitas recto tramite ad Deum diligendum
» dirigitur. Amor enim terrenorum, quodammodo charitatis ordi-
» nem & curriculum impedit. Contemplatio hæc, *flos* dicitur, quia fi-
» cut in flore est spes fructus, & à flore peruenitur ad fructum; sic per
» hanc contemplationem ænigmaticam, suspiramus ad æternam. Per
» *malum* verò, quæ robustior est, significatur fortitudo, quæ est in contemplatione, quam nullus
» terrenorum appetitus, nullus tribulationum impulsus potest infirmare.] Sic ille.

ANAGO

ANAGOGE.

§. 5.

PECCLESIA in cœlis regnans: CHRISTVM Angelis imperantem considerans, dicit, *sicut malus inter ligna siluar. sic dil. meus inter filios*; q. d. sicut CHRISTVS meus & patris (nam *ipse, in quo pater sibi benè complacuit*) dilectus, fuit in mundo *suauis* præ omnibus sanctis, *filiis* hominum: sic est in cœlis suauitas inter omnes Angelos *filios Dei*. Requiem animarum, quam semper desiderabam, dum militabam, per ipsum inueni (hæc est *vmbra sub qua sedi*) & *fructus eius est dulcis gutturi meo*. gaudium eius cruce partum impleuit cor meum lætitia, & labia mea laude, vt iugiter eũ collaudem & gratias agam. Nónne hoc meretur iure optimo, qui *introduxit me rex in cellam vinariam? Rex* ille *gloriæ*, qui introduxit me in cœlestem patriã, vbi *sitientes iustitiam inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis suæ potabit eos*[a]. Vbi Angeli sancti (*ait Gregorius*) vino sapientiæ inebriantur, dum ipsum Deũ facie ad faciem videntes omni voluptate spiritali satiãtur.

Verſ. 3. Matth. 17. v. 5. Christus quã suauis in cœlo.

" Verſ. 4.

[a] Pſal. 35. v. 9. Gregorius.

Et nota (*Honorius inquit*) quòd vbi introductio ponitur, ibi CHRISTVS *Rex* dicitur, quia Ecclesia, quam introducit, est eius regnum, super quam ipse rex regnabit. In hac *ordinabit charitatem*, quia virgines in charitate viuentes in mansiones suas, viduas in suas, coniugatas in suas ordinabit.] Et quia his omnibus sedes distribuit pro vehementia charitatis, qua vnaquæque Deum & proximum dilexit, ideò sequitur, *Ordinauit in me charitatem*. Nam charitas sola est, cuius metatio ista ad normã exigitur. Ecclesia olim lãguida amore, nũc valida fruitione, amore nihil imminuto, se adhuc *vulneratam* fatetur: donec enim numerus electorũ impleatur, adhuc desiderat *nouis floribus fulciri*: desiderat aliis atq; aliis *pomis* stipari: nam eius indefessã sitis ac zelus, & spe conuersionis sustentatur, & quando illos cursum videt consummasse, *coronam iustitiæ* accipientium agminibus circumsepiri lætatur.

" Honorius. " Christus rex, " Ecclesia regnum. " Verſ. 5. "

Læua sponsi significat prælia & afflictiones sanctorũ, adhuc in hac vita degentium; hæc summæ curæ est Ecclesiæ triumphanti, & ideo dicit, *Læua eius sub capite meo*. sub ceruicali posuerat, ne obliuisceretur. *Dextra* sponsi est finalis gloriæ retributio, hanc nõ censet se percepisse, quamdiu nondum eam omnes filij receperunt; interea secura futuri, canit, & DEXTERA *illius amplexabitur me*; & mundanos omnes tumultus contemnens, delectabiliter quiescit amore sponsi quasi consopita. Iste videns dormientem, socios allo-
quitur.

Verſ. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO III.

CAP. II. SECTIO III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 7. Adiuro vos filiæ Ierusalem per capreas, ceruósq; camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, quoadusq; ipsa velit.	*Adiurauí vos filiæ Ierusalem in virtutibus & in viribus agri; si suscitaueritis, & resuscitaueritis charitatem, quoadusque velit.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI: Vers. 7.

SOLVITVR sponsus, qui subitò, in deliquium incidente sponsa, supervenerat. nam post deliquium vt fit, naturæ corporibus consulente, sponsa fessa victa sopore, inter dilecti sui brachia corruerat: eam sponsus (*sic egregie Honor.*) " reclinat in lectulum, & sponsæ comitibus silentium imperat, aprissi- " ma illas adiurans obtestatione, per quæ ipsis charissima. Sic vobis benè vota vestra cedant, vt possitis capreas, ceruosque camporum felici venatione consequi, & laqueis irretire: parcite somnum quiescentis abrumpere. *Filiæ Ierusalem* vocat totum Israëlem, incolas omnium oppidorum, quorum mater Ierosolyma. Et adiurat eum per ea, quæ in hac vita ipsi cariora [a]. *Et puto capreas ceruósque* dici metaphoricè sodales sponsi, amasios istarũ virginũ. Vt enim solet fieri, cùm Princeps amat aliquam regis filiam, etiã inter regias virgines & aulicos principis, procliuis est conciliatio amoris. Certè capreæ, seu hinnuli, & ceruæ nomina sic sumuntur alibi inter amatoria, vt cùm legis; *sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentia tua: cerua charissima, & gratissimus hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tempore* [b]. Et sponsa semper sponsum huic animali assimilat. fortè quia ceruorum in suas est amor ardentissimus, vt patet Septembri & Octobri, quo tempore *in furias venerémque ruunt*. Seneca;

Sic coniugio timuere suo
Posceant timidi prælia cerui
Et mugitu dant concepti
Signa furoris ---- à furioso hoc mugitu tempus istud Hispani

a Greg. hom. 3. & Aponius lib. 4.

b Prou. 5. vs. 18.

vocant, *la brama*. Fœminæ quoq; mari suo fidæ sunt, donec ab alio duellatore victus succumbat: quo sensu Nemesianus, *Cerua marcm sequitur*. Quæritur cur LXX. vertant *in virtutibus & viribus agri*? Respõdeo, quia Hebrææ voces TZEBAOTH & AILOTH significant, *exercitus & robora*. צבאות אובאילות

DILECTAM] Heb. *Amorem seu dilectionem*. patheticè.

NE SVSCITETIS] LXX. ambiguè vertunt, vt nescias affirmatiuè an negatiuè, Theodoret. & Psellus negatiuè capiunt, nisi nos fallit Heruetus interpres. Conditionalem retinent Orig. & Nyssen. optimè, vt noster, negatiuè explicuit Philo Carpathius. Adiurationis formula est Hebræis consueta, in qua tacita continetur comminatio, si contrà feceritis, væ vobis, non feretis impunè. Vers. 7. MENS VERBORVM SPONSI. §. 2.

DILECTAM] Hebraicè, *amores* seu *delicias*.

DONEC IPSA VELIT] donec sponte euigilet. Hic nos deserit Rossetus, cétum enim lectionibus huc tantùm vsq; peruenit. Dulcedine contemplationis, & charissimarũ sponsi sui, adeò nonnunquam Ecclesia absorberur, vt quasi ceterorũ suiq; prorsus immemor in solo viuat sponso; cui hæc sponsæ aberratio plurimùm placet, ideo *adolescentulas*, fidèles singulos; præsertim qui adhuc teneri & proficientes, quare adhuc *filiæ*, & nõ *filij* [a]; obtestatur seu adiurat per CAPREAS & CERVOS; hi sunt Patriarchæ, Prophetæ, & Apostoli; quorũ illi acutè viderunt sponsum nascicurũ; & illi simul, & isti semper insidiis venatorũ mundi fuere expositi: illi fide, isti etiam corpore ad IESVM fontem aquæ viuæ accurrerunt; & habitu suo serpentes infidelitatis, & vitiorũ de cauernis extractos occiderunt; & omnium eorum in editis collibus (hoc est, in cœlis) habitatio, per contemplationem & sanctam conuersationem fuit. Has similitudines luculenter exornant D. Gregorius, D. Augustinus, & alij [b].

a Sic D. Bern. serm. 52.

b August. in Psal. 41. Greg. lib. 30. moral. c. 36. Honor. & Repert. hic.

CAMPORVM] duorum, nempe Synagogæ & Ecclesiæ Christianæ (*sic Honor.*) vel etiam plurale positum pro singulari, campi (vt videntur velle Orig. & alij quidam Græci) id est, *agri; cui benedixit Dominus*; qui ager est CHRISTVS IESVS; in quo fide & operibus bonis semper sancti illi versati fuerũt. *Sic egregiè D. Ambrosius, & D. Vigilius* [c]. Per hos adiurat; NE SVSCITENT, hoc est, ne tumultu, schismate, dyscolis vel difficilibus moribus suis, inuitam à cœlestibus curis ad sæculares auocent. Ne sint illis scandalum, & spinæ. Pro hac Ecclesiæ pace B. Paulus nos iuber orare [d]; & conturbatoribus eius iudicium alibi [e] minatur; scilicet extirpandos sicut Acham, qui Israëlem conturbarat [f].

c Ambr. d. serm. 5. & li. de Iacob. c. 1. Vigilius libr. 3. contra Eutychen.

d 1. Tim. 2. v. 2.

e Gal. 5. v. 10.

f Iosue 7. v. 25.

DONEC IPSA VELIT] hoc est, finite illam perpetua pace frui. nunquam enim volet ipsa pacem amittere, quæ studet esse pacifica etiam cum odientibus pacem. Qui verò hæc capiunt de sopore contemplationis, hi aliter etiam interpretantur, q. d. non excitetis illam, nec auoceris à pedibus Domini, vbi cum Maria *partem optimã elegit* *; donec ipsa stimulo charitatis proximorum se ipsam pungat, & conferat ad Marthæ occupationes.

* Luc. 10. v. 42.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Vers. 7. Gregorius.*

DIVINA planè est, quam nobis Gregorius Magnus hisce verbis tradidit; Sancta anima, sponsa CHRISTI à cunctis mundi perturbationibus quiescere appetit, & in sinu sponsi sopitis terrenis cupiditatibus dormire sancto otio concupiscit: ita vt etiam necessaria colloquia aliquando fastidiat, sóliusque sponsi collocutione quantò quietiùs, tantò sereniùs hilarescat. Sed hanc dormientem carnales, qui sunt in Ecclesia, nonnunquã importunè excitant, negotiis mundi eam implicare desiderant; quia eius vitam inutilem existimant: dum ab eorum curis eam se abstinẽtem considerant. Hi tales saris congruè non *filij*, sed *filiæ* nominantur: quia dum effœminatos mores nutriunt, virili dignitate amissa, quales interiùs habentur, exteriùs nomine fœminco designantur. Hi *dilectam suscitare* sub adiurationis pondere prohibentur, ne videlicet mentem, quæ ad vacandum Deo se accingit, & solis spiritualibus studeat, tenebris terrenarum curarũ oculum cordis eius obnubilẽt. Et tamen non omnis ei cura proximi interdicitur, sed, quando *suscitari* debeat, cernendum est, & quando cœlesti contemplationi studeat, & quando proximorum vtilitatibus inseruiat.] Vnde hîc posset desiderari, de Theologicas virtutes intelligit, multis minùs placet.

Homines mundani, quales sint.

Honorius ipsis sanctis viris meliùs accommodauit. *capream*, ait, quatuor proprietates habere; alta petit, bonas herbas à malis seligit, ruminat, & vulnera sua per dictamnum curat: sic spiritualis homo ad alta virtutum conscendit; bonas sententias à malis secernit; prædicando ruminat spiritualem cibum, quem legendo comedit; vulnera peccatorum per medicamen pœnitentiæ curat. Similiter vult *cervos* præditos quatuor proprietatibus; cùm insulas longè positas petunt, gregatim mare transnatant, & vnusquisque caput alterius super clunes portat; cùm à canibus profugiunt, spineta transiliunt; cùm senescunt, ex spelæis delitescentes serpentes naribus extrahunt & comedunt; & ad fontem potus gratia velociter currunt; denique cornua & pilos renouandi gratia deponunt: sic iusti, cùm ad patriã paradisi per mare seculi properant, vnusquisque onus alterius portat; cùm eos mali persequuntur, temporalia bona, quæ vt spineta sunt impedimenta vitæ, eis relinquunt; serpentem de cauerna naribus extrahunt, quia diabolum, vel peccatum de corde fratrum afflatu exhortationis auferunt; & post sumptum venenum, ad fontem currunt, quia commissa peccata fonte lacrymarum diluunt. Cornua & pilos deponunt, quia diuitias, quæ sunt superflua vitæ, reiiciunt, vt in virtutibus renouati iuuenescant.

Honorius. Capreæ quatuor proprietatis.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Rupertus.*

RVPERTVS; cuius hic iam secundus liber inchoatur, vt & Theodoreti; hanc quietem B. Virginis existimat esse sanctam illam & iugem verborum quæ dicebantur in corde obseruationem; sigillum illud silentij coniunctum cum contemplatiua ruminatione mysterij incarnationis, & natiuitatis filij sui vnigeniti, à tempore quo illum peperit, vsque ad fugam in Ægyptum, propter Herodis metum: Et ideò censet; subtiliter, more suo; *cervos & capreas* esse Patriarchas, & Reges filiarum illarum maiores, quibus Deus iurauerat *Verbum* facere, quod non fecerat: & ideò per hos imperari; ne à sacratissima sua genitrice secretum hoc adhuc dũ enarrari postulent; quia si propterea Herodes id resciscceret, promissio redemptionis & prædicationis Euangelij, Patriarchis & regibus facta, impediretur, puero videlicet adhuc paruulo ab Herode necando. Hæc mens Ruperti.

Lucæ 2. in fine. B. Virginis silentium quale.

Quid autẽ attinet, quæ Honorius, vel Hailgrinus, vel Alanus adferunt proponere, quæ minùs apta sunt; & contemnenda præ aliis forent; cum non messiuus, sed præ Pactolo & Tago diues, & aurifluus hoc loco sit optimus Guilhelmus? nefas fuerit aliquid vobis huius Thesauri subtrahere. Hunc in modum scribit. *Dormiebat* pia mater *inter medios cleros*, & erant *penna eius penna columbæ deargentata. Quis dabit mihi alas sicut columbæ* huic, *& volabo & requiescam?* Quippe non illi datum est sicut ceteris, sed sic vt inter omnes participes veritatis, habeat priuilegium mater veritatis. *Penna eius* virtutes eius, quibus subleuatur à terra, licet originaliter esset ex terra. *Penna eius deargentata*; id est nitidæ, nihil obscuræ, vel sordidæ admixtionis habẽtes; cùm *dormires in medio duorum cleorum*, id est, sortium. Sors vna dextera erat, & alia sinistra: porrò vtraque attingebat *columbam* illam. Sors dextera, incarnatio Saluatoris, ea quippe virginem matrẽ pia exsultatione repleuit. Sors verò sinistra eiusdem Redemptoris passio, quę scilicet piã matrẽ mœstificauit ad tẽpus. Toto autẽ tẽpore, quod erat *inter duos cleros*, incarnationem & passionẽ, dormiebat pia mater dulcissimo somno contẽplationis, somnians iugiter dilectũ, & quidem circa humanitatẽ eius materna sollicitudine pro tẽpore satagebat. Attamẽ in diuinitatẽ eius iugiter intenta, contẽplatiuæ quietis dulcedine fouebatur; & ita in se circa filium, perfectè, aque excellenter implebat negotium Marthæ simul, & otium Mariæ. Negotiosa erat circa humanitatem filij, ad diuinitatem eius otiosa. sic dormiunt à dextro clero vsq; ad sinistrum. Nempe vbi

Guilhelmus.

Psal. 67. v. 14. B. V. dormiuit in medio duorum sortium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ ventũ est ad sinistrum clerum, passionem vnici filij, sequestrata pau-
„ lulùm quiete contẽplationis, piis se doloribus totam impẽdit, & to-
„ tam se cum eis expendit; impletáq; est illa prælagi Simeonis prophe-
„ tia; *Tuam ipsius animam pertransibit gladius.*

Luc. 2. v. 35. B.V. quibus calamitatis fuerit exposita propter Christum. Matt. 13. v. 55. Mar. 3. v. 21. Luc. 11. v. 15

„ Verùm illi dormienti *inter medios cleros* obstrepebant quædã im-
„ probæ animæ, & inquietare conabantur suauiter quiescentem. Cùm
„ enim pius IESVS verbum vitæ prædicaret, & sermonem diuinis mi-
„ raculis confirmaret, compatriotæ sui scãdalizabantur in eo dicentes:
„ *Vnde huic sapientia hæc & virtutes? Nonne hic est fabri filius? nonne Ma-*
„ *ter eius dicitur* MARIA, *& fratres eius Iacobus & Ioseph?* Exierunt etiã
„ *quidam de suis tenere eum quasi arreptitium, dicentes, quoniam in furorem*
„ *versus est.* Et audiebant à Scribis & Pharisæis, quod *in Beelzebub prin-*
„ *cipe dæmoniorum eiiceret* dæmones; & credebant eis, quasi magnis &
„ doctis viris. Quanta putas tunc compatriotæ & cognati eius loque-
„ bantur de illo piæ matri? Audire me mihi videor voces loquentium:
„ corripe MARIA filium tuum, si fortè vel tibi obaudiat, & quie-

Sap. 2. v. 13. & 16.

„ scat à vanitatibus suis. Nempe aliena loquitur, & *filium Dei se nomi-*
„ *nat, & gloriatur se patrem habere Deum*; quasi vir tuus Ioseph Deus
„ fuerit, & non homo. Nec contentus se dicere esse vnum ex Prophe-
„ tis, sed quod auditu graue est; cùm nondum sit homo quinquaginta
„ annorũ, *facit se ipsum Deũ.* Et cùm deberet domi sedens fabrili opere,

Supponit Ioſephum ante Christi prædicationis initium mortuũ, quod verisimillimum. Mat. 13. v. 55.

„ sicut pater suus, honestum sibi victum acquirere, ecce inuerecundus
„ versatur in publico, pro magno doctore se gerit, cũ his quos seduxit
„ conuiuia celebrat per domos, & *dicitur homo vorax.* Planè melius erat
„ tibi non fecisse semẽ in Israël, quàm semẽ tale. Signa verò quæ facere
„ videtur, maiores nostri dicũt esse opera Beelzebub, & vehemẽti in-
„ dignatione exardescunt contra filium fabri ambulantem in magnis
„ & mirabilibus super se. si ergo diligis filiũ tuũ, corripe eum, & com-
„ pesce à superbia, & stultitia sua, ne à populo secundum legem, quasi
„ blasphemus lapidetur. Hæc & his similia cùm quadam beneuolen-
„ tia quidã dicere videbantur; alij eadem malitiosè improperabant illi:
„ vtrique autem quantum in ipsis erat, contemplatiuam eius quietem
„ importunè obstrependo turbabant. Proinde ad huiusmodi animas
„ tum improbè garrientes, sponsi vox est.

„ ADIVRO VOS FILIÆ IERVSALEM, &c. molli & benigna ap-

Ps. 136. v. 8.

„ pellatione blanditur eis, appellans *filias Ierusalem.* nam si vocaret eas
„ *filias Babylonis miseras*, quod potiùs erant, vehementiùs exasperaret

Mat. 26. v. 50.

„ eas, tam in se, quàm in marrẽ. sic traditori suo dixit; *amice, ad quid ve-*
„ *nisti?* quem tamẽ hostẽ nequissimum esse sciebat. Adiurat etiam eas,
„ PER CAPREAS CERVOSQVE CAMPORVM, per Prophetas
„ & Patriarchas, de quorum carnali paternitate gloriabantur. per *ca-*
„ *preas* enim designantur Prophetæ; propter acumen videndi: per *cer-*
„ *uos* quoque armatos cornibus, & inimicos serpentibus, præcipui illi
„ naturalis legis æmulatores, Patriarchæ figurãtur. Quasi dicat, capreã-

* in m. sist, hinnos. Iudic 5. v. 29.

„ rũ & ceruorũ vos* hinnulos esse iactatis? *Si ergo filij Abrahæ estis, opera*
„ *Abrahæ facite.* Nunc columbæ dormienti inter medios cleros obstre-
„ pitis,

„ pitis, & improbis vocibus, quantum in vobis est, quietem eius tur-
„ batis. Hoc Abraham non fecit, nec Isaac, nec Iacob, nec aliquis Pro-
„ phetarum. *Adiuro vos* per illos, quorum vos filios esse gloriamini,
„ cessate ab inquietatione columbæ dormientis.
„ NE SVSCITETIS NEQVE EVIGILARE FACIATIS *eam*, à dulci somno contemplationis, QVOAD VSQVE
„ VELIT, vsque ad tempus. erit enim tempus surgendi à suauitate
„ somni huius, & tunc non inuita sed volens suscitabitur, vt piis vacet
„ doloribus, & morienti mihi materno commoriatur affectu. Nondum
„ autem vult, *quia tempus meum nondum aduenit*, tempus meæ passionis,

Ioan. 7. v. 6

„ quo se totam in maternis expendat mœroribus, suspensa pro tempore
„ atque interpolata dulcedine contemplationis.]

ANAGOGE.

§. 5.

GOGITATE silentiarij officio hic fungi IESVM, & tueri rursus Magdalenam à sororis suæ querela, & inculparione [a]. Sic enim comparatum est naturæ corruptæ vitio, vt qui sæcularibus, aut aliis negotiis valdè distenti, siquidem adhuc *filiæ* & non filij, hoc est, imperfecti sunt; contemplatiuorum quietẽ, non satis æquanimiter ferant: hos otiosos, ventres pigros, inutiles nuncupent, & similibus lacessant. agit horum causam Deus ipse, & sponsæ somno silentium facit. Ab hoc somno cupiunt suscitari demum, quando in cœlestem traduecndæ sunt aulam, vbi continuò Deus & videndus, & amandus, & laudandus.

a Luc. 10. v. 40.

Possis etiam referre ad quietem corporum beatorum; quorum reliquiæ sub altaribus iam ab Eccl. siæ initio reponi consueuerunt [b], & oratione harum dicuntur sub altare iustorum animæ requiescere; qua de re legas suadeo, quæ Fran. Ribera S.S. interpres luculentus, & solidus, scripsit commentar. in Apocalypsim. Has admonet CHRISTVS, ne sollicitemus, per superstitionem, vt faciunt ab Ecclesia Catholica Romana non approbatis, non toleratis ritibus, & obseruantiis vanis colentes; neque per infidelitatem, vt faciunt malefici, ad impietatem iis nõ rarò abutentes; & vt faciunt per summum scelus Caluinistæ, & similes Iconoclastæ, eas effodientes, ventilantes, abiicientes, conculcantes, defœdantes, aut etiam comburentes, & cinerem in amnes effundentes. sed nimirum etiam de his clamor sanctorum adscendit in cœlum, & quando numerus fratrum impletus erit, vindicabitur; quo seriùs, hoc seuerius sanguis & iniuriæ eorum. Tunc sancti *gaudebunt & exultabunt in cubilibus suis*; tunc *capreæ*, qui per virtutes ad alta cœlorum conscenderunt, & *cerui* veloces qui diuitiarum spineta non calcarunt modò, sed & transilierunt, triumphantis iam sponsæ gloriæ congaudebunt.

Quies beatorum non est torpor. b Patet ex D. Hieron. contra Vigilant. & Aug. ſerm. 17. de Sanctis, vt de Vrbe, in Apocal. c. 6. anum 34.

Psal. 149. v. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO IV.

CAP. II. SECT. IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles: * ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnulóque ceruorum. en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.	*Vox fraterni mei: Ecce hic venit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles: * ſimilis eſt fraternus meus capreæ, vel hinnulo ceruorum in montibus Bethel. Ecce hic poſt parietem noſtrum, incumbens per feneſtras, proſpiciens per vetia.*

Verſ. 8. Vox Sponsae.

Verſ. 9.

LITTERA.

§. 1. Verba Sponsae.

IN MONTIBVS] Teſte Theodoreto Symmach. verterat; *Aſcendens contra montes, proſiliens contra colles*, optimè noſter, *in*; poſuit pro *per*, vel, vt LXX. *ſuper*.

SIMILIS EST] quidam (ſuſpicor adſpectu ad ceruum Siluiæ Maronianæ) ſimilitudinem inde petiti quod huiuſmodi feræ cicuratæ domum à paſtu ſe referentes, ſi ianuam fortè repererint occluſam, antè ſubſiſtãt, & muſſantes incertęque domum circumeant, rimas & aditus rimentur, & capita feneſtris inſerant, quaſi poſtulantes intromitti. Sed Hebræa vox alium ſenſum petit, vt mox oſtendam.

Ferarum cicurũ natura.

CAPREÆ] rupicapræ ſeu ibici, vt vocatur alibi.[a]

a 1. *Reg.* 24. v. 3. *Iob.* 39. v. 1.

HINNVLO] non aſinino, nec equino, ſed ceruino, qua comparatione Theocritus quoque fuit vſus Eidyll.

ECCE STAT] vide præpropera vota & calida dilectionis. meſſis nondum erat in herba, & iam ſe triticum in area excutere ſomniabat.

STAT] in libris etiam LXX olim quidam ἑστηκεν legerunt, vt ex D. Ambroſ. & homil. Origenis, & Nyſſeni patet. pro, *hinnulo*, Aqui. τῷ παιδι.

Amantium mores.

POST PARIETEM] nónne ſolent amãtes ſeſe huiuſmodi geſticulationibus inuicem ludificari, & affectum quaſi hoc ſeſamo inſperſo condientes

condientes reddere ſuauiorem? cùm maximè volunt, ſe ſimulant nolle videri, abſcondunt ſe, cùm latere vereantur: repentè ſe ſubtrahunt, & iterum offerunt ex inopinato. facetè hæc proponit precatio illa Ariſtophanis *in Pace*, & breue aliud Virgilij,

Et fugit ad ſalices, & ſe cupit ante videri.

מציץ ציץ

PROSPICIENS] MESIS, per duo *ſade*, ſignificat emergens & progerminans ſe. nam SIS propriè florum eſt erumpentium. quare in hac metaphorica comparatione, elegantiſſima later comparatio ſponſi, roſeum ſuum vultum per tota cancellorum oſtendentis; ſicut roſæ, cùm ſemihulca vaginula erumpentes faſtigiatum pyramidis purpureæ cacumen abſoluunt; iamque ſpem faciunt, ſe mox amictus in ſinum collectos, exſinuaturas, & videntis calathi honore patefacto aureum ſeminis incluſi crocum oſtentaturas.

PER CANCELLOS] explicat quod præceſſit. quaſi diceret; per feneſtrarum cancellos retium more decuſſatim confertos. *Sic Philo.* Solent opus huiuſcemodi à ſimilitudine plagarum, *retia* vocare architecti: quo ſenſu LXX. διὰ τῶν δικτύων.

§. 2. Mens verborum Sponsae.

Exſtructo tabernaculo & area, Moſen in illud ingreſſum Deus familiariter docebat, quæcumque ad Legem & populi bonum pertinerent: ibidem legifer ille, quaſi ſomno per altiſſimæ contemplationis quietem fruebatur. VERBVM Patris æterni, CHRISTVS IESVS carne humana aſſumpta, in hoc tabernaculo habitans, populum ſuum ore ad os allocutus, variis miraculis paſſim editis, & celeri per totam Iudæam doctrinæ ac legislationis Euangelicæ, quaſi diſcurſatione, ad tempus fatigata, & quieſcẽte Eccleſia, nec fluctibus vllis ſæuioribus agitata, diſerat quæ verſ. præcedente legiſtis. Nunc Eccleſia dicit; quæ aggredimur.

Origenes hæc, & quæ mox ſequũtur, ingeniosè fuit interpretatus: addidiſſet tantùm, ea non vt à vigilante, ſed vt à nondum excitata & ſomniante narrari, quod prudenter B. Aponius animaduertit. Nam, vt ex animi deliquio ſopor prius, ita nunc ex ſopore, natura ſemper aliquid moliente, inſomnium incidit amanti ſponſæ; cuius vehementioribus curis animus interdiu ſollicitabatur. Quæ vigilans mente volucrat, ea nunc ſopitæ quies amica repræſentat. videtur ſibi dilectum audire ſe alloquentem, videtur ſibi videre ad ſe properantem, & quæ reliqua decorè admodùm, & accommodatè ad indolem inſomniorum. Primò non eadem quæ vigilanti, ſed his ſimilia offeruntur: deinde, variis in vnum coëuntibus ſimulacris, confuſæ quædam ſpecies, præſentia futuris, & præteritis mixta, & magnis diſiuncta locorum interuallis, quaſi contigua & coniuncta. Cubans in lectulo, ſepta cõclaui, inducitur quaſi vagans per plateas, cernens montes & nemora, & ſponſum ſecum loquentem, & tamen procul ſaltantem in collibus, & adſtantem parieti, & per cancellos inſpectantem, quæri præſentem ſe ab adſtante; ſe viciſſim quærere, quem videbat; & huiuſmodi mores ſomniantium, à ſe ipſis diſſidentibus imaginibus luſorũ: & ſi illa omnia prius vigilãtibus, ſuo quæq; tempore,

Mos ſomniantium.

Universidad de Deusto
Biblioteca

loco,& ordine incõfusa planè & vera euenerũt.quod fuit ingeniosiss. à Lutsio Legionensi,præstanti Canticorum interprete, obseruarum.

Vers.8.

Cùm ergo,ait,vox DILECTI; abrupto orditur sermone, vt solent qui in somnis repentino icti gaudio, in verba erumpunt. Et ait simul sibi loqui sponsum, & huc illuc discurrere; quia sensuum corporeorum nexibus mens soluta, æquè distantia cernit, ac contigua. Sic somnians audit primò non sponsum; sed vocem eius, clamãtem *Præcursorem*; *Ego vox clamantis in deserto*. deinde agnoscit sponsi vocem, eamque ab adulterinis sibilis discernit:quia CHRISTI *oues, eius vocem audiunt*. Mox ipsum quoq; sponsum audit docẽtem,prædicãtem, & nouas leges ferentem. Videt exsultim saliẽtem *ad currendam viam suã*. Quo pacto *omnipotens sermo de regalibus sedibus venit* *; quomodo *egressus de altissima thalamo suo*, de tabernaculo in sole, de sinu patris fulguris instar, choros Angelorum (hoc est, *montes*; & tot Patriarcharum, Ducum, Regum maiorum suorum generationes) transmittens,in vterum virginis desiliit:vbi existens portari voluit *in montana Iudææ*,vt adiungeret sibi Ioannem, Elizabeth, & Zachariam: postea desiliit de vtero in præsepe,de præsepi in Aegyptum, de Aegypto in Nazareth,hinc in desertum; hinc Ierosolymam petiit,& mõtem Moria,inde Thabor & alia Iudææ loca, tandem Caluariæ montem, & inde in sepulchrum; denique montem Oliueti, & ex eo in cœlum transiliuit [a]. Hinc etiam quotidie,prout Ecclesiarum singularum necessitates exigunt, pedibus charitatis, & prouidentiæ per totum orbem discurrere non desistit. Nam Ecclesias quoque particulares *montium* & *collium* nomine significari constat [b].

Matt.13. Sic tres Patres apud Theodoretum.

* Ioan.10. v.3. Cap.18.v.15.

a Brexius in hanc sententiam Cassiodorus, Villeramius, Angelomus; sed melius diuus Ambros. ser. 6. in Psal. 118. D. Greg. hom. 29. in Euang. & S. Bern. serm. 1. de aduen. Domin. & ser. 4. in Ascens. b Hieron. in c. 2. Isai.

De CHRISTO autem hæc intelligenda etiam veteres Rabbini apud Galatinum lib.4.c.29. fatentur. CHRISTVM ergo comparat *capreæ hinnulóque ceruorum*, tum propter celeritatem (vt omnes Hebræi, Græci, Latini fatentur) tum quia (vt canit VVilleramus) hæc animalia,

Plausibile spreta contendunt semper ad alta;
*Huic * homines puri non possunt æquiparari;*
Qui gestans hominem Deus est altissimus idem.

" tum propter capreæ visus acumen: vnde dicta ἀπὸ τοῦ ἀγρεύειν. Scribit Nyssce- " nus *serm.5.* Aiunt animal hoc nomen illud à cernendi vi consecutum " esse,qua insigniter valeat.nimirũ verbo ἀγρεύειν, significatur idem, " quod verbo θηᾶσθαι, in quo est significatio cernendi.eadẽ ratione is " quoque qui cernit & intuetur omnia, orta eodẽ à verbo θηᾶσθαι ap- " pellatione, θεὸς vt inspector omniũ dicitur. Quare cùm in carne Deus " patefactus sit, qui ad euersionem potestatum aduersariarum hac in " vita conspiciendum se exhibuit: idcirco ad *capream* is comparatur, " quòd de cœlis in terram despectet; cum *hinnulo*, quòd colles ac mon- " tes saltibus metiatur, hoc est, quòd proculcet ac dissipet sceleratas " malitiæ dæmonum altitudines.] Item propter matrum in pullos, & pullorum in matres pietatem,pro inuicem se neci offerentium,quam disertissimis versibus Oppianus 2. Cyneget. descripsit. Item propter

pter cerui contra serpentes odium, eosque necandi virtutem [a].

a De qua vrige. hom. 3. Nyssen. hom. 5. & Theodoret. hic lib. 2. & Oppianus suprà.

Dicit autem *hinnulo*, quia hinnuli ceruini in ventre matris occiũ coagulum, ex præcipuis est antidotis aduersus morsus venenatos, teste Plinio lib.8.c.22. Pari olim ratione Deus in monte Sinai legem promulgaturus, populo suo se *post parietem*,id est,in nube,& per nubis quasi fissuras, coruscationibus,& clangoribus, & lãpadibus ostẽdebat [b]. Sic postea IESVS *similis capreæ*:propter acumen visus,cogitationes enim cernebat; & propter celeritatem, ob quam Asaël quoque capreæ [c] comparatus;& propter immensam in genus humanum, vnde traxerat originem, charitatem; pro quo mortẽ sustinuit. Similis etiam *hinnulo* nondum elatis potentiæ cornibus, quibus in secundo aduentu mundum conteret.(*sic Aponius & Angelomus*) hinnulo *ceruorum*, quia filius Dauid, cuius *pedes perfecti sicut ceruorum* [d]; & qui *sicut cervus ad fontes aquarum desiderat* [e],sic sitiuit aquam cisternæ [f] Bethleem; hoc est,de Bethleem emanaturã generis humani salutem: cuius etiam reliqui maiores ceruis similes,quos omnes ipse superauit serpentum spiritualium internecione:eius in Synagogæ corde necati coagulum,quod nos in Eucharistia percipimus,omné morriferum morsum discutit. VVilleramus aliam addit rationem.

b Exod.19.v. 16. Isaias cur similis capreæ dicatur. c 2.Reg.2.v. 18.

d Psal.17.v. 38. e Psal.41. v.2. f 2. Reg.23. v.15.

Nam deitas CHRISTI *non est penetrabilis vlli*
Humanæ menti, sub carnis fasce gementi:
Et similis rectè paruis animalibus esse
CHRISTVS *homo fertur, humilem qui se profitetur.*

VVilleramus.

Post parietem stabat, quando humanis membris & mortali corpore intermedio, diuinitatem suam hominum oculis subtrahebat: PER FENESTRAS tamen & CANCELLOS eam ostentabat nonnunquam, vt quando transfiguratione sua & clarissimis miraculis se se verum esse Deum comprobabat. sic plerique Patres [g]. Ille enim (*ait Cassiodorus*)qui *per fenestras*, siue cancellos intuetur, cuncta quæ foris aguntur videt, ipse à nemine videtur: ita Deus cùm omnia videat, ipse inuestigari & comprehendi non potest.]

Deus cùm omnia videat, à nemine videtur. g Iustus, Anglom. Decanus Ambianẽsis hic. Gregorius hic, & hom.13.in Ezech.lib.2.& lib.18.moral. c.32. Augustin. si tamen auctor ipse li. 2. de visitat. infirmor. c.2. Cassiodorus. Honorius.

Longè ab his abscedit Honorius, in hunc modum scribens post varias explicationes; similitudo est ab illo, qui cubiculum amicæ intrare non valens,per fenestram ei loquitur. *Paries* est murus, qui domum separat à domo, & significat originale peccatum, vel mortalitatem, quæ de peccato venit, quod nos à Deo separat:quem murum cœpit Adam ædificare,& omnis posteritas eius laborat eum consummare. Hunc Iudæi multis peccatis ædificauerũt,& ideo CHRISTVM *lapidẽ angularem* [h], *pretiosum*, *electum*, qui eos à peccatis prohibuit, *reprobauerunt, in quem, nõ credentes, offenderunt & corruerunt*. Sed hic lapis in [i] magnum creuit montẽ, super quẽ Sió, ciuitas Regis [k] magni, ædificari cœpit, qui omnes in se credẽtes,in se ciues recepit:qui dicit, *in Deo meo transgrediar murũ* [l], quia nullã fecit peccatum.Post hunc murum CHRISTVS steterit,vt eum impelleret,quia mortalis factus est,vt originale peccatum destrueret. Qui *stat*, laborat: & CHRISTVS in destructione huius muri in tãtùm laborauit,quod etiã

h 1.Pet. 2. v.6. i Dan.2.v. 35. k Psal.2.v.6. l Psal.17.v. 30.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ sanguinem fudit. *Feneſtræ*, quæ lumen in domum mittunt, sunt Apo-
„ stoli, qui lumen cognitionis Dei in Eccleſiam domum Dei fuderunt.
„ *Cacelli*, sunt parua foramina in pariete, per quæ sol radios suos vibrat,
„ & sunt Prophetæ; per quos *Sol iuſtitiæ* radios suæ iustitiæ mundo im-
„ mittebat. *Cancelli* etiam sunt arcus in anteriore parte domus, vnde di-
„ cuntur Cancellarij, prolocutores Regis, qui de cancellis edicta Re-
„ gum populo dicunt; quod iterũ Prophetæ, qui in anteriori parte do-
„ mus, scilicet in Synagoga, quæ erat vmbra domus Eccleſiæ, manda-
„ ta Dei populo nunciabãt. *Cancelli* quoque sunt loca in choro, in qui-
„ bus psallentes sunt ordinati, & innuunt omnes qui sunt in diuersis
„ gradibus constituti.]

TROPOLOGIA.

§. 3. *Spiritualis vir qualis futurus est.*

„ IDEM *Honorius*; de spirituali contemplatione absorpto agens; huic ait, *in montibus salit*, cùm eum de virtute
„ in virtutem per exempla Patrum ducit. *Ipse* erit *similis*
„ *capreæ hinnuloque ceruorum*, cùm bonas sententias eli-
„ git, alta virtutum petit, ad brauium vitæ exemplo san-
„ ctorum currit. *Stans parietem* impellit, cùm concilium malignantium
„ sapienter subuertit. *per feneſtras & cancellos reſpicit*, dum Apostolicis
„ & Propheticis scripturis sapienter intendit. *Dilectus* ei per cancellos
„ & feneſtras *loquitur*, vt surgat; cùm CHRISTVS per Prophetas &
„ Apostolos eum docet, vt proximos ad benè viuendum moneat.] Nõne fidelis anima Deum talem experitur, quando celeri commutatione in spiritualibus exercitiis illum modò præsentem deuotionis feruore; modò vt absentem, ariditate quadam sentit: modò supra cœlos contemplatione eleuatur, modò transilit humilium cogitationum colles? capreæ visu pollet, quando illi oculos sponsus aperit, vt etiam minutiſſimos defectus suos videat: modò ceruinos pedes, vt transiliat sæcularia cuncta; & anhelitum, quo desideriis venenatas suggestiones necet; & fidei solidæ (coagulum hinnuli) amuletum, contra omnes tentatoris draconis morsus largitur?

Nyſſenus. Pſ. 90. v. 13. & Luc. 10. v. 19.

Per montes & colles Nyssenus aduersarias potestates fortiores & imbecilliores intelligit, & per feras illas, datã Christianis à Domino potestatem *calcandi leonem & draconem, scorpium & serpentem*. Sed per verbum *standi*, beneficij huius certitudinem omnis expertem dubij repromittit. Denique animam *per feneſtram & cancellos alloqui sponſum* dicere possumus, quando per S.S. radios lumen spirituale in eam infunditur, vt in domum per feneſtras solet.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

IN his duobus versiculis cetera Honorius communia habet cum iis, quæ iam 3. & 2. §. diximus, nisi quod monet B. Virginem, cœli feneſtram fuisse, per quam *Sol iuſtitiæ* in mundum resplenduit: Alanus alia quædã scribit, quæ haud multum nũc arridẽt. Quapropter sequar Guilhelmum ducem, sed infuso ex Hailgrini & Ruperti cellariis liquido potu poculi rẽperabo. Verba igitur hæc sunt piæ matris filium collaudantis. Cùm dicit, VOX DILECTI MEI, stupet ac gaudet ad vocem filij noui & salubria prædicantis, dæmonibus imperantis, languores sanãtis, mortuos ab inferis in momento, & in ictu oculi reuocantis. Si namque illustris ille *amicus sponſi stans* [a] *& audiens eum, gaudio gaudebat propter vocem sponſi*, quantò magis pia mater sponsi? Quam dulciter sonabat in auribus matris illa vox tam potẽs, tam præclara filij, & talis filij? *Nunquam sic locutus est homo* [b], sicut hic homo: tãpotenter, tam terribiliter, tam suauiter. nam hic homo languori ..s, elementis, dæmonibus imperabat; gehennam ignis inextinguibilis peccantibus intentabat; regnum cœlorum bene merentibus ore mellifluo promittebat. *Nunquam sic locutus est homo*, sicut Deus homo. Et ob hoc nũquam sic ad vocem filij gauisa est alia mater, sicut virgo mater.

Guilhelmus. Rupertus & Hailgr. Perſ. 8.

Pia mater de gloria Christi gaudebat.

a Ioan. 3. v. 29.

b Ie. 7. v. 46.

VOX DILECTI MEI audiebat; subaudi, quantæ dulcedinis, virtutis, & terroris est? Pendet enim oratio, imò non pendet, sed deficit. & vnde hoc? Planè vis stuporis & gratulationis integritatem, vt assolet, orationis interscidit. Si verò malis vocem accipere de Ioanne, cogita Ioannem prædicasse [c], & baptizasse, & discipulos congregasse, & famam eius celebrem fuisse, & plurimos existimasse quod ipse foret CHRISTVS. At virgo mater non ignara mysterij, sallitur, ait, populus; Ioãnes non est CHRISTVS, non est verbum: dilectus meus est, CHRISTVS, est verbum: Ioannes verò *vox* eius est, præcursor & præco CHRISTI est, ille *quo nullus maior inter natos mulierũ* [*], *vox* est verbi. Nonne ipse hoc clamat [d]. *Ego non sum* CHRISTVS: ergo *vox* verbi, non verbum.

c Marc. 1. v. 4.

* Matt. 11. v. 11.

d Ioan. 1. v. 20.

ECCE ISTE VENIT; non vox dilecti, sed ipse dilectus IESVS: nõ Ioannes, quomodo venit? *verbum caro factum est* [e]. Quando venit? *vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suũ* [f]. Vnde & quò venit? *exiuit à patre, & venit in mundum* [g]. Quare venit? *non vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum* [h]. Quousque venit? *vsque ad mortem, mortem autem crucis* [i]. non potuit enim vberius. Qualiter venit?

e Ioan. 1. 14.

f Gal. 4. v. 4.

g Ioan. 16. v. 28.

h Ie. 3. v. 17.

i Phil. 2. v. 8.

SALIENS IN MONTIBVS, saliens præ festinatione, cursum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christi virtus & potentia.

accelerans, velocissimus enim est in opere suo, testante id S. S. quæ nomen illi tribuit; *Accelera spolia detrahere, festina prædari* [a]; & alibi dicit; *Ecce festinus velociter veniet, non est deficiens, neque laborās in eo* [b]. *saliens*, vbi alij vix lento & pendulo vestigio incedunt; *transiliens*, vbi alij difficulter currunt & saliunt. Per *montes* vult, Hailgrinus significari maiores dæmones; per *colles*, minores. Vnde Zacharias [c]; *Quis tu mons magne coram Zorobabel, in planum?* quis & quantus tu es mons ô Satana? tua superbia, tua præsumptio in terram detrahetur, & calcabitur à vero Zorobabele CHRISTO. *Colles* ergo CHRISTVS *transilit*, nullo negotio subactis, & quasi contemptu præteritis dæmonibus inferioribus: sed maiores illos, & nequiores potestates pede potentiæ suæ vnum post alium conculcat, *ambulans* (vt canit alius Propheta) *super aspidem & basiliscum, & conculcans leonem & draconem* [d].

[a] Esai. 8. v. 3.
[b] Esai. 5. v. 26.
[c] Zach. 4. v. 7.
[d] Psal. 90. v. 13.

Iuxta Guilhelm. per *montes* ardua virtutum signantur; per *colles* verò minores mediocresque virtutes. *Exerce te ipsum ad pietatem* (ait Apostolus dilecto discipulo) *corporalis enim exercitatio ad modicum vtilis est: pietas autem ad omnia vtilis est* [e]. Ergo corporalis exercitatio *collis* est. pietas autem *mons*. Venit Ioannes Baptista corporali exercitatione insignis, hoc est, *non manducans* [f] panem, *neque bibens* vinum: at *filius hominis venit manducans & bibens*, vt infirmis piè congrueret, cùm esset maior Ioanne. *Transiliebat* quod minus, vt quod maius insigniter adimpleret. *Transiliebat* collem corporalis exercitationis, vt *saliret* in montem pietatis. Non simpliciter ambularet, sed *saliret*, id est, noua quadam alacritate, & insigni pietatis agilitate ad subueniendum infirmis prodiret. Dignatus est etiã loculos habere, cùm Ioannes nihil tale haberet, aut quæreret. Erat Ioannes in colle perfectionis: porrò infirmi habentes, vel quærentes talia longè inferiùs erant, & quasi in campo, vel in valle respectu Ioannis erant. Noluit pius IESVS in colle esse cum Ioanne, sed *transiliens collem* istum, saltum magnum dedit in *montem* pietatis, misericorditer se coaptando longè inferiùs iacentibus infirmis. Dignatus est etiam imminente passione *turbari, pauere & tædere*, cùm multi martyres de munere eius ad tormẽta gaudẽtes properarint: hi fortes quasi in edito colle erãt, alij qui imminente passione turbabantur, pro minore virtute animi, infra illos, quasi in planitie, consistebant. Maluit Dominus infirmioribus istis se coniungere quàm fortibus; cùm ipse non tantùm fortis esset, sed ipsa fortitudo.

[e] 1. Tim. 4. v. 8.
[f] Matth. 11. v. 18. & 19. *Christus quomodo Ioanne maior.*

En secundum collem quem transiliuit, saltans in montem pietatis. Videte & tertium. Piæ matris notitiam dissimulabat, cùm ei verbum vitæ prædicanti quidam diceret, *Ecce mater tua, & fratres tui foris stant, quærentes te* [g]: respondit enim, *quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei?* planè & hîc trãsiliunt collem, saliens in montem. nempe honorare hominem matrem bonum erat, sed optimum non erat: sed honorare Dẽũ Patrem, non tantùm bonũ, sed etiam optimũ erat. itaque honor hominis matris *collis* erat, honor Dei Patris *mons* erat.

[g] Mar. 3. v. 31. *Christus transiliit honorem matris.*

Saliebat

Saliebat tum dilectus in montem, & transiliebat collem; quia singulari alacritate, in his quæ patris eius erant, versabatur, & ideò matrem carnis suæ pius filius agnoscere non videbatur. Ne intermitteret opus paternæ iussionis, quod maius erat, omittebat officium maternę salutationis, quod minus erat. Nónne satis verisimile est aliquem eorum qui CHRISTO matris aduentum nunciarat, piæ matri hoc responsum renunciasse? An indignatam putas matrem? an se despectã credidisse à *filio veteri suo, filio vberum suorum*? an vt ingrato & inofficioso iratam? absit, absit. Potiùs illa virtuti & sapientiæ filij congratulans diceret; *Ecce iste venit sal. in mont. transiliens colles*, quia procedit ad opus humanæ redemptionis, singulari promptitudine, præcipuis bonis insistens, & ne summa intermittantur, mediocria bona singulari virtute transcendens. Hanc eius virtutem & prudentiam maligni spiritus nunquam effugient. quia

SIMILIS EST DILECTVS MEVS CAPREÆ, HINNVLOQVE CERVOR. duplici de causa. Prior, quia visus eius acumen nihil fugit, nec coram eo latere possunt æstus dæmonum, vnde Salomon [a], *Infernus & perditio coram Domino*, &, vt Iob [b] testatur; *Prudentia eius percussit superbum, & obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus*, quando de mentibus peccatorum diabolus educitur. Posterior verò, quia tantus ille gigas neminem lædit, aut aspernatur, sed erga omnes modestus & benignus, munditia pariter & lenitate morum mundis his & innocuis animalibus similem se exhibet. *Vidimus*, ait dilectus quidam, *gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à Patre, plenum gratiæ & veritatis* [c]: *Plenum gratiæ* propter hilaritatem hinnuli, *plenum veritatis* propter oculos capreæ. hilaris in præstanda misericordia, acuti visus in animaduersione iudicij: quia misereatur in hilaritate, & iudicat in æquitate. Vultis quàm veloxiste fit? ecce qui modò veniebat, vix dixi venire, & adest.

[a] Prou. 15. v. 11.
[b] Iob 26. v. 13.
[c] 1. Ioan. 1. v. 14.

EN IPSE STAT, iam peruenit vsque ad opus, propter quod *exiit à patre, & venit in mundum* [d], opus humanæ redemptionis. *stat*, sicut eum vidit Stephanus, nos iuuare & pro nobis pugnare paratus. Vbi stat? POST PARIETEM, non alienum, sed NOSTRVM. quis iste paries nostet? Honorius, peccatum originis esse voluit, assentitur Hailgrinus, & addit hunc esse parietem, ad quem se conuertit Ezechias, & fleuit [e]; nimirum obstaculum diuinæ visionis & cognitionis, propter peccatum primi parentis. Diu stetit ante hunc parietem sponsus: tam diu quàm dilata fuit eius incarnatio.

Vers. 9.
[d] Ioan. 16. v. 28.

Peccatum originale fidelis impedimentum.
[e] 4. Reg. 20. v. 2. *Rupertus.*

De hac mora pereruditè Rupertus in hanc sententiam disserit: & meritò huic parieti etiam actualia peccata imposuit. Propter quem ergo *parietem nostrum* tamdiu moratus est, qui tam velox in opere est? Nimirum propter parietem inimicitiarum, qui non de vno tantùm originali peccato, verùm etiam de multis actualibus peccatis congestus est. Eorum videlicet actualium peccatorum primum illud fuit, quod filij Iacob, filij Isaac, filij Abrahæ, ad quẽ primũ repromissio facta fuerat, fratrem suum Ioseph per inuidiam [f] in seruum vendiderunt,

Cur Christi incarnatio tã diu dilata fuerit.
[f] Gen. 37. & 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

diderũt,& ille quatuordecim annis seruiuit. Itaque sicut alio loco iustus iudex Deus, dies quibus terram promissionis considerauerant exploratores, qui erant quadraginta; voluit expiari quadraginta annorũ supplicio,& diem pro anno computari [a]: Sic etiam hos quatuordecim annos seruitij Ioseph, voluit expiari per quatuordecim generationes promissione dilata, vt & generatio pro anno computaretur: & sic ab Abraham ad Dauid dilata, quia ab illo ad hunc teste D. Matthæo [b] *generationes sunt quatuordecim*, & CHRISTVS non venit: accepit tum Dauid eandem promissionem [c], sed & ipse Vriam occidit, prius thalamo eius violato: ideò rursus irato Domino, ecce tibi à Dauide *vsque ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim* [c], & CHRISTVS nondum venit. Denique sub tempus trãsmigrationis admissa à Manasse & populo grauissima peccata [d], nonne similem adhuc dilationis pœnam merebantur? Igitur & *à transmigratione Babylonis vsque ad* CHRISTVM *generationes aliæ quatuordecim* [e]; & non nisi post tot generationes venit. propter hæc & alia peccata generis humani, cui repromissus erat, tam iustam, quàm longam fecit moram.

a Num. 14. v. 14.

b Matth. 1. v. 17.

c Psal. 88.
d 2. Reg. 11.
e 4. Reg. 21 & 2. Paral. 33.

Eidem Ruperto *fenestræ* istæ per quas respicit, sunt Moses & Prophetę, qui suo quique tempore in hac congerie peccatorũ clamarunt, & non permiserunt parietem ita densum & contiguum esse, quin dilectus haberet aditum, per quem introrsus respiceret, & ad cor interdum loqueretur. *Cancellos* verò vult fuisse, Abraham, Isaac & Iacob, ad quos promissiones factæ, & quorum recordatione motus, præstitit misericorditer, quod veraciter promiserat; testante id ipsamet sponsa: *Suscepit Israel puerum suum, recordatus est misericordiæ suæ: sicut locutus est ad patres nostros, Abraham & semini eius* [f].

f Luc. 1. v. 55. Guilhelmus.

Guilhelmus cum antiquioribus Patribus *parietem* vult esse, interpositionem carnis infirmæ atque mortalis, quam pro nobis & de nobis assumpsit, & qua suæ æternitatis diuinitatem ab oculis nostris abscondit: Et quidem ex quo verbum caro factum est, post hunc stetisse, diuinitatem suam per infirmitatem occultando: maximè passionis tempore, quando flagella, vulnera, liuores, & ipsa mors, quantùm ostendebant hominem, tantùm abscondebant Deum: quantùm declarabant carnis veritatem, tantùm celabant patientis maiestatem. Quis enim crederet impassibilem pati, & mori immortalem? vnde & Apostoli, qui ei vsque ad passionem quasi cœlesti magistro adhæserant, scandalo crucis vsti, eum vt purum hominem mori crediderunt: vnde nec resurrecturum credere potuerunt.

Sequitur sententiam valentium Apostolos fidem amisisse; quæ minus probabilis.

Verùm in hoc pariete fenestræ erant, per quas respiceret: numerus earum iuxta numerum sensuum nostrorum, de quibus Ieremias; *ascendit mors per fenestras vestras* [g], per quinque sensus carnales, quorum illecebra illicitur animus & eneruatur. Quia ergo in nostro corpore sunt quinque fenestræ mortis, in suo quoque voluit Dominus esse quinque fenestras vitę, per quas nos clementer respiceret, & intuitu pietatis suæ à morte per fenestras nostras ingressa liberaret; quinque

g Ieremi. 9. v. 21.

Fenestræ quæ sint.

quinque fenestræ vitæ, quinque sunt sacratissima vulnera in corpore redemptoris. nonnisi per illas fenestras respicit, quos propitia diuinitas clementi oculo respicit. nõ est vita, non est salus, nisi in sanguine redemptoris; nisi ex fenestris illis, per quas sanguis pretij nostri profluxit. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum, desursum est descendens à patre luminum* [a]. Sed quicquid ab eo descendit, per fenestras illas ad nos defluit. Inde nobis manat copiosa redemptio, inde vita, inde salus, inde gratia, & non tantùm gratia, sed inde *gratia pro gratiâ*: ita inde, quod non aliunde: vt qui gloriatur non de suis meritis, sed de pretio vnde emptus est, glorietur. Inde respicit non hunc vel illum solũ, sed omnes generatim qui præordinati sunt ad vitã æternã. Nunquã vllũ diuinitas respexit, neque respiciet ad vitã, nisi per fenestras illas. Verũ quoniã aliis maior, aliis minor (ipsorũ negligentia) est participatio gratiæ, in sanguine pretij nostri, addit.

a Iacob. 1. v. 17.

PROSPICIENS PER CANCELLOS. quia quinque illa foramina in copore Saluatoris quibusdam latiora, vt fenestræ, aliis angustiora, vt cancelli apparent: *fenestræ* iis, qui fusiorem gratiam acceperunt, *cancelli* iis quibus charissimata minora fluxerunt illi. quasi propinquiores respici dicuntur, quia quo plus gratię acceperunt, propius accesserunt: isti, quasi remotiores, quia minus illis datum, lõgius substiterunt.

ANAGOGE. §. 5.

Romanus.

IAm peti debet ex contemplatione animæ beatæ, seu Ecclesiæ triumphantis, CHRISTVM intuentis; quod facit Honorius, hoc modo; tunc videt eum *in montibus saltantem, & colles transilientem*, quando cernit eum supra ordines Angelorum, & sanctorum in dextera patris regnantem. *Similè caprea* videt, *& hinnulo cervorum*, quando de Patriarchis natum, & à Propheris promissum, cernit iudicem viuorum & mortuorum. *Post parietem nostrum stat, respic. per fenest. prospiciens per cancellos*, quando carnem ex nobis sumptam mortalem, monstrat sponsæ in gloria Patris iam immortalem, sicut per Prophetas & Apostolos promiserat.

* *
*

Universidad de Deusto
Biblioteca

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.10.	* En dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.	*Respondet fraternus meus, & dicit mihi: Surge, veni proxima mea, formosa mea, columba mea.*

LITTERA.

QVIA quæ ad finem vsque capitis, octo commatibus distincta sunt, cuncta sunt verba sponsæ somniantis; & ea simul cõgesta aliquid cõfusionis in explicatione parerent; etsi vnius sint sectionis, seorsim tamen commata singula explicabo.

§.1. VERBA SPONSAE SOMNIANTIS.

LOQVITVR] Symm. locutus φησὶ λάμεν &. nec repugnãt LXX. nã *respondere* passim in S.S. ponitur pro simpliciter loqui, seu dicere.

SVRGE] de strato, in quo decumbis. additur in Hebræo, *tibi*; sicut & paullò pòst, *veni tibi*: quæ nihil aliud significant, quàm surge tu veni tu. *vide suprà cap. 1. vers. 7.*

PROPERA] non est in Heb. nec in LXX. & Latinis nonnullis codicibus deest, nec Patres omnes id legerunt.

COLVMBA MEA] Poëtæ [a] columbam Veneri, vt amoris symbolum dicarunt, hoc animal amat camporum spatia, caret felle, cumque sit castum & marito fidum, eius tamen grauem & permolestam zelotypiam patienter fert, mireque fœcundum est, & prolis cupidum [b]. Multa commendat in sponsa, cùm *columbam* vocat. quasi diceret; Scis, quo me abs te modo coli ac diligi velim? columbam aspice assidentem, inhærentemque vni masculo, columbatim illi mitia mixto suaui murmure reddentem oscula. Est illi casta & innocens thori custodia, zelotypiam tamen comparis peregrè redeuntis non euadit. Videas suspicionibus indulgentem pectus tumescere, raucum quid & minax gutture fremere, circare coniugem, rapido caudæ syrmate solum radere; ac ne dubites iratum, insuper fodicationibus rostri, & alarum ictibus nihil malè commeritam multare. Perstat illa patiens nec succenset indignationi, ex amoris vehementia natę: non fugam adornat, vt se subtrahat, potiùs applicat propiùs propiúsque: non

a Apoll. lib. 1. Argonautic. Virgil. 6. Aeneid.

b Plura vide apud Aristotelem lib. 6. hist. animal. & Plin. lib. 10. c. 34.

Columba vis & natura.

que: non vim cõtrà parat, sed mansuetè perfert omnia, donec tolerantiæ diuturnitas, & magnitudo sæuientis iram vincat, & molliat ferocitatem. Sic tandem ille suspicionis oblitus, totus cicuratur, & hoste exuto induit amatorem. redit in amoris reconciliationem, & rostrorum coniunctio ardentiori dilectione redintegratur: sicut flamma, frigidæ guttulis inspersis, crescit ac propagatur.

MEA] vt ego & totus columbulus.

FORMOSA] non est æquum tam eximiam formam latitabundam tectorum vmbris obscurari. Videant omnes te & laudent, méque beatum prædicent, quòd te potitus. Maritorum non nouus est affectus iste; qui coniugum formosarum de pudicitia securi, temere interdum, vt Candaules.

MEA] meis oculis, meo iudicio; quæ mihi soli formosa, soli morigera.

Priùs viderat venientem, mox astantem retrò parietem, & per cancellos inspicientem; neque id tantùm, sed & sibi audire visa liquidæ vocis modulamina (*de qua suprà v. 8.*) nunc verba memorat, quibus ex thalami latebris in agros inuitabatur, proposita veris temporis commoditate, & ruris ipsius amœnitate. Paullò antè iusserat illam quiescere, & nunc statim quietem iubet abrumpere: nempe *omnia tempus habent, tempus, tacendi, tempus loquendi* [a], *tempus pacis, tempus belli* consequitur.] *Continuatio.*

a Eccle. 3. v. 7.

Quàm breuis ille somnus fuit, quẽ in hortulo discipulis CHRISTVS concessit, durante duntaxat tertia oratione [b]. Vix dixerat: *Dormite nunc & requiescite*, cùm eodem ferè spiritu, & tractu orationis subdidit, *Surgite, eamus.* Deus olim synagogam inuitarat egredi de Ægypto, vt liberiùs eum coleret in terra promissionis, & eam eduxit per varios anfractus in Palæstinam, terram amœnissimam, eduxit autem verno tempore. Ita nunc CHRISTVS inducitur Ecclesiam intra muros Ierosolymæ latitantem, compellans, & ex somno contemplationis, & curæ sui suscitans, vocansque ad conuersionem & sollicitudinem proximorum; quam priùs iussit quiescere, eam nunc statim cogit quietem abrumpere; quia loquendi & tacendi, contemplandi & operãdi curæ sibi inuicem debent succedere [c]. Iube ergo illam accingi ad labores, in puluerem & solem, cõremptis periculis & mortibus, prodire, & perruptis Iudææ terminis, Christianę fidei pulchritudinem per totum orbem deferre.

§.2. MYSTERIORVM SPONSAE SOMNIANTIS.

b Matth. 26. v. 45.

Christus excitat Ecclesiã.

AMICA vocatur, quia Deus illam precio vnigeniti sui sibi reconcilians, præ omnibus vnam delegit. *Columbam* vocat, quia simplex, innocens, mansueta, fida coniugi, & spirituali prole fœcunda. Et quia ipse vt columbus, tam impotenti (si fas sic loqui) amore sponsam depereat, vt sæpè asperiora experimenta adhibeat patientiæ, & constantiæ illius explorandæ. quare cùm illam permiserit vehementiùs vexari; tunc debere columbæ memorem, talia experimenta, vt amoris rudimenta, non minùs æquanimiter quàm fortiter perferre. fore namque vt post huiusmodi noctes & imbres lucidior,

c Ruda & Hayus hic. D. Bern. serm. 58.

Universidad de Deusto
Biblioteca

splendidiorque solclementiæ sponsi effulgeat; qui sponsam vincere non vinci, periclitari non perire, premi non opprimi volebat. *Formosam* denique vocat, propter lauacrum regenerationis. (*sic Iustus*) & propter dona Spiritus sancti (*sic Philo, Theodoretus, & tres Patres*) formosa est sponso, tum quia illi placet, multitudine virtutũ (*sic Cassiodorus*) tum quia pulchritudinẽ omnem ab eo accepit. *Venire* iubet, hoc est, animas lucrari. hoc enim, *auctore Anselmo*, est ad CHRISTVM venire.

TROPOLOGIA.

§. 3.

Rupertus.

ARDENTISSIMVM hoc versu sponsi desiderium declaratur (vt rectè notat Rupertus) vnde autem hoc desiderium dilecti, nisi ex amore, nisi ex charitate eius? hoc desiderio fit, vt dicatur petere, vt timeamus eum, vt ambulemus in viis eius, vt amemus eum, (*vt Deuter. 10. v. 12.*) vt introducatur à nobis, tãquam vehementer exoptans (*Deuter. 5. v. 29. Esai. 48. v. 18.*) salutem creaturæ suæ. Hinc etiam hoc loco anima à Deo deuotæ contemplationis lacte saturata atque consopita; subinde breui tantùm concessa requie, suscitatur, vt proximos ad benè viuendum monitis, & doctrina impellat & dirigat; suscitatur, non solùm per Prophetas & Apostolos (*vt Philo & Honorius hic*) sed etiam interna inspiratione, & conscientiæ impulsu.

Tepiditas animæ quid à nobis Deus petat.

Nyssenus.

Quoties illam Deus compellat, Surge à lapsu (verbis vtar Nysseni) quæ per lubricitatem corruisti, quæ ab angue irretita in terram collapsa es, quæ in ruina inobedientiæ exististis, *exsurge*. Neq; satis est tibi, vt è ruina erigaris, sed per profectum in bonis progredere, cursumque virtutis perfice.] ideò adiungit; *Propera*, nec enim placet illi lentus gradus in virtute: Properare hominem seu festinare iubet, nescit tarda molimina Spiritus sancti gratia.

Surgere animam, dicit Honorius, dum vocanti obedit Deo; *properare*, cùm ex Apostoli præcepto, *opportunè & importunè prædicat* *. Nónne nos hoc ipse sponsus in paralytico docuit, iubens [a] *tollere grabbatum suum & ambulare*: quibus verbis equidem arbitror, cum Nysseno, per motum incedendi significari quandam in melius progressionem, & incrementum. Magna porrò differentia sponsi nostri, & Mosis legislatoris animam adhorrantis. ille nihil ad id quod imperat, præter imperium cõfert; sed sponsus noster imperat, quod vult, & quod voluit, vt præstare possimus tribuit, quia Deus est, & vox Dei vox potentiæ plena; *Vox Domini in virtute*, canit hymnographus [b]. *Ipse dixit & facta sunt, ipse mãdauit & creata sunt* *. Sanè hoc quoq; loco quod iussit, confestim factũ est: iussit animã surgere & properare, nõne id factũ? amica nõ esset, propinqua non esset, nisi obtemperasset.

* 2. Timoth. 4. v. 2.

[a] Matth. 9. v. 5.

[b] Psal. 28. v. 4. Psal. 148. v. 5.

I. x x. vertunt, *propinqua*; hoc indicat accessisse: noster vertit, *amica*, hoc indicat morigeram fuisse vocanti, & credidisse nũciis eius.

Quia sine fide Deo placere nõ possumus, (ait D. Gregorius Magnus) benè per fidem amici vocamur, quia dum fide cœlestia appetimus, contemptis terrenis, Deo adhæremus.] quàm benè conueniunt hæ versiones? nec enim *amica* foret, nisi accessisset ad amatum vocantem: nec accessisset, nisi amore & gratia præuenta redamasset: redamauit autem optimè, quando alios quoque in Dei amicorum albo, labore suo & industria, inscripsit.

Gregorius.

Hæc eadem *columba* assimilatur, tum propter simplicitatem vitæ, & intentionis; nam (vt inquit D. Greg. Pont.) benè anima propter simplicitatem *columba* dicitur; quia anima deuota, dum simplicem Deum cordis simplicitate perfruitur, nequaquam mundi ineptam lætitiam dissoluta sectatur, sed semper ad æterna festinans, columbæ gemitum, pro cantu, diligendo imitatur.] Et dum sic assiduè oculos dirigit in speculum illud columbinæ simplicitatis, formam eius indit sibi [a]. Anguis formam referebat, quamdiu humi repens terra vescebatur, & in anguem respiciens, ei se conformabat: sed postquam surrexit, & oculos intendit Deo, vitiis à tergo relictis, ad speciẽ conformatur, ad quam respicit. Respicit autem in Spiritum sanctum, cui tribuitur columbæ similitudo: & huic assimilatur, per eius charismatum dona, iustitiæ integritatem, vitæ rectitudinem, morum innocentiam, sanctimoniam, castitatem, & longanimitatem atque patientiam in omnibus molestiis, & aduersitatibus sponsi gratia perferendis. Nónne talis iam meritò *formosa* vocatur; quia talis bonis operibus (nec enim Dei gratia otiosam esse sinit, nec illa gratiam in se vacuam esse sustinet) seu prole fœcunda, in oculis sponsi specie adaucta pulchrior quotidie exsistit. sic enim præteritæ vitæ peccata bonis operibus compensat, & antiquam turpitudinem, meliore forma assumpta, ante sponsi oculos abscondit. Hanc animam iubet CHRISTVS *surgere* per fidem; *properare* per spem, & ad se *venire* per charitatem, & quia id non sine labore futurum, adiungit inuitamenta.

[a] Missus dicta Nyssen. & Philonis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

§. 4.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

QVOTIDIE sic in animo interiore colloeutione Deus sacratissimam Virginem, sponsam dilectissimam allo-
quebatur,& currenti calcar addebat;eò gratiùs, quia licet illa Deo & Angelis abundè, sibi tamen ipsi properando nunquam satisfaciebat. Sed hac vti potissimùm sponsus allocutione visus antiquis Patribus [a], quando Deipara post mortem filij aliquot annis adhuc superuixit,& tandem amoris,& desiderij vehementia moriens,à filio in cœlum fuit his verbis inuitata. Ostenderat superiùs affectũ misericordiæ CHRISTI, quo pacto per vulnera sui sacrati corporis,hic amor & clementia sese prodant: nũc introducitur sponsus quasi petens subsidium,vel socium saltem, aut excitatorem & interpellatorem assiduum, atque efficacem. Videtur enim hoc MARIÆ dicere;Ecce quantoperè dilectus meus desideret vos omnes (ô fidę comites) saluas fieri,misereri & parcere peccatoribus: me quoque ad regnum suum euocat,vt generi humano illic patrocinet;vt iugiter ipsum excitem & prouocem ad misericordiam vberiorem. Apertis in medio pariete (corpore dilecti) salutiferis foraminibus,per quæ diuinitas eius, eos qui in inferno erant,sereniore oculo respexit, & consummato fœliciter redemptionis opere, propter quod à patre exierat;cum triũpho redit ab inferis, & resurgit à mortuis: & piam illicò matrem de passione filij tam sancium pectus habentem, infusione nouæ lætitiæ visitat,& vbi abũdarat dolor,superabundare gratiam facit. Quod nimirum illa sodalibus mox indicat,vt sibi congaudeant.

[a] Honor. Guilhelm. Alan. Hailge,sed Rup. non cõmodè retulit ad incarnationem. Ego Guilh.,sequor potissimum. B.V. cur post filium gestabat in cœlum velare.

DILECTVS MEVS (inquit) LOQVITVR MIHI.] Quid loquitur? Planè contraria iis,quæ Eua merebatur audire. Ponderat hanc antithesim eleganter Rupertus in hunc modum.

Rupert.

SVRGE PROPERA AMICA MEA, COLVMBA MEA, FORMOSA MEA, ET [VENI] in his omnibus Euæ opposita. Eua mihi inimica, per superbiam,qua intumuit; viro suo vipera per malitiam, quam ex serpente concipiens foris,facilè cessit; sibimet deformis & ignominiosa per pruritum libidinis, qua statim scaturire cœpit,vnde & nuditate cognita,folio pudenda contexit. Tu *amica mea* per humilitatem,quia contra Deum non intumuisti,sed mente humili altissimo complacuisti. Tu *columba mea*,mea per charitatem,quia serpenti autem non præbuisti, imò inter te, & serpentem inimicitias ego posui.

Maria Euæ opposita.

posui. Tu *formosa mea* per castitatem, nam nuditatem libidinis non incurristi,imò *Spiritus sanctus obumbrauit tibi* *. VENI ergo MARIA, *veni*. nam Eua ad latebras fugit. *veni*, & crede Angelo euangelizanti, nam Eua credidit serpenti insurranti. *Veni* & contere caput serpentis, nam Eua capite illecta, & ventre oblectata, & cauda est obligata serpẽtis. *Veni*,& dic, *ecce ancilla Domini* *; nam Eua abscõdens pariter,& defendẽs se ait,*ser, eni decepit me,& comedi* *.] Sic Rupertus. * Luc. 1. v. 35. * Luc. 1. v. 38. * Gen. 3. v. 13.

Sed melius Guilhelmus prosequitur: *Surge*, commortua mihi per affectum fraternum, *surge* mecum. Ego moriebar, tu mœrebas. Clauui mei ferrei fodiebant mihi manus & pedes; sed maternum pectus tuum transigebant,& *pertingebant* in te *vsque ad diuisionem animæ & spiritus,compagum quoque ac medullarum* *. Surrexi à morte,*surge* & tu à mœrore: vt sicut similis facta es morti meæ, ita fias similis resurrectioni meæ. *Surge & propera*,quò? ad gloriam immortalitatis, quò te resurgendo præcessi. Accepi enim à te mortalitatem, retribuam tibi immortalitatem. Ad hanc *propera amica mea*, cui iam pridem æternum meum de reparatione humani generis consilium credidi,cui Sacramentum à sæculis absconditum reuelaui, quod scilicet *oporteret* CHRISTVM *pati,& à mortuis resurgere.* * *Columba* quoque propter fœcunditatem,sed *mea*; cui ego singularis pullus sum. *Columba* per fœcunditatem,sed nihilominus *formosa* per virginitatẽ: quippe in te, sicut virginitas fœcunditatem non impediuit, ita nec fœcunditas virginitatem defloravit, sed venustauit. Ita *columba mea*,vt tamen *formosa mea*;& quia *columba mea*, ideo *formosa mea*, quia mater mea, ideo virgo mea. Quid est virgo mea? virgo perpetua: quia es mater mea, ideo es virgo perpetua. nempe matrem meam non tantùm virginem, sed perpetuam virginem esse oportet. sicut non potui secundum carnem tecum habere patrem, ita nec ex te fratrem. Proinde non tãtùm *primogenitũ*, sed *vnigenitum* tuũ me esse oportet; *primogenitum*, ante quem nullus; *vnigenitum*, post quem nullus. Itaque quid iaces in mœroribus, quasi lugens mortuum? *Surge* à mœroribus, quia mortuus tuus surrexit ex mortuis. Noli flere viuentem cum mortuis. *Surge*, & per desiderium *propera* ad stolam candidam, stolam immortalitatis accipiendam, quò te præcessi: & mox suo tempore, quando nouellam Ecclesiam de Sacramento incarnationis meæ plenius informaueris; *Veni* ad filium: vt epuleris cum filio, iucunderis cum filio, regnes cum filio.] * Sic amica vt-rum interpretantur etiam Honorius & Halgrin. Luc. 2. v. 36.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius.

HONORIO Ecclesia militans à CHRISTO his verbis vocatur ad cœlestia; *surgit* quia vocanti occurrit, *properat* ad gaudia, *amica* dicitur quia conscia secretorum cœlestium; item *columba*, quia septiformi spiritu plena; *formosa*, quia sine macula & ruga.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 11.	Iam enim hiems transiit, imber abiit,& recessit *. Flores apparuerũt in terra nostra, tempus putationis aduenit: vox turturis audita	*Quoniam ecce hiems trãsiit,pluuia abiit, recessit sibi. Flores visi sunt in terra: tempus sectionis aduenit: vox turturis audita est in terra nostra:arbor fici produxit germina sua:vites florent,dederunt odorem. Surge,veni, proxima*
12.		
13.	est in terra nostra *: ficus protulit grossos suos:vineæ florentes dederunt odorẽ	*mea, formosa mea, columba mea, & veni, tu columba mea in tegimento petræ iuxta promurale. Ostende*
14.	suum. Surge amica mea, speciosa mea,& veni *: columba mea in foraminibus petræ,in cauerna macerię, ostende mihi faciem tuam, sonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.	*mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam: quia vox tua suauis, & facies tua speciosa.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE SOMNIANTIS. תרף *Vers.* 12.

TRansiit] penitùs desęuiit. nam HALAPH per Heth significat penitùs excisum esse, teste Abenezra: & ideo Symm. διεπέρασεν, hoc est, *terminum accepit.*

FLORES] sequitur descriptio temporis verni ab adiunctis, vt describi solet à Lyrico Latino *li. 1. Od. 4. & li. 4. Od. 12.* flores proprij sunt fœtus veris. *Vere sinum tellus aperit, floręq; ministrat.*

TERRA] quam prius hiemales pruinæ niuésque contexerant.

TEMPVS PVTATIONIS] Putatio floritione prior est, & sic noster accipiendus, q. d. *flores apparuerunt*, postquam *aduẽit* (h. præteriit) *putationis tempus*: non verò quasi narrentur, vt eodem tempore contingentia; vt censuit doctus Paraphrastes Alemarianus. Aliorum verò quorundam iuniorum cacoëthes mirandum, respuendi quicquid à nostro interprete, aliter, quàm à Iarchio vel Kimchi redditur. cur, quæso, malunt vertere, *Camillationis* tempus: nónne ZAMIR זמיר *Vulgata editio defenditur.* zain æquè significat frangere, seu putare, atque significat cantillare? fatetur doctior illis Abenezra. Nónne *putatio* huic loco propria? Verno tempore vitis putatur, & turtur canit. quid opus addi aliarũ auiũ cantiunculas? stat pro nostra interpretatione veterum interpretum, qui omnes Hebræa doctissimi, turba. nam LXX. vertunt τῆς τομῆς, *sectionis*, Aq. & Symm. eodẽ sensu apud Theodoretũ τῆς κλαδεύσεως. Thargumæi KITTOPH, à radice KETAPH, vindemiauit, decerpsit. Certius quoque indicium censendũ tempestatis vernæ vitium putatio, quàm auium garritus. Germanis æstas dicta videtur *Sommer* ab Hebræo ZAMAR, per zain. De vitium putatione, non aliarum arborum, Salomonem loqui docent Ambros. Aponius, Epiphanius mox citandi: & cum iis VVilleramus;

Tempus adest viti superflua quæque recidi,
Sol quia iustitiæ iam mundo fulget vbique,
Nubila perfidiæ fidei cessere serenæ,
Vernáque temperies tranquillat pace fideles.

VOX TVRTVRIS] Turtur hirundinum more hieme calidiora petit loca, sub vernum tęporem redit [a]; hieme muta; vere vocalis redit [b]; gemit, & in celsis arboribus nidum ponit, vnde Maro. *Nec gemere aëria cessauit turtur ab vlmo*: castitatem colit coniugalem, & in viduitate perdurat; ex communi Patrum sententia [c].

FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS] Non foliis modò vernat ficulnea, sed iam grossis luxuriat, fructus futuri spem facientibus.

PROTVLIT] rectiùs noster ambiguitatẽ sententiæ vitauit, quàm Aq. qui προεβάλεν. Legitur in reuelatione B. Ioan. facta in Pathmos [d]: *sicut ficus emittit grossos suos*. emittere illic idem quod deiicere. hic verò dicitur *protulisse*, seu produxisse, quæ est vis verbi HANAT, per Heth; protulit iam dulces & maturos. Non enim capio de grossis deciduis tantùm, vt videntur nonnulli [e]; sed potiùs dẽ iis qui ad maturitatem perueniunt, quos ab Hispanis puto vocari *breuas*; discrimen hoc grossorum animaduertit & prodidit D. Ambros. *comment. in Lucam* [f]. Decidui illi non sunt veris idoneum indicium, perdurant vt plurimum in hiemem; & tum labuntur. ficus præcoqua ficui pro flore est, teste Guilhelmo. Hebraicè PAG seu PAGAG, ficum præcoquam significat. Cassiodorus; *grossi*, inquit, dicuntur primitiuæ, & immaturatæ ficus inhabiles ad edendum; qui ad pulsum venti facilè cadunt. fallitur, quia quidam grossi apti sunt esui; & nihil nisi ficus primitiuæ, maturæ in genere suo.

VINEÆ FLORENTES] *vineæ* non foliis tantùm & pampinis, sed suauitate quoque odoris sui oblectant transeuntes. FLORENTES autem non malè noster; quia fragrantia hæc ex vitis floritione fluit iam adultæ: quando flosculi incipiunt prodere minutas, & adhuc planè acerbas gemmulas vuarum. Vitium iste flos à Symm. vocatur τῶν ἀμπέλων ἡ ὀσμή, Hebræis quoque SEMADAR per Samech, est racemus, qui primulus flore deciduo emergit [g]; paulo grandior, sed adhuc immaturus vocatur BOSER [h]; edulis demum & planè maturus, ENAB, per Ain in princip. nuncupatur [i].

a *Cicero lib. 2. de finib.*
b *Plin. lib. 10. c. 35.*
c *D. D. Basil. in Exam. hom. 8. Cyrill. siue Origen. lib. 2. in Leuit. Hieron. lib. 1. contrà Iouinia. Chrysost. hom. de turture, tom. 5.*
d *Apoc. 6. v. 13.*
e *Bern. Haymon. Beda, Anselm. Christopolit.*
f *Lib. 7. c. 13.*

Racemi nascentes. מכור g *hic & inf. v. 15.* בכר h *Ierem. 31. v. 19.* ענב i *Deut. 32. v. 14 & 32.*

" קטוף
" קטף

Universidad de Deusto
Biblioteca

SVRGE] corrupti sunt libri, qui hoc loco addunt; *propera*. Legevirum eruditum, & pium Fran. Lucam Brugensem Notat. CXCV.

SPECIOSA] Sic contextus Romanus, & confirmant, textus Hebræus, versio 70. & Paraphrast. Chaldæa; & sic legêre, Hieronymus, Apon. Iustus, Anselm. Haym. Guilhelm. Rupert. & Honorius. Mendosis ergo codicibus vsi fuêre D. Gregorius Magnus qui legit; *Soror mea*; & Beda, & D. Thom. & D. Bernardus [a], & Pet. Damianus [b], quis *sponsa mea*.

a *Serm 61.*
b *Epist. 3. c. 2.*

IN FORAMINIBVS] Subaudio, habitabis, vel erit perfugiũ tuũ.

PETRÆ] rupis nariuæ.

CAVERNA] latibulo, absconsione.

MACERIÆ] Cassiodorus; *Maceriæ* ex siccis lapidibus ad munimenta vinearum solent fieri, ad repellendas vulpes, & ceteras noxias bestias.] hîc posita, pro quouis arte & industria parato refugio. Hebræum MADREGA, volunt significare gradum, & exponunt foramina seu cauitates, quæ manere solent sub gradibus, seu aggeribus munitionum, seu editarum turrium. Sic Paraphrastes Chald. & alij Rabbini recentiores. LXX. verò προκάτχισμα, hoc est, iuxta D. Hieron [c]. *Promurale*, iuxta D. Ambrosium [d] *præmunitio*. Si sententiam attendas, omnes hæ versiones eodem recidunt. Ideo noster vocem Hebræam latè patentem generali *maceriæ* vocabulo expressit.

מדרגה

c *Lib. cont. Iouinian.*
d *Lib. 1. de Isaac c. 4.*

SONET VOX] pro voce; *verba*, legêre schol. Græca. Sed LXX. vertunt, *auditam fac vocem*; hoc est, vt vertit D. Ambrosius, *insinua mihi vocem* tuam. Non placet sententia D. Nysseni & Philonis, qui hæc de sponsi, & non sponsæ facie ac voce interpretantur.

DVLCIS] rectè faciei decoræ vox *dulcis* vocatur, quia *gratior est pulchro veniens è corpore virtus*: & amantis preces sunt efficaciores quas precantis pulchritudo commendat. Nónne suauius murmurat riuuli limpidi, quàm cœnosi? Porrò incipit ver ipsum elegantissimè describere, referens sponsi, quæ audire sibi visa fuit verba; describit ab auræ tranquillitate, & cœli serenitate, ab hortorum cura & floscul orum deliciis, ab auium canore, & spe fructuum copiosorum.

Veris elegans descriptio.

CONVENIA-
TEO.
e *Psal. 73. v. 17.*

Nyssenus. *Hic minùs bene puto ad agri flores referri pulsationem.*

» Nyssenus *hic serm. 5.* sic scribit; ô quàm venustè depingit nobis
» aëris gratiam, auctor ipse aëris, ad quem Dauides inquit [e], *Aestatem*
» *& ver tu condidisti*. Tollit *hiemis* triſtitiam, cùm hibernam illam fa-
» ciem inamœnam rerum præteriisse dicit, *imbrúmque* minimè gratam
» copiam. Ostendit & prata floribus scatentia, venustéque picta. *Flores*
» ipsos maturitatem suam consecutos, & iam idoneos esse dicit, qui
» amputentur: vt eos omnino *legendorum florum* studiosi homines, ad
» nectendam corollam, vel conficiendum vnguentum, tollere possint.
» Etiam temporis amœnitas exponitur, quo *cantillatus auium* in lucis
» perstrepant, ac suauis *turturum* vox aures percellat. Addit *& ficus &*
» *vitem* quoddam quasi proœmium in iis, quæ appareant, eorum fru-
» ctuum ostentare, quos laturi sint: quum *grossos* quidem illa proferat;
» hæc ita floreat, vt odorarus deliciis illius fragrãtia perfruatur. Atque
» hoc modo figura veri temporis elegantissimè ornatur oratio.] Id-
circo

circo verò vtitur hac comparatione, quia ver dicatum esse amoribus docent plantæ, & animantes cunctæ; quibus, ob genitabilem Fauonij auram flantem, vnica tunc prolificandi cura.

§. 2.
MENS VERBORVM SPONSAE SOMNIANTIS. *Vers. 12.*

Quare subest acumen huic similitudini partis alterius silentio involutæ: scilicet, ista docêt te ad amplexus meos properare, & gignendorum mihi filiorum spiritualium cupiditate inardescere. Non tantùm posco prolem pœnitentiæ, timoris & purgatoriæ vitæ, seu status incipientium asperos & austeros fructus, quales hactenus protulit Synagoga; sed fructus dulciores ac teneriores, atque præstantiores proficientium; vernos fructus conscientiæ serenatæ, & mentium, effulgente spe veniæ & diuinæ indulgentiæ, illustratarum; quarum iam nunc pauca, nec vilia pignora huic secundo statui conuenientia accepisti (*Memores enim vos esse cupio; iam in secunda prophetici huius operis parte nos versari* [a].) Sic enim simulis ei futura gratæ huius anni vici. Non est quod acris hiemis incommodâ te deterreant, itérque morêtur: ne fuga videatur in hieme fieri. Solutum est frigus, pluuiæ nullæ vehementiores impendent; horrida sidera, quæ solita prolicere, & terris aquas inuergere, nobis occiderunt; noxij & imbricitores venti aliò penitùs pulsi concesserunt.

a *Vide distributionẽ propositam in Prolegomen. c. 4.*
b *Exod. 13. v. 4.*
c *Ioan. 4. v. 35. notat Cyril. lib. 2. in Ioan. c. 12.*

Verno tempore quæ gesta sint.

Israëlem olim Moses verno tempore, nempe mense nouarum frugum, ex Aegypto eduxit [b]; vere CHRISTVS Dominus passus fuit (vt constat) verno quoque tempore Apostolos ad gentium cõuersionem excitauit, dicens; *iam regiones albæ sunt ad messem* [c]. Vernum quoque tempus erat, cùm Apostoli ad prædicandum missi fuêre. Hiems fuit non modò tempus idololatriæ, quoad infideles (*vt hic Nyssenus*) sed etiam tempus illud totum legis Mosaicæ asperum legali rigore, & frigidum legis inefficacia (*iuxta Gregor. Magn.*) obscurum & nubilum propter potestates tenebrarum tunc regnantes per infidelitatem & peccata; quibus humanum genus oppressum iacebat (*sic Nyss. Apon. Alcuin. hic & Epiphanius* [d]) tunc erat tempus iræ, quia *Deus omnia conclusérat sub peccato* [e], *& lex iram operabatur* [f]. huic noctí tenebrosæ, infidelitatis Iudaicæ, & Gentiliũ, quæ præcessit; fidei Christianæ dies appropinquauit: huic asperæ hiemi successit tẽpus gratiæ vernũ; *dies salutis, tempus acceptabile* [g]: quãdo sol iustitiæ sese exercuit, scientiæ Dei lumẽ emicuit, euangelij lux effulsit, & calor vernus charitatis per Spiritum sanctum in cordibus diffusus fuit. Inter *imbrẽ* & *hiemem* distinguũt hîc nõnulli [h], sed singuli aliter atq; aliter; quorum mihi nõ admodũ probantur interpretationes: malo cũ aliis [i], propter similes effectus, ea nunc pro iisdem accipere. Cùm verò mox subdit,

d *Aduers. hæres. 59. quæ est Catharorum.*
e *Gal. 3. v. 22.*
f *Rom. 4. v. 15.*
g *2. Cor. 6. v. 2.*
h *Orig. hom. 3. D. Bern. serm. 58. Theodoret. Philo. Ap. Honor. hic.*
i *D. Ambros. in Psal. 118. serm. 6. Gregor. Mag. Nyssen., Tyrll & Decano Ambianens. hic.*

Iudæa terra quæ & quales flores protulerit.

FLORES APPARVERVNT IN TERRA NOSTRA] loquitur de terra Iudæa. hanc cùm prius fuisset omnis malitiæ & obstinationis proseminatrix & germinatrix; nunc dicit pro spinis *flores* amœnissimos protulisse. primò quidem primitias credentium, martyrij floscul os pueruls, quos velut nascentes rosas turbo, gladius Herodis succidit (*Aponius*) sed & lilium castitatis virginem sacratissimam; violã abstinentiæ Ioannẽ Baptistam, Apostolos & credentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ceteros quorum bona fidei & iustitiæ opera, & veris flores, sic salutis sint indicia. *Vinea* quoque legalis, cæremonialium omnium refectione *putata* fuit, vt noui thyrsi & pampini euangelici pullularent. Hoc enim tempore iam *securis erat ad radicem posita*, ad exscisionem omnis arboris fructum non ferentis (*sic Ambros. d. serm. 6.*) volebat Pater cœlestis verus agricola à vera vite, quæ CHRISTVS est, omnia sterilia & arida sarmenta resecari; contagioni vitandæ, bonos à malis, fideles ab infidelibus, filium à patre, nurum à socru, carne coniunctissimos ab omni carnis affectu: (*Apon. & Theodoret.*) instituerat illam quoque spiritualem refectionem, quæ fit in baptismo & pœnitentiæ Sacramento per peccatorum remissionem: (*sic Origen. homil. 4.*) nec non aliam circumcisionis nouæ & spiritualis, qua cor, os & manus ab omnibus illicitis & superfluis continentur. (*sic Philo, Iustus & Beda.*) Denique *putationem* potes addere, quæ fit falcastro prædicationis. VVilleramus, de fidelibus;

Qui, quamuis per se studeant bona germina ferre,
Purgantur monitis ob spem fructus melioris.

» In prosa verò dicit, hanc *putationem* faciendam à concionatoribus, » dum falcastro prædicationis amputant superflua vitiorum de cordi- » bus auditorum.]

Matth. 3. v. 10.

Turturis vox qualis.

a Cyrill. lib. 15 de adorat. in spiritu & veritate. Alcuin. & Angelom. hic.

b Luc. 1. 34

VOX TVRTVRIS] Potes intelligere de ipsomet CHRISTO, vt volunt D. Cyrillus, Alcuin. & Angelomus [a], hoc sensu; audita est vox mea, qui sum verus, & princeps turtur. Malo tamen ceteros Patres sequi, qui de aliis accipiunt. Primò quidem de Cantico virginitatis B. MARIÆ, cùm cecinit; *Quoniam virum non cognosco* [b] (quæ de re pulchrè admodum Aponius;) item de cantico Eucharistico, quando cecinit; *Magnificat anima mea Dominum* (*sic Iacob Valentinus.*) » Secundò de voce Annæ Phanuelis castissimæ viduæ CHRISTVM » annunciãtis, *Luc. 2. v. 38.* (*sic Iustus.*) Denique de prædicatione Ioannis Baptistæ, qui præcursor fuit huius veris; (*sic Nyssenus & Psellus*) » & B. Magdalenæ, cui accommodat Alanus, his verbis, per *turturẽ*, quæ » (vt dictum est) inconsolabiliter dolet amisso pari, figuratur Maria » Magdalena; quæ maximè dolet viduata viro spirituali, id est, CHRI- » STO, cuius *vox in terra*, id est, Iudæa, audita fuit, quando resurrectio- » nem annunciauit.] & B. Pauli, cui Philo accõmodat; & reliquorum Apostolorum, in quorum omnium corde *Spiritus sanctus gemitibus inenarrabilibus* [c] postulabat. Omnes vno concentu & consensu, in hac vita nos iubebant lugere; docebant, à magistro docti, hanc esse beatitudinem, seipsum abnegare, odisse carnem suam, tota die mortificari. Horum omnium *conuersatio in cœlis* [d] fuit: semper intra se gemuerunt *adoptionem filiorum Dei, & redemptionem corporis sui exspectantes* [e]. (sic Cassiodor. Beda, Haymon. & Honorius.)

c Rom. 8. v. 26.

d Ephes. 3. v. 10.

e Rom. 8. v. 23. Vers. 13. Ecclesia gentium Christi est vinea.

FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS] Breuiter hoc ait: Iudæa protulit Apostolos, Ecclesia verò gentium latè sparsit odorem florum Christianæ fidei, tot millibus tam citò conuersis. Ecclesiam gentium CHRISTI populum esse *vineam* probat D. Ambrosius, ita vt nihil

f Lib. in Luc. 9. c. 10. multa repetit ex lib. 3. Exam. c. 12.

vt nihil dici queat elegantius; sed prolixiora sunt, & cunctis ad manum, quare non inferam eius verba; tum quod sciam, omnes reliqui hac in parte D. Ambrosio assentiuntur, qui Historicum sensum proponunt. *Ficulnea* nomine Synagoga significatur, communi quoque Patrum explicatione, & ipsius Domini auctoritate [a]: sed in *grossis* explicandis non conueniunt.

Quidã explicant *grossos*, hoc est, veteris legis præcepta credidisse [b], & *vineas* de Euangelij flore fragrantiam suauem sparsisse. Multi etiam per *grossos* accipiunt [c] Iudæos pertinaces, & eos qui initiò IESV crediderunt, sed postea conuersi sunt retrorsum: vt audita voce Turturis, ex Ioannis discipulis nõnulli, qui *ad horam tantum* in luce eius exsultarunt [d], quia breui tantùm tempore crediderunt, atque ideo maturos pœnitentiæ fructus, hoc est, serotinos & dignos non protulerunt. CHRISTO quoque prædicante quidam discipulorũ eius abierunt retrò [e]. Post Apostolorum denique prædicationem, non pauci (*de quibus solis hoc capit Cassiodor.*) de circumcisione falsi fratres fuerunt, & ad abolitas legales obseruantias, vt canis ad vomitum, redierunt, & in fœdas etiam hæreses inciderunt, de quibus grauiter DD. Paulus & Iudas *in epistolis suis* conqueruntur. Hi ergo sunt Synagogæ *grossi* secundum hos graues sanè, & dignos honore scriptores [f]. Sed quia de grossis tantùm deciduis intelligunt; nunc alios [g] sequor, & cæleo potiùs *grossos* intelligi; qui (secundũ D. Ambros.) soliti venento resistere, & cũ maturitate multũ quoque dulcedinis adipisci: & per hosce significari Apostolos, nec non illos pauculos alios, qui ad finem vsque fideles ex Synagogæ filiis perstiterunt. *Vineæ florentes* odore serpentes fugant: nonne id Euangelici sermonis proprium?

a Matt. 23. v. 19. Luc. 13. v. 6. Ioan. 1. v. 48.

b Hieron. lib. 1. cont. Iouin. Angelom. & Alcuin. & Cassiod.

c Beda & Haymon. hic, & Bern. ser. 60. in Cant.

d Ioan. 5. v. 35.

e Ioan. 6. v. 67.

f Bed. Haym. Angelom. Alcuin. Cassiod. hic, & D. Hieron. cont. Iouin.

g D. Ambros. lib. 7. in Luc. & Phil. Apon. & Honor. hic.

SVRGE] hac iterata vocatione amoris sui vehementiã prodit [h]. Ante monuerat, surgeret ad operandum, nunc etiam monet surgat ad docendum alios. quia perfecti Doctoris est *facere & docere* [i]. Sic Honorius, aliter autem D. Epiphanius suprà laudatus.

h D. Bernar. ser. 61.

i Act. 1. v. 1. Vers. 14.

COLVMBA MEA, &c.] propositis quæ tædium itineris aperta leuare, nunc hospitij seu thalami securitatem ostendit; vt intelligat nihil causæ relictum, cur venire detrectet. Non enim hæc interpretanda, quasi sponsam ex foraminibus, & cauerna respicientem commendet, quod Rabbinis & Guidacerio quoque visum; cur enim eam inde euocaret, vbi desidens tantoperè ipsi placebat? sed accipienda, vt sic proponat sponsæ tutissimum refugij nidum, & simul celerem eius aduentum vrgeat; verecundè quoque & latenter subindicet, cur illam toties tam ardenter euocet. Igitur tam pauculis verbis illum puto his similia complexum; Scis, quid velim, ô mea, quid opremˆ annus formosissimus, & Tempe amœnissima, & pomaria fertilissima nos in agros inuitant. Illic columbæ agrestes, seu huiæ nobis amoris fidi, & coniugalis exemplum sunt futuræ. Vagantur & pascuntur interdiu: sed immunẽtibus vncunguibus, & rapacibus volucribus; vel nocturnis tenebris, celeri volatu, rupium rimas, & caua parietinarum subeunt: ita nos thalamus noster recipiat lassos pauidósve, vbi curas

Sponsi desiderium quale.

Universidad de Deusto Biblioteca

estúsque animi suauibus alloquiis, & conspectu mutuo letemus. Sic abs te diligi & obseruari volo, quemadmodum à compare columbus diligitur & obseruatur.

Ecclesia columba est, Christus columbus.

Igitur Ecclesiã *columbæ* comparans docet, qualẽ illa se CHRISTO sponso suo debeat exhibere. Quemadmodum sole iam viciniore cœlum verna temperie serenatur: sic Ecclesiam sponsi propius accedentis viuifico spiritu calefactam, nitescere nouis virtutum luminibus debere, & esse non solùm similem columbæ oculorum luce, sed colli varietate, & totius corporis pulchritudine. Columbo desponsatam esse, qui simplicitatem & innocentiam diligit; vtpote vnus maximè simplex, sibique semper simillimus; qui socium thalami fere nullum, qui zelotypus est præ amore, & coniugis fidem duris nonnunquam experimentis explorat: qui propterea nunc euocet in rus, vt vrbium, & quæ in illis vigent terrenarum cupiditatum, omnes simul cogitationes abiiciat & derelinquat. Simul tamen admonet, ne suis viribus temerè confidat, vel ipsam sese periculis passim obiiciat.

Christus gaudet humilitate.

Gaudet sponsus humilitate, pauonis superbiam detestatur. Tuta eris (ait) si te receperis in petræ foramina. Si iuxta Apostolum, *petra est* CHRISTVS [a]; *foramina petræ* vulnera sunt Redemptoris; quæ quinque sunt, quia fueramus quinque sensuum vulneribus sauciati, & per has quinque plagas salutem sumus adepti. In hæc subit alis veræ fidei & spei, quando salutis spem in Redemptoris passione constituit. illic *nidificat*, quando bonorum illic operum fructus coaceruat. sic optimè Per. Damianus [b],

a 1. Cor. 10, v. 4.

b d. Epist. 3. c. 2.

Sic Alanus *foramina* interpretatur; *cauernam* verò vulnus lateris. Cauerna (inquit) amplior solet esse foramine: vnde per *foramina* perforationes manuum & pedum CHRISTI figurantur: per *cauernam* verò eiusdem lateris apertio significatur. CHRISTVS autem dicitur *petra* propter firmitatem; *macera* verò, quia ex multis lapidibus, id est, fidelibus, perficitur, quantum ad spirituale corpus, id est, Ecclesiam.]

Paullò aliter Cassiodorus, qui ait; In his *foraminibus* moratur Ecclesia, quia totam spem salutis suæ in passione sui Redemptoris constituit. Ibi ab insidiis malignorum spirituum, quasi à raptu accipitris secura delituit: ibi *nidificat*, id est, fœtus bonorum operum congerit. In *macera cauernæ* moratur, quia præsidio angelorum vndique circumdatur, & à tentationibus diaboli custoditur.]

c Iustus & Honorius. *S. Scriptura ipsi macera.*

Verùm alij non incommodiùs *maceriam* exponunt sacram Scripturam. Hæc enim Sancti veteris & noui Testamenti ædificarunt, seque viuos lapides supra *petram* fundamenti collocarunt: & hæc est *macera*, seu murus optimus, cingens vineam Dei Zabaoth. In abscondita seu *cauernam* huius maceriæ se recipit Ecclesia, quando consolationem & eruditionem petit ex profundis abyssi diuinæ sapientiæ, quæ in hoc archiuo seu erario fido, & tuto asseruatur: & in has cauernas non pater ingressus, nisi solis columbæ pullis. Quî inibi latere nõ diu sinit sponsus, sed foras euocat, vt aspectu & auditu liberiore fruatur faciei

faciei ac vocis eius. *Faciem* suam quasi Deo ostendit Ecclesia (dicit Cassiodor.) cùm proximis ad vtilitatem & profectum per virtutum opera, quantam intrinsecus habet pulchritudinem, demonstrat. hoc est, quod Dominus ait in Euangelio; *videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est* [a]. *In auribus* Domini *vox* Ecclesiæ *sonat*, cùm per prædicationem ex multorum conuersione, delectatur Deus. *Faciem tuam*, quã in baptismo tibi dedi, quando te ab omni peccato emundaui. *Auribus meis*, vt ex sincera intentione dilectionis meæ procedas, vt non propter aliud prædices, nisi propter me.] *Sic ille.*

a Matth. 5. v. 16.

Consentit ferè D. Gregorius Pontif. cui *vox* est prædicatio; *facies* fides: iuxta alios *facies* est vitæ morumque decor. *Vox suauis*, quia non est contentiosa, non superba, non minax, vt fuerat vox Synagogæ crocitantis, *crucifige*, *crucifige* [b]: non fracta, lasciua, luxurians, vt vox Gentilium luscitiarum meram vanitatem minutizantium: non obstrepera & aspera, vt sunt voces drensantium hæreticorum, qui Catholicis oloribus, vt anseres obstrepunt: sed *vox lenis*, grauis, modesta turturum; quæ prædicationẽ suam ad omnium salutem suauiter inflectit, & modulatur. Hanc vocem pollicetur se libenter auditurũ, vt insinuet eandem se promptè exauditurum, quandocunque sancti Deo homines, siue viui, siue defuncti, & in cœlum recepti preces fundent. *Orationes sanctorum* (ait Iustus Orgelitan.) *semper Domino acceptæ, gratiæq; eius præsentes* (hoc est vtiles & efficaces) *quia de* CHRISTI *lumine acceperũt, vt in decore iustitiæ permanerẽt.*]

b Ioan. 19. v. 6.

Iustus.

FACIES TVA DECORA] Velata fuerat cum Mose facies Synagogæ, postea quoque grauissimi piaculi necis CHRISTI pollutione fœdata: sed postmodum precioso eius sanguine in baptismo ablutа, multò formosior fuit effecta, & omni abiecto velamine, candidam se, splendentémque oculis sponsi stitit, & exhibuit. *Sic D. Hieron. supra & Apon. hic.*

TROPOLOGIA. §. 137.



MIRVM elegantissimè hunc locũ de hieme tractauit D. Gregorius [c] Nyssenus accõmodans animæ hiemi & veri. Vnum enim malum tradit multis nominibus pro effectionũ discrimine significari. *hiemem & imbrem* vocari eandem tentationem. *hiemem* dici ad indicandã faciem malorũ multiplicẽ. Hieme, quæ floruerãt marcescere: arborum venustatẽ, quæ foliis à natura insigniter ornatur, ramis defluere, terræque delapsam cõmiscere: silere musicarũ auium concentũ; fugere luscinium, torpere hirundinem, & procul à nido suo turturem abire: cuncta mortis mœstitiam imitari: emori herbas; perire germina, ramos nudatos foliis, adeoque consimiles ossibus quibus dempræ sunt

c Serm. 5. Nyssenus. *Hiems spiritualiter quid denotet.*

Vers. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

carnes, spectaculum fœdum exhibere, præ quod sunt cùm eis adhuc foliorum, vel fructuum venustas adest. Hiberno tempore mare commotum funditùs intumescendo scopulos ac montes imitari, attollente se undarum vertice in speciem quandam arduam; & meditari quo pacto hostili more in terrâ irruat, super litora semet effundẽs, & cõtinuis fluctuum verberibus, quasi machinis admoris eam cõcutiat. Sic ait *b ernem* animæ nostræ quandam fuisse. Quia humana natura rerum initiò floruit, quam quidem diu hæsit in Paradiso, & fontis illius aquam hauriendo pinguescebat ac florebat: cùm foliorum denique loco, immortalitatis germen naturam illam ornabat. Verùm posteaquam *hiems* inobedientiæ radicem ipsam aridam effecit, flos ille decussus est, & in terram resolutus: homo pulchritudine immortalitatis nudatus: exsiccata virtutum herba, dilectione erga Deum ob scelerum incrementum extincta, atque hinc factum, vt varij animorum morbi ac perturbationes per *ventos (cupiditatũ)* oppositos in nobis sese attollerent, quæ vitiosorum animi naufragiorum causæ sunt. Vbi autem venit ille, qui *ver* in animis nostris efficit, qui improbum illum ventum, excitantem mare, ac flatus ceteros, obiurgando compescit, & mari dicit; *sile ac mutum esto* [a]. tum scilicet omnia in tranquillitatem ventorum expertem commutantur, rursúmque reflorescere natura nostra incipit, ac floribus suis eleganter ornari. Sunt autem *flores* illi vitæ virtutes, quæ nunc quidem florent, verùm suo tempore fructum suum exhibebunt.

a *Marc. 4. v. 39.*

Honorius.

" Honorius autem; *Hiems transiit*, cùm aspera conuersatio commissæ plebis, in malitia indurata, calore diuini amoris soluta in *ver* sanctæ conuersationis transibit. *Imber recedit*, cùm tentatio persequentium cessauit. Cùm enim prauos bonus à prauitate prohibet, mox persecutionem ab eis sustinet. *quia omnes qui volunt piè viuere, in* CHRISTO IESV *persecutionem patiuntur* [b]. *Imbre abeunte, flores apparent*, quia cessante persecutione malorũ, initia bonorũ erumpunt.] continentia, quæ (Nysseno teste) splẽdidum ac flagrans lilium est, verecundia, quæ rosa est; humilitas, quæ viola est; obedientia, quæ calthula est; charitas, quæ balsamum: sed præ cunctis efflorescit in animo CHRISTVS; flos ille de radice Iesse, quod nobis *turturũ vox* indicauit.

b 2. *Tim. 3. 12.*

Putatio vitis quid sit. Cassiod. c Ioan. 15. v. 2. Honor.

Huius *putandi tempus* aduenit. *Putatio* vinearum (ait Cassiodorus) sanctorum significat purgationem, quę in CHRISTO & per CHRISTVM est, de qua ipse apud Ioannem; *Ego sum vitis, & vos palmites* [c]. Hos palmites suos ipsa vitis putat (teste Honorio) dum sarmenta arida amputat, & rebelles ab Ecclesia resecat. Vult etiam nos quotidie resecare superfluam foliorum, hoc est cogitationum & verborum, luxuriem. Iam infructuosi (dicit Philo) præcidendi sunt ramuli, iam iam tollenda sunt omnia scelera, & animæ ab omni peccatorum labe purgandæ iis omnibus; qui filij Dei, sponsæ CHRISTI esse volunt. Tum clarè *vox turturis exauditur in terra nostra*; quia Spiritus sancti gementis in nobis internas inspirationes audimus, &

Philo.

eis obedimus: & tunc quoque in Ecclesia pœnitentium, eõuersorum, & peccata deflentium gemitus personant.

Prof. 11. Nyssen

Tunc FICVS *profert grossos*. ficuneæ ob caloris copiam vis inest magna attrahendi ab imo humoris, vt notat Nyssenus: cúmque magnam in meatibus interioribus humoris copiam collegerit, incipit illam decoquere; quod facit defluxu quodam temporis, & successiua variatione. Primò quæ prorsus terrea & nullius vsus sunt, è ramis excernit, deciduos nempè & inutiles planè *grossos*: Deinde profert præcoquum quid, & quia imperfectius est minori indigens decoctione, & non prorsus ab omni humore inutili repurgatum; *grossum* appellant non deciduum, qui habet quandam fructus ipsius speciem; sed tamen non est adhuc perfectus ficuneæ fructus, planè repurgatus & excoctus: denique perfectum omninò fructum producit. huius *grossi* sunt, quasi quoddam proœmium seu promissio & signum. Hos iam ait ficum protulisse. Nam *ver* est, quasi in confinio duorum anni temporum, hiemis & æstatis: & *grossi* veris indicium, medij sunt inter hiemales illos deciduos, siue arida illa decermina, & inter æstiuos fructus perfectos. Sic animæ quoque nostrę *ver*, est hæc vita præsens, quando ex hieme peccatorum emersit, & florere virtutibus incœpit; tempestas hæc media est inter hiemem tristitiæ, æstatem maturi fructus siue retributionis æternæ. Sic enim æstatẽ ipse Dominus discipulis suis interpretatur, dicens: *Videte ficulneam & omnes arbores, cùm producunt iam ex se fructum, scitis quia propè est æstas. Ita & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quia propè est regnũ Dei* [a].] Et alibi dicit, *messem esse seculi consummationem* [b]. *Grossi* ergo hi nobis spem exhibent, fructus æstate illa percipiendi. Natura humana hieme illa durante vim maximam praui humoris attraxerat. Sed qui curator est & agricola huius arboris (*arbor* homo est) ille primò putationem præmisit, quando iussit hæc per confessionem & pœnitẽtiam recidi, & sic quæ terrena & superflua sunt, excreuit. Deinde per vitæ emendationem, fœlicitatis & præmij æterni quod speramus, characterem quendam & signum animæ impressit, quasi spem & prægustum; quo futuram ficuum dulcedinem nobis tribuendam præcipiamus. Illę ficus maturæ significatæ fuêre Ieremiæ [c], quando vidit duos calathos ficis plenos, per *Calathum, in quo ficus bonæ valde*: deciduæ verò per ficus, *malas nimis quæ comedi nõ poterãt, eò quòd essẽt malæ. Grossi* verò, de quibus hîc agitur, per *prima poma ficulneæ*, apud Osee [d].

Ver nostrum vita præsens est.

" a *Luc. 21. v. 30.*

b *Matt. 13. v. 39.*

c *Ier. 24. in princip.*

Osee 9. v. 10.

VINEÆ quoque *flore mes dant odorem*, eodem vere spirituali fotæ: cùm palmites spargunt odorem vitis, & reipsa se exhibent bonum CHRISTI odorem. Huius vitis vinum, quod cor exhilarat, sapientiæ cæterem aliquando implebit, & conuiuis propinabitur ad hauriendum ex eo totis viribus sobriam ebrietatem; per quam homines ex rebus istis crassis ad statum quendam diuiniorem rapiuntur. nunc vitis illa tantùm floret, & manat ex ea quidam halitus suauis, fragrans, & sponso acceptus; cum spiritu à quo continetur temperatus. De hoc *odore*, cur dicantur *suum dedisse*, sic Origen. *hom. 4.* Et non

Origen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" sine causa puto quod non dixerit odorem, sed *odorem suum*; vt ostenderet ineſſe vnicuique animæ vim poſſibilitatis, & arbitrij libertatē, qua poſſit agere omne quod bonum eſt, ſed quia hoc naturæ bonum prævaricationis occaſione in deceptum, vel ad ignominiam, vel ad laſciuiam fuerat influxum, vbi per gratiam reparatur, & per doctrinam verbi Dei reſtituitur, *odorem* reddit ſine dubio illum, quem primus conditor Deus indiderat, ſed peccati culpa ſubtraxerat.]

Sanè imitelæ hæc prædebi Erasmi vel quæ quoque ne quid inſit Pelagianum diſcete, nam Origenes Pelagio præiuit. Verſa 14. Gregorius. Chriſtus & exemplis ſãctorũ & admonitionibus nos trahit.

SVRGE AMICA MEA, &c. hæc præclarè ſunt enarrata à D. Gregorio Papa, cuius verbis ſi quid meum inſererem, pannum rudem purpuræ interexerem; Quia CHRISTVS (inquit) vtroque " modo exhortationis nos *trahit*, vt videlicet & præceptis nos admoneat, & exẽplis Sanctorũ nos erigat, ideirco ſponſæ ſuæ priùs vt *ſurgeret* admonẽdo præcepit, & deinde exempla Sanctorum ad cognitionem adduxit, & poſt exemplorum exhibitionem iterum ſe ad præcepti commonitionẽ cõuertit, dicens; *Surge amica*, &c. Surgit anima, cùm à peccati perpetratione ſe erigit: *veni*, cùm per bona opera deſiderij ſancti paſſibus ad cœleſtia tendit. Sancta etenim mens, cùm præteritæ vitæ turpitudines cõſpicit, cùm peccata ſua enumerat quæ fecit; mox ſecum in conſcientia erubeſcit, & quæcunque in mũdo dilexerat, ad odiũ ſibi transferens fletibus ſe punit, & ipſa pœnitẽtia facta robuſtior, ab omni inquinatione eriã cogitationis exilit, & ab omni torpore negligentiæ ſe excutit: vt iam in infimis cogitationibus non iaceat, ſed ad apprenda inuiſibilia per ſancta deſideria ſe extendat. Hæc itaque mens *ſurgit & venit*, quia & à torporis infirmitate per compunctionem ſe erigit, & in ſanctis ſtudiis ſe exercens, ad æterna pedibus amoris currit.]

Honorius.

Honorius autem vult *reſurgere*, cùm hæreticis reſiſtit; *amicam Dei* eſſici, cùm inimicos Dei perſequitur; *ſpecioſam* cùm errantes ad ſpeciem Dei reducit: *venire*, cùm negligentes ad nuptias agni venire facit: *columbam eſſe*, quæ alienos quoque pullos nutrit, cùm filios perditionis, filios gehennæ, filios iræ, facit filios regni, & filios Dei.

Nyſſenus.

Reſtat aliquis ſcrupulus, cupinani reperitione toties eam *ſurgere & venire* iubeat, toties *formoſam*, toties *columbam* appellet? dubium mouet, &, in tropologia magnificè mentem atrolleus, hoc loco Nyſſenus ſoluit, quod ſciam primus. Obſeruat maximam eſſe differentiam " inter naturam illam Dei infinitam, & noſtram. Beata illa (inquit) & " æterna, omnemque mentem exſuperans natura, res vniuerſas in ſeſe " complexa limite nullo continetur] quodcunque de ea comprehẽdere mente poſſumus bonum, immenſum, & infinitum eſt. Nam vbi malo non eſt locus, ibi neceſſe eſt boni nullum eſſe terminum. Noſtra verò natura finita eſt, & ſuis terminis circumſcripta. Item noſtra hæc mutabilis eſt propter mali admiſtionem, & bona malaque inuicem ſuccedunt, ſitque terminus boni ſubſequens vitium, & vitij terminus virtus ſuccedens. At verò natura illa Dei ſimplex, pura, vniformis, mutationi alternæ non ſubiecta, ſemper eodem manet adfecta modo: nihil ei perfectionis vel accedit, vel decedit. Cùm hæc ergo

ergo animam hominis ad bonitatis & præſtantiæ ſuæ participationẽ attrahit, ſemper illam ſuperat, quantumuis illi de ſuo largiatur; & ſemper eſt quo ſponſa dictans propiùs adducatur. Vides illam hîc propiùs propiuſq; accedere? *Per cancellos* primùm & *feneſtras* lucis ſuæ radios immiſerat; & ſimul eam *ſurgere* iuſſerat, & ad lucem *properare*, ac *formoſam* fieri ad columbę ſpeciem radiis ſolaribus illuſtratæ. Deinde poſtquam bonorũ illorum participem fecerat, quantum eius fieri poterat: nunc hoc loco de integro eam, quaſi nõdum bonis frui cœpiſſet, ad fruitionem ſuperiæ illius pulchritudinis attrahit. Vult enim pro ratione profectus ſemper in ea creſcere cupiditatem illius boni, quod vlterius contemplatur: adeò vt quantumuis longè progreſſa ſit, & altè aſcenderit, tamen quia prorſus incomprehenſibilia ſunt illa bona, ſemper ſeſe exiſtimet, cum Dauide tum demùm progredi & ſubire incipere. Propterea rurſus ad excitatam ait, *Surge*, & ad eam quæ venerat, *veni*. Nec enim ille qui hoc modo ſurgit, vnquam ſurgere deſinet, neque vnquam à currente ad Dominum infinita illa ſpacia interiacentia tranſmittentur. Semper itaque nobis ſurgendum, ſemper ſine quiete currendum. Quoties autem vel illud *Surge*, vel alterum *veni*, ſponſus profert, toties nouas vires aſcendẽdi ad potiora, ſe ſimul largiri ſignificat. Quoties; *ſo moſa* illud repetit, toties hortatur vt ex formoſa formoſior fiat; ſemper enim *de gloria in gloriam* poteſt transformari, quia propiùs ſemper ad immenſam illam gloriam poteſt accedere. Sic etiam eam quæ iam *columbæ* nomen merebatur, iterum hortatur, vt magis ac magis columbæ aſſimiletur.

Addit idem Nyſſenus conſiderandum; dici, non tantùm *veni*, ſed; *veni à fonte tuo*. Vnde apparet illum aliter legiſſe, quàm LXX. verterint, & Orig. Philo, & alij legerint. Sanè; hoc etſi non legi, ſubaudiri ſaltem debuit: vt anima ſe monitam intelligat, deinceps non expectãdum ſibi dum alliciatur, ſed cupiditate propria duce, ad Deum, & ad præſtantiora contendendum. Nam vera virtus nullum imperium exſpectat, ſpontanea eſt, & nullius coactionis indiga.

Vera virtus nullũ imperiũ expectat. Greg.

Talis anima benè dicitur *in foraminibus petræ*, & *in cauerna maceriæ* degere, teſte D. Gregorio Magno, quia dum in crucis recordatione patientiam CHRISTI imitatur, dum ipſa vulnera propter exemplum in memoriam reducit, quaſi columba in foraminibus, ſic ſimplex anima in vulneribus, nutrimentum quo cõualeſcat, inuenit. Honorius paulò aliter. Sed longè aliter Nyſſenus, cuius expoſitio ingenioſiſſima noſtræ verſioni non conuenit, ſed interpretationi LXX. Vt & Origenis, qui omnium optimè oſtendit CHRISTVM Dominum hanc *petram* eſſe ex variis S. S. locis.

Hom. 4.

Poſſet etiam per *cauernam* hanc ſacra Scriptura intelligi, vt monent D. Gregorius, & Honorius, & confirmat Nyſſenus, qui eleganter accommodat veteri & Euangelicæ legi, vtriuſque ſimilitudinem atque vicinia luculenter oſtendens. In hac ergo cuſtodia cùm anima cõſiſtit; meritò audit à ſpõſo; *oſtende mihi faciẽ tuã*, &c. teſte D. Gre. *Species* hęc eſt fides, qua à Deo cognoſcimur: *vox* eſt predicatio, qua hîc *Gregor.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fides debet habere bona opera secum connexa.

iubetur ostendere, & *vocem* attollere. quia quicunque se fidem dicit
» habere (verba sunt Magni illius) necesse est vt in bonis operibus se
» exerceat, vt in operibus exterioribus fides interior innotescat. Sed &
» opera necesse est, vt *vox* prædicationis sequatur. quia quicunque in
» sanctis operibus perfectè se dilatat, consequens est, vt ad eadem fa-
» ciendà proximos quosque exhortetur. Tunc *vox dulcis* futura, & *facies*
» *decora*; quoniam opera prædicatio sequitur, & prædicationem rursus
» bona opera comitantur.]

Honorius.

» Honorius autem; *Faciem suam ostendit*, dum per bonum, quod
» agit, Dei retributionem intendit. quem conscientia accusat, abscon-
» dit faciem, & loqui verecundatur. Ille *faciem ostendit*, qui opere com-
» plet, quod verbo docet. *Vox* eius in aure Dei *sonat*, quando viuis vt
» prædicat.]

§. 4.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Vers. 11.

CHRISTVS matrem præcedenti versu ad gloriam regni cœlestis inuitauit; durat hæc vocatio, & rationes reddúntur.

Ex Ruperto. B. Virginis felicitas.

IAM ENIM HIEMS TRANSIIT, &c. Ex ipsa (dicit) qualitate temporis auspicium cape magnæ felicitatis. *transiit hiems* peccati, *abiit imber* iræ cœlestis. Hiems illa venerat, eò quòd Eua fugiens absconderat se à facie Dei; & imber ille genus humanum omne verberarat, quia peccârat. quomodo verberat? procellà diuinæ sententiæ; *Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos, in dolore paries filios* [a]. Et; *Maledicta terra in opere tuo, puluis es, & in pulueremreuertêris.* Tu quidem immunis ab hac maledictione fuisti: sed
» tamen te multa mecum pati decuit. Sed iam *hiems* tua quoque *transiit*, finitæ sunt mei causſa, tot susceptæ angustiæ; *imber quoque tribulationum abiit*, omnis dolor animi tui ex passione, & morte mea recessit. Eadem quoque charissimis filiis nostris discipulis accidêre. *transiit hiems* timoris, quo Principis Apostolorum animus conglaciatus, cùm ad vocem ancillæ perterritus, vt mortem euaderet, vitam negauit. hanc hiemem timoris ex animis discipulorum, in igne veniens spiritus fugauit amoris. *Imber abiit & recessit.* vtrumque dicitur, vt cœli serenitas plenè reddita designetur. cœli serenitas est omnipotentis Dei cunctis optabilis bonitas, vnde scriptum est; *sub pedibus eius quasi opus lapidis Saphirini, & quasi cœlum, cum serenum* [b].

[a] Gen. 3. v. 16.

Ex Honorio.

Ex Guilhelmo.

Cœli serenitas est Dei bonitas.

[b] Exo. 24. v. 10.

Hæc

Hæc bonitas prædicatione Apostolorum [illegible] & ideo quoque *flores* varij *apparere* cœperant, cùm in tota Ecclesia, tum in anima Deiparæ, spem certam & propinquam proximæ gloriæ, & coronationis fructum illi pollicentes. *flos* enim quasi promissio est; merces ipse fructus. Addit *in terra nostra*, in terra illa mea, quæ me florem peperit; tua tamen, & ideò *nostra*, quia omnia mea tua sunt, & omnia tua mea. Hæc terra est (ait Hailgrinus) ager ille, qui nondum floruerat, & tamen eius florum fragrantiam Isaac in filio odorabatur [a]. Hæc terra est B. Virgo, quæ illum fructum sublimem produxit, de quo dixit Esaias; *Et fructus terræ sublimis* [b]. Huius terræ *flores* sunt, decor videlicet & odor gratiarum, virtutum & operum. *Veni* ergo, quia tempus est metendi, quod seminasti pro semente meritorum, accipe manipulos præmiorum. Juxta eos, qui *tempus putationis*, interpretantur tempus messis ac vindemiæ [c].

Ex Hailgrino.

[a] Gen. 27. v. 27.

[b] Esa. 4. v. 2.

[c] Honor. in sigillo. Hailgrinus hic. Rupertus.

Sed quia *putationem* propriè accepimus, possumus vel cum Ruperto interpretari, de resectis Apostolica falce superfluis legis observationibus; quando primũ illud Ecclesiæ concilium in B. Iacobi sententiam iuit, & sanciuit; *Visum est Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis*, &c [d]. quantam tum foliorum vitis illius superfluitatem resecarunt? Vel cum Guilhelmo, de tempore acceptabili, & diebus salutis, quo manu Apostolicæ sapientię errores & vitia resecentur, & purgetur *omnis palmes ferens fructum, vt fructum plus adferat* [e]. tẽpus non tantùm plantationis & rigationis, sed *putationis*. Nã [f] *oportet & hæreses esse, & necesse est vt veniant scandala*, quę cultro Apostolico præcidantur. Quid prodest plantatio & rigatio, si surculis luxuriantibus arbor siluescere permittatur? Ergo cùm fuerit quis plantatus ad fidem, rigatus ad mores, plantatus ad initium bonę conuersationis, rigatus ad profectum: *tempus* adhuc est *putationis* propter siluam quotidianorum excessuum. Vnde homo Apostolicę sanctitatis, *In multis*, inquit, *offendimus omnes* [g]. Ille verò, qui recubuerat super pectus IESV; *si dixerimus*, ait, *quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est* [h].

[d] Act. 15. v. 28. *Guilhelmus.*

[e] Ioan. 15. v. 2.

[f] 1. Cor. 11. v. 19. Matt. 18. v. 7.

[g] Iacob. 3. v. 2.

[h] Ioan. 1. v. 8.

Sed videor aliquem audire quærentem & turturis vocem præuenientem, Quid opus habuit putatione MARIA; quæ ab omni labe peccati immunis fuit? Duplicem considero *putationem*, vnam à culpa, alteram à pœna. Culpam MARIA toto vitæ decursu nullam contraxit, expers originalis & actualis peccati omninò fuit: huius putationis tempus nunquam illi venit: sed vitæ humanæ miserias omnes (vulgò *pœnalitates* appellant) non minùs, quàm filius, subiit & pertulit; non quasi peccati vllius pœnam, sed vt humani generis quandam post primorum parentum lapsum hæreditatem, & velut arcam ferendi cum lacrymis, quod postea cũ gaudio meteret mercedis: nã & corpus eius fami, siti, frigori, feruori, dolori, & corruptioni, mortique; & anima obliuioni, mœrori, errori, ac similibus imperfectionibus naturæ vitio obnoxia fuerat: post mortem verò, tempus erat vt *arca* hæc *Dei surgens in requiem*, his omnibus imperfectionũ foliis

B. V. ab omni peccato etiam originali libera humas vitæ pœnalitates sustinuit.

V arque

atque pamphili libenter [illegible] miseria, & incorruptibilitas, subtiliras, agilitas, claritas corpori; animæ quoque & corpori, æterna lætitia, beatitudo & gloria tribuerentur. Superflua hæc erant, quia merendi tempus effluxerat. quid opus pugna post triumphum? Hoc ergo *putationis tempus* aduenerat. Videte nunc cetera.

Sequitur: *vox turturis audita est*, &c. non vna solũ, nam & auditus est gemitus peccatorum, quando prædicãtibus Apostolis corde compuncti, cœperunt singuli dicere ad Petrum & alios Apostolos: *Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos; pœnitentiam, inquit, agite,* &c [a]. Et audita etiam est professio cœlibatus, nam turtur auis viduitatis castæ typus est. olim lex *maledictum* pronunciarat, *qui non faceret semen in Israel*. sic vox *turturis* in Israële no erat audita, sed *vox columbæ* tantùm prolificationi deditæ; donec *turtur* nostra, verè vidua; quia vnum tantum nouit coniugium; sed vidua incorrupta, virgo vidua, vidua sed HALMA; nupta, sed nulli cognita, nisi Spiritui sancto; prima sustulit signum cœlibatus simul & castitatis. audita est vox eius, quando cecinit [b]; *Quoniam virum nõ cognosco*. tum etiam prima significauit, se voto virginitatis sponte damnatam. tum iter præiuit illis filio dilectis Eunuchis [c], *qui se castrauerunt propter regnum Dei*. hoc illa verbum ceperat, antequam diceretur. Et hunc hymnum canentem, & virginitatem non lugentẽ cum filia Iephte [d]; sed cum Angelis de virginitate lætantem innumerę postmodum turbæ sunt secutæ, & *adductæ fuere Regi virgines post eam* [e].

עלמה

Sic FICVS PROTVLIT GROSSOS SVOS. Notat Guilhelmus genera grossorum duo reperiri. Per *fructus* ait opera intelligi, vt ibi; *Ex fructibus eorum cognoscetis eos* [f]. Et sunt quidem insignes ad opera, verumtamen operum pietatem nulla vultus hilaritate, aut verbi suauitate præueniunt. hi nimirum in paradiso Domini *ficus* sunt, & facturi fructus optimos non præmittunt flores, sed *grossos*. In ipsis tamen *grossis* non minor spes fructus est, quàm in *floribus*, apud prudentem consideratorem. non enim omnes prudenter attendunt, sed vbi *flores* non considerant, nec fructus sperant. Portò sunt alij, qui spem fructus præmittunt in floribus, & ante pietatem operum, quædam oblectamenta suauitatis emittunt. de huiusmodi subiungitur, *vineæ florentes dederunt odorem*.] vellem hæc Deiparæ accommodasset, fecisset quàm ego fœliciùs; sed quia præterniisit, ego nitar facere.

Opera Deiparæ quædam planè intrinseca fuisse, notum est vel ex eo, quod legimus, MARIA *autem conseruabat omnia verba hæc, conferens ea in corde suo* [g]. hæc fructificarunt in corde eius, & non flores, sed *grossos* præmiserunt. Alia portò externa eius veræ charitatis & fidei viuæ opera, spondebantur etiam suauitate *florum*. nec enim putandum, comitatem aut verborum dulcedinem atque vtilitatem eius sermoni defuisse. Sic & *grossos* protulit *ficulnea* lectissima, in qua simul tamen fructum semper agricola inuenit [h], & ideo illi benedixit; quæ dulcedinem suam nunquam deseruit [i]. Dedit odorem vitalem *vineæ delectæ plantatæ in corum olet* [k]; quæ vitæ vinum peperit; vinea quæ *nunquam*

[a] *Act.* 2. v. 34.

[b] *Luc.* 1. v. 34.

[c] *Matth.* 19. v. 12.

[d] *Iudic.* 11. v. 38.

[e] *Psal* 44. v. 15. *Vers.* 15. *Idem.*

[f] *Matth.* 7. v. 16.

[g] *Luc.* 2. v. 19.

[h] *Mar.* 11. v. 21.

[i] *Iud.* 9. v. 11.

[k] *Esa.* 5. v. 2.

nunquam deserui vinum suum, quod lætificat Deum & homines [a]. *ficus* quæ protulit *massam ficorum* [b], qua vulnera incurabilia sanantur. *Vinea* quę nunquam *confusa est*; *ficus*, quæ nunquam *elanguit* [c]. *Dedit odorem suum*, quia fides eius annunciata est per vniuersum mundum. Huic de mundo translatæ in cœlum sponsus ait;

SVRGE AMICA MEA, &c. Perfectissima inter puras creaturas Deimater fuit, sed perfectio tamen eius finita: quare poterat semper propiùs & propiùs (*vt ex Nyss. no notatum* §. 3.) ad sponsum accedere; nec otiosa videri debet hæc iterata vocatio. *Age*, quod agis, contemplare quod contemplatis. *Surge* de solo in cœlum; & *Veni* de tumulo mortis ad cumulum fœlicitatis. *Surge* de corruptibilitate ad incorruptionem. *Veni*, de militia ad triumphum. Olim ad te *veni*, incarnandus à te, nunc *veni* ad me glorificanda abs me. Blandiendo suscitat, suscitando blanditur. *Amica mea*, cui tam carus ego, & quæ tam ardenter me amas. *Speciosa mea*, quæ tam grata mihi, & a me tantopere amaris. *Veni* ad filium, quem sic diligis, vt non esse cum eo sit tibi supplicium; à quo sic diligeris, vt sine te apud Patrem diutius esse beatus nolit. *Columba mea*, quæ delegisti tibi locum refugij, *in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ*. Qua hæc *petra*, quæ *cauerna maceriæ*? nihil necesse repetere, quæ ex Patribus aliis copiosè iam proposita §. 3. & 2. in vulnerum namque filij, si qua vnquam anima vel Ecclesia; & in sacræ Scripturæ contemplatione præ cunctis Deipara sedulò versata, constanter meditando requieuit.

Adscribam nouam, & cognitione dignam Guilhelmi explicationem, qui legit *cauernis*, sensu eodem. nam est enallage numeri. Vult etiam subaudiri, *securè habitans*, & ob hoc circumuolitantem non timens accipitrem. his positis, in hunc modum interpretatur, *Petra* CHRISTVS, nimirum illa *quæ de monte sine manibus abscissa, & factus est mons magnus, & repleuit vniuersam terram* [d], & omnis terra non potest implere eam. Abundat enim foraminibus, quibus omnes intrare volentes, suscipit, continet & continendo implet: portò ipsa non impletur, quia si *omnes terræ gentes & filij hominum, simul in vnum diues & pauper* [e] vellent intrare, non deessent foramina quibus reciperentur, imò & superabundarent.

Vnde Apostolus CHRISTVM *pro omnibus mortuum* [f] affert: non quod omnes per mortem eius saluentur, sed quia in morte eius saluationi omnium sufficiens pretium. Itaque magnitudine & sufficientia pretij, quod soluit CHRISTVS pro omnibus mortuus est; & hæc magnitudine, & sufficientia petra illa repleuit omnem terram, non quod omnis terra intret in eam, sed illi tantùm *qui empti sunt de terra*. Vnde cantat David, *Misericordia Domini plena est terra* [g]. ipsa tamen petra n est plena, nec implebitur etiam *cum plenitudo gentium intrauerit* [h] in eam, & post plenitudinem gentium *omnis Israel*. Vnde Psalmistę parum fuit dicere, *apud Dominum misericordia*, nisi adderet, *copiosa apud eum redemptio* [i]. & alibi; *Suauis*, inquit, *Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius* [k].

[a] *Iud.* 9. v. 13.

[b] *Esa.* 38. v. 21.

[c] *Ioël.* 1. v. 12.

B. Virgo exoratur à Christo.

Vers. 14.

Guilhelmus.

[d] *Dan.* 2. 45.

[e] *Psal.* 48. v. 3.

[f] 2. *Cor.* 5. v. 14

Christus quomodo pro omnibus mortuus sit.

[f] *Apo.* 14. v. 3.

[g] *Psal.* 32. v. 5.

[h] *Ro.* 11. v. 25.

[i] *Psal.* 129. v. 7.

[k] *Ps.* 144. v. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" Omnes ad se vocat hæc *petra*, & omnes ad se venientes recipit; *in*
" *foraminibus suis*, hoc est, in misericordia & miserationibus, vnde ait;
" *Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, & quod venerit ad me, non ejiciam foras* [a]. Angusta quidem videntur esse foramina cùm intratur
" per eam, vnde ipsa petra venientibus ad se dicit; *Contendite intrare per angustam portam* [b], sed eadem interiùs patulis diffusa sunt spatiis, &
" non tantùm securè, sed & suauiter, quasi in thalamis, habitatur in iis.
Ideò foraminũ angustiis exterritos sic alloquitur; *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* [c]. Ingerite, & irrumpite
fortiter per angustias credendo & amãdo; quò violentiores, hoc mihi
gratiores futuri; quò penitiùs penetraueritis fide & dilectione, hoc
" ampliora cubilia, hoc suauiorem requiem inuenturi. *Ingredere in petram*, Prophetа clamat; quare? *vt ibi abscondaris à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis* [d] *eius*. Non potest tibi tuta esse mansio *à facie*
" *timoris Dei*, nisi in hac petra. Intrãti videntur foramina, sed intus sunt
" cubilia. Nónne legisti; *Vade populus, intra in cubilia tua, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio, ecce enim Dominus*
" *egreditur de loco suo, vt visitet iniquitatem* [e]? Quid tutum extra petram,
" cùm *aduersarius noster diabolus circuit assiduè tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret* *? Vnicũ *petra est refugium herinaceis* *. *Passer quoque in petra inuenit sibi domum* *.

Columbæ, vt accipitrem effugiant, in petræ foramina se recipiunt, & ibi nidulantur. Inter has columbas spirituales MARIA, est *columba* columbarum: illi quàm ceteris, altior profundiorque nidus, seu cubile fuit in *petra*, quam ipsa peperit, quæ de ipsa fuit *sine hominis manu abscissa*.

Sed quæ *maceria*? Vineæ Domini Zabaoth ex lapidum congeries
" munimentum. *Vinea* hæc sunt electi, eorum *maceria* sunt custodes Angeli; de quibus Apostolus [f]; *Omnes sunt administratorij spiritus, in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis*. Verùm ista *maceria* cõtinua non est, sed multis interrupta locis habet, propter angelicas ruinas, multiplicem *cauernam*.

Multi enim apostatæ angeli fuêre, gradu suo propter superbiam deiecti, & statione deturbati, à viuis illis lapidibus maceriæ separati; huius vineæ deterrimi hostes, inuidia carpi, & ira furere cœperunt. Ne ergo per cauernas quas sua discessione fecerũt, intrent in vineam, & dissipent eam; quosdam ex ipsa vinea solet Dominus eligere, & meritò vberioris gratiæ in ipsis cauernis, loco apostatarum, contra ipsos apostatas, quasi in statione locare: & sic ex Angelis simul, & iustis hominibus hæc maceria quotidie construitur, & reparatur. Sunt quidam in Ecclesia infirmiores neque verbo, neque exemplo, nec precum piarum præsidio satis idonei aliis prodesse: hi profectò si sapiunt, intra vineam se continent, tuti *maceria*, qua vinea munitur; cauent prodire in *cauernas*, & hostibus opponere sese, ne impares, vt de Troilo dicitur, & adhuc pueri, cum Achille veterano congrediantur. Alij, sed rari, licet admodum fortes, sapientes, & contra spirituales ne-

quitias

[a] Ia. 6. v. 37.
[b] Luc. 13. v. 24.
[c] Matt. 11. v. 28.
[d] Esa. 2. v. 19.
[e] Esa. 26. v. 20.
* 1 Pet. 5. 9.
* Ps. 103. v. 18.
* Ps. 83. v. 4.
[f] Heb. 2. v. 14.

Apostatæ Angeli quid fecerint.

quitias exercitati, in *cauernis* maceriæ hostibus oppositi; de se ipsis tamen humiliter sentientes, *ne* fortè *ambulent in magnis & mirabilibus supra se* *, plerumque latere intra vineã malunt, & fratribus suis præsici formidant, studio tantùm orationis se vineæ hostibus opponentes. Denique alij adhuc rariores, cum * Aod ambidextri, non oratione tantùm, sed & opere, scribendo, disputando, docendo, concionando pro vinea in *maceria* excubant *cauernis*.

* Psal. 130. v. 1.
* Iud. 3. v. 15.

Nullus vnquam mortalium tot virturibus insignis, tam diues meritis fuit, quàm pia mater Saluatoris. Ipsa *in foraminibus petræ* habitauit propter se; ipsa *in cauerna maceriæ* habitauit propter alios; viuens pia mater non tantùm sibi, sed & aliis; & prouidens *bona, non tantum coram Deo, sed & coram hominibus* *. Ipsa quoque suarum prærogatiua virtutum, & vbertate meritorum, nunc in cœlum translata, non vnam modò *cauernam maceriæ* implet, & tuetur; sed, vt Imperatores solent, castrorum Dei curam gerit; ipsa militiã illam cœlestem ducit, & cunctis maceriæ custodibus præest; nam se cunctis Ecclesiæ hostibus semper opposuit, & de cunctis hæresibus hactenus triumphauit. Quid mirum si in his *petræ foraminibus*, in his *maceria cauernis* cõsistentem, sponsus amet videre, amet audire?

Maria virgo virtutibus maximè insignis.

* Rom. 12. v. 17.

OSTENDE (clamat) MIHI FACIEM TVAM, exhibe mihi apud patrem præsentiam tuam, vt vbi sum ego, & tu sis mecum.

SONET ibi VOX TVA *in auribus meis*. nolo clames ad me de terra, sicut *sanguis Abel* *: sed assumpta & *adstans à dextris meis*, familiarius, quàm Abel mecum loquens, nullius petitionis repulsam patiaris.

* Gen. 4. v. 10.

VOX ENIM TVA DVLCIS, ET FACIES TVA DECORA. delectat me vox tua, quia dulcior voce Abelis, veniam postulans, & nunquam rauescens, nunquam desinens, vel tacens, vt Abrahami, intercedere pro miseris. delectat me *facies*, quia *decora*, maculam aut rugam non habens, & ideò digna & grata diuinæ oculis Maiestatis.

Gen. 18. v. 33

ANAGOGE.

§. 5.

Origenes. ORIGENES *hom.* 4. Possumus (ait) intelligere & alio adhuc modo, vt dicamus, veluti prophetiam quandam videri ad Ecclesiã (*adde, vel quamuis fidelem animam*) factam; per quam vocetur ad repromissiones futuras, vt quasi post consummationem sæculi, cùm tempus resurrectionis aduenerit, dicatur ei; *Exurge*. Et quia sermo hic statim opus resurrectionis designat, tanquam ex resurrectione clarior & splendidior effecta, inuitatur ad regnum, & dicitur ei; *Ecce iam hiems transiit, imber abiit & recessit sibi*. Per hiemem sine dubio huius præsentis vitæ procellas & turbines nominans, quibus humana vita tentationum procellis agitatur.] *Transiit hiems* ista cum pluuiis suis, quando quis ad terminum moriendo peruenit. Addit Origenes, *imbres* hos *abisse sibi* (*sc.* eurus Lxx.) quia sibi vnusquisque egit in hac vita omne quod egit. *Flores* hos vult esse principium repromissionum futurarum.

Gregorius. Sed clariùs hoc D. Gregorius Magnus; *Flores* (ait) *apparuisse in terra* dicuntur, quia sanctæ animæ cùm à corporibus recedunt, in cœlo recipiũtur. Et quia in hac vita, quantumuis hiems fuerit, non torpuerunt; mox vt recesserunt in terra viuentium floruerunt.

Origenes. Gregorius. *Tempus putationis*, exponit Origenes, *securim ad radicem arboris positam* in consummationem sæculi, *vt excidat omnẽ* * *arborem non facientem fructum bonum*: & Gregorius, quo amplior (inquit) electorum numerus in cœlo congregatur, eo celerius reprobi ab Ecclesia tanquam sarmenta inutilia amputantur, vt mundus citiùs finiatur. *Vocem turturis* idem vult esse vocem Ecclesiæ, quæ in terra sponsi, hoc est, in vita beata, dicatur *audita*, quia dum pro desiderio suo sancta Ecclesia deprecatur, à CHRISTO in cœlo clementissimè exauditur. Origenes videtur referre ad vocem illam suauem, *Venite benedicti in regnum Patris* *, &c.

* Matth. 3. v. 10.

Quò celeriùs in cœlũ electi congregãtur, eo citius mundus finitur.

* Matth. 25. v. 34.

Per ficulnea grossos, Gregorius martyres, per *vineæ flores* recens baptizatos intelligit: aptius ad Anagogen Origenes; *Ficuinea*, quæ germen suum producit, toties congregationis iustorum fructus habentur: istæ verò sanctæ & beatæ angelicæ virtutes, quibus electi quique & beati ex resurrectione sociabũtur, qui *erunt sicut Angeli Dei* *; ipsæ sunt *vites florentes*, quæ *odorem suum* cuique animæ, & gratiam quam à conditore suscepit prius, & nunc iterum perditam, recuperauit, impertiunt, suauitatemque cœlestis odoris, fœtorem tandem abiectæ ab eis mortalitatis corruptionisq; depellunt.]

* Matth. 22. v. 30.

Honorius. Breuiùs autem hæc & sequentia Honorius, cui anima beata *surgit*, quan-

git, quãdo ad gaudia properat, vbi, *amica* secreta cœlestia videt; vbi, *columba* dicitur, quia septiformi spiritu plena; *formosa*, quia sine macula & ruga. Ibi *hiems* totius aduersitatis *transiit*; *imber*, torpor, & segnities præsentis vitæ recessit; quia cùm de corpore corruptionis educitur, ad contemplandum Deum in substantia sua perducitur; neque iam illi verborum guttæ sunt necessariæ, vt pluuia prædicationis debeat perfundi; quia quod hic minus audire potuit, illic amplius videbit; nec tentatio necessaria, quia non amplius debet probari. Tunc *flores*, ait, *apparere in terra*, quando prægustum quendam fœlicitatis, etiam antequam egrediatur corpore, percipit; nempe fructum quem est perceptura, iam subodorans. *Tempus putationis*, refert ad vitium, quo amputato, morte & pœna sit caritura. *Vocem turturis* vult esse ipsius CHRISTI: *faciem* quoque vocem eiusdem illam, quam anima audire expetit.

Sed quia malo hæc de ipsa sponsa dici, *vocem turturis* sponsæ interpretor; quando quasi gemens pro aliis adhuc in terra degentibus intercedit; *foramina petræ*, miserationes Domini infinitas, in quarum latitudinem, altitudinem, longitudinem, profunditatẽ anima à sponso introducitur; *cauernas macerie*, sedes Angelorum Apostatarum, in quas animæ recipiuntur. In his foraminibus degentis sponsæ *facies*, quando Deum facie ad faciem videt, est *decora*; decorem de diuinitatis speculo trahens; in his *cauernis* degentis sponsæ *vox*, quando pro viatoribus beatæ illæ animæ intercedunt, est Deo supra mel & fauum dulcis.

* *

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 15. Capite nobis vulpes paruulas, quę demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.	*Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas: & vineæ nostræ florentes.*

LITTERA.

§. 1. DISPVTANT nõnulli, sponsõne, an sponsæ hæc verba tribuenda sint sponsi, sed à sponsa, vt in somnis audita referuntur. Ostendit autem his verbis sponsus, sollicitudinem suam erga vineam. Hortatur sodales, vt interea dum sponsa dormit, priùs quàm in agrum prodeat, noxias hasce bestiolas capiant, quando adhuc paucæ sunt & viribus infirmæ. Verno tẽpore generationi dant operã: quare si tunc negligas, augetur multitudo, & adultæ iã difficilius comprehenduntur. Vetus enim adag. *veterana vulpem laqueo non capi.* Vulpium odium, & damna quæ dant vineis etiam inter Pastoritia Theocriti [a] celebrantur.

a *Eidyll.5.*

VVLPES PARVVLAS] Hebraicè est, *vulpes, vulpes paruulas*: quod cur docti viri Genebrardus & Guidacerius asyntheton dicerẽt, non fuit: & repugnant illis, noster, & LXX. & Chaldæus, qui de solo Amalech accepit. Est idiotismus, quo geminata vox sumitur pro vnica; quasi dicat, Vulpes, vulpes, inquam, dum adhuc paruulæ sunt. Sic apud Ezechiel. sumitur, *cubitus, cubitus* [b]. Sic apud Mosem, in arcã ingressa animalia leguntur apud nostrum interp. *septena, & septena* [c], vbi Heb. est *septem septem*, sine copula, & apud LXX. ἑπτὰ ἑπτὰ, pro simplici septena, aut septem. Sic etiam ibidem apud nostrum, *duo & duo*, apud Græcos, δύο δύο, Hebr. tantum est semel *duo*, SENATIM, hoc est duo, & non quatuor. Sic apud Marcum legis Græcè missos Apostolos δύο δύο [d], quod noster optimè reddidit, binos, & Lucas [e] dixerat ἀνὰ δύο, *per paria. Vulpium* verò potissimùm facta mentio, quoniam his plenam Iudæam docet Samsonis Historia [f]; alioqui nequiisset tam celeriter trecentas vulpes capere, & caudas caudis copulare facibus in medio ligatis, & igne succensas dimittere, vt, huc illuc discurrentes, Philistæis perniciem adferrent.

Hebraismus, quo geminata vox capitur pro vnica.
b c. 43. v. 13.
c *Gen.* 7. v. 3.
שנים
d *Marc.* 6. v. 7.
e c. 10. v. 1.
f *Iud.* 15. v. 4. *Vulpibus Iudæa ambulabat.*

DEMOLIVNTVR] eodem recidunt LXX. qui habent, *exterminãtes*, & Symmachus, qui *corrumpentes*. id faciunt, Primò, quia foueas fodientes, denudant radices & faciunt exarescere. Secundò, quia palmites abrodunt, & folia diripiunt. Tertiò, quia corticem morsu scindunt, & noxio dente atque halitu viroso inficiũt, & quasi amburunt, & vt minimum priuant omni virtute, qua vigebant. Denique botros iam maturos auidè abliguriunt.

VINEA NOSTRA] LXX. *vineæ.*

FLORVIT] minus longè recessit, quàm qui reddidit *vitem teneram adhuc, & planè nouellam*. lege quæ dixi sup. v. 13.

CONTINVATIO. §. 1. MENS VERBORVM.

Sponsus, vt sponsam adiit, cœpit de tollendis noxiis impedimentis cogitare, iis potissimum quæ adolescentulis sponsæ comitibus noxæ futura videbantur. Statim enim principiò vernantis Ecclesiæ Catholicæ, natæ fuere multæ hæreses & schismata, Nicolaitarum, Simonianorum, Ebionitarum, Menandrianorum, Cherinthianorum, Dositheorum, & similia; quas sanè Apostoli, & eorum discipuli statim ferro verbi Dei occuparunt; adeò, vt non diu post, vix reliquiæ istarũ vulpiũ vllæ supererent. Sic postea singulis sæculis aliquæ hæreses exortæ, sed cũ illis simul Deus suscitauit athletas suos; qui vulpes caperent. Longum foret per ætates singulas discurrere. Considera Arianos, Macedonianos, Nestorianos, Eutychianos, Monothelitas, Seuerianos, Iconoclastas, ceteros: statim fuere venatores harum vulpium innumeri. Considera pòst, Berengarium; quàm in illum celeriter Deus immisit Algerum, Lanfrancum, Paschasium? considera Albigenses; nónne tum suscitauit Deus Dominicum & Franciscum? considera Lutherum & Caluinum, suscitauit B. P. nostrum Ignatium, vt nouis monstris, noui venatores opponerentur. Notum quos dicam, & alij iampridem id docuêre. Tantùm hoc dico: Hæreticos omnes per *vulpes* significari, & vulpes nullas magè vulpes nostris Caluinianis reperiri.

Hæretici sunt vulpes, sed ex his Caluiniani deteriores.

De hæreticis copiosos testes habeo ipsos etiã Apostolorũ successores; vt D. Ignat. qui ad Philadelphienses scribens ait, *quisquis sententiã sequitur alã quàm Episcopus suus Catholicus, eũ non esse* CHRISTI, *neq; passionis eius participẽ, sed vulpem & vineæ* CHRISTI *corruptorẽ*] perspicuè ad hunc locum alludens. Quem secutus Origenes *hom. 4 Vulpes* (ait) *peruersos Doctores, & hæreticorum dogmatum possumus intelligere; qui per argumentorum calliditatem seducunt corda innocentium, & vineam Domini exterminant in, de recta.*] Idem quod ille ceteri Græci, Latiniq; Patres senserunt, ne sim prolixior in verbis referendis, eos nominabo duntaxat. *Sic Philo, & Theodoret. hic, & Elias Cretensis in orat. Nazãzeni 2. de Theologia, & D. Chrysost. in Psæ. 96. Sic Ambros. in Luc. 9. lib. 7. D. Augustin. in Psal. 80. Innocentius III. orat. 1. de B. Gregorio. D. Gregorius, Aponius, Iustus, Cassiodor. Angelom. Beda. Honor. Alcuin. & Anselm. hic.* Iam Caluinianos esse hæreticos; nemo neget, nisi Caluinianus.

D. Ignatius.

Origenes.

Vulpes autẽ esse patet, quia quæ de vulpibus in sacra Scriptura sunt prodita, vel à Physiologis, cũcta in illos quadrant, nõ quoad naturam, sed quoad malitiam, & fraudem. S. S. tradit eos qui persequuntur animam

Caluiniani vulpes esse probantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Psal. 62. v. 11.

b Luc. 13. v. 32.

c Iud. 15. v. 4.

mam amicorũ Dei, *partes vulpiũ* fore[a]: quibus est quæso pars in Caluini cõfistoriis, nisi persecutoribus amicorũ spõsi & sponsæ, CHRISTI & Ecclesiæ? Herodes à CHRISTO *vulpes*[b] dictus: credo minùs versuti sunt Caluiniani, quàm Herodes & Herodiani. Colligatas legimus caudas vulpium à Samsone[c]: hi verò vulpinatores, quoties argumentis, & vi veritatis conuicti, docti sunt, & ab Catholica, & suis capitibus Caluino, Bezaque, & à seipsis, dissentire modò hoc aientes, modò idẽ negantes? & tamen sic dissentientes, nónne semper incurrunt simul in Ecclesiam, & eius segetes matureſcentes ædurunt? Nónne sunt vulpes Tobiæ Ammonitæ, quæ Ierosolymæ muros ex lapidibus cõstructos ascendere, & transilire quotidie [d]moliũtur? quid aliud egére ab annis iam quadraginta, & ampliùs, per tot olim florentissimas Europæ prouincias? nónne idipsum piraticis suis nauigationibus præcipuè conati in India vtraque?

d 2. Esdr. 4 v. 3

c Lib. 19. Moral. c. 1.

D. Gregorio[e] teste, *vulpes*, fraudulenta sunt animalia, quæ in fossis vel specubus se abscondunt; cúmque apparuerint, nunquam rectis itineribus, sed tortuosis amfractibus currunt. An vnquam Caluiniani, siue de pace, siue de bello agatur; alij in pactis, dictis, factis, quàm ficti, simulati, vafri; aliud in corde conditũ, aliud in lingua promptum habentes? dum imbecilles erant, latuere in domibus & angiportis; nunc & capita platearum, & vrbes, & prouincias tortuosis amfractibus prorepentes occuparunt.

f In Ps. 80. Caluini doctrina iuuitat ad confluxum omnium libidinum.

D. Augustino[f] *vulpes*, dicitur, vt est, animal fœtens; quem odorem spirat doctrina Caluini, quæ est quædam inuitatio ad cõflugem omnium libidinum, prõstibulum licentię sacrilegarum nuptiarum conciliatrix & lenocinium? *Vulpes*, ait idem, solent habere tales foueas, vt ex vna parte intrent, & ex alia parte exeant. Caluiniani etiam duas habent spelæi sui ianuas, vel ianuam & posticum. Si sint imbecilles & impares Catholicis; nulli inquiunt vis adhibenda, fidei causa: si superiores; Papistas clamant non esse tolerãdos. *Vulpes* animal calidum; quid his ad noxam feruentius, quid in libidinem proiectius; quàm, qui sine fœmina virum castè viuere posse abnuunt? ita fit vt cernas eorum ministros præcipuos, vt Bezam; etiam ætate decrepita lasciuire, & cubilibus vacare; vt non cum Satyris modò semper expeditos; sed & cum vulpe libidinis instrumenta illis ossea quis queat suspicari. Gannitus vulpi propria vox; sed & vlulatum lupi, & latratum canis imitatur: Sic Caluinistæ, cùm sæuire datur, vlulant sæuum vt lupi: cùm volunt animas capere, pseudoconcionatores latratum, hoc est verorum Doctorum, & cuodum gregis vocem simulant: aliàs ganniunt; adulando, nugando, mentiendo.

Catholicos decet esse ceruis similes.

Catholicos decet similes esse ceruo, quem Albertus Magnus testatur à gannitu vulpeculæ sibi vehementer timere. Illa vorax, imò & omniuorum est animal; fructu, caseo, pisce, carne iuxta vescitur; vidi quæ prorsus paruula cũ adiuncta esset feli lactãti, collactaneorũ catulorũ vnum non minorem sese catum absumpsit, & pari impietate mox alterum, tam calida hypocrisi, vt vix tandem parricidam, nutricula

nutricula infœlix deprehenderet, & cubili deturbatæ, mãmam postmodum denegaret. Simili conditione multæ Respub. & prouinciæ hos receperunt humiles, demissósque; mox vt exulêre, & ad partem aliquam gubernaculi receperunt; vt Genevæ Caluinus, sic alibi soboles Caluini ceteros partim expulere, partim interemerunt. *Vulpes* cæcos parit; hi videntes quos decepere, protinus exoculant. Illa vbi minxerit, locum sterilem facit; ita vt & natæ illic herbæ exarescant, aliàs nequeat tellus germinare: hi vbi virus suum fuderint, virtutes omnes depereunt, & corda penitùs ad opera bona sterilescunt. Quo pacto venetur vulpes aniculas carnuoras, scitis; nónne idem isti quãdo carnis licentia, vt hamo, carnales homines, in fraudem pelliciunt? Quotquot adagia ex vulpis malitiosa versutia nata; quotquot de vulpe apologi confecti, cetera quoque quæ de illa passim celebrantur; ea cuncta Caluinistis tam facilè accommodem, quàm *vulpes pyrum comest*. sunt enim æquè omnes πανδήμοι, &

Astutam vafro seruant sub pectore vulpem.

Pers. sat. 5. Pindar. in Pyth.

ἀρχὰς δὲ τὰς ἀλωπέκων ἴσθι. *Moribus plane vulpibus similes.* Præcipit ergo sponsus sodalibus, vt huiusmodi vulpeculas capiant.

Hæretici quomodo cauti cauendi.

Sodales hi sunt, Angeli custodes Ecclesiarum, (*Origen.*) & Apostoli (*Nyssen.*) & Prædicatores, Doctores, Prælati; rete quo capiendæ vulpes, est duplici filo contextũ, verbo Dei scripto, & non scripto; Scriptura sacra & traditione. Sic irretiendę & implicandæ, primùm sacræ doctrinæ arguuentis, & reducendæ ad Ecclesiam. Si hoc frustrà succedat, formidine circundandæ, nempe censuris Ecclesiasticis. Si nec hoc profit; fumo de cauernis expellendæ, & tum illi verbo veteri locus; *Vre, seca*; ne dum malè parcis, vana in malos clementia, sis in bonos crudelis. Iubet *capi*, dum *parvula* sunt, priusquam dissimulatione malum augescat, & tum serò medicina admoueatur. Nisi hoc in Hispaniis Regum Catholicorum sollicitudo præstitisset; fors non meliore sorte fruerentur, quàm vicini.

Guilhelmus. 2 Isa. 42. v. 8.

AIT CAPITE NOBIS, hoc est, mihi & vobis. Mihi, ad gloriam meam: vobis, ad mercedem, & securitatem, cedo vobis fructum operis, eo contenti estote; ne tangatis quod meum est, *quia gloriam meam alteri non dabo*[a]. Sic Guilhelmus.

DEMOLIVNTVR] dum fidei radicem connellunt, & florem Ecclesiæ, nouellas animas contagione perdunt, ipsa quoque templa, & ædes sacras subuertunt.

VINEA NOSTRA.] priùs dixit *vineas*; nunc ait, *vinea*, quia ex multis Ecclesiis, vna est electa Ecclesia, *inquit Cassiodorus*; ex particularibus Catholica & vniuersalis. *Sic Beda & Haymon* illas demoliuntur, huic nunquam inferorum portæ prævalebunt. *Nostra* quoque, quia mea, quæ sanguine meo redempta: vestra quoque, quia vestro labore ac studio propaganda & regenda. *Sic Guilhelmus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§.3.

Origenes.

» SI de anima quæ se Deo coniũgit, hæc intelligas; puto (*inquit Origenes*) in vulpibus contrarias potestates, & dæmonum nequitias intelligi debere; quę per prauas cogitationes & intelligentiam peruersam exterminant ex anima virtutum florem, & fructum fidei interimunt.] Mandat itaque Deus Angelis custodibus, (*sic Origen. & Nyssen.*) & etiam Prælatis, & Concionatoribus, & aliis quibus animarum cura incũbit; imò & singulis hominibus, quibus cura est animæ suæ; vt rete diuinæ sapiẽtiæ expandant, & cogitationes suas expendant, discernántque, probantes cuius spiritus flabra sint.

Damon ex per vulpem designetur. Nyssenus.

Cur verò dæmonem, cuius alibi tanta fortitudo describitur, hoc loco vulpeculam appellet, animal contemptibile; multis docet disertissimè Nyssenus; vt efficacitatem diuini mandati intelligamus: Non enim dixit, venamini aprum illum, qui vitem vastat, vel singularem illum ferum, vel leonem rugientem, vel ingentẽ cœtum, vel latentem sub aquis draconem: ne putemus robur aliquod eis inesse, cum quibus depugnandum: sed vt intelligamus, vniuersos humani generis hostes, verè pusillas esse *vulpeculas*, fraudulentas quidem illas, sed miseras; si cum arbitrij humani robore diuina gratia ornati, & Dei prouidentia, & Angelorum custodia muniti conferantur.

Origenes.

Iubet autem capi *dum parvulæ* sunt. Dum enim cogitatio mali in » initiis est (*sic Origen.*) facilè potest abiici à corde. Nam si frequenter » iteretur, & diu permaneat, adducit animam sine dubio ad cõsensum: » & post consensum intra cor suum confirmatũ, certũ est quia ad pec- » cati rendat effectum] vt morbis corporis, sic & animæ, si statim occurras, facilè medicinam feceris; sin serò, frustrà sis. Virga vellat vel puer; quercum adultam nec Milo. Ideo Dauid *beatos* dixit, *qui tenent & allidunt* Babylonis *parvulos ad petram* [a].

a Ps. 136. v. 9.

Babylonij parvuli qui sint.

Babylonij paruuli, sunt tentationes & affectus peccatorum, maximè subtiliores quidam, qui hic *vulpes paruæ* dicuntur, vt fusè admodum variis exemplis explicat D. Bernardus [b]; vbi inter cetera: Vi- » detur mihi cõgruentissimè designare subtilissima quædam vitia spe- » cie palliata virtutum. sunt autem, cogitationes hominum aut vanæ; » aut factæ *immissiones per angelos malos* [c], angelos Satanæ; qui *se transfi-* » *gurarũt in angelos lucis* [d], *parãtes sagittas suas in pharetra* [e], id est, in oc- » culto. Vnde *pusillas* eas propter hoc reor dici, quòd cùm cetera vitia » quàdam quasi corpulentia sui manifesta se præbeant; hoc genus pro » sua subtilitate, haud facilè agnosci, & ideò nec caueri possit, nisi dun- » taxat à perfectis, & exercitatis, & qui habeãt illuminatos oculos cor- » dis ad discretionem boni & mali: qui cum Apostolo [f] possint dicere, » *Quia non ignoramus astutias eius, neque cogitationes eius.* Et vide ne for- » tè ideo à sponso iubeantur, non quidem exterminari, vel abigi, vel occidi;

Bernard. b Hom. 64. in Cant.

c Ps. 77. v. 49.

d 2. Cor. 11. v. 14.

e Ps. 10. v. 2.

f Hebr. 5. v. 14.

2. Cor. 2. v. 11

occidi; sed *capi*, quòd scilicet huiusmodi spirituales, dolosaſq́ue be- « stiolas, omni vigilantia & cautela obseruari oporteat, & examinari, « & sic *capi*, id est, *comprehendi in astutia sua* [a]. Ergo cùm proditur dolus « cùm fraus aperitur, cùm conuincitur falsitas; rectissimè dicitur; *capta* « *vulpes* pusilla, quæ demoliebatur vineas] & quando sic capiũtur *vul-* « *peculæ*, non possunt floritioni nocere.

a 2. Cor. 3. v. 19.

Qui flores isti? D. Gregorius alibi [b]; *Florent vineæ*, cùm mentes fidelium bona opera proponunt. Sed fructus non pariunt, si ab eo, quod proposuerint, aliquibus victi terroribus infirmantur, & vera hæc est tropologia: sed quam Honorius profert, est tantùm sensus accommodatitius. *Vulpeculas* (ait) *capit*, dum falsos fratres ad regulam iustitiæ corrigit, aut incorrigibiles de cœtu fratrum repellit, ne vineam suffodiant, id est, ne congregationes iustorum simulatione subuertant.] Porrò hîc deficiunt nos sermones Origenis quatuor.

Gregorius. b Explicans illud Tob. 15. Lædetur quasi vinea in primo flore botrus eius. Honorius.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§.4.

Rupertus.

RVPERTVS hæc accommodat Saluatoris infantiæ, *Vineas* illas censet esse pueros Iudææ; *vineam nostram*, CHRISTVM Dominum; *Vulpes*, Herodem, cui hoc nomen à CHRISTO tributum [c] (*sed tollitur, quia Herodes iste alius fuit;*) & ministros eius; *Vineas* ab his populatas quando pueri Bethlemitici necati, & passi persecutionem quotquot erant de domo Dauid. Illos *capiendos*, quia citò erant morituri, vt docetur quando dicitur; *defuncti sunt, qui quærebant animam pueri* [d]. *Vineam floruisse*, quia adhuc infans, necdum botrus maturus.

c Luc. 13. v. 22.

d Matth. 2. v. 20.

Honorius autem, *in sigillo*; *vulpeculæ* sunt hæretici, qui *demoliuntur* « Honorius. *vineas*, id est, inficiunt simplicium Ecclesias, dicentes; Si virgo pepe- « rit; fantasma fuit. Hi quasi rete cum tali Syllogismo concluduntur: « Deus omnia quæ vult potest, sed voluit homo ex virgine nasci: igi- « tur quod virgo genuit, Deus & homo fuit: Nam *vinea nostra floruit*, « quia MARIA CHRISTVM protulit.] certè hæc acuta sunt, sed « longè petita.

Alanus hæreticos intelligit, qui CHRISTI diuinitati, & MARIÆ virginitati detrahunt. Alanus.

Guilhelmus per vulpeculas, intelligit sapientes sæculi, & eruditè ostendit, quo illos modo ceperint Apostoli. iuuabo nonnihil, & ostendam, quo pacto non aliena hæc à sponsa videantur. Assumpta in cœlum Dei genitrice, introducit Salomon sponsum sodalibus suis Guilhelmus.

Apostolis in hanc sententiam loquentem; Non sit vobis molestum, quòd piam matrem meam à vobis abstulerim. Sat iam vos eruditi & confirmati estis, *per Spiritum Sanctum, qui datus est vobis* [a]. Incumbite prædicationi, vt facitis, méque *cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis* [b], *capite nobis* Euangelij retibus *vulpes parvulas*: prædicate me natum ex virgine, virginem matrem conseruasse, *scandalum Iudæis, gentibus stultitiam* [c], comprehendite sapientes sæculi in sapientia eorum. Ad hoc elegi vos columbas, vt per vos capiam vulpes. ad hoc *quæ stulta sunt mundi elegi, vt confundam sapientes mundi* [d], qui subdolis & fucatis rationibus *demoliuntur animas*, subuertunt multorum animas. *Capite* illas, quia in illis capietis multos ad vitam; qui per illos ad mortem capiendi erant. Nolite timere, quasi magnas, aut fortes: debiles sunt & paruæ, imò & *parvulæ*, & proinde penitùs contemnendæ. Nolite timere Platonicos, Aristotelicos, Ciceronianos; quod sitis homines sine litteris & idiotæ. *Vulpes* quidē illi sunt, quia *filij huius sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione sua* [e]. Sed tamen parvulæ sunt, quia *quod stultum est Dei, sapientius est cunctis hominibus* [f], quantumuis sapientibus. Eo quod sapientes sunt, *vulpes* sunt, sed ideò *parvulæ*, quia mundi sapientes sunt. *Sapientia enim mundi stultitia est apud Deum* [g]. Hæ *capiendæ* sunt, non occidendæ. Sæcularis enim prudentia in his qui ad pietatem conuertuntur, non est destruenda aut perimenda; sed *captiuanda*, hoc est, sacræ sapientiæ subiicienda, & eius cancellis includenda.

Philosophi ad Christum conuertendi.

a Rom. 5. v. 5.
b Mar. 16. v. 20.
c 1. Cor. 1. v. 23.
d Ibid. 27.
e Luc. 16. v. 8.
f 1. Cor. 1. v. 25.
g 1. Cor. 3. v. 19.

Hoc sanè se, & Apostolos alios fecisse D. Paulus testatur [h]; *In carne*, inquit, *ambulantes, non secundùm carnem militamus; consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium* CHRISTI. Non dicit se *destruere omnem intellectum*; id est, omnē acumen humanæ sapientiæ; sed potiùs *in captiuitatem redigere in obsequium* CHRISTI: hoc est, pietatis vsibus applicare; destructis vtique cōsiliis malis, quæ ex acumine illo manabant; destructo etiam fastu scientiæ sæcularis, quo se turgida extollebat *aduersus scientiam Dei, quæ est in* CHRISTO IESV. Nam sic erat Paulus edoctus, sponsi hoc loco præcepto, & Samsonis iam memorato exemplo [i] (*suprà* §. 1.) Vbi; quis per Samsonem, nisi CHRISTVS figuratur? *Trecentas* hic *vulpes* cepit, hoc est, infinitos mundi sapientes, qui priùs virginitatem matris, suæ pertinacissimè impugnabant, quando eiusdem mysterio Sacramenti eos plenissimè imbuit. Sic non destruxit eorum singularem sapientiam, sed meliorem reddidit, eam fidei veræ funibus reuincies. Coniunxit enim *caudas earum*, & posuit in eas *faces* charitatis: vt qui anteacta vita sua (hoc est, quasi capite, & facie) rebelles dissenserant; saltem *caudas* suas, hoc est, nouissima sua, pari voto in holocaustum Domino suauissimum offerrent. & hoc ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. Nempe huc illúcque *discurrentes* caudarum suarū igne succenderunt *segetes Philistinorum*; qui paullò antè igneum naribus efflauerant ad concremandas segetes Israelitarum.

h 2. Cor. 10. v. 4. & 5.

i Iud. 15. v. 4.

Sanè

Sanè quantum huiusmodi sapientes mundi profuerint Ecclesiæ adpietatem diuina miseratione conuersi, sciunt qui Cyprianos, Arnobios, Augustinos; qui Dionysios, Irenæos, Iustinos, Athenagoras, ceteros tales legēre; quantùm etiam zelo & studio domus Dei exarserint; quantùm aduersariis fidei Christianæ discursatione sua nocuerint, sacris annalibus satis expressum est.

Sapientes mundi ad Christū conuersi multis profuerunt.

Duo possent obiici huic explicationi Guilhelmi, primò illud Origenis; *Lupi & vulpis* nomina in S. S. nunquam in bonam partem posita: secundò capita vulpium sibi aduersa fuisse, horum verò Doctorum conformem, & consentientem doctrinam. Sed facilè responderet Guilhelmus, illud dictum Origenis non esse prorsus verum quoad sensus mysticos. Nam & plerique Patres censuerunt in Iacobi [a] Prophetia, qua filiis benedixit, per *lupum rapacem* significari B. Paulum: capita verò illa non tam aduersa, quàm diuersa, significare methodi, & styli diuersitatem, quæ in his patribus nō exigua est; sed sententiæ & intentionis concordia significata fuit, per caudarum colligationem.

a Gen. 49. v. 27.

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

BONA est Honorij explicatio, hæc in extremi iudicij die Angelis dici; quia tum *per Angelos omnia scandala* [b] *de regno Dei colligentur, & in caminum ignis mittentur.* Posteà *vinea* semper *florebit*, quia cum CHRISTO in æternum gaudebit. *Vulpeculæ* ergo hæ sunt diaboli & damnati; zizania [c], quæ tum à tritico separabunt; in manipulos comburendos; spinæ [d] spinas trahentes æterno igne consumendæ. Tribuat nobis Deus, vt vineæ nostræ floreant, & vinum proferant; vt ager noster triticum & non zizania germinet.

b Matth. 13. v. 41.
c Matth. 13. v. 30.
d Nahum 1. v. 10. Esa. 33. v. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia:	*Fraternus meus mihi, & ego illi qui pascit in liliis, donec respiret dies, & amoueantur vmbræ. Reuertere: similis esto fraterne mi capræ, vel hinnulo ceruorum super montes cauitatum.*
17. * donec aspiret dies, & inclinẽtur vmbræ. Reuertere: sis similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnulóque ceruorum super montes Bether.	

§.1.

LITTERA.

VERBA SPONSAE.

MIHI] meus est & ego illius. *vide quæ dicam inferiùs c.6.v.2.*

QVI PASCITVR] Hebr. est, *pascens*. hinc nata diuersitas interpretationum; LXX. *qui pascit*, ὁ ποιμαίνων. Symmach. ambiguè, ποιμαλ ουτ& *pascentis*. Sed Scholiast. vt noster, ὁ νεμόμενος: *qui oblectatur*, cuius sunt amores & deliciæ liliaque seu pascua liligera. nã latissimè patet vox RAAH per Aïn medium.

רעה

LILIA] Symmach. τὰ ἄνθη, *flores*. LXX. & Schol. vt noster, *Lilia*, solis apiculis florilegulis pascua sunt, vt indicat Maro Coryci senis hortulum describens 4. *Geor.* quare suspicor tacitè sponsum comparari huic Dædalæ volucri, volitanti, & delibanti pulcherrimos quosque, & odoratissimos Hyblæ flosculos. Nec ignotum est amorem apiculæ ab Anacreonte comparatum.

DONEC] non est necesse pro exclusiua capere; &, si accipias, retinenda tibi regula D. Hieronymi, exclusiuas huiusmodi aliquando tantùm quid vsque ad illud tempus factum sit enarrare, non verò negare postea adhuc idem factum. *Vide, si lubet, diuum Bernard. hic serm.72.*

ASPIRET DIES ET INCLINENTVR VMBRÆ. *Diem* non est necesse accipere pro vento diei, sed propriè pro diei luce. pro, *aspiret*, LXX. *respiret*, ἕως ἂν διαπνεύσῃ, eodem sensu ambiguo, vt noster. Aquilas clariùs, ἕως κοπάσῃ, *donec esset*. & pro *inclinentur*, LXX. *amoueantur*, κινηθῶσι, Symmach. verò, vt noster, κλιθῶσιν. Duæ sunt hoc loco interpretationes, & neutri Patres repugnant, possuntque non magno negotio

negotio conciliari, quo ad sensum Historicum. Vna est satis ingeniosa, quam multis prosequitur Luisius Legionensis; altera Guidacerij, & aliorum Neotericorum plurium, cui fauet interpunctio Massoretarum. prior, ista vult referenda ad occasum solis, posterior ad ortum. Illa vult sponsum inuitari sub occasum; ista verò sub ortum diei. illi dies est hæc præsens vita; isti dies est futura vita. plus est acuminis in illa, plus lucis & facilitatis in ista. secutus aliquando illam fui, nunc istam præfero; quam apertè Aquila nobis conseruauit: & sanè noctis & tenebrarum nomen aptiùs huic vitę quadrat, quàm futuræ. Et Hebræum NASV per *Samech* non magis vni quàm alteri explicationi fauet, vt nec Chaldæa paraphrasis.

נסו

MONTES BETHER] Duplex hîc lectio in Latinis libris, vna *Bethel*, quam retinẽt Complut. & regia Biblia, & Patres multi, *vt Ambrosius de interpellat. Dauid c.1. Bernardus serm.73. Iustus, Apon. Cassiodor. Gregor. Honor. Villeramus, Guilhelmus, Angelomus, Anselmus, Haymon. & Ruperius.* Altera est *Bether*, quam retinet Romana editio. neutram damno, hanc puto meliorem. tum quia Hebraicè est BETHER, quod nomen quia non occurrebat alibi in S.S. suspicio est deprauatum in aliud notius; vt *Bethel*. tum quia vtriusque lectionis ex l.m. s. meminerunt Beda, & Decanus Ambianensis, & videntur hanc præferre. Tum quia LXX. vertunt, κατακράτων, *conualium* seu *cauitatum*; malè editum in Latina versione, *ciuitatum*. qui sensus coincidit cum *Bether*, nam prærupti montes habent in medio cauitates, hinc inde distantibus rupibus, quare non possunt ab hominibus nisi lento gradu, & per amfractus subiri, sed à feris velocipedibus vnico sæpè saltu transmittuntur: quæ propterea amant, & colunt huiusmodi loca, vt venatoribus inaccessa. *Bether* itaque puto nomen montium aliquorum esse, olim notorum, vt benè Rabbinus innominatus: qui sic dicti, quòd eorum rupes essent bifidæ, hiulcæ & dississæ. D. Ambrosius *lib.3. de virginitate*, non vertit hunc locum, sed citat locum *vers. vlt. cap.8.* quod moneo, ne te notæ Nobilij hîc decipiãt. Videntur montes amœni, & herbis ac floribus odorati fuisse. nam *c.8. v.14.* montes aromatum vocantur.

בחר

Bethel an Bether sit legendum.

Dixerat sponsus capiendas vulpeculas, illaverò confidentior amore facta, Eia, inquit, quem ego vnicum amo, & à quo amor vna; qui mihi soli places, & cui soli placere allaboro. tam adamantino reciprocæ dilectionis nodo vincti sumus, vt vulpeculæ illæ nequeant eum dissoluere. contemnamus illas, mihi soli intende: pasceris inter lilia, accurre ad lilium tuum inter spinas efflorescens. adhæream tibi, nec à latere discedam (iube) tuo, quamdiu in hac vitæ via versor. Cur tam diu abis, nec mihi faciem tuam ostendis? recurre celeriter. oriatur verum mane, dispellantur & fugiant hæ vmbræ tenebrarum; lucescat sol melior, & montium culmina collustret. Ne sinas diu in languore iacentem solam pernoctare. perrumpe moras & impedimenta; qua solent velocitate *capreæ & hinnuli ceruorum*, summo mane ex cubilibus suis erumpentes montana cacumina *Bether*

§. 2. MENS VERBORVM SPONSAE. *Sponsa quanto Sponsi amore exardescat.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

transilire. Nam Ecclesia oritur responsionem à sua verissima fiducia (*quod enim corde clausum, id noctu solent amantes in somnis ore effundere*) sat monitæ, sat instructæ non multum vulpeculas illas metuendas: quicquid illæ queant confingere aut moliri, siue de diuinitate sponsi blasphement, vt Arius; siue detrahant humanitati, vt Nestorius; sese sponsam fidam permansuram; nullum sibi periculum; ne vel fide nutet, vel abrumpat vinculum charitatis. Deinde latenter sponsum comparat apiculæ; sed illi, quem vocant Regem, *qui maculis auro squalentibus ardeas*

Est melior ---- cuius etiam *comites pariter fulgore coruscant*, eodem charitatis auro radiantes, & habent *paribus lita corpora guttis*: hi sunt sancti, & Angeli: quos inter eminet CHRISTVS *a mi e toto grandior* & pulchrior. hominum solus aculeo caret, castitatis & benè ordinatæ vitæ præcipuus amaror & exemplar; pascitur bonis desideriis & operibus; & pascit, amicorum labiis dulce nectar eloquij sui instillans, omnis spiritualis mellificij princeps & artifex; quæ sunt apum laudes, pleræque apud Aristotelem & Maronem [a].

Lilia vocat particulares Ecclesias. Nulla anima CHRISTVM verè diligit, nisi sit lilium (de hoc dicam §. sequent.) & plantatum intra Catholicæ Ecclesiæ septa; nulla diligitur à CHRISTO, quæ sit sata extra Ecclesiæ hortum conseptum; quæ non sit lilium puritate animæ & bonæ vitæ odore. in huiusmodi liliis nunc sponsus deliciatur, donec humanæ ignorantiæ errores, & vmbræ huius noctis discussæ recedant, & æternæ claritatis aurora prodeat, lucis illius prænuncia; qua sponsa visura est sponsum, nõ amplius *in ænigmate, sed facie ad faciem* *, plenitudine cognitionis & amoris; vt radio Solis, qui illuminat simul & calefacit, illustrata adspirataque. in hanc sententiam plerique Patres discesserunt [b]. Nec minùs postea deliciæ hæ futuræ sponsæ, quando virgines agnũ sequentur quocunque ierit. Petit autem sponsa, vt abrumpat moram sponsus; vt abbreuiet dies illos, vt plures salui fiant. Discesserat, quando in cœlum ascenderat: possumus ergo dicere, peti vltimum eius aduentum ad iudicium; aut si cui hoc videtur adhuc immaturum, dicat cum Patribus nõnullis, domum diuisionis, siue sectionis (hoc est, *Bether*) significare particulares Ecclesias per totum orbem dispersas; diuisas, non fide, sed situ: & hîc sponsam petere, vt has per prædicationem Euangelicam consolari, & inuisere dignetur [c], ea celeritate, qua hæ feræ solent vti.

Quid si dicamus? Montes Ecclesiarum sic toto orbe dispersarum, Apostolos esse (vt fatentur D. Gregorius & alij multi,) quos summa pernicitate descendens Spiritus sanctus occupauit in linguis igneis diuisis, capitibus eorum insidens in festo Pentecostes *: hunc ergo aduentũ promissum à CHRISTO nunc postulari, quem etiam Apostolorum diuisio fuit subsecuta?

TROPO

a *Arist. lib. 5. de hist. animal. Vir. 4. Georg.* *Nulla anima verè Christum diligit, nisi sit lilium.*

* 1. *Cor. 13. v. 12.*

b *Ambros. in Psal. 118 ser. 14. Aponius lib. 5. Philo, Honor. Cassiod. Villeramus, Ansel. Angelom. Beda, Alcuin. Haym. & D. Greg.*

c *Sic Philo.*

* *Act. 2. v. 3.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

QVAM indissolubile sit vinculum veræ charitatis, quo anima CHRISTO non tantùm vt glutino, vel plumbatura adhæresci, sed vt ferruminationis quadam confusione concorporatur; id satis apertè docuit Apostolus [a], negans quidquam posse dissoluere: *Quis nos separabit à charitate* CHRISTI? *tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius*, &c. *Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in* CHRISTO IESV *Domino nostro.* an ergo queant separare vulpeculæ illæ paruulæ quas exclusit, cùm principatus & virtutes illas (nempe dæmonum) excluserit. Vox igitur hæc est animæ ardenter amantis, & de fauore, ac subsidio sponsi benè sperantis. Cur non speraret, quam *lilium* sponsus vocarat; & ipsa sciret illum *in liliis pasci* libentissimè, quia *deliciæ eius esse cum filiis hominum* [b], qui simplicitate candidi, castitate puri, & conuersatione atque exẽplo suauiter fragrãt, his ipse pascitur & delectatur: Et secundũ LXX. hos etiã *pascit lilius*; Nimirum hic est (*verbis vtar Nysseni*) qui non gregi fœnum pabuli loco præbet, sed puris liliis oues alit, non amplius fœnum fœno nutriens. Est autem fœnum brutorum proprium naturæ ac peculiare alimentum. Homo autem cùm sit rationis particeps, vera ratione pascitur: quod si huiusmodi fœno saturaretur, & ipse in fœnum commutaretur. Est enim perscriptum, *omnis* [c] *caro fœnum est*, quamdiu scilicet caro existit. At si quis spiritus fiat, è spiritu progenitus, non amplius victu gramineo pascetur, sed spiritus ei pro alimento erit, id quod puritas & fragrantia lilij obscuriusculè notat.] Tales ergo, teste Nysseno, *lilia* hic vocantur, qui *in carne non secundum carnem viuunt* *.

Sed optimè & clarissimè D. Gregorius Papa. Quid per *lilia*, nisi mundæ animæ designantur? quæ dum castitatis candorem retinent, per bonæ famæ opinionem proximis quibusque suauiter olent.] Sed & de die optimè idem, cui consentiunt Honorius & Philo Carpathius; *diem tunc aspiraturum*, quando vita æterna apparebit; *vmbras inclinandas*, quando præsens vita finietur: hîc noctem esse, quia hic in visione veritatis caligamus. & quia (vt ait Honorius) sicut Synagoga fuit *vmbra* Ecclesiæ, & quicquid ille populus fecit, vmbra fuit illius rei, quã nunc agimus: ita Sacramenta Ecclesiæ festiuitatesq; sunt *vmbra* futuræ gloriæ; & sic mala præsentis vitæ sunt vmbra futuræ vitæ. cùm ergo lux æternæ vitæ illuxerit, tunc *vmbræ* Sacramẽtorum euanescent, & tribulatio præsens recedet.] Vita æterna etiam *dies* vocatur, quia ibi Deus ipse tota veritas mentibus elucebit. Quando vita æterna apparebit, præsens vita velut *vmbra* diffugiet.

a *Rom. 8. sub fin.* *Vinculum veræ charitatis indissolubile.*

b *Prou. 8. v. 31.* *Nysseni.*

c *Esa. 40. v. 6.*

* *2. Cor. 10. v. 3.* *Gregorius.* *Honorius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

O veram *diem* illam (exclamat Philo) in qua nulla nox, nulla mutabilitatis vmbra, nullæ rerum vices insunt; sed omnia lucidissima, stabilissima, æterna!] Quid mirum si sanctæ animæ ad hanc semper anhelent; & ideo exclament; REVERTERE, &c. Veni citò mundum iudicaturus, veni more pernicium animalium; veni vt caprea, aspectu pollẽs, qui *renes & corda intueris* *; veni vt hinnulus ceruinus, venenatos angues omnes absumpturus (*sic Nyssenus.*) Vel vocatur *similis caprea, hinnulóque ceruorum*, quia venturus ad iudicium ex humanitatis forma, quam ab Ecclesia sumpsit (hæc *caprea* vocatur, quia perspicax est, & *in cœlis* eius *conuersatio* est, vbi mẽte habitat) quando ex patrum progenie (qui per *cernos* designantur) humilitatis nostræ carnẽ induit: (*sic Gregor.*) & *super montes Bether*, hoc est diuisionis, *sedebit* [a], *quando bonos in vasa mittet, & malos foras ejiciet.*

* *Psal. 7. v. 15.*

a *Mat. 13. v. 48.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

Ex Guilhel.

Si quis hoc vnquam potuit mortaliũ; hoc sibi optimo iure, de fidei & charitatis constantia; potuit Dei genitrix polliceri; quæ sponsa dilectissima. Huius ergo vox ista putanda, postquam se & à filio vocari, & sodales moneri audiuit, vt vulpeculas caperent. Prædicat filij beneficium, & animi sui gratitudinem profitetur. Quasi dicat, Inuitat me filius ad gloriam & regnum suum; iam confido me arctiùs adhuc atque arctiùs indissolubili vinculo coniungendam: contemno vulpeculas illas, quę inter nos dissidium quęrunt. Adero filio perpetuum illi adfutura. Sed *vnde hoc mihi* [b]? Nemo *impinguet caput meum oleo peccatoris* [c], dicens; Hoc meritis tuis debetur, quia tam sedula & officiosa in illum fuisti. *Quis enim prior dedit illi, & retribuetur ei* [d]? Planè non ego prior dedi illi, sed ipse mihi, & ideò non dico, ego dilecto meo, & ille mihi; sed *dilectus meus mihi, & ego illi.* Dedi, quod priùs acceperam. quid enim habebam, quod non ab eo accepissem? Non ergo gloriabor, quasi non acceperim. *Dilectus meus* prior dedit *mihi*, & ego postea deuotè illi refudi. Accepit à me carnis substantiam, sed quam antea dederat: paui eum lacte meo, sed quo ipse vbera mea implebat. Officiosa fui, & hoc ipse ancillę præstabat. Cùm ergo seruierim illi de suo, quid magnum feci? Quin potiùs *fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen* [e] *eius*? Planè magna mihi fecit (verba

b *Luc 1. v. 43.*

c *Ps. 140. v. 5.*

d *Rom. 11. v. 35.*

¶. *Virgo suis meritis non sibi tribuit incarnationem.*

e *Luc. 1. v. 49.*

(verba sunt Guilhel.) de me nasci, & à me pasci dignatus, cùm æternaliter natus de patre in cœlo pasceret Angelos. Quod ergo nunc accessiuit me, vt pascar cum illo *inter lilia, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ*: non meis meritis siue officiis, sed eius exuberantissimæ gratiæ est ascribendum.

Superiùs petiit à filio sibi indicari, vbi pasceret, *cap. 1. v. 8.* nunc eùm dicit pasci inter lilia, nimirum, *dilectus pascit inter lilia, & pascitur in liliis*, & pascit ipsa lilia, & vestit etiam lilia. *Si námque lilia agri sic vestit, vt nec Salomon in* [a] *omni gloria sua coopertus sit, sicut vnũ ex istis*: quanto magis lilia cœli. Sancti Angeli, lilia cœli sunt; iusti, dum hìc degunt, lilia agri; vtrique propter fragrantiam & nitorem; vtrobique MARIA fuit & est lilium liliorum; hìc iusta iustorum, & casta castorum, illic Regina & Domina Angelorũ. Nunc agamus de cœli liliis. Planè *illa non laborant* vt pascantur, *neque nent* vt vestiantur: sed qui condidit ea, cibus est eis vitalis, & vestis nuptialis: sed tamen & ipse, vt pascit lilia, sic pascitur inter illa lilia cũ liliis; pascit diuinitas eius, pascitur humanitas. Se Deo pascit se hominem, & secum pascit Angelos & matrem. Plenitudine diuinitatis suę pascit humanitatẽ suam spiritualiter; eo quòd in ipsa humanitate *habitet omnis plenitudo diuinitatis corporaliter* [b]. Sed Angelos pascit, quasi micis cadentibus de mensa sua; tribuens scilicet eis participationem sui pro captu eorum. Aliud est pasci ad mensam, aliud est pasci sub mensa. Ad mensam diuinitatis pascitur humanitas verbi, quia sola habet plenitudinẽ. Sub mensa verò, & quasi de micis pascuntur Angeli, plenitudinem non habentes, sed pro captu suo de plenitudine eius accipientes.

Maria Virgo lilium liliorum.

a *Matt. 6. v. 32.*

b *Coloss. 2. v. 9.*

Obiicit sibi Guilhelmus; Quomodo, inquies, Angeli sub mensa pascuntur? cùm Dominus promittat electis omnibus, quòd *esuri & bibituri sunt super mensam eius in* [c] *regno suo*? an Angeli sub mensa, & illi quibus æqualitas Angelorũ promittitur, ad mensam pascentur? Verùm ipse sibi respondet: Mensam super quam pascuntur Angeli & Sancti, esse sub mensa ad quã pascitur humanitas verbi. illa est mensa participationis, hæc mensa plenitudinis: ista est incarnati vnigeniti, illa filiorum adoptiuorũ. Sic ratione cibi eiusdem, etsi in diuersis mensis appositi, dicitur illic inter lilia pasci; qui hìc in mũdo, spinosus quodam modo, inter spinas dignatus fuit versari. Similitudine carnis peccati tantùm, spinosus erat, non tamen verè aculeata spina, vt ceteri: quia non erat peccator vt ceteri. Homo similis nobis passibilis, sed non similis nobis peccator.

Mensa ad quam pascuntur Angeli, & sub qua, qualis.

c *Luc. 22. v. 30.*

Versatur illic inter Angelos, DONEC ASPIRET DIES, &c. *Dies illa*, de qua Veritas discipulis ait; *Desiderabitis videre vnum diem filij hominis* [d], & Propheta ad Dominum; *Melior est vna dies in atriis tuis super millia* [e], super nũlta millia dierum nostrorũ, qui apud nos fluũt, & in quibus defluimus, & *sicut aqua dilabimur.* * Dies ille nec vesperam nec crastinum habet; imò neque secundùm se mane habet; sed quoad nos mane habebit; quia nos eum desideramus, & exspectamus, dum exoriatur nobis. Vnde Psalmista ad Domi-

d *Luc. 17. v. 22.*

e *Ps. 83. v. 11.*

* *3. Reg. 14. v. 14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Psal. 5. v. 4. *Dies aeternitatis qualis.*

nũ; *Mane astabo tibi, & videbo, quia non Deus volens iniquitatem tu es* [a]. Nobis, inquam, dies ille mane habebit, sed vesperũ omninò non habebit: Incipiet nobis, sed non finietur: illucescet, sed postea non tenebrescet. Illucescet filiis lucis, quibus nũc interim occultus est, secun-

b 2. Pet. 1. v. 19. „ dum illud Petri [b], *Habemus firmiorem propheticum sermonem; cui bene facitis attendentes, quasi lucerna lucenti in caliginoso loco; donec illucescat dies, & Lucifer oriatur in cordibus vestris.*] Quod ait, *donec illucescat dies*, hoc noster obscuriùs *donec aspiret dies*: & quia hoc die aspirante, seu illucescente mox tenebrę dissipabũtur, ideo subditur, *& inclinentur vmbræ*, certè tunc velum ab oculis multorum auferetur, tũc apparebit, qui Deo grati sint, qui iusti, qui fœlices; qui verò miseri, peccatores & inuisi Deo. Mundi iudicia duntaxat vmbram habent veritatis; sed hanc vmbram Sol iustitiæ CHRISTVS luce sua coget euanescere, quando mundum iudicabit.

Tunc etiam *vmbræ inclinabuntur* (si cui placeat hoc Guilhel.) quia mali, qui hic etiam (Ennio teste) vt vmbræ virorum volitarunt, qui se hîc exaltarunt, illic humiliabuntur: iusti verò, qui se humiliarunt,

c Matth. 23. v. 12. exaltabuntur [c], tum iusti, qui sunt lux in Domino, ad æterna gaudia intromittentur; & tenebræ interiores, hoc est, peccatores in tenebras exteriores pro pondere meritorum detrudentur. Sic Guilhelmus: qui etiam illud quod sequitur REVERTERE, &c. mirificè torquet, vt verum fatear; nec mihi satisfacit; non magis quàm vel Rupertus, vel Honorius, vel Hailgrinus hoc loco. Malim tribuere hæc B. Virgini; vt ex cõmemoratione diei illius vltimę; in desideriũ eius exardescenti, amor enim moræ est impatiens, & iustos electósque ardentissimè Dei genitrix semper amauit, amátque incessanter: quare & eorum in cœlos transferri coloniam non cessat optare. hoc desiderium verbis his indicatur, quibus orat filium, vt aduentum hunc suum acceleret, eo modo quo de anima diximus §. 3. Sed hoc quàm ceteræ animæ Maria desiderat ferուentiùs.

ANAGO-

ANAGOGE.

§. 5.

IN cœlis (vt aduertit Honorius) dilectus sponsæ coniungitur, & illa dilecto; qui *pascitur inter lilia*, quia reguat inter agmina beatarum mentium, & iustorum hominum, virtutibus & gloria candida: sicut & hic pascebatur inter eadem lilia, quando profectibus sanctorum reficiebatur. Siluestria animalia per totam noctem pascuntur, superueniente aurora redeunt in loca tuta: ita CHRISTVS quamdiu mundus durat, qui est nox, per noctẽ illam pascitur Sanctorum virtutibus: cùm verò *aspirãt dies* æternitatis & Sol Iustitiæ; ipse CHRISTVS exorietur, tũ de iudicio reuertens *similis* erit *caprea*, quæ bonas herbas eligit, & alta petit; quia bonos à malis diuidens, eos in sublime euehet regnaturos; & *hinnulo* quoque qui in vmbroso loco requiescit, similis erit, quia in refrigerio Sanctorum ipse refrigerium eorum requiescet: idque *super montes Bether*, super omnes sedes Angelorum, in nouem ordines diuisas. Honorius.

Commodiùs adhuc interpretaberis de quauis anima, post particulare iudicium in cœlum translata; & quæ beatarum animarum charitas est, rogante sponsum; vt festinet redire ad alias animas iudicandas, & ad cœlestia regna similiter transferendas, vt celerrimè iustorum numerus, qui ab æterno prædestinatus, impleatur.

Hactenus de secundo capite, & Somnio Sponsæ. Nunc audiamus vigilantem, &c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

IN CAPVT TERTIVM CANTICI CANTICORVM.

SECTIO I.

VATVOR *primi versiculi, seu commata, sponsæ verba continent; nec possunt commodè ab inuicem separari: quare* VVilleramus, Guilhelmus, *& alij quidam ea coniunctim explicant: ideo nos illis vnam sectionem attribuimus.*

SECTIO I.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 1. In lectulo meo per noctes quæsiui quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.	*In cubili meo in noctibus quæsiui, quem dilexit anima mea: quæsiui eũ, & non inueni eum: vocaui eũ, & non obaudiuit me.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

NOVVM hîc drama, noua narratio inchoatur. Per quietem visa fuerat sponsum sibi videre, & audire, & colloqui cum sponso. Subitò interim euigilans, speciebus illis nõ satis discussis, adhuc thesauri possessi (quod aiunt) viuidis & euidentibus somniorum imaginibus lactata; vano motu brachiis extensis, sponsum complecti conata fuit. Pòst plenè experrecta hoc ipsum quod acciderat sodalibus suis narrat: mox addet, quid spe delusa fecerit, & quo tandem modo sponsum repererit. Mirè decorum personæ seruatur. Primò describitur amantium ingenium, qui viuentium, sed absentium imagines; vel defunctorum, quos dilexere, vmbras, per somnium obiectas, non rarò nituntur amplecti. exemplis potèæ abundant [a].

a *Seneca in Troad. Propert. l. 4. Ouidius in epist. Sapphus, Sabinus, aliíque.*

QVEM DILIG.] periphrasi hac solet vim amoris sui declarare,

rare, vt v. sequ. & sup. c. 1. v. 7. & alibi.

NON INVENI] testatur Angelomus in quibusdam libris addi: *Et vocaui eum, & non respondit mihi.* Sed illi codices vitiosi sunt. desumptum hoc ex cap. 5. v. 7. Nam in Hebræo non continetur. LXX. illud addidêre de suo. Nam legisse, patet ex Nysseno & Philone.

Sedulò hîc est notanda Dei consuetudo, qui, vt *cum tentatione facit prouentũ* [*], sic etiam cum gratiæ suæ muneribus, tribulationes æquo pede & modo iubet crescere: vt semper sit ad manum, in quod gratiam illam extendentes, vacuam esse non sinamus. Dixi [a] tres esse gradus amantis. Ecclesiæ, incipientis, proficientis, perfectæ: totidem sunt cõstantiæ, & probationum specimina, nobis hîc absentiarum, seu discessus sponsi nomine significata: sic ter sponsum abesse dilecta queritur. Incipientes Deus leui brachio, & quasi suspensa manu tangit: hæc illa est absentia, quam habuimus c. 1. v. 6. teneri adhuc amoris, quem duntaxat anxia, nec domo se commouens, verbis lenibus exponit. Hoc verò c. 3. adultus, & roborascens amor sese prodit: nam egressa domesticos parietes, magnũ iam & laboriosum subit in quærendo certamen. scilicet proficientem, paullò acriùs Deus ferierat. sed hic tamen quærit duntaxat: postmodum c. 5. v. 5. & 6. cernes, quo pacto cum perfectis Deus iusto quasi prælio, & æquo Marte confligat. illic enim affectu iam stato, & planè obfirmato; vehementissimè dolet sponsa, sollicitaturque: nec nudum quærendi laborem suscepisse contenta, inclamat dilectum per plateas; contemnit vigiles; perfert ab iis diripi, nudari, sauciari, nec desinit tamen eum quærere, sed iterum adit, & interrogat alios, omnia denique molitur, donec eum inueniat. Sic, sponsa CHRISTI, Ecclesia Deum in cordibus hominum semper quærit: quia scit delicias sponsi esse, *versari cum filiis hominum* [*]. Vbi inuenit; præsentia sponsi recreatur, candidos sibi soles credit affulgere. Viderat illum in cœtu fidelium congregatorum in monte Sion; & vrbe prius quàm illi coacti fuere vi persecutionis Ierosolyma recedere: postquam id accidit, & B. Stephanus lapidibus fuit obrutus: *quærere* cœpit diligenter sponsum *in lectulo suo*, id est, Synagoga, in qua consueuerat cum sponso quiescere. ibi *quæsiuit*, dum conata fuit gentem suam ex ignorantiæ tenebris ad CHRISTI lucem traducere. Sed non inuenit solum aptum fidei inserendæ, ideo coacta prodit foras [b].

* 1. Cor. 10. v. 13.

§. 1. MENS VERBORVM SPONSAE.

a *In Isagoge de operis diuisione.*

Absentiæ seu discessus sponsi species in.

* *Prouerb. 8. v. 31.*

Actor. 8.

b *Stephanus Iustus, Castulo, Honor. & alij.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3.

DVæ hic sunt sententię diuersæ, cur anima sponsum suum in cubili suo non repererit. quidam attribuunt animę vitio, alij verò sponsi ipsius naturę & incomprehensibilitati. Ex prioribus illis Philo Carpathius, vult eos, qui peccatis grauantur, in anima (vt *in lectulo*) dormire, idque *in noctibus*, hoc est, sceleribus & tenebrosis desideriis corporis voluptatũ. hos sponsum *quærere* & *non inuenire*, quia tunc *peccata diuidunt inter Deum & hominem* [a]. Sed qui vult quærendo inuenire, & inueniendo possidere, & possidendo frui; eum debere (ait) abstrahere se ab omni cupiditate rerum humanarum; nihil, nisi necessarium vitæ, idque bonò modo & iusto appetere; honores fugere, diuitias aspernari, curiositates euitare; & quoad fieri potest, in meditatione futuræ vitæ & despectione præsentis cõmorari] eodem recidũt quæ Honorius adfert.

Philo.

a *Isa.* 59. v. 2.

Gregorius.

Sed duo Gregorij ex aliorum sunt numero. Gregorius Magnus *Lectulum* (ait) sibi sancta anima in nocte facit, dum omnes perturbationes mundi fugiens, secretum comparat, in quo requiescit.] vult itaque meditationem recollectæ orationis, hunc esse *lectulum*, & in eo *quem anima diligit, quæri*; quia dum ab omni mundana sollicitudine vacat, semper studet ad Deum pertingere. Qui verò in hoc mũdo adhuc viuunt, eos tradit *per noctem quærere*, quia perfectè tenebras temporalitatis à se non excutiunt, quamdiu hîc in corpore degunt.

Nyssenus. Vniuersi natura in duas partes diuiditur.

Sed magnificentius totum hoc Nyssenus. obseruat naturã vniuersi in duas partes distingui; in res sensu perceptibiles siue materiales, & res spirituales, siue duntaxat intelligibiles: quidquid prioris classis est, certis cancellis sensilibus includi, nempe quãtitatis, qualitatisque; & ratione horum à nobis sensu comprehendi posse: quæ verò posterioris classis sunt, quia materia sunt expertia, etiã cãcellis illis nequiisse includi, nec sensu à nobis percipi. Rursus ista spiritualia duplicia esse: quandam enim naturam esse increatam, ceterarum conditricem, æternam, immutabilem, perfectam; aliam verò creatam ab illa priore, & semper ad eam respicientem, eo quòd, vt ab illa producta fuit, sic ab eadem conseruatur, & bonitatis suæ recipit incrementum; & ideo sollicitè semper conatur ad illud immensum bonum propiùs accedere, & est in quodã cõtinuo quærendi motu. quia semper maiora, & maiora in illo bona, quibus beari potest, intuetur: & ideo cum Apostolo *priorum oblita, sese ad vlteriora extendit* [b] anima; Et semper ad altiora contendens, pro incrementi ratione, quod singulis vicibus recepit, nunquam non in melius mutata fuit; nunquam tamen eo bono exfatiata, visa fuit sibi sponsum vel satis inuenisse, vel comprehendisse; sed semper quærere perrexit. Fusè admodum, repetitis quæ duob⁹ præcedẽtibus capitibus dicta sunt, per recapitulationẽ quamdam hoc Nyssenus ostendit, & tandem concludit, in exhausti huius desiderij,

b *Phil.* 3. v. 13.

desiderij, & nondum inuenti sponsi querelam nasci, quia cum Dei illa immensa perfectio & bonitas à nulla creatura queat comprehendi; necesse est quamliber perfectionum eius cognitionẽ duntaxat in nobis esse quandam cognitionis inchoationem. Hoc *noctis* voce satis indicasi, Mosis exemplo; qui erat in nebula quadam, in qua Deus existebat, qui *tenebras ad occultationem sui collocauit* [a]. In hac nebula existens anima, profitetur se posteaquam à nocte illa diuina fuit circumdata, dum abditum in caligine quærit; singulari quidem dilectione adfectã in illud fuisse, quod desiderabat: semper tamen Deum, quem experebat, omnem meditationis & contemplationis vim, & comprehensionem, quasi auolando, effugisse.

a *Psal.* 17. v. 12.

Nec longè hinc abit Rupertus; *Dilectum*, inquit, *quærimus in lectulo*, quando in præsentis vitæ aliquantula requie, Redemptoris nostri desiderio suspiramus. *Per noctem quærimus*, quia etsi iam mens in illum vigilat, tamen adhuc oculus caligat. Sed qui dilectum suum *non inuenit*, restat vt *surgat*.]

« *Rupertus.*

« « « «

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelis amabat, ideò nõ per dies tantùm, sed *per noctes* etiam hunc *quærebat*. hæc illi cura in prosperis, hæc illi cura in aduersis.

a Luc. 2. v. 47. Num immemores estis tridui, quo in templo remansit [a]? filium in comitatu esse putarat, vesperi illum inter notos & amicos quæsiuit, & non inuenit. quanta sollicitudo, desiderium & discursatio huius tridui fuit? statim à baptismo dilectus in desertum ductus, nec in lectulo matris repertus, iterum *quæsitus* fuit, sæpe etiam sic inuentus, vt possit adhuc dici, *non inuentus*. quomodo namque inuentus, qui se matrem agnoscere dissimulabat? nonne dissimulauit, primùm in ipso templo, quando dixit; *Quid est quod me quærebatis* [b]? & alium sibi patrem, quàm quem mater dixerat, esse indicauit? Secundò in Nuptiis Galilææ, quando dixit, *Quid mihi & tibi mulier* [c]? Tertiò, quando dixit in Synagoga, *Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei*: cùm illi dictum fuisset hanc ipsam matrem eius foris stare quærentem eum [d]? Quàm diligenter denique *quæsiuit* ad Golgotha tendentem, & *inuenit* crucifixũ? *inuenit* nõ filiũ, sed *gladium qui transuerberauit animã eius* [e].

b Luc. 2. v. 49.
c Ioan. 2. v. 4.
d Matt. 12. v. 47.
e Luc. 2. v. 33.

Alanus. » Alium adhuc quærendi modum suggerit Alanus his verbis; *Lectus* » intelligitur sepulchrũ in quo requieuit corpus Dominicum. *Per no-* » *ctes*, id est, per multas tribulationes, quas de amarissima dilectissimi » filij passione sustinuerat, & potissimũ mortis CHRISTI triduo *quæ-* » *siuit* per desiderium, *quem diligebat anima sua*, ne scilicet desolatam » nimium matrem de sua nece, penitùs sine paraclito, id est, cõsolatore, » desereret. Quasi cum Propheta diceret: *Quæsiui qui simul contristare-* » *tur, & non fuit, & qui consolaretur, & non inueni* [f]. Hic igitur primò *in* » *lectulo quæsiuit & non inuenit. Lectus* est, in quo solent fessa diutna fati- » gatione corpora quiescere: per quem elegãter quies mentis designa- » tur, in qua Deus quærendus est. Sed quia pro vitæ istius statu huius- » modi quies exigua est, & angusta, non in lecto, sed *in lectulo* dilectum » quæsiuisse perhibetur. Per *lectum* etiam nõ absurdè domus illa in ar- » ce Sion sita, in qua CHRISTVS cum discipulis supremam cœnam » celebrauit, significatur: in quam post filij passionem glorioſa virgo » sese recepisse perhibetur, *quærens* per crebra suspiria, & sancta deside- » ria *quem diligebat anima sua*. ibíq; loca illa venerabatur, venerãdóque » ore cordis osculabatur, in quibus dilectum filium, vel cum discipulis » accubuisse, vel in eorum pedum lotione prostratum fuisse, aut alicu- » bi resedisse imaginari poterat. Sed quid per huiusmodi pia deuotio- » nis obsequia, quàm dilectum requirebat? sed *minimè inuenit*, quia ex » his consolationem non recepit.] hactenus ille.

f Psal. 68. v. 21.

Vera hæc sunt, vera; sed alia tamen his potiora. Nempe sensus illorum, qui volunt hæc de natura filij diuina potiùs accipienda. breuiter Honorius. In requie suæ contemplationis in huius vitæ nocte (dicit) *quæsiuisse* intellige filij diuinitatem, sed *non inuenisse*; quia non potuit ad eius altitudinem pertingere.

Honorius.

Guilhelmus. Quod ipsum Guilhelmus, vt solet, multò luculentiùs docuit, his verbis; Verba sunt piæ matris adolescentulas adhuc carnaliter sa- » pientes, suo exemplo, ad æmulationem spiritualium prouocantis.

Neque

Neque enim ipsa contenta fuit CHRISTVM nosse secundum car- « nem; in diuinitatem eius mente flagrabat. faciem carnis eius læta vi- « debat, sed faciem diuinitatis eius nihilominus cum hilaritate *quære-* « *bat*] & id, *in lectulo suo*. benè addit, *meo*. Nam alium lectum dilectus habet apud patrẽ, aliũ habet apud matrẽ: ille est æternus Patris sinus, & est magnus lectus; hic est temporalis matris vterus, & est præ illo paruus *lectulus*. in hoc quæsiuit illũ, quia ibi latebat in homine Deus: sed quoniam altè latebat, *quæsiuit & non inuenit*. *Quæsiuit* per fidem, *& non inuenit per speciem*, hoc est, claram visionem. Sic enim tantùm inuenitur in magno lecto. credidit Deum esse, quem in lectulo vagientem videbat. sic fides quærit, quod charitas suo tempore inuenit: nec desinit fides quærere, donec charitas inuenit. si desinat quærere, desinet esse: quia eius esse, est quærere. Interea dum filium per fidem quærit, *nox* est: inuento per speciem, dies oritura. Non vna modò nox illi fuit hîc quærenti, sed plurimæ noctes tribulationum, sub Herode, sub Archelao, sub Caipha, sub Pilato; à Iudæis, à Romanis, à notis, & alienis.

B. Virgo quomodo filij diuinitatem in lectulo quæsierit.

ANACOGE.

Ponetur in sequentibus versiculis.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 2. „ Surgam,& circuibo ciuita-	*Exurgam nunc: & circuibo in*
„ tem:per vicos & plateas	*ciuitate, in foris, & in pla-*
„ quæram,quem diligit a-	*teis,& quæram quem dilexit*
„ nima mea: quæsiui illũ,	*anima mea: quæsiui eum, &*
Vers.3. „ & non inueni. * Inuene-	*non inueni eum. Inuenerunt*
„ runt me vigiles, qui cu-	*me custodes, qui circumeunt*
„ stodiunt ciuitatẽ: Num	*in ciuitate. Nunquid quem*
„ quem diligit anima mea	*dilexit anima mea, vidistis?*
Vers.4. „ vidistis? * Paululũ cùm	*Quàm modicum fuit, cùm*
„ pertransissem eos, inue-	*transiui ab ipsis, quoadusque*
„ ni quem diligit anima	*inueni, quem dilexit animæ*
„ mea: tenui eum:nec di-	*meæ. Tenui eum, & non dimi-*
„ mittam, donec introduc-	*si eum; donec introduxi eum*
„ am in domum matris	*in domum matris meæ, & in*
„ meæ, & in cubiculum	*cubiculum eius, quæ concepit*
„ genitricis meæ.	*me.*

LITTERA.

§. I. VERBA SPONSAE. *Vers. 2. Amoris vis quanta.*

ECCE, vt depingat tibi Spiritus sanctus, penicillo Salomonis,robustam hanc, & animosam viraginem, pastoritię vitæ deditam,cùm se somnio lusam sensisset,partemq; sui meliorem toto cubili non inuenisset,audax aggressam facinus,*Non vetat obscura surgere nocte timor*,nec in tenebris tota sollicitam vrbe vagari,sine custode,sine comitibus;proripit se thalamo dilectum vbique quæsitura. Nimirum,

Amor timere neminem verus potest.

Hic reddidit audaciorẽ.Simul exstimulabat,quod mirum,nox ipsa,

Semper enim vacuos nox sobria torquet amantes,
Spesq; timorq; animum versat vtroque modo.

ceteris curis sopitis,ipsa quiete nocturna vis amoris acriùs inflammatur,augetur anxietas,& absentia desiderij, verum illud certissimi amoris signum,Zelotypas excitat suspiciones;à se qui absit,alteri adesse. Denique cùm quid timeant ignorent;timent omnia. Tot ictam iaculis,

iaculis;quis miretur hîc,vt sexus oblitam sui, & verecũdiæ introducit?reuoca in mentem illud,

---- *Quid deceat non videt vllus amans.* Ait igitur,SVRGAM & CIRCVIBO] dixit se facturam,& cum dicto fecit: surrexit, circuiuit ciuitatem.

PER VICOS] LXX. *in foris*,non nauium, sed iudiciorum, & rerum venalium.*fora*,non *foros* innuit.Ambros.*lib.3.de Virgin.*in singulari,*in foro*,& sic in explicatione Nyssen.Sed Hebræa vox pluralis est.

INVENI] hoc loco DD. Nyssen. & Ambros.& Theodoret.repetunt illud additamentum,vers.1.*Vocaui & non exaudiuit me*: Sed hoc loco Philoni,& optimis libris Græcis id deest.

VIGILES] non tantùm excubitores,sed & circitores,ideo pro eo quod in nostro & apud Aq.est,*qui custodiunt*,φυλάσσοντες,id LXX.*qui circumeunt*,& Symmach.περιοδεύοντες.ait itaque se,vt solet noctu vagantibus contingere, in circitorum globum incidisse,& eos sic compellatos à se;NVM QVEM,&c.si quid sit amor vnquam amando didicistis: si vos vlla pietas,aut miseratio tangit, miseremini amantis. Dicite, dum,quæ vestra sedulitas est, omnes vrbis vias, angiportus, compita,anfractus,& diuortia scrutamini;*Num quem*, &c. Nec celat affectum,qui vt sorex satis semper indicio proprio se prodit: nec pudet profiteri, putant enim amantes quod ipsis probatur, id cunctis probum & honestũ videri meritò debere. Nec animaduertit, eodem ebria nectare,se dilecti nomen non exprimere; vel per hunc errorem putat,quid velit cunctos intelligere,& scire quem,& quantùm amaret;quem non labiis,sed corde,animo,mente tota diligeret: ideo ait, *anima mea.* *Vers. 3.*

PAVLVLVM]cùm minimo interuallo post me reliquissem, nullo me responso per contemptum,vel ignorationem,dignatos,D.Ambros.*d.lib.3. Quam modicum*,vertit.

INVENI]mei misertus vltro se obtulit, & ego me non vltra continui,sed in collum eius irruens, brachiis meis innodaui.sic tenui eum. *Nec dimittam*,hoc confirmant Philo,Psellus, & Schol.Græc. hîc, ὃε ἀνέσω.& D. Ambros.*in Psalm.38.* Sed idem *serm.17. in Psal.118*, cum Nysseno hîc *serm.6.*cum LXX.legit, *Non dimisi*: sensu eodem, quasi dicat;certa illum retinere;conantem vel fingẽtem elabi mihi, arctiùs deuinxi,& in domum intimam pertraxi,& conclaui materno inclusi. Nam *in domum matris meæ*,& *in cubiculum genitricis meæ*, pro iisdem sumuntur: nempe de conclaui,seu penetrali interiore domus maternæ,vbi thalamus & cimelia D. Ambros. ideò vertit; *secretum*. Vel sensus est,in domum,atque in thalamum.Moris erat, vt spõsa in matris defunctæ cubiculum à sponso introduceretur, sicut de Isaac & Rebecca Moses prodidit[2]:sed nostrã vehementia amoris cogit ipsam hîc quoque sponsi officium spontè præoccupare.

[2] *Gen. 24. 7. vlt.*

§. 2. MENS VERBORVM SPONSAE.

Cùm frustratam se videret esse, censuit Ecclesia sibi progrediendum è thalami conclaui in vicos, & plateas totius mũdanæ ciuitatis; cuius se ciuem Socrates profitebatur; & in cordibus gentium seu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nationum, & in Iudæorum quoque synagogis toto dispersis orbe CHRISTVM quærendum: vt ex filicibus illis veræ fidei scintillas aliquas excluderet. Circuiuit; quando, quæ à CHRISTO in Palæstina inter paucos inaudierat, ea per totius orbis latitudinem ac spatia palàm prædicauit. Dum hoc munere perfungitur (INVENERVNT, &c.) incidit in Synagogarum Principes, & etiam Principes, & Sacerdotes idololatras (*sic infra Orgelitan.*) quibus prophanarum, & sacrarum rerum cura incumbebat; quærit à Iudæis, an inter tot cassas, ac iam vacuas cærimoniarum & sacrificiorum obseruationes, quærit à Gentilibus, an inter tot quæ colebant numina IESVM dilectum suum, verum Deum & hominem, non agnouissent: at illi vix dignari responso, conantem mentibus eorum aliquam dilecti imaginem inscribere, despexerunt, & vt insanam deriserunt, quæ ignorabant blasphemantes, quod B. Paulo scimus accidisse [a]. verùm cùm propterea non desisteret sponsa laborem, institutúmque vrgere, & ardentiùs quærere perseueraret, gnara quod (vt ait B. Gregorius,) *diu inuentio se non elongat, si inquisitio non desistat*: sponsus vltrà passus non fuit eam irrito conatu defatigari, (PAVLVLVM CVM, &c.) stitit & vltro se illi obtulit inueniendum, vt in Candacis Eunucho [c], in Cornelio Centurione [d], in Dionysio Areopagita [e], Clemente Romano, & alia multa gentium multitudine; quam vbique vna fides & charitas primitiis Iudæorum copulauit.

a *Act.* 26. v. 24.
b *Hom.* 25. *in Euang. Vers.* 4.
c *Act.* 8. v. 27.
d *Act.* 10. v. 22.
e *Act.* 17. v. 34.

NEC DIMITTAM, DONEC, &c.) Animata tam fœlici venationis successu, proponit firmiter, tanto inuentum labore, non omittere, ne amittat; nec vnquam pati se ab eius amore, & cultu diuelli; sed semper intellectus, & voluntatis suæ brachiis eum innodare.

Arctius atque hedera pallenti cingitur vlmus.

Nec à venatione hac desistere, donec reliquiæ omnes Iacob saluentur, & in penetralia genitricis, (hoc est, synagogam, priorem Ecclesiæ thalamum) in quibus ipsa nata fuerat & educata, omnibus Iudæis conuersis [f], sponsus introducatur: & vno iam pastore, ac vno ouili facto, cum sponso *in pace in idipsum* iugiter *dormiat, ac requiescat* [g]: hoc vltimum multis Patribus placuit, Philoni, Iusto, D. Gregorio, Cassiodoro, Angelomo, VVilleramo, Honorio, Bedæ, Alcuino, & Haymoni. Paulò aliter citat, & explicat B. Athanas. *serm. in illud, Profecti in pagum, &c.* Hic iam nos deserit beatus Bernardus, & succentu-riantur sermones Gilleberti de Hoylandia.

f *Isai.* 59. v. 20. *Rom.* 11. v. 25.
g *Ps.* 4. v. 9.

* * *

TROPOLO-

TROPOLOGIA.

§. 3.

PRÆTERMISSIS variis Honorij, placet quam tradit Nyssenus [a], Animam meditationi diuinitatis deditam, & videntem, neque magnitudinis, neque gloriæ, neque sanctitatis illius finem vllum esse: Desiderio & nouis affectibus iterum erigere sese ac cogitatione τῶν νοητῶν (rerum intellectualium) vniuersitatem illam, quæ corporeo mundo superior est, & excellentior *circuire*. hanc vocari vult *ciuitatem*, quia illic sunt ciues in suas centurias, & aptissimos ordines seu choros Angelicos distributi, sunt cœlestis iudicij tribunalia (*en forum*) sunt diuisiones munerum & functionum (*en plateæ*) hanc totam obambulans cogitatu; *quærit* ab illis præcipuis, qui quasi circitores Præfecti sunt orbium cœlestium motioni. Nunquid illi planiùs de dilecto queant indicare, quod cognitionis desiderium exsatiet. Sed illis silentibus ad hanc interrogationem, & silentio suam quoque fatentibus ignorationem; videt se frustra id à creaturis petere quod captum exsuperet creaturarum. subsistit itaque, & abiicit hanc cogitationem inueniendi; *paulúmque progressa*, hoc est, certo iam sibi persuadens omni cognitione creaturarum superiorem esse Deum, & tum demum cognosci, quando quis eum se cognoscere non posse nouit; (iuxta id quod diuinus Dionysius docuit negationibus, quàm affirmationibus diuinũ illud esse, rectiùs describi) fidei oculis eum *inuenit, quem quærebat*: & profitetur fidei ansa se inuẽtum retenturam, neque dimissuram amplius, donec in *conclaue suæ matris* introduxerit. Istud *conclaue*, cordis penetral est; quod tum demum idoneum est, vt sponsus eò introducatur, & ibi inhabitet, quando maculis emaculatum, sordibus expurgatum; &, quo ad huius vitæ imperfectio permiserit, amissam iustitiæ stolam recuperauerit.

a *Serm.* 6. *Nyssenus.*

Deus non cognosci potest in his inferioribus.

Vers. 3. *Muto nonnihil, quæ sæculus ille Pater, & vt solet eum secutus Psellus, tradidere.*

Quæ sanè præclara sunt omnia, nisi quod possis etiam in secundò vers. B. Gregorij Papæ interpretationem retinere; nempe per *ciuitatem*, intelligere totam Ecclesiam; per *vicos*, seu *fora*, Angelos, qui à iustitia non excidere; per *plateas*, homines, quorum plerique via incedũt lata; in his omnibus sẽper aliquid sponsa inuenit boni, hoc est, aliquod vestigium dilecti, cui insistat imitando, ipsam tamen sponsi perfectionem *non inuenit*, & ideo in illis *frustrà quærit*.

Gregorius.

Contrà, nec malè, Guilhelmus *ciuitatem* interpretatur Ecclesiam electorum, de qua dicitur, *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei* (Ps. 86. v. 3.) huius *platea & vici*, de quibus est scriptum; *plateæ Hierusalẽ sternentur auro mundo, & per vicos eius alleluia cantabitur* (Apoc. 21. v. 21. & Tob. 13. v. 22.) Qui in Ecclesia excellenti animi virtute, vsque ad latitudinẽ charitatis excreuerũt; hos (ait) in illa ciuitate quasi *plateas*

Guilhelmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In ciuitate ecclesiæ qui plateæ & qui vici sint.

esse, vt tam glorioſæ ciuitatis plateas decet, non lapide, ſed auro ſtratas mundo: qui pietatem coluere, ſed ad excellentiam illam charitatis latiſſimæ non pertigerunt, ſpirituales tantùm ibi *vicos* eſſe; &, quãuis auro ſtrati non ſint, Alleluia tamen in eis cantari. Licet enim citra perfectum conſiſtant; à laudibus tamen Dei, iuſtè viuendo, muti non fuêre. Per horum itaque omnium exempla, intellectu anima circumiens dicit, quæ hîc narrantur.

Philo.

Porrò, qui præcedenti verſu ſecuti ſunt, eos, à quibus aberrationis cauſa tribuitur ſponſæ imperfectioni, & vitæ maculis; illi poſſunt pertritam Philoni ſemitam progredi: verba eius admodum ſunt vtilia
„ pœnitentibus: accipiant, & memoriæ inſcribant. Nondum ſe inue-
„ niſſe illum dolet, & ſurrecturam ſe dicit, rurſuſque inquiſituram per
„ orationes & lacrymas. nam cur adhuc non inuenerit, cauſam per
„ ſeipſam exponit, cùm ait; *Surgam & circuibo, &c.* hoc eſt, à præteri-
„ tis vitæ meæ actionibus *ſurgam*, à malorum conſuetudine *diſcedam*,
„ ab illecebris voluptatum rerum omnium humanarum *abſiſtam* & *de-*
„ *ſitam*, *diſcutiam* conſcientiam meam, & diligenter *examinabo* per cir-
„ cuitum actiones vitæ meæ, *recogitabo* annos vitæ tranſactæ, *quaram*
„ *in ciuitate* (hîc in Eccleſia, in Scripturis ſanctis, in exemplis, & vitis
„ Sanctorum) quomodo rectè ambulare debeam ad te, & quo hactenus
„ modo vixerim] vult enim *fora* & *plateas* ſignificare latam voluptatum
viam, per quã ſolent peccatores decurrere; & in iis ſe verſatam confiteri, & ab iis prohibitam, ne Dominum inueniret: & dum ſic ſe iudicat & caſtigat, incidere in *vigiles ciuitatis*, hoc eſt, Præfectos & Doctores Eccleſiæ; à quibus erudita, inſtructa & monita, tandem ſponſum inueniat. Sed quis non videt ſecundum hoc membrum, ideò & quod ab eo dependet tertium, contextui parùm eſſe conſentaneum? ſequenda itaque prior illa explicatio.

§. 4.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Hailgrinus. Rupertus. Quinam fuerint cuſtodes, quos B. V. interrogauit.

VÆ iſta *ciuitas*, & qui *cuſtodes*: non conueniunt interpretes myſtici. *Ciuitas* Ruperto & Hailgrino, eſt ipſa terreſtris Hieroſolyma; ſed *cuſtodes* Hailgrino ſũt Phariſæi, à quibus B. Virginem tempore paſſionis vult fruſtrà interrogaſſe de dilecto; quem incredulí noſſe recuſarant; Ruperto verò ſunt Apoſtoli, & diſcipuli, quia ad hoc erant conſtituti vt cuſtodirent & ædificarent veram ciuitatem Hieruſa-
„ lem, de qua dilectus per Eſaiam dixit [a]? *Super muros tuos Ieruſalem conſtitui*

a *Eſa.* 62. *v.* 6.

conſtitui cuſtodes; tota die & tota nocte non tacebunt laudare nomen Domini. Iſtos ait *circuiuiſſe & vigilaſſe*, quando cucurrerũt ad monumentũ, tum mulieres, tum Petrus & Ioannes; & ab iis inuentam B. virginem, quando illi nunciarunt filium reſurrexiſſe. Tum Deiparam interrogaſſe lætabundam; *Num quem dilexit anima mea vidiſti?* Et illos reſpondiſſe, vidimus, *apparuit Simoni*, viſus eſt euntibus in Emaus, & *ſteterit in medio* noſtrùm. Poſtea *cùm hos pertranſiſſet paululùm*, ipſum inueniſſe cùm vidit aſcendentem in cœlum. Sed hæc omnia ſatis contorta: deinde contextus indicat potiùs vigiles contempſiſſe, quàm ad cor ſponſæ reſpondiſſe, quod ei ſatisfaciebat. denique vidit filium prima mater poſtquam reſurrexit, ideò non nimis hæc decorè dicta.

Honorius.

Meliùs Honorius *ciuitatem* interpretatur cœleſtem Hieruſalem, & *vigiles* Angelos: ſed tamen illud quoque contra litteram, quod illud *paullulum*, auellit à ſequentibus, & facit reſponſum Angelorũ dicentium ſe vidiſſe, ſed *paullulum*: ſubdens rationem; quamquam de Deo multum Angeli intelligant, tamen comparatione diuinitatis id paullulum videri. Nullus enim Angelorum ita Deum intelligit, vt ipſe ſe cognoſcit. *Nam nemo nouit patrem niſi filius: nec filium niſi pater, & cui voluerit reuelare* [a]. quod creditur matri feciſſe.

Angeli nõ cognoſcũt Deũ perfectè.

a *Matth.* 11. *v.* 27.

Alanus.

Verùm iſta, vt libet ingenioſa, & vera, tamen contextui non ſunt apta. vt nec alia quæ de Angelis adfert Alanus, rectè tamen docens, cur Angeli per vigiles poſſint ſignificari. Per *vigiles* (inquit) *cuſtodientes ciuitatem*, eleganter ſignificantur Angeli ſancti, qui Eccleſiam & fideles quoſque cuſtodiunt. Vigilant ſiquidem & ſolliciti ſunt circa electos, vt retrahant eos à malo & ad bonum excitent, ac vnũquemque de ſalute propria ſollicitũ reddant: ſicut ait Apoſtolus *; *Adminiſtratorij ſunt ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos qui hæreditatem capiunt ſalutis.* Et quaſi venerint illi ad virginem conſolandum, quæ pro dilecti filij abſentia triſti premebatur dolore & anguſtia, in quo ſtatu eſt ab eis inuenta, &c.

* *Hebr.* 1. *v.* vlt.

Guilhelmus.

Pia ſunt hæc, ſed contextui parùm accõmodata. Igitur ſequamur ducem viæ hîc certiorem, deuotiſſimum Guilhelmum, hæc præcedentibus optimè connectentem: diſcurſus eius huiuſmodi eſt. Prudentem virginis animam ſecum loqui, & proponere quid agendum, ne temerè aliquid & præcipitanter agere videatur (*Malim tribuere hoc amoris magnitudini, conſolationem non moranti*) *ſurgere* per affectũ, *circuire* per intellectum; & quas in maiorum ſuorum, quorum alij aliis iuſtiores, vita, virtutes cernebat meditantem, dilecti ſui veſtigia deprehendiſſe, quia cernebat hæc omnia illos à dilecto accepiſſe. quaſi diceret: Ecce tantillus meo gremio continetur, & meis vberibus alitur, cùm tamen de ipſo ſcriptum ſit; *Magnus Dominus, & laudabilis nimis, in ciuitate Dei noſtri* [b]. Nempe ab ipſo eſt omnis Patriarcharum gloria & Prophetarum, omnis electorum maior minórve iuſtitia, & ab ipſo quaſi *à patre luminum deſcendit omne datũ optimũ & omne donum perfectum* [c]. Verùm quia in his pia mater per fidẽ, & non per ſpeciem ambulabat, idcirco ſe *quæſiuiſſe* dicit, & *non inueniſſe*

b *Pſal.* 47. *verſ.* 1.

c *Iacob.* 1. *v.* 17.

dilectum. Porrò in hoc quod sequitur, *Inuenerunt me vigiles, &c.* in hac qua ambulabat via fuisse sibi familiares Angelos demõstrat. Nam hi sunt *vigiles qui custodiunt ciuitatem*, Ecclesiã electorum, secundum illud Apostoli; *Omnes sunt administratorij spiritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis* [a]. hi sunt *vigiles, de quorum sententia*, sicut in Daniele legitur [b], Rex superbus diuinæ vltioni subiacuit; quorum eadem quæ Dei sententia est: Dei per auctoritatem, vigilum per ministerium executionis. Ea quippe, quæ intus à Deo dictantur, obtemperantes Angeli foris exequuntur. qui nimirum propter sollicitudinẽ, quam electis hominibus impendunt, *vigiles* dicuntur. *Ab his se inuentam* dicit; non verò à se inuentos vigiles. quia dum homines in hac mortali carne cõmorantur, ad Angelicum domicilium peruenire non possunt, quare nec eos inuenire.

Inuenerunt in hac vita B.V. familiares fuisse.

a Hebr. 1. v. 14.

b Daniel. 4. v. 14.

Sed ipsi Angeli quando & quo volunt modo, ad nos veniendo, nos inueniunt. Non possumus ad eos ingredi intus, in gaudio Domini sui constitutos, dum *in corpore peregrinamur à Deo* [c]: porrò ipsi pij conditoris imperio egrediuntur ad nos, & quæ ad salutem nostram pertinent, agunt circa nos, etiam dum nos nescimus. Quis autem dubitet eos matrem Domini sui, dum in corpore peregrinaretur, crebrò visitasse, & cum ea sæpius dulcia colloquia miscuisse? Quidni ergo credamus, circa carnem quidem VERBI materna pietate sollicitam, sed VERBVM apud patrem pia & flagranti fide quæritantem, hac ipsa de re illos amoris sui & studij conscios, non rarò interrogasse; *Num quem diligit anima mea vidistis?* multa de illo noui, plura nescio, si quid nostis, quod nesciam, nolite cælare. Quid illi responderint, omnino tacetur. An fortè nec respondẽrũt? satis id vero simile, licet Guilhelmus neget, quid responderent, quod matris desiderium tum expleret? sed tamen ille vult respondisse, & talia de internæ visionis gaudio respondisse, quæ humana locutione nequiuerint enarrari. Mystica valdè, & arcana igitur dicta fuisse, atque ideo sub silentio prætermissa: nisi fortè coniicienda est eorum responsio, ex eo quod sequitur.

c 2. Corin. 5. v. 6.

Paullulum cùm pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: forsitan igitur Angeli responderunt; Planè vidimus eum & nobis superiorem, & nobis inferiorem. Infra nos hominem, supra nos Deum: infra nos apud te, supra nos apud patrem. Erit autem quãdo eum totum videbimus supra nos; quando humanitas de te assumpta, post laborem sacræ & salutiferæ passionis, clarificabitur, & ad dextram patris collocabitur. Tum etiam tu, Domina, supra nos assumeris, vt inuenias IESVM tuum, in diuinitate sua, in patris æqualitate. *Pertransibis nos, & inuenies*, quem nunc quæris, transisti nos, sed nondũ pertrãsisti: illud tibi tribuit prærogatiua meritorũ, istud denegauit pondus carnis obnoxiæ corruptioni. Verùm cùm IESVS tuus in cœlum ascẽderit, & tu post illũ assumpta fueris, *pertransibis nos*, vt quadã singularitate honoris, & gloriæ super omnes choros Angelorũ eleueris. Ceteris enim sanctis æqualitas nostra promittitur: tu autẽ sola inter puros

Vers. 4.

Christus Angelis & superior & inferior.

Sola B. Virgo Angelos pertransiuit.

puros homines, gratia prolis tuæ, etiam Angelicam sublimitatem transcendes. *Pertransibis* ergo nos, sed *paullulum*, nam IESVS tuus pertransibit nos longè & multùm, assumptus in dexteram patris, vt ab omni creatura intellectuali, nõ tantùm in diuinitate sua, sed etiam in humanitate adoretur; *& in nomine eius omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum* [a], significat itaque Deipara hanc vigilum prophetiam fuisse adimpletam, & ne vnum quidem verborum eorum cecidisse in terram. *Paullulùm* (inquit) *cùm pertransissem eos, inueni, &c.* Nam assumpto IESV meo in gloriam suam, assumpta sum & ego post eum, & sic pertransiens paullulùm angelos, inueni eum, & aspexi facie ad faciem in æqualitate patris considentem, & tunc conquieuit omnis inquisitio mea. siquidem *tenui eum nec dimittam.*

a Philip. 2. v. 10.

Quomodo tenuit? Respondet Honorius: *Tenui* credẽdo æqualem patri: *nec dimittam* diligendo: *donec introducam* verbo & exemplo, *in domum*, conuentum Synagogæ.

Honorius.

Guilhelmus habet similia; *Tenui eum*; inquit, brachiis charitatis fortiter astringens; in æternis deliciis illi inseparabiliter adhæsi. *Tenui* tenentem me; *nec dimittam eum*, nec dimittar ab eo. Non sic olim, non sic, quãdo post materna officia adultum dimisi in opus verbi; quando & ipse dimisit matrem, vt paternum mandatum, reparationem humani generis, impleret. Sed nunc in æterna claritate per speciem illi adhærens, nec *dimittam*, nec dimittar, sed *tenebo* eum. *Tenebo* amore, *sed* tenebo etiam prece & miseratione.

Guilhelmus.

Pulchrè & ad pusillanimium consolationem accommodatè Card. Hailgrinus. De hac tentione dixit Esaias ad Dominum [b]: *Non est qui consurgat & tenear te.* Et Dominus per Ezechielem [c]: *Quasiui virum qui inter, onerei sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam, & non inuenì.* Ostẽdit ergo B. virgo, quod indignatus erat Dominus contra vineam suam, scilicet plebem Iudaicam, *quæ conuersa erat in amaritudinem, & fecerat labruscas* *, cùm facere deberet vuas: & dixit: *Tenui eum*, ne vineam suam omnino dissiparet: *Nec dimittam eum*; sed continua precum instantia furorem ipsius retinebo. Quod enim Dominus Sanctorum precibus teneatur, ipse ostendit ad Mosem, dicens: *Cerno quod populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus contra eum* [d]. Vtroque igitur modo *tenebo*, neutro *dimittam. Donec introducam eum in domum, &c.* Non quod tunc sit dimissura, sed exclusiuè. More S.S. dictum est, vt illud; *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum* [e]. Et illud; *Non cognoscebat eam, donec peperit filium suum* [f]. Et illud; *Donec aspiret dies & inclinentur vmbræ*, perinde itaque dictum, ac si diceret; nunquam dimittam.

Hailgrinus.

b Cap. 64. v. 7.

c Cap. 32. v. 7.

* Esa. 5. v. 4.

d Deut. 9. v. 13.

e Psal. 109. v. 1.

f Matth. 1. v. vlt.

Sed cur meminit potiùs introductionis *in conclaue genitricis*, quàm rei alterius? fatentur plerique omnes *conclaue* hoc esse reliquias Iudæorum, quæ in fine sæculi saluãdæ sunt [h]: horum verò potissimùm mentio facienda fuit, vt immensa vis clementiæ piæ matris, eiúsque vnigeniti, sic clariùs eluceſceret; quæ se ad nefariã ingratissimæ gẽtis impietatẽ abolendã, & remittendã extenderet. Hoc ergo dicit, ne gẽs

g Cant. 2. v. 17.

h Sic Haiton. Rupert. Ioan. Guilhel. & reliqui citati supr. §. 2. in fine.

Israëlitica,ex qua CHRISTVS, secundùm carnem, penitùs reproba-
ta &exterminanda,*genitricem suam* vocat.Sanè gens ista,pro eo quod
non cognouit *tempus visitationis sua* *, in profundam cæcitatem in-
currit, atque omnium hominum odiis dignissima iudicatur non
immeritò, cùm omnium Saluatorem peremerit. Verùm hoc odium
non adeò debet augescere, vt obliuioni tradatur, quod eadem gens
hostiam redemptionis humanæ suppeditarit.Quia *salus ex Iudæis est* [a],
non omnino debent aspernari Iudæos filij salutis; & quæ ex Iudæis
salus est,ad eos suo tempore redundauit. *Cùm enim plenitudo gentium
intrauerit,tunc omnis Israël saluus erit* [b]. Tunc planè pius IESVS ad
populum suum conuersus intrabit *in domum* & *in cubiculum* eius.Sa-
luti huic Israëliticæ gentis plurimùm pia mater suffragatur, piarum
precum instantia Deum quotidie interpellans.

* Luc.19.v. 44.

a Ioan. 4.v. 22. *Iudæi non debent aspernari Christia-num.*

b Rom.11.v. 25.

Obliuiscitur quod dulcissimus filius tam crudeliter ab illis fuerit
occisus: tantùm intuetur salutis hostiam ex illis sumptam.Recorda-
re (ait) fili,quod carnem ex eis acceperis, in qua & per quam *operatus
es salutem in medio terræ* [c]: vtiq; decet spiritualibus tuis eos participa-
re,quorum carnem non exhorruisti.Debebant primi esse ad salutem,
pro eo quod salus ex ipsis:sed quia pius es,sufficiat(quæso)pro fune-
sta illa electione Barrabæ, quòd primogenita sua perdiderunt, vt
fiant vel nouissimi.sic orat,sic exorat; *sic introducit*. nam introducere
est per instantiam precum & meritorum abundantiam impetrare vt
ingrediantur.

c Psal.73.v. 12.

Vox etiam *introducendi* docet quantæ sit, vt clementiæ, sic po-
tentiæ.insignis clementiæ est,tam ardenter pro illis flagitare,qui dul-
cissimum eius vnigenitum atroci nece peremerunt: nec minoris po-
tentiæ est, veniam illis impetrare,qui tam grande piaculum
commiserunt.Nam qui actu commiserunt,in posteros
omnes contagium & vindictam sceleris trans-
miserunt,quando; *Sanguis eius super nos &
filios nostros* [d],vnanimiter
clamarunt.

d Matth.27. v.25.

ANAGO-

ANACOGE.

§.5. *Absolon. Honorius.*

VBICVLVM *genitricis* Abbas Absolon *serm.6. in natali Dom.*dicit esse cœlestem Hierusalem,vbi pax,securitas, & lætitia sempiterna.Itaq; *Lectulus* est corpus (ait Honorius) in quo anima quasi ægra recubat; *nox* verò hic mundus ignorantiæ tenebris obsitus. Ecclesia hic peregrinans per noctẽ *dilectum in lecto quærit*, dum in corpore *quod aggrauat animam* [a] posita, tenebris ignorantiæ obsita, æternum lumen CHRISTVM videre appetit.Quem dum *non inuenit,surgit, circuit ciuitatem, per vicos & plateas,quem diligit, quærit*;quia cuncta terrena eius amore spernit,ad cœlestia scrutanda se erigit, ordine Sanctorum & Angelorum mente lustrat, si fortè per eos veram lucem aspiciat. Hanc *custodes ciuitatis inueniunt*; quia Angeli, qui *semper vident faciem patris* [b], ei occurrunt; & per cõtemplationẽ aliquantulum illi gloriæ dilecti ostendunt, nec tamen plenè satisfaciunt. Hos cùm *paullulum pertransierit, dilectum inuenit*. quia cùm choros Angelorum mente transcenderit, CHRISTVM in dextera patris regnantem videbit. *Hunc tenebit* contemplando fruendóque, *nec dimittet* vltra terrena sectando; *donec introducat* inhabitantem in corde suo sponsum, quando ipsa introibit *in domum matris suæ*, in cœlestem Ierusalem; quæ est mater nostra, & in paradisum exultationis, qui est *cubiculum genitricis suæ*. fuit enim homo secundum nonnullos in paradiso voluptatis creatus, & inde propter peccatum expulsus, & per pœnitentiam iterum cum latrone pœnitente in eundem reducetur. Sic videntur Honoriana,pauxillum immutata textui accommodari posse.

Versu.1.

a Sap.9.v. 15.

Versu.2.

Versu.3.

b Matth.18. v.10.

Versu 4.

Vt verum fatear, &, quod amplius non repetam, hoc loco contester; mihi in Anagoge,nec ipse satisfacio; nec quæ ab vno tãtùm Honorio tradita est (quod sciam) huius libri; satis constans,aut accommodata plerumque videtur Historicę explicationi. Quare cùm quod habeo dedero, quæso(pie lector) boni cõsulas. terrena hæc moles haud dubiè facit, ne cœlestia illa satis clarè adhuc concipere animo queamus.

* *
*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. II.

CAP. III. SECTIO II.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 5. VERBA SPONSI.	» Adiuro vos filiæ Ieruſalem,	*Adiurauí vos filiæ Ieruſalem in*
	» per capreas ceruóſque cā-	*virtutibus, & in viribus a-*
	» porum, ne ſuſcitetis, neque	*gri: ſi ſuſcitaueritis, & exſu-*
	» euigilare faciatis dilectā,	*ſcitaueritis charitatem, quo-*
	» donec ipſa velit.	*aduſque velit.*

LITTERA.

§. 1. ADIVRO] Heb. *Adiurauí*, vt LXX. ſicut etiam ſup. cap. 2. v. 7. præteritū pro præſenti poſitum. nam illic nondum adiurarat; neque hîc ſecundò adiurat, ſed primò, ideò noſter, *adiuro*.

PER CAP. CERV. CAMPORVM] LXX. *in virtutibus & viribus agri*. Symm. Aq. & Theodotion; καὶ ἐν τῶν δωρκάδων, καὶ ἐν τῆ ἐλάφων τῆς ἀγρᾶς.

אחבה

DILECTAM] Heb. AHAVA ſignificat amorem ſeu dilectionē, vt vertêre LXX. hinc quidam Hebræorum hæc retulere ad ſponſum, vt ſponſa loquatur, & ſponſo ſilentium, & quietem liberam à ſodalibus poſtulet: ſic etiam Nyſſen. Theodoret. Philo, & Pſellus, & ex recētioribus viri quidam eruditi; tamen quòd hanc communem Patrum cenſeant, eos falli patet. quia veteres Latini vnanimiter legerūt, *dilectam*, & *ipſa*: vt ſi veſtis illibatam verſionem vulgatam ſeruare, cogaris hæc verba ſponſo tribuere, vt tribuunt Iuſtus, D. Gregorius, Caſſiodor. Honor. Beda, Alcuin. Apon. Angelomus & Anſelmus, & Gillebertus *ſerm.* 14. Igitur ſponſus vetat, ne excitatorium carmen canant; quo pueri puellæque ſomnum & inertiam ſponſæ quaſi increpare ſoliti, quæ nocturno feſſa labore, in claram lucem ſterteret. Fuere Græcis, quos à Tyriis & Iudæis accepiſſe nihil mirandum, Nuptialium carminum duo genera; prius, quod veſperi concinebatur, Romani Feſcenninum, Græci κατακοιμητικὸν *conſopitorium* vocabant; alterum poſt mediam noctem ſub Auroram, ὄρθριον, *diluculare*, ſeu διεγερτικὸν *excitatorium* [a], & ἐξεγερτικὸν.

a *Scholiaſt. Theocriti in Epithalam. Helenæ.*

Sicut

§. 2. MENS VERBORVM SPONSI.

Sicut ſponſam labore, inſomnia, & inopinata lætitia (quæ multùm debilitat) marcidam, & iteratò in ſomnum incidētem altiorem priore; diligens ſponſus optat quieti indulgere, & vires refocillare, quare ſolet omnem circumcirca ſtrepitum amoliri: ſic CHRISTVS cernens Eccleſiam à Marthæ operationibus paullulùm ſeſe ad Magdalenæ contemplatricis delicias recepiſſe, vt vires reſtauret, poſſitque poſtea conuerſioni gentium alacriùs inſiſtere; ſponſæ quieti conſulit, & quod munus olim cubiculariorum regiorum fuit, *ſacro ſilentia ſomno* procurat. Repetit autem quod priùs, vt intelligas non minori curæ ipſi nouellam Eccleſiam eſſe, quàm fuerat vetus. *Sic Caſſiod. Honor. Beda, Alcuin. Haym. ceteri ferè Latini.*

Quærit Caſſiodor. ſi requirebat ſponſum, quomodo quieſcebat? « « *Chriſtū quæ-*
Reſp. CHRISTVM quærere, dulciſſimum & ſuauiſſimum: eſſe ſomnū: Eccleſiam quoque à negotiis terrenis, & deſideriis & actibus ſæculi dormire; ſed vigilare & requirere ſponſum, quia eius contemplationi inhæret, eum ſolum deſiderat, ad illum peruenire contendit.] « *rere, ſuauiſſimus eſt ſomnus.*
cetera petenda ex capite 2. verſu 7.

TROPOLOGIA. §. 3.

HÆc petenda ex eodem verſu 7. duntaxat addo illud Caſſiodori; Amori meritò dari nomen *ſomni*, quia ſicut dormiens à viſibilibus oculos claudit; ita is qui diuinæ contemplationi inſiſtit, quaſi alienus exterioribus dormit, & ſola ſpiritualia ac cœleſtia videt.] « *Caſſiodorus.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE B. VIRGINE. §. 4.

RVPERTVS hunc verſic. tranſilit, quia ſuperiùs [a] fuerat interpretatus. Honorius ſuperiorem intelligit, de conuiciis in Deiparam; hunc de falſa prædicatione. Hailgrinus ſuperiore cenſet impatientes ad patientiam, & properantes ad longanimitatem inuitari; hoc verò eorundem impatientiam, ac feſtinantiam reprimi & caſtigari. Alanus eò refert, quòd putat incertum an virgo reſurrexerit, & in carne aſcenderit: item quando reſurrexerit

Rupertus. a *v. 7. c. 2.* *Honorius. Hailgrinus.* *Alanus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Virgo mater resurrexit, & in cœlos fuit assumpta.

vel ascēderit. Quod per illum sanè immeritò in dubium vocatur. hodie enim receptum communi Catholicorum sententia, sacratissimam Dei genitricem resurrexisse, & cum corpore assumptam in cœlum; de anno ætatis eius, quo assumpta, solùm restat controuersia, de quo nos aliàs.

Guilhelmus. Guilhelmus solus hæc optimè cum præcedentibus connectit, & » quo pacto preces Deiparæ sint offerendæ, nos luculenter erudit. Si pia » mater (sic ratiocinatur) tantum potest apud filium pro his, qui sanguinem eius tam impiè fuderunt; quantū credenda est posse pro his, qui » secūdum Apostolum *in* CHRISTO *baptizati* CHRISTVM *induerunt* [a]? Inde nimirum accidit, vt omnes Christiani suis in necessitatibus tanta fiducia ad eam recurrant, suasque illi petitiones per eam filio offerendas commendent. Multi tamen minùs honestè vel ordinatè petunt, quàm oportet, quàm decet. Fœdas autem petitiones mater filio non offert, nec suscipit offerēdas. Nonnulli honestè quidem petunt, & ea quæ pertinent ad salutem animæ; sed tamen vel fratres non diligunt, vel suos mores non corrigunt. nec horum petitiones pia mater dignatur admittere. Itaque non tantùm honestas petitionis, sed etiam petentis exigitur. Nam inhonesta improbantur, inhonestorum vox displicet piæ matri. Prohibet ergo sponsus cœlestis nunc tales postulare, & talia postulari.

a *Gal. 3. v. 27.*

Quæ petēda, & à quibus à B.V.

Filiæ sunt *Ierusalem* per fidem, quæ filiæ Babylonis fuerant per infidelitatem: dum *filiæ* vocat, adhuc molles & infirmos esse notat. Si filij virili sapientia & robore præditi forēt, tales essent, & talia peterent; vt petitionis suæ fructu gauderent. *Adiurat per capreas, ceruosq; camporum,* per viros sanctos & imitatione dignos, qui *capreæ* propter acumen visus, & *cerui* propter cursūs celeritatem vocantur. huiusmodi capreis per Psalmistam dicitur: *Vacate & videte, quoniam ego sum* » *Dominus* [b], huiusmodi ceruis per Apostolum dicitur; *Sic currite vt* » *comprehendatis* [c]. non ait siluarum, sed *camporum*; quia in campis, visus liberè dirigitur, & expeditè curritur: Sancti autem properantes *ad brauium supernæ vocationis* liberè circūspiciunt, & à sui cursūs impetu minimè retardantur. Hi *filij* sunt *Ierusalem*. *Adiurantur* infirmi per fortes, molles per robustos; hoc est, ad illorum imitationem vehementiùs prouocantur. Nempe illi *sic currunt, vt comprehendant,* sic petunt, vt impetrent. in illis impletur sponsio veritatis; *petite, & accipietis. Omnis enim qui petit, accipit* [d]. Debent ergo *filiæ* hos filios imitari, vt tales talia tali modo petant. Tales petant, quales dignum est exaudiri; nempe sobrij, iusti, pij; talia, in quibus debeant exaudiri, scilicet honesta & vtilia; tali modo, vt citiùs exaudiantur, quo videlicet decet calore fidei & deuotionis; & ex ea, qua oportet, rectitudine intentionis. Qui tepidè petit, quantumlibet honestum sit, quod petitur, non meretur accipere. Ait Tragicus;

b *Ps. 45. v. 11.*

c *1. Cor. 9. v. 24.*

d *Mat. 12. v. 8.*

Qui timidè petit, docet negare.

Sciendum (ex eodem Guilhelmo) quædam esse, quæ non censentur posse mala intentione peti; vt fides, spes, charitas, vera obedientia, non

non ficta humilitas, salus animæ, remissio peccatorum, & similia; in his sufficit abesse reprehensibilem. Alia verò esse, quæ licet honestè petantur, quia decent; plerumque tamen non cum pietate petūtur, sicut nec ad pietatem plerumque iis hominibus vtuntur; vt salus corporis, scientia scripturarum & huiusmodi, quibus quis & benè & malè potest vti. Alia vt ambitiosos honores, superfluas pecunias ad ostentationem; nunquam nisi fœdè peti à Deo, quare huiusmodi petendis semper supersedendum est: illis autem magis, quæ non tantùm fœdè, sed & impiè à Deo petuntur, sicut est vltio priuata de suis inimicis. *Spirituales illæ capreæ cerui que camporum* nōrant optimè, quid & quomodo per intercessionem piæ matris à Deo petere deberent: ideò ad horum imitationem nunc prouocantur imperfectiores: & monentur in cœlis iam quietè æterna fruenti, nō obstrepere inutilia, vel indecentia petendo, vel non ea qua decet fide, intentione, & deuotione postulando; sed duntaxat eam orare tali modo, vt pro orantibus surgere & suffragari opem eius poscentibus non aspernetur.

Quæ sunt petēda, & quomodo.

ANAGOGE.

§. 5.

QVÆ de B. Virgine dicta sunt, ea ad Sanctorum inuocationem procliue est referre. Hos Catholici hîc vetantur, improbis precibus; Hæretici verò Agiomachi & Misagitæ, prohibentur conuiciis & calumniis sollicitare: idque adiurati per exempla & memoriam omnium, qui ab Apostolicis vsque temporibus vixēre, Beatorum virorum; qui à tali vesania semper alieniſſimi fuerunt: & tamen *capreæ* erant mentis acumine, & *cerui* celeritate prudentiæ ac pietatis ceterarum virtutum adipiscendarum. *Sequuntur verba Sodalium.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. III.

CAP. III. SECTIO III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 6. VERSA SODALIVM: Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij?	*Quæ eſt iſta, quæ aſcendit è deſerto, tanquam truncus fumi incenſus myrrham, & thus ex omnibus pulueribus vnguentarij?*

LITTERA.

§. 1. ATENTVR omnes ferè, hæc à ſodalibus ſponſi decantari: ſed quidam cenſent id factum, cùm inuento ſponſo, rure ſponſa domum reuerteretur; & tum foret neceſſe dicere, quod v. præcedente de ſomno poſitum, id per anticipationem vſurpatum. Ad hanc turbationem textus vitandam præſtat dicere cum Honorio, ſponſam, poſtquam modico ſomno indulſerat, vnà cũ ſponſo foras egreſſam, ſponſi odoramentis, & amplexu longè odoratiorem & formoſiorem factam, ſponſi ſociis occurrentibus fuiſſe ſtuporiː vnde illos præ admiratione „ in hæc verba erumpere. Vox enim eſt planè, non ignorantium (*ait „ Guilhelmus*) ſed congratulatoriè admirantium. Siquidem excellentiæ „ eius, quam admirantur, non inuident, ſed congratulantur.]

Sponſa ex deſerto quomodo aſcendat. Nyſſenus.

Aſcendere dicitur *ex deſerto*, quia ruſticana virgo, ruri nata educatáque, inde ad thalamum Regis euecta fuit. Nam Hebræi rus donant „ deſerti nomine, adſpectu ad oppida & ciuitates populoſas. Vnde ſpe„ ctatores magis obſtupeſcunt (vtar verbis Nyſſeni) oriri talem ex lo„ co deſerto; quæ arborum illarum pulchritudinem imitetur, quæ in „ ſolitudine per ſuffitus exhalationes excolantur. Suffitus illi erant „ *thus* & *myrrha*. Præter horum halitum etiam puluis quidam commi„ nutis aromatis colligebatur, & ſurſum vnà ferebatur: ita vt ſubtilis „ hæc aromatum diffuſio, loco cineris cum aëre miſti eſſet; ideóque „ puluis ipſe in ſublimi erectus exiſteret.]

VIR

VIRGVLA FVMI, ſic LXX. vel, *truncus fumi*. D. Ambroſ. *epiſt. 62. ſicut vitis propago, fumo incenſa, odorificata myrrha & thure*; multa de ſuo adiiciens. Nyſſen. plurale mauult *ſicut virgularum*, ſeu *ſtipitum fumi*, contra Hebræa, Græca, Chaldæa. THIMEROTH Hebr. alij vertunt etiam *palma*, quidam *columna*; quæ eodem ſenſu dicuntur. *palma* pro columna, more Chaldæo propter rectiſſimam altitudinem. clariùs Aqu. & Sym. iſte, ſicut ἀναθυμίασις *euaporatio fumi*: ille apud Theodoret. *ſicut ſimilitudo fumi ex ſuffimento*. Quãdo puluiſculus odoratus carbonibus iniicitur, fumum exſpirat; qui natura ſua in pyramidis conum aſcendit, quoque fit altior, eo tenuior, & acuminatior videtur, ſemperq; ſuauiſſimè fragrat. Tali *fumi virgulæ* illam comparatum quod amplexu ſota ſponſi, eius odorem toto corpore & veſtimentis exhalaret [a]: tum quòd eſſet amore extenuata, procero & recto corporis habitu, non dura aut nodoſa, inſtar arboris adultæ; ſed innodis, flexiliſque in modum *virgulæ fumi ex aromatibus*, &c. Sicut virgula ſuffita myrrha & thure, &c. patet ex Hebræo, vt nunc legitur. תימרות

a *Pſal. 44. v. 8. & 9.*

PIGMENTARII] ſic vocant ſeplaſiarios, ſeu aromatũ & vnguẽtorũ inſtitores. minùs rectè D. Ambr. *ab omnibus pulueribus vnguẽti.*

Nyſſen. eleganti comparatione lucem infert. Vt (ait) in theatrorum pompis, tametſi ſint iidem, qui rem geſtam (quæcunque tandem eis propoſita eſt) ſpectandam exhibent; ex aliis tamen aliorum ſpeciem induere videntur, quotquot, diuerſis perſonarum laruis ſumptis, figuram priorem mutant: ita vt is, qui modò ſeruus, aut homo priuatus quiſpiam apparebat; non multò pòſt, tanquam vir ſtrenuus aut miles conſpiciatur; rurſum relicto plebeio habitu, regis vel imperatoris perſonam induit. Sic Eccleſia nobis proponitur nouo ac nouo ſubinde habitu, in melius proficiens, & ſemper glorioſior. Primùm vt *formoſa*, ſed *inter mulieres*: Poſtea *auro & argento vermiculata*, &c. tandem hîc *ſimilis virgulæ*. &c.] „ „ „

TROPOLOGIA.

§.3.

Magna & admiranda Sanctæ animæ excellentia.

MAGNA sæpè, & quasi repentina est animæ fidelis in melius progressio; adeò vt obstupescant, qui tanto deteriorem paullò antè viderant, considera Marias illas; Magdalenam & Ægyptiacam, cùm aliorũ quoque oculis à terris eleuatæ cœlo cernerentur appropinquare, corpore in ipsa terra non tãtùm » non glorioso. Nónne de tali meritò dixisset Zozimus & alij; Hæccine illa est quę de solitudine virtutum ascendit, & à nobis nigra priùs » conspiciebatur? quo pacto fuscedinem illam eluit? viden' vt niueo splendore oculos nunc præstringat?

Gregorius.

Notat optimè D. Gregorius Papa, Mundum hunc *desertum* dici, quia sæpè pij, dum hic inter varias dæmonum tentationes degunt, & laborant, sibi à Deo deseri videntur. Ex hoc deserto *ascendere* animam, quando terrena & visibilia despiciens, ad cœlestia & inuisibilia festinat, & sese erigens sursum, totum cor ad Deum conuertit. Propter odorem bonæ famæ, & subtilitatem mentis comparari *virgulæ fumi, ex myrrha & thure.*

Nyssenus. Qui vult se Deo consecrare, sit myrrha prius, postea thus.

» *Myrrha* (inquit Nyssenus) corporum ad sepulturam accommoda» ta est: *thus* certam quandam ob rationem diuini numinis cultui est » consecratum. Itaque si quis seipsum dicare vult diuino cultui; non a» liter erit *thus*, quod Deo adoleatur, nisi priùs *myrrha* fiat: hoc est, nisi » priùs membra in hac terra mortificet, vna cum eo sepultus, qui nostri » causa mortem non recusauit. Quod cùm fit, omne aromatum ad vir» tutum pertinentium genus in orbe vitæ velut in quodam sacrificio » comminutum, gratum *illum puluerem* efficit, quem si quis per respi» rationem attrahat, fragrãtiam quandam adipiscitur, spiritu illo abun» dante omni odore repletus.

Cassiodorus.

Cassiodorus his consentit, sed addit *virgulæ* comparari, quoniam anima Deum amans gracilis est & delicata, disciplinis Spiritus sancti attenuata, non habens crassitudinem carnalium desideriorum.]

VVilleramus, locum eius ab haretico fabulæ deprauatum.

» De vniuerso quoque *puluere* sic VVilleramus.

Congerie suaui studet omnigenæ pietati.

hoc ipsum in prosa exponit de *operibus* illis *bonis*, quæ Theologi vocant *supererogationis*: & pro exemplo adfert virginitatem, & voluntariam diuitiarum amissionem. Quod cùm videret Scholiastes ille Lugdunobatauicus facere contra Symmistas suos monastica impugnantes vota: perfidia non noua, conatus est corrumpere insertis de suo verbis (*quibus à Deo concessa.*) Sic quæ intellexêre corrumpunt.

Honorius. Sex gradus ad perfectionem.

Honorius vult hoc loco sex gradus describi ad perfectionem. 1. de » virga timoris. 2. ad summum compunctionis. 3. ad aromata virtu» tum. 4. ad myrrham mortificationis. 5. ad thus confessionis, vt hostia » viua Deo fiat. 6. ad vniuersum puluerem pigmentarium, hoc est, ad » imitanda vniuersa exempla CHRISTI sectatorum.]

Diuinè

Gregor.

Diuinè Gregorius Papa; Sancta anima dum carnem suam à putredine vitiorum mortificat, dum omnes mundi voluptates per continẽtiam abnegat, quasi *myrrham* mortuo corpori adhibet, vt post iudicium à corruptione æterna sanum permaneat. Cùm verò se ad cœlestia maiori desiderio accendit, & à cordis cubiculo omnes superfluas cogitationes feruenter abiicit, quasi *thuribulum* cor suum coram Deo facit: in quo dum per dilectionem virtutes congregat, quasi carbones in thuribulo coaptat, in quo se ipsam mens in conspectu Dei igne charitatis accendat. Dũque feruentes & mundas orationes ad Deum emittit, quasi *fumum aromatum* ex thuribulo educit, vt coram dilecto suaue redoleat, & proximos quosque ad eius amorẽ per bona exempla concitare non desinat.

Quid est pigmenta virtutum tundere.

Sed notandum quod non ait *vniuersi pigmenti* (hoc malè Honorius) sed *vniuersi pulueris pigmentarij*. Pigmenta quippe facimus, quando pigmenta congregamus in corde: quando verò ipsas nostras virtutes per singula quæque opera diligentiùs retractamus, ne quid in operibus nostris incultum remaneat, ne inter virtutes vitium lateat; tunc proculdubiò vnguenta virtutum quasi in puluerem tundimus, vt eò mũdiora sint opera nostra, quò subtiliùs ea ab omni subreptione vitiorum discernere non cessamus. Huiusmodi mentes dilecto suo delectabiles se per eius gratiam faciunt, & dum ab omni mundano strepitu se diuidunt, locum in quo sponsus requiescat, in seipsis componunt.] Ideò se nostra, meritò respondet, *thalamum* seu lectulum esse sponsi, vt sequitur.

Philo.

Confer autem, si lubet, hæc D. Gregorij Papæ cum Philone Carpathio, & deprehendes prorsus eadem.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA. §.4.

Ruperius.

QVORVNDAM hîc quædam peracutæ interpretationes, vna Ruperti de humilitate, altera Guilhelmi de virginitate MARIÆ: sed Hailgrinus hoc loco litteræ tenacior videtur. dicam quid singuli. nam Honorium sino præterfluere.

Rupertus ad duo potissimùm attendens; ad ascensus & pulueris mentionem; sic alloquitur Deiparam; odor tuus, odor humilitatis tuæ præcipuus ascendit ad Deũ, vt verè sacrificium cõtribulati spiritus. Quid enim est *fumus*, & quid *puluis*, nisi spiritus lacrymosus & cõscientia valdè humilis? Et sua quidẽ æstimatione vera humilitas, est

Universidad de Deusto
Biblioteca

" *fumus* innoxius, quasi cremij siue torris obusti,& *puluis* terræ sine a-
" quâ & sitientis, iuxta illud; *Quia defecerunt sicut fumus dies mei*, &
" *ossa mea sicut cremium aruerunt* [a], & sicut Abraham dixit; *Loquar ad*
" *Dominum meũ, cùm sim puluis & cinis* [b]. sed non ita æstimatione Dei.
" aliter & meliùs ille te discernit. Tu dicis, *puluis* sum terrę, qualẽ ven-
" tus dispergit, aura tollit; & ille dicit, non; sed *puluis pigmentarij*, *puluis*
" *myrrhæ*, & *thuris*: qualem pigmentarius Spiritus sanctus conficit, ex
" optimo *thure*, quod est suauitas mentis; & ex *myrrha* probatissima,
" quod est mortificatio, siue incorruptio carnis. Tu dicis, *fumus* ego
" sum teter coram diuinis oculis, qualis de camino siue de fumario de-
" ficiens ascendit, ascendens deficit; & ille dicit, non; sed *fumus ex aro-*
" *matibus myrrhæ & thuris*, qualẽ decet ascendere de *aureo thuribulo an-*
" *te altare* [c] *aureum*, vsque ad oculos & olfactum Dei. Talis *fumi virgu-*
" *la* tu, ô beata Virgo MARIA, suauem odorem spirasti altissimo, cœ-
" lestibus disciplinis erudita atque extenuata. Talis *ascendisti per deser-*
" *tum*, id est, animum habens valdè solitarium. Si enim vera cuiusque
" animæ humilitas, etiam inter turbas potest esse solitaria; ita videlicet,
" vt in nullo alio, præterquàm in Deo, spem habeat; quemadmodum
" Esther cùm esset Regina, veraciter tum dicebat; *Domine mi* [d], *qui rex*
" *noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator est*
" *alius*; quanto magis tu vera solitaria, & quasi in deserto eras; quæ
" virum non cognoscebas, nec cognoscere cupiebas; & ab illo, cui de-
" sponsata fueras, penè fuisti deserta.

Hæc ille, vltimis his verbis eò respiciens, quod ingeniosiùs Guilhelmus ad votum virginitatis Deiparæ in hanc sententiam retulit. " Nihil hîc aptiùs per *desertum*, quàm virginitas figuratur. quid enim " illis diebus tam neglectum atque desertum, quàm virginitas? Da mi- " hi vel vnum vel vnam illius tẽporis, qui titulo virginitatis effulserit. " & quidem nulla sanctarum fœminarum legitur virginitatẽ amplexa; " dum ratio temporis officium propagationis exposceret. Porrò aliqui " sanctorum virorum, pauciſſimi tamen, virginitatem eo tempore ser- " uasse creduntur, sed iussam magis, quàm sponte oblatam. Denique " Hieremias, de seruanda virginitate præceptum Domini habuit di- " centis; *Non accipies tibi vxorẽ, & non erunt tibi filij, & filiæ in loco isto* [e]. " Atque hinc præsumitur, quod si qui alij eo tẽpore virginitatẽ serua- " uerunt, præceptum Domini super hoc similiter habuerunt: vnde nec " in ea, quasi in re excellenti, tam insignes esse potuerunt. Nullus enim " Prophetarum tunc dicebat, quod nunc dicit Apostolus; *De virginibus* " *præceptum Domini non habeo; consilium autem do* [f]. Non ergo tunc vir- " ginitas, quasi res consilij, excellebat; nec eam aliquis Deo per votum " offerre audebat; propter illud; *Maledictus qui non fecerit semen in Is-* " *rael*; illis nimirum exceptis, quos huic mædicto mandatum specia- " le Domini exceperat. Proinde parùm est, quod dixi virginitatem " tunc temporis non fuisse rem consilij: erat enim res maledicti. Vnde " filia Iephte in ætate nubili sine filiis moritura in Israël, *virginitatem* " *suam per duos menses fleuit in montibus* [g]; expiãs scilicet hoc modo male-

[a] Psal. 101. v. 4.
[b] Gen. 18. v. 27.
[c] Virgo qualis sit puluis.
[c] Apoc. 8. v. 3.
[d] Esther 14. v. 3.
Guilhelmus. Virginitas cur desertum dicitur.
Negat in S.S. de vlla hoc expressè affirmari. Nã de sorore Mosis id habemus ex Patrum auctoritate, collectum inde, quòd coniugij illius S.S. nulla mentio.
Idem de Abele sensit auctor: non negat virginem fuisse, sed negat hoc diserte in S.S. expressum.
[e] c. 16. v. 2.
[f] 1. Cor. 7. v. 25.
Nota non loqui de virginitatis virtute secundum se: sic enim semper Deo grata, & quòd excellis fuit: sed secundum æstimationem hominũ temporis illius.
[g] Iud. 11. v. 38. & 40.

ledictionem suam: & quoniam lamentatione propria à tam graui " maledicto non penitùs expiata videbatur; *conueniebant filij Israël sin-* " *gulis annis*, & solemni luctu expiabant eam *per dies quatuor*. Ecce vir- " ginitas illis temporibus præ amore sobolis & metu maledicti, quàm " exosa & abominabilis, & quàm deserta res fuit; & ideò rectissimè " per *desertum* hoc loco significatur. "

MARIA princeps *per* hoc *desertum ascendit*, quia ad singularem " inrer fœminas excellentiam excreuit, quæ primæ hominum omnipo- " tenti Deo immaculati corporis & cordis sacrificium studuit offerre: " malens vtique subiacere maledictioni, quàm libidinosæ coruptioni. " Deus verò primam ac præcipuam integritatis æmulatricem insigni- " ter subduxit maledictioni; dando illi salua virginitate *semen in Israël*, " & benedictionem amplissimam: *benedictionem omnium gentium dedit* " *illi* [a], quando singulari miraculo fecit matrem Dei. Amore incorru- " ptionis parata erat à sua gente elogiũ maledictionis incurrere; & ec- " ce, salua incorruptionis gloria, totus ei mundus proclamat, *Benedicta* " *tu in mulieribus* [b]. Sic ergo *ascendit ex deserto*. "

[a] Eccl. 44. v. 25.
[b] Luc. 1. v. 28.

Sed nunquid virginalis fœcũditas destituta fuit aliarum virtutum " comitatu non potuit esse sterilis virtutum, mater Domini virtutum. " audis hîc, *virgulam fumi ex aromatibus*, &c. fuit Dei genitrix recta " actionem, fragrans per bonam existimationis famam, sursum erecta " per mentis sinceram intentionem: quid prodest rectitudo actionis, " cum fragrantia boni nominis; si tibi facias, ô homo, non Deo; si tibi " fragres, non Deo, id est, gloriam propriam quæras, non Dei? iunge " tertium, vt *ascendas* similis MARIÆ. Denique quia nihil deesse po- " tuit spiritualium aromatum; &, quæ genuit fontem charismatum; se- " quitur, *vniuersi pulueris pigmentarij*. Pigmentarius iste est ipse Deus: " vnde Iacobus Apostolus, *Omne datum optimum, & omne donum perfe-* " *ctum, desursum est descendẽs à patre luminum* [c]. quasi diceret, omne spi- " rituale pigmentum à summo illo pigmentario est. Et alibi: *Si quis in-* " *diget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non impro-* " *perat* [d]. q.d. si quis illo vel alio spirituali pigmento opus habet, po- " stulet à summo illo pigmentario, qui sibi non minuit, dum aliis tri- " buit. Magnus iste pigmentarius, pigmenta quæ largitur, plerumque " contundit in puluere, ad maiorem vsum & fragrantiam suauiorem. " Pressuris namque tribulationum virtutes suorum exercet, vt nec in " semetipsis deficiant, & bonum CHRISTI odorem latiùs spargant. " In Deipara omnia virtutum aromata pilo tribulationis ad præclaram " redolentiam in puluerem erant contusa; quia cunctis filij perpessio- " nibus materno affectu communicabat. Horum aromatum duo præ- " cipuè nominantur, *myrrha* sacri doloris; & *thus* pij amoris. quantùm " amabat, tantùm in filij passione dolebat: atque ita *thus & myrrham* " æqualiter spirabat.] "

[c] cap. 1. v. 17.
[d] Iac. 1. v. 5.

Denique Hailgrinus vult *ascendisse*, quia *ascensiones in corde suo di-* " *sponit, ascendit de virtute in virtutem* [e], proficiendo in cunctis operibus " suis exteriùs. Per *desertum* intelligit mundũ, quem contemnens pro " deserto

Hailgrinus.
[e] Ps. 83. v. 6. & 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

deserto habuit, dum eius contemnens concupiscentias, spiritualibus deliciis adhæsit; *sicut virgula*, propter rectitudinem operis & intentionis, propter gratiam humilitatis, propter perseuerantiæ soliditatem, propter carnis suæ extenuationem. *Fumi*, quia fumus agilis, ex calore ignis nascitur, & in sublime euectus humano se subtrahit aspectui. B. virgo obsequio & officiis agilis fuit. *Ascendit enim in montana Iudæa cum festinatione* [a], vt cognatæ & filio de ipsa nascituro ministraret. Agilis etiam, quia leui cursu, agili saltu, velut Idithun, omnes vitiorum spinas & foueas trãsiliuit. Hæc ardore Spiritus sancti accensa, sic ascendẽdo profecit in gratia, sic ascendit in gloria; vt velut disparés omnem humanam cognitionem & laudem excedat. *Sicut virgula* (inquit Alanus) *fumi*, quia gracilis & delicata, quia diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus in holocaustum incendio pij amoris, & desiderio charitatis.

[a] Luc. 1. v. 40.

Alanus.

§. 5.

ANAGOGE.

ANIMAM ascendentem in cœlum commendant Angeli, vt ornatam obedientiæ, humilitatis, mortificationis, deuotionis, & omnium virturum reliquarum decore, & odore suauiter fragrantẽ; decore in oculis Dei, odore in conuersatione proximorum. Sed nunc pergamus ad sponsæ responsionem; & videamus quid secreti sequentia verba complectantur.

CAP.

CAP. III. SECTIO IV. SECT. IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
En lectulũ Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël: * Omnes tenentes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super femur suũ propter timores nocturnos.	*Ecce lectus Salomonis: sexaginta potentes in circuitu eius ex potentibus Israël: omnes tenentes gladium, docti bellum: vir, gladius eius super femur eius à pauore in noctibus.*	Vers. 7. 8.

LITTERA. §. 1.

VERBA SALOMONIS

NONNVLLI adhuc ista tribuunt sodalibus illis; ego cum plerisque sponsæ; quæ sese tam magnificè commendari erubescens, quod humilem decebat & fidam marito, aliò potiùs istos admiratores reuocans, traducit ad sponsi laudes. eum laudat, & eius in se beneficia collata memorat, atque ita tacitè significat; fieri non posse, vt tali sponso sit infida, vel vllis lenociniis, aut vi, ab illo se auelli patiatur. Sensus est; Quid me tantoperè admiramini? quicquid cernitis dignum laude, meum id non duco, totum liberalitati sponsi acceptum fero. Nam vt sciatis, quæ sim; nihil equidem sum, nisi cubile & ferculum eius. fum eius thalamus genialis, quem ipse adeò magnificauit, vt in eo deliciari, & eum custodia prorsus regali stipare dignetur. Custodiam describit primo loco, mox ornatum commate proximè sequente. *En lectulum*: ideotismus, pro Ecce lectus ipsius Salom. sexaginta viri fortes eum circumdant & circumuallant, vt sponsam defendant.

LECTVLVM] *lectuli*, quàm lecti vox magis amatoria, vt ex poëtis patet.

SALOMONIS] Genebrardus, de quorundã Rabbinorũ sentẽtia, voluit in hoc libro Salomonis nomẽ profanũ esse, & historicè de ipso Rege, qui librũ conscripsit, accipi deberet: mihi verior videtur quædã

Universidad de Deusto
Biblioteca

traditio Midras, nomen hoc sacrum esse,&non de typico,sed de vero Salomone CHRISTO capiendum.Potuit fieri vt Salomõ ille & lectum & ferculum pretiosissimum habuerit; cùm Regis illius,diuitiis & luxu diffluentis, gloriam ipse Dominus celebrarit [a]. Attamen, cùm nihil explorati de hoc thalamo; eiúsque custodia sit sacris literis, vel antiquorum monumentis, quod sciam, proditum, alterum illud tutius videtur. *Vide Iacob. Valentinum hic, & Petr. Galatinum libro 2. cap.6. & libro 3. cap.26.*

a Matth.6.v. 29.

SEXAGINTA] plurimi. numerus finitus pro infinito.

גברים FORTES] corporis & animi robore præstantes,GIBBORIM.

ISRAEL] fidi Regi suo, vtpote Israëlitæ, non externi.

TENENTES GLADIOS] Hebraicè,per enallagen verbi,passiuum ponitur pro actiuo; *apprehensi* seu *tenti gladiis*. sicut, alio tamen sensu, iocabatur Tullius de Dolabella; *Quis alligauit generum meum gladio?*

DOCTISSIMI] periti pugnare,præliis exercitati.

VNIVSCVIVSQVE ensis] Hebraismum retinuere,Aquila; qui, ἀνδρὸς μάχαιρα αὐτῦ, *viri ensis eius*, & LXX. qui; ἀνὴρ ῥομφαία αὐτῦ. noster clarè est interpretatus. Nam *vir*, pro vnoquoque, est frequens Hebræis.

SVPER FEMVR] è baltheo ab humeris suspensus femori incumbit,vt expeditè possit euaginari. Sic olim gladiis accingebantur,vnde apud Maronẽ ille,*eripit à femore, & fugientis feruidus instat*. De Iudæis S.S. docet passim [b]: sed gladius Ioabi proditor [c],breuior ensiculus,similis fuit pugioni.

b Iudic. 3. v. 16. Psal.44.v.4.
c 2. Reg.20. v.10.

PROPTER] sic etiam Symm. διὰ φόβυς. LXX, ἀπὸ θάμβυς. Aqu. ἀπὸ πλοκοτυς. eodem sensu, nempe ob pericula, quæ nocturno tempore crebriora & maiora, quàm diurno.

§.2. MENS VERBORVM SPONSAE. *Salomo Christi typus & figura.*

Omnium accuratissimè Nyssenus *homil.* 7. ostendit Salomonem; in iis quæ laudabiliter de illo scripta fuêre, CHRISTI typum fuisse. *Salomon* pacificum significat: quis tam pacificus, quàm ille, qui hostilitatem omnem confodit, & cruci affixit? qui nos hostes suos, vel potiùs *mundum* vniuersum *sibimet reconciliauit* [d]? Salomon templum » constructit: quis talis templi constructor, qualis CHRISTVS; qui » *fundamenta eius in mõtibus sanctis* [e] posuit,*ædificans super fundamentum* » *Prophetarum & Apostolorum* [f] saxa viua & animata; quæ spõte sua ad » murorum harmoniam prouoluuntur,vt *coaptati in vnitate fidei & vin-* » *culo pacis* 8,Ecclesiam templum sacrosanctum Dei adaugeant? Immẽ- » sa quædam fuit Salomonis sapientia:verùm Dominus (*ait Nyssenus*) » natura sua id ipsum quod est veritatis, sapientiæ, potestatis, essentia » est.Quamobrem cùm Dauides dixit; *Omnia in sapientia facta* esse [h]: » diuinus Apostolus vatis verba declarans ait,*In ipso condita esse vniuer-* » *sa* [i], quasi eum vates per sapientiæ vocem indicare voluerit.] *Salomon* fuit Rex Israël:id de CHRISTO etiã hostes eius testati sunt,cùm in cruce Regem Iudæorum inscripserunt. Ille mira in iudiciis sollertia & æquitate pollebat: hic *omne iudicium à patre accepit* [k]; hic *ex seipso nõ iudicat,sed quemadmodũ audit,& iudiciũ eius sẽper iustũ* est [l];veri

d 2. Corint.5. v.19.
e Psal. 86. v.1.
f Ephes.2.v. 20.
g Eph.4.v.3.
h Psal.103. v.24.
i Coloss.1. v.16.
k Ioa.5.v.22.
l Ibid.30.

iudicis viuorum & mortuorum.Ille *Dauidis ex semine*:nõ minùs iste, *secundum carnem*; & ideo passim *Dauidis filius* nũcupatus. Æthiopum Regina ad illum venit, Ecclesia de gentibus collecta,prius quàm Baptismo abluueretur, nigra erat vt Æthiopissa: sed hæc *Aethiopissa* cucurrit ad CHRISTVM per fidem, quam Iudæi repudiârunt.

Meritò itaque in eo Patres consentiunt, vt per *Salomonem* hîc vnanimiter CHRISTVM IESVM interpretentur: verùm quis iste CHRISTI *lectulus* sit, non conueniunt; quidam enim vterum Deiparæ esse contendunt (de quo mox §.4.) quidam apud Philonem, sacrosanctum IESVM Domini sepulchrum;Theodoretus, sacram Scripturam: D. Ambros[a]. & Aponius CHRISTI corpus siue humanitatẽ. veneror omnes, sed puto tres istas tantùm esse sensus accommodatitij. historicam verò interpretationem cum plerisque [b] arbitror, eam quæ de Catholica Ecclesia accepit. Nam *rex* iste *pacis* [c], qui per *pacem imis summa colligauit*, expulsus Synagoga, nunc per fidem in Ecclesia Catholica requiescit. *Factus est in pace locus eius & habitatio eius in Sion* [d]. *Lectulus* auro & argento & gemmis ornatus, quia charitate, sapientia, pietate, & ceteris virtutibus ornatus; quem suprà *floridum* vocauit. nã sicut flores interdiu, sic noctu gemmæ collucent. cubat ibi,non in silentio nocturnarum libidinum, sed in leni susurro spiritualium apicularum, lucente sole mellificantium. Tam pretiosus thesaurus nónne dignus custoditi?

a Ambros. lib.de Isaac, cap. 5.
b Philon, Iusto, Cassiodoro, Villeramo, Honorio, Beda, Haym, Anselm.
c Esaiæ 9. v. 6.
d Ps.75.v.3.

SEXAGINTA custodes habet, seu stipatores. cur *sexaginta*? mirificã allegoriã qui volet, legat hoc loco [e] Nyssenũ. sequitur alios duces [f], inter quos optimè Honorius ita,sciendum quod numeri pro magno mysterio in sacra Scriptura ponũtur.omnis namque numerus est perfectus, aut imperfectus. *Perfectus* numerus designat perfectos in Ecclesia, *imperfectus* verò significat imperfectos in eãdẽ. *Perfectus* numerus est, qui cõpletur in suis partibus; *imperfectus* verò, qui partibus suis ad summã non peruenit, aut eã excedit. *Senarius* numerus est perfectus, quia cõstat suis partibus; quæ sunt vnitas,binarius,ternarius. nam sexies vnum, vel ter duo, vel bis tria sunt sex. Non ita fit in *octonario* numero, cuius partes sunt vnitas, binarius, quaternarius; octies enim vnũ, vel bis quatuor, vel quater duo sunt octo;quæ partes collectæ non faciunt octo, sed septẽ. Nam vnum, duo, quatuor, faciunt septẽ. *Duodenarius* autem numerus suam summã excedit,cuius partes sunt vnitas,binarius,ternarius,quaternarius,senarius;duodecies enim vnũ,vel bis sex, vel ter quatuor, vel quatuor tria,vel sexies duo,faciunt duodecim;sed partes in vnum collectæ,scilicet vnũ, duo, tria,quatuor,sex,faciunt *sedecim*. Omnes autẽ numeri cõtinẽtur in quatuor versibus. primus dicitur *simplex*, scilicet, vnum, duo,tria, vsque ad decem: in quo versu solus *senarius* est perfectus. Secundus dicitur, *multiplex*, scilicet decem, viginti, triginta,&c. vsque ad centum: in quo solus *sexagenarius* inuenitur perfectus, cuius partes sunt decem,viginti, triginta; nam decem pro vnitate, viginti pro binario, triginta pro ternario ponuntur, siquidem sexies decem, vel ter

e Serm. 6. in fin.
f Cassiodor. Villeramũ, Honoriũ, & alios.
„ Numeri perfecti & imperfecti,qui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» viginti, vel bis triginta, sunt *sexaginta*: quod nullus alius numerus
» infra centum facit. Tertius versus est etiam *multiplex*, scilicet cen-
» tum, ducenti, trecenti, & ita vsque ad mille, in quo *sexcentenarius*
» est solus perfectus, nam sexies centum, vel bis trecenti, vel ter du-
» centi, fiunt sexcenti: ibi quippe centum pro vnitate, ducenti pro bi-
» nario, trecenti pro ternario ponuntur. Quartus versus est à mille, vs-
» que ad mille millia, vel millies mille millia: qui sequuntur dicuntur
» *myriades*, vbi semper qui possidet sextum locum est perfectus, scilicet
» sex millia, vel sexaginta millia, vel sexcenta millia. *Sexagenarius* igitur
» numerus constat ex senario & denario, nam sexies decem, vel decies
» sex fiunt sexaginta.

Gregorius. Per *denarium* itaque (vt censent D. Greg. & alij Patres.) Decalogum legis accipimus: per *senarium* autem totum hoc tempus, quod Ecclesiæ militanti datum est ad operandum, vt postmodùm in septimo Sabbatismi die coronetur.

Angeli sunt custodes Ecclesiæ. Quoad BB. Angelos, habuêre & illi suum tempus, quo benè vsi, in gratia fuêre cõfirmati, quare & hi custodũ istorum in numero accipi possunt; conuenit illis numerus *sexaginta*, quia suo in genere singuli sunt perfecti; & ex multorum sententia de sex tantùm inferioribus choris, quibus militãtis Ecclesiæ, hoc est, hominũ specialis demãdata cura, soli ad homines mittuntur [a], tres verò superiores semper adsistunt Deo. Hi ergo primi sunt ex istis *sexaginta fortibus*; quorũ custodiam videre meruit Helizæus. [b] Secũdi sunt sancti homines iam defuncti, in cœlo pro Ecclesia matre sua preces fundentes. Tertij sunt iusti & sancti; adhuc in terreno tabernaculo degẽtes, præsertim Prælati & Doctores Ecclesiarum, quibus cura gregis cõmissa. Hi si tales sunt, quales esse decet; tales etiã erunt, quales hîc Spiritus sanctus describit; *fortes*, in vitiis animi compescendis; nihil in muneris sui functione vigilantiæ, laboris, cõstantiæ prætermittentes; Ecclesiã oratione, doctrina, prædicatione, morũ exemplo vallantes; qui sunt ex manipularibus lectissimis ipsius Israëlis (hoc est, Ecclesiæ) & etiã, à quo nomen deductum, Patriarchæ, quem non fregit odium, & persecutio fratris audacissimi, non fuga, non exsiliũ de paterna domo [c], non quæ passus plurima & indignissima in soceri domo & seruitute dira, vbi *æstu torrebatur & gelu, & somnus fugiebat ab oculis illius* [d]; sed persistẽs inexpugnabilis actiuæ contẽplatricisque vitæ numeros omnes, Liæ atq; Rachelis coniugio, expleuit; luctа quoque Angelum superauit [e].

Hi *omnes manu gladios tenent*, hoc est, armis idoneis; præcipuè gladiis spiritus (sic verbum Dei vocatur [f]) sunt instructi. *Gladio* huiusmodi accincti, nouerunt sibi non abutendum eo, videlicet non detorquendo eius vsum in commoda sua, vel vanos animi sensus, sed sensum, commodâque sua ad amussim sacræ scripturæ exigunt, huic intellectum suum obstringunt: ideò Hebraicè dicuntur, *ipsi gladio alligati*. Sunt in præliis spiritualibus exercitati, docti pugnare & *cum carne & sanguine, cum principibus huius mundi, cum potestatibus tenebrarum harum, cum nequitiis incorporeis*. Peritia hæc in eo posita est, quod cum

a *Dionys. cæles. hierarch. c. 7. & 13.* b *4 Reg. 6. v. 17.*

Prælati quales esse debẽt.

c *Genes. 28.*

d *Gen. 31.*

e *Gen. 32.*

f *Ephes. vlt. v. 18. Heb. 4. v. 12.*

g *Ephes. 6. v. 13.*

cum CHRISTO norunt *facere & docere* [a], & opera cum prædicatione maritare. Videlicet hoc est *gladium* collocare *super femur*, nã femori generatio tribuitur. frustrà verò quis conetur spirituales CHRISTO sponso filios in Ecclesia gignere, nisi quod docuerit, id opere confirmet. *Cuius enim vita despicitur, sequitur vt prædicatio cõtemnatur.* Requisita tandem hæc omnia, *propter timores nocturnos*; quoniam infinita militantem Ecclesiam pericula fermè circumstant, ab impiis hominibus lucifugis, ab improbis Angelis tenebrarum principibus. De nocturni timoris dæmonie, dixi nonnulla *tomo primo Magicarum Disquisitionum.*

a *Act. 1. v. 1.*

Nónne custodibus talibus nos egemus, quibus bellum est cũ sex hostibus infestissimis; qui modò dolis, modò aperto Marte grassantur? quos enumerat Absalon Abb. *serm. 2. de Aduentu Domini.* Primus est affectus prauæ conscientiæ. Secundus vanitas mundanæ gloriæ. Tertius timor mortis. 4. desperatio salutis. 5. spiritualia nequitiæ in cœlestibus. 6. subtùs inhians infernus. Horum 1. impugnat cordis munditiam. 2. impedit, ne aspiremus ad patriam. 3. supplicium pœnæ minatur. 4. spem misericordiæ denegat. 5. agit, vt à Deo separet. 6. captiuos conatur incarcerare.] Cõtra prodit Ecclesia, iam post CHRISTVM natum tam valido præsidio comitata, vt *sex* hostibus propugnatores opponat *sexaginta*, hoc est, innumeros. Et, *hi ad bella doctissimi*, de quibus sic Berengosius Abbas, *lib. de mysterio ligni Dominici, & duplici luce*; illi in Ecclesia Dei quasi *fortes* (ait) *ex fortissimis Israël* esse creduntur, qui contra carnalis concupiscentiæ luxus spiritali gladio semper pugnare nituntur.]

Absalon Abb.

Sex hostes nostri infensissimi.

Berengosius Abbas.

Hæc expositio tutior, quàm nimium acumen hoc loco Ruperti. Sciendum enim à Ruperto nobis hîc, *lib. 3.* sexaginta enumerari custodes lecticæ temporalis Salomonis. Habebat, cum hæc diceret ipse, (ait) *sexaginta fortes* ambientes *lectum* suum, id est, pacatissimum, & quietissimum regnum suum. Nam de patre suo Dauid sibi relictos habebat fortes triginta & septem: (*2. Reg. 23.*) quibus adde principes vndecim, quos habebat Rex Salomon; regnans super omne Israël, & duodecim præfectos, qui præbebat annonam Regi & domui eius.] Sed hoc parùm habet soliditatis. Nam inter illos triginta septem ipse Dauid numeratur. Sed & Vrias Ethæus, qui obiit ante regnum Salomonis, vt & Asaël frater Ioab, & fortassis, quos ignoramus ex iisdem plures. Quare speculatio illa Ruperti, numerum suum non explet, etiamsi Banaiam Ioiadæ filium bis numeret; quod nec ipsum faciendum.

Ruperti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Philo.

PHILONIS Carpathij commentarius multis locis instar cathenæ, prætermissis auctorum nominibus (quod & Procopius Gazæus fecit) varias sententias complectitur; vt non dubitem à recentiore quopiam multa seniori illi Cypriо Episcopo adsuta fuisse. Nonnunquam eadem planè reperio, quæ apud D. Gregorium Papam, vter ab altero acceperit, nequeo iudicare; hoc meliora mihi videntur, quo pluribus bonis placuêre, consentiunt ambo hoc loco, sed Græcus ille paullò accuratior hîc videtur. Notat filium Dei *Salomonem* verum, priusquam suo sanguine Ecclesiam sibi comparasset, *non habuisse vbi caput reclinaret* [a]: Sed po-

Christus post mortem diuitissimus

[a] *Luc. 9. v. 58.*

» stea, non solùm Ecclesiam, sed vnamquamque animam CHRISTI
» sponsam, factam *lectulum* huic pacifico. Quæcumque enim sponsa
» cor suum sollicitudinibus mundi purgat ac vacuat, diuinoque amore
» replet; cubiculum suum parat sponso CHRISTO IESV, cum eoque ab omni perturbatione rerum humanarum quiescit ac gaudet.]

Huic *thalamo* stipatores datos censeo Angelos & Sanctos omnes vtriusque testamenti, qui decalogum accuratissimè obseruarunt; & sunt ex peritissimis fortissimisque militibus castrorum Dei; lege, diuinis præceptis, consiliis, & Euangelica verbi Dei romphæa instructi; non quidem aduersus carnem tantùm & sanguinem, sed etiam
» aduersus Tartareas legiones. Nam quicumque verbum Dei (*viuus*
» enim *sermo Dei & efficax, omniq; gladio ancipiti acutior* [b]) fide & opere complent, sapientissimi atque fortissimi bellatores hostem suum diabolum, calumniatorem nequissimum humani generis, prosternunt. gladius enim diuini verbi operibus bonis vibrati, temperantiæ & prudentiæ impulsu ac motione, cuncta carnis opera, & terrenas cupiditates præscindit. Hi sunt qui in *manibus suis* (hoc est, rectis operibus) *gladium suum*, conscientiæ propriæ, non alienum tenent. non enim alienis duntaxat precibus, & bonis operibus confidunt, ipsi verò negligentes ac desides, & quod grauius est, cõtaminati, bonis alio-
» rum se tutos fore præsumunt. *Frustrà enim rogatur Dominus pro eo, qui*
» *Dominum non desinit irritare.*] Verùm hi sese diligenti mandatorum obseruatione ab impietatis operibus abducunt, *carnémq; suam cum vitiis omnibus & concupiscentiis* vincũt atque *crucifigunt* [c]. Et ideò *ensem suũ super femur suũ tenere* dicũtur (nam femur carnis illecebras &
» voluptates significat) ne cupiditatibus victi præcipites ruant. hinc il-
» lud; *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris* [d]. Et hoc maximè necessariũ est, quamdiu in hac formidolosa *nocte* mortalis vitæ sumus, in qua piorũ mentes, ne vspiam offendãt aut ruant, extimescunt, *propter timorem nocturnum*, ne à Principibus tenebrarum circumueniantur, & in cæcos casses peccatorum incidant.

[b] *Heb. 4. v. 12.*

Bellatores fortissimi qui sint.

[c] *Gal. 5. v. 25.*

[d] *Luc. 12. v. 35.*

Non

Non insipienter etiam Honorius; *Lectulus Salomonis* (ait) est spi- « *Honorius.*
ritalis cõuersatio, vel anima iusti, in qua requieuit Deus, vt scribitur; «
Super quem requiescam, nisi super humilem & quietum [a]. Hunc lectũ se- « [a] *Fortè ex.*
xaginta *ex Israel*, hoc est, omnes spirituales, Deum mente contem- « *Isai. 57. v.*
plantes, verbo & exemplo ambiunt; *gladios discretionis tenentes*, falsos « *15*
fratres à veris resecantes; *ad bella* vitiorũ virtutibus *docti*. quia *vnusquisq; cuiusq; ensis super femur suum*, id est, seueritas vitæ cuiusq; carnalitati « dominatur, dum carnem macerant, & corpus in seruitutem rediguntur, « *propter timores nocturnos*; scilicet propter insidias diabolicæ fraudis, « quibus improuidos pertrahit ad noctem æternæ damnationis.] «

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA. §. 4.

IDEM Honorius, per *fortissimos* istos intelligit Angelos supremorum chororum, custodes potentissimos corporis Deiparæ; quæ *lectulus* CHRISTI; cõtra dæmones: sed quod addit illud, *super femur suum*, accipiendum de tutela corporis, cuius femur genuit CHRISTVM; & sic *femur* intelligit non custodum, sed Deiparæ; mihi recipiendum non videtur. De ceteris consentiunt illi Rupertus & Guilhelmus. Iste *Guilhelmus.*
considerat *lectulum* dici comparatione sinus paterni, qui infinitus, & ideò lectus (*vt dictum supra Sect. 1. ve. 5.*) sanè ex quo in lectulo vteri virginalis per incarnationis mysterium accumbere dignatus fuit, eũdem lectulum sanctissimi Angeli plurimi ambire cœperunt, & circa quiescentem in vtero virginis Deum sacras excubias agere. Nõ enim ipsum *lectulum* contingere, hoc est, ad diuinum illud mysterium, quod in vtero virgineo peragebatur, accedere præsumebant, sed veneratio- *Angeli quatuor in B. V. affecti fuerint.*
nis & obsequij gratia circa illum excubabant.

Sexaginta ex fortissimis erant. hæc commixtio numerorum perfectorum, denarij & senarij, indicat nobiliores quosque & excellentiores ad hoc munus delectos. Egressus postea dilectus ex hoc thalamo suo *lectulum* sine excubiis nõ dereliquit. facer ille & sanctificatus IESV locus, omniũ aliorũ vsui & dominio eximebatur. Si Angelica custodia circa Helisæum Prophetã excubabat [b], quanto magis circa matrem luminis? si mons plenus equorũ & curruũ igneorum in circuitu Helisæi, quãto magis in circuitu gloriosæ virginis Dei parẽtis? [b] *4. Reg. 6. v. 17.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quod nimirum ipsam non latebat, quæ cum Sanctis his custodibus suis familiariter versabatur. Est igitur hæc vox eius, inter omnia vitæ mortalis discrimina, & hostium molitionum nequitias; exsultantis de cælica protectione. En me *lectulum Salomonis sexag. &c.* Quid me frustrà cruentus Herodes persequitur? quid inani rugitu me leo superbiæ conatur terrere, & otiosè circuit, quærens vt deuoret? scio quod gloria mea vehemẽter vrit leonem & draconẽ. scio quod odio filij, quem exhorrescit, concitus fertur in matrem. ideo mihi timendus hic vterus foret, nisi tam fido satellitio stiparetur: hũc hostem despicio: stiparorum tot ac talium, si sapit, gladios timebit. Nam *exultationes Dei in faucibus eorum, & gladij ancipites in manibus eorum*[a]. *Omnes sunt tenentes gladios & ad bella doctissimi. Dominus* enim *fortis & potens, Dominus potens in prælio*[b], ad expugnationem Principum, & potestatum aëris huius; *docuit manus eorum ad prælium, & digitos eorum ad bellum*[c]; & non tantùm in manibus eorum gladij, sed & *vnius cuiusque ensis super femur suum.* Nec manus habent corporales, nec femora; spiritus enim sunt: sed gladios tenere dicuntur, qui potestatẽ vlciscendi in promptu & palàm habent, instar gladij ad feriendũ euaginati: sed quia hanc potestatem non exferentes pro tempore occultant, circa femur vagina clausi gladij describuntur. His occultis *timores nocturnos*, hoc est, lucifugas dæmones, qui quasi vulpeculæ in nequitiæ foueis latitant, ad audẽdum & subtestas relinquendas prouocant; mox tamen iisdem euaginatis illorum improbos ausus ad Dei gloriam potenter coërcent.

Vers. 8.
a *Ps. 149. v. 7.*
b *Ps. 23. v. 8.*
c *Ps. 143. v. 1.*

Sed quia in custodiæ huius partem etiam sanctos viros, qui Deiparam præcesserant, vocauimus; qui illi sint, operæpretium est vobis ex Ruperto, summa id fide & diligentia scrutante hic exhibere. Quærit cur sancti Patres olim gladiis vsi, & Apostolis in B. Petro, gladij vsus fuerit interdictus[d]? Resp. vt post tempus belli, nunc pacis tempus esse sciamus: tum belli tempus fuisse, quia radicem siue arborem bonam (genus Abrahæ, ad quem primum beati seminis repromissio facta[e]) diabolus per impios Reges exscindere conabatur: ideò tum opus erat materialibus gladiis, vt defenderetur genus Abrahæ; *radix Iesse*, ex qua nascitura MARIA, quæ fuit *lectulus Salomonis*. Necesse ergo fuit *hunc lectulum* ambiri tot fortibus; qui pro defensione spei Abrahæ gladiis fortiter vsi fuêre. nam exeruere contra vim tyrannorum *gladium verbi Dei*, loquendo scribendoque, & cùm necesse, gladium ferreum strinxerunt.

Ruperti.
d *Mat. 25. v. 52.*
e *Gen. 12. v. 22.*

Primus fuit Abraham, Loth liberator, prædæ recuperator, quatuor Regum domitor[f]. Secundus Isaac paterno gladio dicatus Deo, & potẽtia Regibus metuendus: sita vt rex vnus ei diceret; *Rec de à nobis, quia potentior nobis factus es.* Tertius Iacob[g], qui partem terræ acquisiuerat *in gladio & arcu suo.* Quartus Ioseph[h], à Pharaone potentia secundus, & quasi Regis pater. Quintus Moses, sextus Aaron, septimus Phinees, octauus Iosue, nonus Caleb filius Iephonæ[k], deinde duodecim Iudices Israël, & sunt viginti & vnus, vicesimus secundus

Septuaginta fortes numerantur.
f *Genes. 14.*
g *Genes. 46.*
h *Genes. 48.*
i *Genes. 41.*
k *Iudic. 3.*

cũdus Samuel[a]; vicesimus tertius Dauid[b], vicesimus quartus Helias, vicesimus quintus Elisæus, vicesimus sextus Ioiada Pontifex, vicesimus septimus Zacharias filius eius (hi quatuor cultum Baal deleuerunt, illi per se, hic per manum Iehu[c]) vicesimus octauus Ezechias, vicesimus nonus Rex Iosias, tricesimus Propheta Esaias: post hos duodecim Prophetæ minores, & fiunt quadraginta duo. Quadragesimus tertius est Hieremias; quadragesimus quartus Ezechiel; quadragesimus quintus Daniel; cui additi tres socij, camini victores, sunt quadraginta octo. Quadragesimus nonus est Esdras; quinquagesimus Neëmias; quinquagesimus primus est Zorobabel; quinquagesimus secundus IESVS, sacerdos magnus: quinquagesimus tertius cum Regina Esther Mardochæus, quia Mardochæi gladius fuit dignitas regia Estheræ: quinquagesimus quartus Matharias; quinquagesimus quintus Iudas Machabæus; his ordine quatuor alij accessêre; duo fratres Iudæ, Ionathas, & Simon, & duo Simonis filij, Iudas & Iohannes, qui & Hircanus, nouissimi *contra pardum*, id est, contra Græcorum Regem præliati, & fiunt quinquaginta nouem: his adde hunc ipsum, per quem Spiritus sanctus hæc locutus fuit, & habebis sexaginta. Hi omnes tenentes gladios, contra diabolum, vtentem opera Regum Ægyptiorum; & Israëliticorum Apostatarũ, & Assyriorum, Medorum & Macedonum; vt obsisteret Dei proposito, ne impleretur promissio; ne collocaretur hic thalamus; ne esset, vnde nasceretur hæc B. Virgo, de cuius vtero procedere oportebat dilectum *tanquam sponsum de thalamo suo*[d].

a 1. *Reg. 7.*
b 2. *Paral. 23.*
c 4. *Reg. 9.*
d *Ps. 18. v. 6.*

Denique Alanus *sexagenarium* aliò retulit. Per hos *fortes* (ait) intelligitur bonorum operum vniuersitas, quæ sunt fortia contra dæmones & vitia. Decies sex sunt *sexaginta*. Per *senarium* opera misericordiæ, quæ in Euangelio leguntur, intelliguntur. Per *denarium* verò decem præcepta legis significãtur. Et ideò per *sexaginta*, perfectissima opera exprimuntur, quæ vndique beatissimam Virginem munierunt sui exercitatione & intentione; quæ per *fortes* & electos *ex fortissimis Israël* figurantur. Quia semper virgo MARIA meliora & forriora opera habuit, quæ ad sui custodiam deputauit. *Tenere* autem *gladios* dicuntur, propter defensionem & munitionem, quibus virginem defendunt & muniunt. Propterea dicitur; *Vnusquisque ensis super femur suum*, id est, super carnalia opera, vel contra delectationes erat, vniuscuiusque boni operis defensio: quia ipsa virgo ita bonis operibus & cogitationibus confirmauerat, quod fluxum carnalis voluptatis, quæ per *femur* intelligitur, omnino extinguebat. *Propter timores nocturnos*, hoc est, ad depellendas tentationes, quæ debent timeri, & in nocte præsertim solent fieri.] Hactenus Alanus.

Alanus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANAGOGE.

§. 5.

Honorius.

IVXTA hanc Honorius censet *lectulum* Salom. esse beatitudinem æternam, in qua requieseit Ecclesia, vel anima; quæ iam de huius mundi exilio migrauit. Hanc *LX. fortes ex Israël* ambiunt; quia omnes veteris & noui Testamenti sancti, & ipsi quoque Angeli Deum videntes eam circumdant; *tenentes gladios*, hoc est, præmia victoriæ monstrantes (*palmæ in manibus*[a] *eorum*) eique accepta referentes, quæ iam acceperunt: hi omnes *docti* fuere pugnare contra spiritales inimicos castrorũ Dei, & his præliis multùm exercitati. *Vnusquisque ensis* ibi *est super femur suum*, quia *sequuntur vnumquemque opera sua*[b], & ibi cuiusque merces apparet; quam ideò recepit; quòd ense districtionis & discretionis libidinem carnis resecauit, idque eò diligentiùs & accuratiùs; *propter timores nocturnos*; ne tenebrarum operibus irretitus, socius dęmoniorum in nocte mortis æternæ efficeretur.

a *Apoc. 7. v. 9.*

b *Apoc. 14. v. 13.*

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Ferculũ fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani: * colũnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Ierusalem.	*Lectum sibi fecit Rex Salomon ex lignis Libani; columnas eius fecit argentum, & acclinatorium eius aureum: ascensus eius purpura: intimum eius lapidibus constratum, charitatem à filiabus Israël.*	Vers. 9. Vers. 10.

LITTERA.

§. 1.

VERBA SPONSAE. אפריון

FERCVLVM] Hebræa vox APPIRION hîc tantùm reperitur, & ideò lis pendet inter Grammaticos sub iudice, quid significet. belli sunt recentiores, dum quisque quod vult somniat. Iarrhius & Kimchi, thalamum obtrudunt, seu *lectulum* (quasi non de illo satis multa:) nonnulli, cum VVilleramo, *mensam*; quidam, *templum*; quidam cum Abenezra, *palatium*: nec defuit alius, qui, iure arbitrario interpretetur, *conopeum*; & alius, *carpentum*; alius denique *ædificium*. sic luditur, dum à vulgata nostra receditur, cõsentiunt cum nostro LXX. qui φορεῖον; nã hoc, pace nonnullorum dictum, melius vertes, cum nostro *ferculum*; quàm cum D. Ambrosio, *lectum*. Non obstant *columnæ*, quæ à gestatoriis huiusmodi vehiculis non absunt, vt plurimũ quatuor, quandoque sex, quibus cortinæ & tectorium sustinentur. vt in carrociis Italicis licet cernere. *Ferculum*, propriè Latinis fuit, quo spolia, vel signa victoriæ ante triumphantes per pompam gestabantur, vt Asconius docet. Vnde Tragicus[a]; *nec pompæ veniet nobile ferculum*. Hîc itaque *ferculum* nihil aliud est, quàm gestamen pomparicum ostentationi comparatum: ideò mox commate sequenti, filiæ Hierusalem ad hoc spectaculum inuitantur. Caue confundas cũ sella, quã Græci vocãt *Ἅλφορ*, cuius in conuiuiis, non in põpis vsus; etsi de *lectulo* conuiuiali videtur Cassiodorus accepisse: cassus in hoc opere sæpè hic commentarius, adeò vt vix credam magni illius germanã prolem: nec etiam referas ad spondam lecti Salomonij, cum Alemariano: sed potiùs intellige de gestatorio (vt loquitur Arboreus) nempe sella Regia, qua per sollem-

Ferculũ quid sit.

a *Herc. Oetæo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem pompam, quasi in curru trium phali; Regum Orientalium more, à succollantibus lecticariis, Salomon humeris gestabatur.

LIGNIS LIBANI] ex cedro.

Vers. 10.

COLVMNAS] columnellas sustinendo integimento & cortinis.

RECLINATORIVM] significat stratum. D. Ambr. manuit; *accli-natorium*. LXX. ἀνάκλιτον omnino rectius fideliusque, quàm recentiores, *pauimentum*. Nam RAPHAD, etiam alibi primariò significat fulcire seu roborare [a]; & quia quod nobis substernitur, id nos fulcit; secundò vsurpatur pro sternere. vnde REPHIDA fulcrum; altius scilicet dorsum, & latera editiora sellæ, quibus & cubitis, & corpore aclini sedens innitatur. Hispanis, *recodadero*, aut *respaldar*.

רפידה

a *Sup. Cant. 2. v. 5.*

ASCENSVM] ita vocat ipsum sedile, cui Salomon in ferculo insidebat, quia gradibus seu suppedaneis ad illud ascendebatur. RACHAB equitare. hinc MERCHAB ephippium, siue sellæ genus aliud, cui eques insider. LXX. ἐπίβασις, *elevatio*. Tres Patres apud Theodoret. plurali, ἐπιβάσεις. Quidam cum Iarchio volunt significari velum illud, quod pro cœlo seu tegumento erat ipsi ferculo.

רכב
מרכב

PVRPVREVM] fortè carmesino holoserico instratum, vt hodie fit; vel tapetibus purpureis, vt Homerica Achillis sedilia.

MEDIA] plurale positū pro singulari. nam Hebraicè est, *medium*, & quincta editio, τὸ μέσον αὐτῶν ἐψαφολόγησεν, *medium eius calculis compositit*. D. Ambros. *lib. 3. de Virginib.* vereor malè, *dorsum*; confundens eum aclinatorio. rectè LXX. si benè dispungas, & luculenter rem proponūt. ἐστὸς αὐτῶν λιθοστρωτὸν ἀγάπην (sunt enim hæc coniungenda) *in interiore ipsius, quasi tessulatum opus ipsam dilectionem, &c.* vocem Græcā etiam Varro & Plinius vtuntur. Sensus est: quod interiùs continebatur, seu quod interiora implebat, id erat opus *Lithostrotum*, dilectione filiarum Hierusalem tessellatum; seu constans vermiculato emblemate, vel incrustatione exiguorum lapillorum, calculorúmve, non qualiumcunque, nec vitri (vt accepit Honorius) sed margaritorum, vel gēmarum pretiosarū (vt acceperunt D. Ambros[b]. Theod. & Nysseu. hic) præcipuè carbunculorum, quos tradunt noctu prunarū ignitarū modo splēdere ac scintillare[c]. Hebræū RAZVPH per Sade deducitur à RAZAPH, quod est insternere lapide sectili lucido & splendente [d], ad modū carbonis; qui dicitur RESEPH[e], vnde panes inter prunas cocti vocantur RESAPHIM [f], *panes prunarum*. Dicunt itaq; LXX. hoc λιθοστρωτὸν, appositiuè fuisse ἀγάπην: quasi dicerent hoc medium ferculi constratum fuit amore, siue *lithostrotum erat amor*; in hac ipsa sella sedebat, hanc occupabat amor meus, dilectus meus, qui & amari dignissimus, & amat filias Hierusalem, & ab illis vicissim amatur ardentissimè. Sedet autē ibi, vt ab iis conspiciatur, vt videat quas diligit, & videatur à quibus diligitur.

b *Ambros. d. lib. 3.*
c *Marbodeus cap. 10. de lapidib. Plinius & alij.*
רצוף
d *4. Reg. 16. v. 17. Esther 1. v. 6.*
e *Esaie 6. v. 6.*
f *3. Reg. 19. v. 6.*

PROPTER FIL. HIERVS.] ideò se sic spectandum exhibet, vt satisfaciat illarum desiderio, eius aspectu satiari cupientium.

§. 2. VERBORVM SPONSAE SVAE.

Salomon intuens tabernaculū Mosis, & cōferens cum templo à se exstructo, de Ecclesia Christiana prophetizat. In primis tabernaculū illud

illud olim per desertum circumferebatur [a], ideo rectè *ferculum* dicitur; & quia in illo, vt in domo sua, & rentorio, Deus inhabitat, *tabernaculum* vocabatur [b]. Sic etiam Ecclesia dicitur *tabernaculum nouum*, quasi noua Dei habitatio [c]. dicitur quoque *ferculum nouum*, quia per desertum huius mundi in fidelium pectoribus, qui sunt *viua membra Ecclesiæ* [d], Salomon circūfertur; & quæ addūtur, omnia cōuenire Ecclesiæ docuerunt Patres hîc, & D. Gregorius *in Ezechiel. homil. 15.*

a *Num. 4.*
b *Psal. 14. v. 1 Psal. 131. v. 5.*
c *Amos vlt. v. 11. collato cū Act. 15. v. 16.*
d *1. Corinth. 6. v. 19.*

De *lignis Libani* cōstat Ecclesia, quia iustis constat, baptismo dealbatis; qui celso animo terrena despiciunt, recto sunt corde & a lethalibus culpis incorrupti: quare de iusto legitur [e]; *sicut palma florebit, & sicut cedrus Libani multiplicabitur.*

Ferculū Salomonis est Ecclesia.
e *Psal. 91. v. 13.*

Argento diuina significantur eloquia, candida, sonora, *igne examinata septuplum* [f], id est, perfectè expurgata. *Sapientia exstruxit sibi domum* [g], Ecclesiam istam, *subnixam columnis* tot, quot opus fuit; hoc est, *septem* Spiritus sancti donis; & hæc transfundit in corda fidelium per diuinas Scripturas: quod est columnas Ecclesiæ cooperire argento, sicut Mosaici tabernaculi columnæ [h] fuerūt vestitæ. (*sic fermè Philo & tres Patres.*)

f *Psalm. 11. vers. 7.*
g *Prouer. 9. v. 1.*
h *Exod. 38. v. 17. & 19.*

Reclinatorium Ecclesiæ *aureum* respondet vereri propitiatorio, vnde Deus fundebat oracula, quod erat *ex auro purissimo* [i]: significat autem fidem viuam, per quam Deus in cordibus fidelium inhabitat, & cui fideles, vt humerali fidissimo innituntur. hæc enim spem futuræ repromissionis suppeditat, & æternā quietem rectè credētibus ostentat, & ita in cunctis aduersitatibus fessos fulcit ac sustentat. (*vide Iustum, Honorium, & Alcuinum.*) Præter istud *reclinatorium*, sicut in propitiatorio erant duo Cherubim [k], ne in nostro *ferculo* fuit *ascensus*, siue sedile aliquot gradibus elevatum, nempe pura religio & verus Dei cultus, qui nullibi extra Ecclesiam reperitur. Et sicut veteris tabernaculi *cortinæ* fuerunt *ex cocco bis tincto* [l]: sic *ascensus* iste *purpureus* est tinctus dibapho conchiliato purissimo: primùm sanguine IESV in alta cruce fuso: deinde iterum rosante Martyrum ostro, qui vulgarem transgressi dilectionem, &, vt sit dicam, plebeiam virtutem, ad hūc heroicum charitatis gradum conscenderunt. Quàm gratus sponso thorus hic ostrinus! quantopere sedili isto delectatur! Olim *gloria Dei super Cherubim* requiescebat [m]. Nunc huic ascensui seu throno Deus insidet, CHRISTVS verus Salomon: insidet charitas. *Deus enim charitas est* [n]. hæc mediū sellæ spaciū occupauit. Non sua causa: sed gratia filiarū Hierusalēm, Angelicæ & humanæ naturæ; vt illius ruinas & sedes vacuas de hac supplerent; hanc autē, vt moneret, vnum semper sapere, studere amare, cùm eius causa seipsum viuam hostiam in cruce obtulit; eunc hoc *ferculum* extruxit; vt tandem in illo, sponsam militantem in cælum euectam coniungat triumphanti. Cetera Iudæorum, hæreticorum, & aliorum infidelium conciliabula, sunt ferculā, sunt currus Pharaonis in mare demergendi; sunt remigium alarū Simonis Magi, quo in aērem sublati superbiæ pennis, decidant cruribus fractis, & in tartara præcipitentur.

i *Exod. 25. v. 17.*
k *Exod. 25. v. 18. Religio pura nullibi est extra Ecclesiā.*
l *Exod. 26. v. 1.*
m *Exod. 25. v. 18.*
n *Ioan. 4. v. 9*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Gregorius. *Anima est ferculum Salomonis.*

BEATVS Gregorius Pontifex, cùm quæ nobis desint deplorat, quid ista, quæ hîc narrantur, in cuiusque sint anima, ostendit. hanc esse *lectulum* CHRISTI. *columnas argenteas* habere, quando Ecclesiam exemplis sustentat, & docet prædicatione; *aureum reclinatorium*, quando cœlestibus cogitationibus intenta, ad splendorem sapientiæ per contemplationem assurgit; *ascensum purpureum*, quando, contemptis voluptatibus, labores & persecutiones pro æterna beatitudine perferre non recusat: *media charitate constrata*, quando communem omnibus dilectionem in animi intimo retinet, & indefessam conseruat.

Nyssenus. Deus in iis qui digni sût quomodo existat.

Sed quod *de Libani lignis* prætermisit, hoc mirificè D. Nyssenus prosequitur, vt & reliqua. Docet Deum variis modis, in iis, qui ipso digni sunt, existere; vt in loco, vt in domo, vt in solio, vt in scabello, vt in curru, vt in equo frenum recipiente, & habenis obtemperante; denique in vnoquoque, prout cuiusque facultas & dignitas fuerit. Hîc quidē describi animam, vt *lecticam* Dei vndiquaque ornatissimā materia & opere. Talem esse, qui cum Paulo, *non sibi, sed Deo viuit* [a], imò *qui non ipse, sed in quo* CHRISTVS *viuit* [b], qui *loquentis in se* CHRISTI *specimen edit* [c]: in hoc enim CHRISTVM ferri, & à tali gestari. Materiam quidem lecticæ esse *ligna de Libano*. Libanum hunc esse cultum idololatricum, & vitiorum; de quo Libano legitur, *Conteret Dominus cedros Libani, & comminuet* tam ipsas quàm Libanum, *quasi vitulum* [d]. videlicet eum, quem in deserto Moses contriuit. Significatur enim tali prophetia, quod aliquando & ipsæ arbores, & radix mali mons in nihilum redigentur. Homines ligna sunt huius Libani, dum adhuc ei per radices inhærent, hoc est per vitam flagitiosam; sed postquam summus ille architectus eos in spirituale hoc ædificiū, per vitæ nouitatem, & vitam rectę rationi consentaneam; vt ascia incepit expolire; fiunt *ligna* lecticæ seu *ferculi*. Deinde Deus etiam cetera illa adijcit variorum donorum suorum ornamenta; quia diuersimodè iuxta Apostolum [e] *Spiritus sancti dona dispartitur*. Dum Apostolico munere funguntur, sunt ferculi columnæ (sic Paulus DD. Petrum & Ioannem [f] vocauit) quibus sincerum Dei verbum pro argenteo integumento est: *scalæ purpureæ sunt*, quando in cœlos mente conscendunt, à terrenis euolantes: nā purpura regni insigne. *Reclinatoriū aureū* sunt, doctrinæ puritate, in qua diuina sapientia vt in culcitra requiescit. *Media consternunt charitate*, vt lithostroto gemmeo; quando in conscientiæ penetrali nihil abditum, nisi splendidum, pretiosum, & dignum Dei electione.

a 2. Cor. 5. v. 15.
b Gal. 3. v. 20. c 2. Cor. 13. v. 3.
d Psal. 28. v. 5. & 6. & Exod. 32. v. 20.
e 1. Cor. 12. v. 4. & 5.
f Galat. 2. v. 9.

Hæc

Hæc fermè sententia est fusissimè à sancto illo viro traditorum: cuius certè iuuat me præclarè excogitata, sed propter grandiloquentiam, & Latinæ interpretationis duritiem (Græcum exemplar nancisci nequiui) nonnunquam inuolutiùs proposita, compēdio, & methodo alia elucidare.

Possumus autem, cū Honorio, *columnas* illas *argenteas* dicere quatuor esse, nempe quatuor virtutes Cardinales; quæ animæ robur, quasi ligna fulciunt, vel potiùs septem, additis tribus aliis Theologicis. Et *constratum* illud *medium gemmeum*, interpretari opera bona, ieunium, orationem, eleemosynam, & huiusmodi quæ Deo grata sunt, quando charitate condita & colorata; alias ad se animas exemplo trahunt & inuitant. *Honorius.*

Rupertus eleganter sacræ Scripturæ hoc *ferculum* accommodauit. *Rupertus.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA. §. 4.

HONORIVS, *in sigillo*, vestigiis insistens, quæ in commentario presserat, quatuor columnas tantùm recipit, & ad triclinium, & varia quoque tempora superius comma in hunc modum transfert; CHRISTVS verus Rex pacificus *fecit sibi (ferculum)* lectum conuiualē; (*de lignis Libani*) de Patriarchis & Regibus (*nempe Ierosolymitanis: nam teste Theodoreto, Libanus sæpe significat hanc vrbem.*) Virginem elegit; in qua, vt in lecto, recubuit ipse positus ad conuiuiū, quia fideles de carne eius epulantur, quam de Virgine sumpsit. *Columnæ* quibus fulcitur Virginis vita, sunt quatuor Euangelia de ea scripta; quæ sunt (*argenteæ*) veritate nitida, & prædicatione sonora. *Reclinatorium aureum*, fuit corpus Dominicum de ea sumptum, in quo diuinitas se reclinauit. *aureum*, sapientia & charitate ornatum. Ipsa etiā virgo fuit *reclinatorium*, in qua CHRISTVS se reclinauit, splendore charitatis fulgidum. *Ascensus purpureus*, sancta crux fuit, in qua nobis filius in sua passione ascensum ad cœlos fecit. *Media charitate constrauit*, id est, communem vitam eius dulcedine charitatis repleuit; *propter filias Ierusalem*, hoc est, ad fidelium imitationem.] Hactenus Honorius, in cuius dictis sunt quæ non sequamur, quoniam aliam in litterali expositione viam iniuimus: frustrari tamen eius ingenio lectorem noluimus, quia non versatur in manibus, & habet multa quæ concionatoribus vtilia queant esse. Quæ causa erit, vt deinceps non- *Honorius.* *B. Virgo ferculum Salomonis.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

" nunquam ex illo,& aliis Patribus adscribam; quæ mihi ipsi non vs-
" quequaque sequenda videbuntur.

Alanus. " Alanus eleganter hæc ipsi CHRISTO accommodat. *Ferculum* di-
" cit figurare humanam naturam veri *Salomonis*, id est, veri pacifici
" CHRISTI. hoc fabricatus est CHRISTVS in vtero virginali car-
" nem sumendo,& effigiando corpus humanum, & infundendo ani-
" mam creatam. *Ferculum fecit de lignis Libani*, id est, composuit de sub-
" stantiis purissimis, anima & corpore, hanc naturam; quæ partes amba
" immunes ab omni peccato,& munditia pulchræ,& durabilitate per-
" petuæ, vt ligna Libani montis. Et hanc naturam vocat *ferculum*, quia
" hac mediante filius Dei delatus est in mundum,& in ea tanquam in
" throno suo residens iudicabit mundum. *Columnæ* significant dona
" Spiritus sancti, quibus quasi columnis innixa est anima CHRISTI.
Vers. 1. " de his Prou. 9. legitur: *Sapientia ædificauit sibi domum, & excidit in ea*
" *columnas septem. Argenteas* vocat, hoc est, prædicatione & operatione
" Dei splendidas. *Reclinatorium aureum* est anima, in qua recubuit; ple-
" na gratia,& omni sapientia prædita. *Ascensus purpureus*, passio, quam
" ascendendo in crucem sustinuit, & cuius merito in cœlum ascendi-
" tur. ideò dicitur *ascensus*, & *purpureus*, quia per eum caro CHRISTI
" fuit sanguineo colore purpurata. omnia ista *media charitate constrauit*,
" id est, constituit, charitate in medio posita, quia charitas est quasi me-
" diatrix,& forma aliarum virtutum. quia ceteras informat & illumi-
" nat,& in illarum medio posita ad omnes æqualiter se habet. Et hoc
" *propter filias Ierusalem*, Ierusalem, *visio pacis* interpretatur. Vnde mens
" animę CHRISTI sic vocatur, quia pacẽ quæ exsuperat omnẽ sensum
" experiebatur. Huius *Ierusalẽ* virtutes *filiæ* sunt, quia à mẽte procedũt.
" dicit ergo, charitas in medio posita est, ad illuminandũ & informãdũ
" circumstantes animæ virtutes, quæ ex mente procedunt.] Sic Alanus.

Rupertus. Guilhelmus. At Rupertus hunc versiculum non fuit interpretatus de Deipara, sed ab instituto suo defeciit: non defeciit Guilhelmus, pij de pia matre propositi tenacissimus. Nulli dicit hæc meliùs adaptari posse, quã
" gloriosæ virgini de se ipsa subtiliter & mysticè differenti. *Ferculum*
Ferculum est B.V. " *fecit sibi Rex Salomon*, quo spiritualiter ipse ferretur: creauit sibi verus
" pacificus matrem, cuius virgineo vtero portaretur. *O beatum Ventrem,*
a *Luc.11. v.* 27. " *qui Dominum portauit* [a]! ferculũ fecit *de lignis Libani*. ligna hęc (nem-
" pe cedri) imputribilia & procera valdè, sanctos Patriarchas designãt,
" vita sublimes, fama imputribiles. Nam etsi *corpora eorum in pace sepul-*
" *ta sunt, nomina tamen eorum viuent in sæcula* [b]. Corpora non nomi-
b *Eccl. 44. v. 14.* " na sepulta sunt. purruerunt pro conditione legis humanæ corpora;
c *Prou. 10. v.* 7. " sed non nomina. Nam iuxta sententiam Sapientis [c], *Memoria iustiti cum laudibus, & nomen impiorum putrescet.* de præclaro igitur hoc Pa-
" triarcharum sanguine virginem, de qua nasceretur, creans *de lignis Li-*
" *bani* hoc *ferculum* sibi fabricauit: *columnas eius fecit argenteas*. co-
" lumnæ hæ septem sunt, quas enumerans Esaias, *Spiritus* (inquit) *in-*
" *tellectus, & sapientiæ, spiritus consilij, & fortitudinis, spiritus scientiæ &*
d *Isa. 11. v.* 2. " *pietatis, & spiritus timoris Domini* [d]. quia his septem columnis gratiæ
Spiritus

Spiritus sancti, procerissimis & robustissimis, subleuabatur à terra, vt " *saperet, quæ sursum sunt, non quæ super terram* [a]; & fulciebatur, ne sub- " a *Colos. 3. v.* 2.
leuata rueret ad terram. Eædem *argenteæ* fuerunt. *Argentum* cando- "
re suo nitorem virginitatis significat: & quid in virgine matre non "
virgineum, in qua & ipsa fœcunditas, quod dictu mirum, virginea, & "
virginitas fœcunda fuit? "

Reclinatorium verò *aureum*; illud reclinatorium, in quo inclinatus vs- "
que ad terram Deus, nouem mensibus reclinare dignatus est. Huma- "
næ carnis susceptio, maiestatis vsque ad terram inclinatio est. Incli- "
nauit se altissimus per incarnationis mysteriũ, vt reclinaretur in vte- "
ro virginis, suo tempore, quasi *sponsus de thalamo* [b] processurus ad " b *Psal. 18. v.*
opus humanæ redemptionis: *Aureum* est eo ipso, quo maiestatis " 6.
pacifici Regis reclinatorium est. facit aureũ eo ipso, quo fecit suum. "
caput eius aurum obryzũ [c], culcitram suam inaurauit. Matrum cetera- " c *Cant. 5. v.*
rum vteri, comparatione virginalis vteri, reclinatoria plumbea, vel " 11.
lutea sunt: quia in eis reclinant caput non filij Dei, sed filij iræ, & ob "
hoc etiam filij gehennæ. Solus MARIÆ virginalis vterus, *reclinato-* "
rium aureum est, quia reclinatorium diuinæ maiestatis. "

Et quoniam eidem gloriosæ virgini & matri, de munere eius qui "
natus est ex ea, ad culmen perfectionis, non defuit sublime martyrij "
merirum, sequitur in ferculo *ascensus purpureus*. Tota vita sanctorum " *Vita Sanctorum ascensus, impiorum descensus.*
ascensus est, tota vita impiorum descensus. Sicut in corporibus duo "
sunt pondera, vnum quod sursum trahit, alterum quod deorsum pre- "
mit; nam ignis suo pondere sursum, lapis suo tendit deorsum: sic "
etiam in animis duo sunt pondera; pondus iustitiæ, quo quidam "
ferũtur sursum; & pondus iniquitatis, quo alij deorsum merguntur. "
Mihi viuere CHRISTVS *est, & mori lucrum* [d], ait Paulus. Ergo ô " d *Phil. 1. v.*
Paule, tibi viuere præclarè, ascendere est. Sed non omnium ascen- " 21.
dentium *ascensus purpureus* est: quia martyrum hæc prærogatiua est. "
Denique Martyris vox est, *mihi viuere* CHRISTVS *est, & mori* "
lucrum. Quilibet sanctus veraciter dicere potest, *mihi viuere* CHRI- "
STVS: quod autem sequitur, *& mori lucrum*, propriè ad Martyrem "
pertinet. Mors quippe corporalis ceteris sanctis conditio est, so- " * *Hoc dictum sanè est intelligendum de peculiari merito mortis spontaneæ per martyrium, cui peculiaris lucreola reseruata: non de merito vitæ æternæ.*
lis * autem Martyribus præclarissimi meriti lucrum est. Cùm ergo "
Martyr ille insignis dixit, *mihi mori lucrum*; perinde est ac si dixis- "
set, *ascensus meus purpureus est*. Nam quia laus omnis in fine cani- "
tur, purpurea morte anteacta vita quodammodo tinguitur, & pur- "
puratur. Et ideò cùm pia mater dicit, ascensum suum esse purpu- "
reum, se martyrem profitetur, & sibi mori lucrum. Illustre eius mar- "
tyrium à prophetante Simeone euidenter insinuatum fuit, cùm lo- "
quens de filio diceret; *tuam ipsius animam doloris gladius pertran-* "
sibit [e]. Planè gladius acutissimus, dolor Dominicæ passionis, ani- " e *Luc. 2. v.*
mam piæ matris penetrans, atque transuerberans, eam spiritualiter " 35.
commori filio fecit. Martyres alij fuêre moriendo pro CHRISTO; " *B.V. fuit com. martyr. Christi.*
hæc commoriendo CHRISTO martyr fuit, & commartyr CHRI- "
STI. illorum corporale; matris spirituale, & proinde præstantius, "
sti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» martyrium fuit. plus est esse commartyrem CHRISTI, quàm marty-
» rem CHRISTI, Martyres suo, hoc est, hominum, foris sanguine; sed
» MARIA filij, hoc est, Dei, sanguine intùs rubebat.

Verùm cùm illa tam sublimi gloria eluceret, nouerat tamen infirmis pia charitate cõdescendere, seque illis tanquam vnam ex illis exhibere. Gloria sua qua intus coram Angelis & Deo fruebatur, vt mater Dei; humiliter dissimulata moribus externis, fiebat infirmis tanquam infirma, vt infirmos lucrifaceret, vel saltem illis molesta non esset. ideo additur; *Et media eius charitate constrauit.*

Guilhelmus. » Sed quæ hæc media? mirè Guilhel. aduertit actionũ alias simpliciter
Actionũ tria genera: bona, mala, media. » expedire, vt sunt virturũ; alias simpliciter nocere, vt sunt vitiorũ: in-
» ter has illas esse *medias*, quæ duntaxat licent, quibus quis vtiliter seu
» benè, vel damnosè seu malè vtitur, v.g. cibo, potu, veste, qui vtitur ad
» luxũ, licitis vtitur illicitè; qui ad infirmitatis solatium, is licitis vtitur
» licitè. Plus tamen est licitis vti valdè laudabiliter; vt cùm quis vtitur
» licitis nõ infirmitatis suæ caussa, sed aliorũ accõmodatione charitatis.
» Sic Paulus, cùm *fortis esset, infirmis factus est coinfirmus, vt infirmos lucri-*
a 1. Cor. 9. v. 22. » *faceret* [a], & laudabilius de suo rigore remisit *propter fil. Hierusalem,*
» quàm si in sua inflexibili austeritate perstitisset. Ipse quoq; Dominus
» noster summum illum abstinẽtiæ corporalis rigorem foris ostendere
b Matth. 11. v. 18. & 19. » noluit; sed (vt scriptum est) *venit mãducans & bibens* [b]; & tamẽ multò
» laudabiliùs, quàm Ioãnes *venit non manducans panem, neque bibens vi-*
» *num. Venit* Dominus *manducans & bibens*, propter infirmiores, quos
» eum à se propter rigorem abstinẽtiæ non decuit absterrere. Sic etiam
» *media eius charitate propter* easdẽ *filias Hierusalẽ constrauit*; hoc est, piam
» matrẽ suã, cui tanta erat gratiæ celsitudo, & animi fortitudo, infirmis
» per charitatẽ iussit condescendere; vt omnibus cohabitantibus, & cũ
» ea cõuersantibus, in cibo, & potu, & veste, & cereris, saluo propriæ
Religiosorum communis victus & vestitus probatur. » honestatis decore, congrueret, suoque rigore *mater misericordiæ* nulli
» onerosa esset. Dissimulata igitur vel prorsus occultata virtute, qua in-
» tus pollebat, reficiebatur vt ceteri, induebatur vt cereri, procedebat vt
» cereri.] Hactenus ille; quę si quidam considerent, & animo, vt opor-
tet, perpendant; spero fore vt quorundam religiosorum communem
cum honestis sacerdotibus vestitum, & victum minùs pergant ca-
lumniari.

Rupertus. » Sed finiam, coronide à Ruperto mutuata. Quomodo (ait) vel in
» quo filiabus huiusmodi proficit, quod *media* ferculi Salomon *chari-*
» *tate constrauit*? Nimirum in eo quod facere possunt, & suum faciunt,
» illud quod est aliorum; quod est virorum siue fortium. Verbi gratia,
» non sunt carne virgines: sed bonum virginitatis in te (ô beata MA-
» RIA) diligendo, suum faciunt. Non alia præter te genuit Regem
» Salomonem, regem tam magnum, tam magnificum; sed illæ dili-
» gendo in te hoc tam grande priuilegium, regis eiusdem matres fiunt.
» Non sunt martyres, neque sufficiũt inter fortes præliari, & pro amore
» regis Salomonis fundere sanguinẽ suum; sed martyres diligunt, & di-
» ligendo eos gloriã eorum suam faciunt. Non sunt Dij; sed diligendo
Deum,

Deum, filij Dei & Dij sunt. Sicut scriptum est; *Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes* [a]. Et alibi: *Dedit eis potestatem filios Dei fieri* [b].

a *Psalm. 81. v. 6.*
b *Ioan. 1. v. 12.*

ANAGOGE. §. 5.

Ferculum Salomonis quælibet anima.

ECCLESIA *de Libani lignis* composita, quia constat terrenæ Hierosolymæ incolis; ligna hæc imputribilia sunt quoad animam, quando quis de hac vita ad æternam migrat nullo mortali peccato contaminatus; iustitia rectus, culpa lethali enodis: virtutibus septem & septiformi Spiritus sancti gratia, vt *columnis*, fultus, & doctrinæ sacræ eloquiis, *argenti more* nitens; sapientia diuina verè *aureus*; in quo libenter Dei filius caput reclinabit: probatus per omnia, vel fuso sanguine, vel fundendi cupidine, pro fide & Dei amore purpurarus, cuius in corde *ascensiones* virtutum dispositæ fuerant; & intima charitatis deminæ, Dei & proximi, exemplis atque operibus fuêre tessellata; denique quæ non sua, sed proximorum spiritualia commoda præ oculis semper habuit. Nónne talis anima verè Deifera, euolat in cœlum, & ibi Deum inuenit; quem, in corde gestans, auidius auidiusque semper appetiuit? Honorij interpretatio de sacra Scriptura, non est Anagogica.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.11. „ Egredimini, & videte filiæ „ Sion Regẽ Salomonem „ in diademate, quo coro- „ nauit illum mater sua in „ die desponsationis illius, „ & in die lætitiæ cordis „ eius.	*Filiæ Sion egredimini, & intuemini in Regem Salomon in corona, qua coronauit eum mater eius in die sponsalium eius, & in die iucunditatis cordis eius.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

HIs verbis videtur D. Ambros. addidisse, ex commate superiore; *quia fecit sibi charitatem à filiabus Hierusalem*; sed de suo, non ex LXX. nec Hebræo. Coniuges die nuptiarũ cultiùs ornari, & corollis redimiri solebant. „ de sponsa docet illud B. Agnetis, quod canit Ecclesia; „ *Tanquam sponsam decorauit me corona.* Et ipse Salomon [a]; *Coronaberis* „ *de capite Amana*: De sponso, vt poëtas præteream [b], locuples testis est Esaias [c]; *Quasi sponsum decoratum corona.* Sed cur *coronatum à matre*? credo, quod munus coronandi ad matrem pertinebat: vel respectu ad Berzabee, quæ diligẽtia & sollicitudine sua filio Salomoni coronationem impetrauerat [d]. Sensus ergo, quia vestri gratia (ô Sionides) in hoc ferculo se Salomon conspiciendum exhibet; non decet vos solùm diutiùs gestamen admirari; tollite oculos, & ipsum potiùs admiramini, & veneramini, qui gestatur: de gynecæis vestris prodite, visuræ nuptiali corona floridum, gloria & honore coruscum.

a *Infr. cap. 4. v. 8.*
b *Ouid. in ep. Cydipp. Lucan. Valer. & alios.*
c *Esai. 61. v. 10.*
d *Vide 3. Reg. 1.*

§. 2. MENS VERBORVM SPONSAE.

Depinxerat CHRISTVM DOMINVM in ferculo suo purpureũ illum ascensum occupantem, nunc iubet Angelis & hominibus, quibus spectaculum factus erat, hominibus tamen potissimùm; eum aspicere ac venerari; Iudæos egredi de vmbris legis, Gentiles de tenebris idololatriæ, recens conuersos Christianos de cubilibus errorum & latebris peccatorum; venire in admirabile lumen honestatis & fidei splendorem. Rabbini veteres in Midras consentiunt hæc de Salomone æterno, vero MESSIA, debere accipi [e]; sed *matrem* eius, volunt Synagogã dici. Equidem etsi me non lateat eos locum Esaiæ corrum-

e *Docet Iarchius hic, & Galatin. lib. 3. cap. 16.*

corrumpere, [a] dum, *immi*, (mater mea) pro *Ammi* (gens mea) legunt, & non arbitrer vllo S. S. loco Synagogam vocari veri Salomonis matrem; vt tamen illis hoc concedamus, facilè inducar; ea tamen lege, vicissim vt ipsi fateantur Synagogam tantùm ratione carnis ex ea assumptæ matrem MESSIÆ dici: quia videlicet ex virgine Iudæa natus fuit.

Synagoga igitur materIESV, quia MARIA mater IESV fuit, hinc duæ pullulant huius loci interpretationes. Prior multorum, Synagogam vocari *matrem, & coronam* intelligi spineam, qua in Pilati domo coronatus CHRISTVS fuit. *diem* itaque *sponsalitiorum & iucunditatis*, ex desiderij & amoris magnitudine, vocari diem excessus & Passionis. sic multi grauissimi Patres [b]. quorum tamẽ nõnulli sequentem quoque proponunt. Mihi sententia hæc non displicet, sed præfero posteriorem. Hæc refert ad mysterium mysteriorum, & materiam huius epithalamij, Dominicam incarnationem; quam videntur non pauciores amplecti [c]. Nam quando Dei filius pro hominibus homo dignatus fuit effici, tunc Ecclesię desponsatus fuit [d]; tunc etiam *Deus, qui caput est* CHRISTI [e], coronatus fuit humanitate, seu floridissima carne, sumpta ex sanguine castissimo immaculatæ Virginis MARIÆ. Hic desponsationis dies iure optimo vocatur *dies lætitiæ* sponsi: quia *vt gigas exultauit ad currendam hanc viam* [f], & *delicia illius esse cum filiis hominum* [g]. seque natum ex homine, amat ab hominibus, etiam vt hominem amari & considerari. Summa quoque lætitia & gaudium CHRISTI fuit (vt notarum à Cassiodoro) in ea versari carne, in qua salutem & redemptionem humano generi erat allaturus. Caro autem hæc fragilis, *corona* seu diadema vocatur, quoniam in ea hostes immanissimos debellauit; mortem, diabolum, peccatum; & inde *captiuam ducens captiuitatẽ* [h], *accepta in cœlo & in terra omni potestate* [i], triumphans in empyreum ascendit: Sic pia mater hanc Salomoni nostro carnem submini strans, *gloriam & decorem imposuit super eum, gloria & honore eum coronauit* [k].

Aliter D. Gregorius, nam censet humanitatem vocari *coronam* verbi: quia nos membra CHRISTI sumus, & eius incarnatio nostra gloria fuit propter corporis communionem, & sic coronam membrorum coronam capitis vocari.

* * *

a *Cap. 5. v. 2.* עמי / עמי
b *Proclus in Cõcil. Ephesi. tom. 6. ca. 7. editionis Peltani. Bernard. serm. 5. in festo omn. Sanct. & in parui: serm. 6. de variis coronis. Rufin. in Symbolũ, Apon. in fine lib. 5. Theod. Iustus, Angelom. Willeram. Honor. & Anselm.*
c *Philo. Cassiodor. D. Gregor. Guilhel. Honor. Beda, Hay. Alcuin. Alanus, & Dionys. Carthusian. hic. & D. Bern. ser. 2. de Epiph. & Petrus de Tarentasia in cap. 2. ep. ad Hebr.*
d *Ephes. 5. v. 32.*
e *1. Cor. 11. v. 3.*
f *Psal. 18. v. 6.*
g *Prou. 8. v. 31.*
h *Psal. 67. v. 19.*
i *Matth. 28. v. 18.*
k *Psalm. 20. v. 4. & 6. ad Heb. 2. v. 7. & 9. Gregorius,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§.3. *Nyssenus.*

NYSSENVS censet desiderium hîc exprimi animæ cupidæ salutis aliorum, adhortantis, vt celeriter ad Catholicam Ecclesiam accurrant, in ea visuræ & fruituræ sponsi præsentiam. Hoc præclarè, non æquè, quæ de Deo coronante, cui Patris & Matris nomen æquè conueniat, adiungit.

Honorius. Iuxta Honorium animę egrediuntur ad videndum CHRISTVM, quando de ignorantia ad scientiam, de mala conscientia ad confessionem, de mala conuersatione ad sanctam conuersationē, & CHRISTI imitationem conuertuntur. Deus bone, qui virtutes & excellentias humanitatis huius diligenter, & piè considerares, quàm floridam, quàm varicolorem, quàm suauè fragrantē *coronam* contexeret! quàm fœlix si seipsam tali serto anima vinciret?

§.4. MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Rupertus. REDIT quidem hoc loco Rupertus ad B. Virginem, sed vult *coronam* hāc esse vaticinia veterum Prophetarū de CHRISTO nasciturō; quod præter eum nulli Patrum aliorum visum fuit, quod meminerim. Rectè tamen tribuit hæc verba ipsi Deiparæ; quæ Guilhelmus tribuit sodalibus sponsi.

Guilhelmus. » Sed rectiùs cetera Guilhelmus. Vult vocari adolescentulas recens
» conuersas, ad *magnum istud pietatis Sacramentum, quod in carne mani-*
a 1. Tim. 3. v. 16. » *festatum* [a] crebra est cōsideratione aspiciendum, & quasi ruminandū:
» Vocari *filias*, quia nondum in virile robur animi adoleuerunt: & ideo
» moneri, *egredi*, & *videre Reg. Salom. in diadem. quo coro. eum mater sua*:
» Nam si filij forent potiùs monerentur ingredi, & videre Regem pa-
» cificum, in diad. quo coronauit eum pater suus. Melius est ingredi
» ad Regem Salomonem; sed hoc infirmis adhuc difficile. Qui minùs
» idonei sunt cogitare verbum apud patrem, cogitent saltem verbum
» carnem factum. hoc egredi, illud ingredi est. Multi volentes *ambu-*
b Ps. 130. v. 1. » *lare in magnis, & mirabilibus super se* [b], & dedignantes pro tempore,
c Rom. 12. v. 3. » *sapere ad sobrietatem* [c], præcociter vsurpant illud Apostoli; *Etsi nouimus*
d 2. Cor. 5. v. 16. » *secundum carnem* CHRISTVM, *sed nunc non nouimus* [d]. Si ali-
» quando, vt paruuli vidimus Regem Salomonem in diademate, quo
eum

eum coronauit mater sua; sed nunc iam creuimus in viros perfectos, « « «

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANAGOGE.

§. 5. Honorius.

„ HONORIVS *filiæ Sion* (ait) *egrediuntur, vt Regem coronatum videant*, quando animæ de corporibus egressæ cœli palatium ingrediuntur, vt *Regem gloriæ* videant *in decore suo*; „ quo *eum mater sua* cœlestis Ierosolyma *coronauit*, quando „ Deum hominem victorem diaboli à Deo coronatum cum tripudio „ excepit, *in die solemnitatis & lætitiæ*, scilicet in die ascensionis, quando „ æternam lætitiam Ecclesiæ contulit] addo & quando sibi triumphantem illam sponsam desponsauit.

„ Adscribam quoque verba Tarentasij, cuius liber, quod sciam, non„ dum præla nouit: Dominus (ait) coronatus fuit primùm corona car„ nea in conceptione, cuius faber fuit Spiritus sanctus, fabrica Virgi„ neus vterus. Cant. 3. *egredimini filiæ Sion, & videte*, &c. secundò coro„ na spinea in passione, cuius fabri fuêre milites, fabrica Synagoga. „ *Ioan. 19. v. 2.* Tertiò corona gemmea in resurrectione, cuius faber fuit „ pater, fabrica gloria. Psal. 20. v. 4. *Posuisti in capite eius coronam de lapide* „ *pretioso*. Quatuor enim dotes corporis eius fuerunt, quasi quatuor la„ pides pretiosi in carne eius: Quartò corona aurea in ascensione, „ cuius faber fuit pater, fabrica cœlum empyreum. Eccl. „ 45. *Corona aurea super caput eius.*] Hactenus ille: quartam hanc vtinam sic curramus, vt accipiamus.

IN

IN CAPVT QVARTVM CANTICI CANTICORVM.

Verba sponsi sequuntur toto capite, vt ostendam versu vltimo; nunc singula discutienda.

SECTIO I.

VVLG. EDIT.	*EDIT. LXX.*	SECT. I.
Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es: oculi tui columbarum, absq; eo, quod intrinsecùs latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.	*Ecce es pulchra proxima mea;* „ *Ecce es pulchra. Oculi tui* „ *columbæ extra tacituruhita* „ *tem tuam. Capillamentum* „ *tuum, sicut greges capra-* „ *rum, quæ reuelatæ sunt de* „ *Galaad.* „	Vers. 1.

LITTERA.

§. 1.

CETERA iam sæpiùs iterata[a] difficultas hîc prima in his verbis, ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET. Reddit sponsæ vicem, & laudat illam effusiùs, & commendat pleraq; corporis membra comparationibus ex pastoritia vita valdè idoneis: & primo loco asserit, formosam esse exteriùs corpore, sed formosiorem interiùs animo: quia vt Dauid dixerat Ps. 44. v. 13. *Omnis gloria eius filiæ Regis ab intus*. hoc est, nõ foris modò speciosa est, sed pars opũ & decoris maxima intrinsecùs latet.

a *Vide suprà* 1. 1. v. 14.

Sed quid vult per istud, *quod intrinsecùs latet*? Hebræum MIBBAHAD (per Hain medium) LESAMMATHECH, (per *Sade* in secunda) ex sententia R. R. Ionâ & Iarhij significat, *intra vittam* vel *velum*; alij exponunt, *intra comam*. ideo recentiores vnaniמבעד לצמתך *radix est* צמם.

Rupert. Guidacer. Genebrar. Luisius, Osorius, Nepot. Arias, Mendoza, Mercerus.

miter ferè, exceptis vno atque altero, tum hîc [a], tum apud Esaiam[b], censent significari cincinnos, siue cirrhos oculis superuolitantes; inter quos oculi, quasi per cancellos, tremulos splendidioris lucis radios emittant: sed in eo dissentiunt, quod quidam de his tantùm capillis, alij de his, & simul de inclusis sub vitta, interpretentur. Vt videtis, hæc posterior expositio satis conformis est verborum Hebræorum propriæ significationi.

b Vatic. r. Osorius Senior, & Pinus in Esai. c. 47. v. 2.

Negotium facessit locus alius Esaiæ [c], propter eiusdem vocis illic positæ quandam à D. Hieronymo traditam [d] mirâ interpretationem, qui censuit eam esse obscœnę significationis. Equidem arbitror sanctissimum virum ex alterius cuiuspiam sententia locutum, vt satis mirari nequeam fuisse, qui diceret se D. Hieronymi sententiâ; quam Patrum nullus sequutus; magis probare. quis, quæso, locus hic laudationi rei tam obscœnæ? quæ hinc mysticæ interpretationis vlla vtilitas? cur Luisij argumenta scriptor ille non soluit? cur in quo recentioribus cum LXX. illis conuenit, id solis recentioribus tribuit? Arbitror etiam; Aquilæ quoque & Theodotionis nomina vulgò legi transposita. Nam verè Theodotion Hebrææ voci aliam, vestis aliquod genus significantem, suppositam fuerat, nempe SIMLATECH; possis in genere dicere, *operimẽtum*: Aquila verò vocem Hebræam, quam reperetat, suæ versioni inseruerat quasi Græcam. LXX. apud Esaiam καλυμμα, hoc est, *velum* vertunt: noster *turpitudinem*; Symmach. *silentiũ* seu *taciturnitatem*; nempè id quod tacere debeat præ verecũdia: quæ versiones probè (ni fallor) cõsentiunt. Nam capitis denudatio, & dissectio penduli capillitij mulieribus honestis valdè est ignominiosa, vel Apostolo teste [e]; & ideò vt dedecorosum silentio Symmachus significat inuoluendũ, & noster illic *turpitudinẽ* vertit; & LXX. *velum*, ad propriam verborum significationem attendẽtes. Hoc verò loco (vbi turpiculæ significationis ne suspicio quidẽ admittenda est) Symmachus quidem & LXX. ἐκ τῆς σιωπήσεως σου, hoc est, vt D. Ambros[f]. *extra taciturnitatem tuam*, & noster, *absque eo quod intrinsecus latet*, verterunt, non ad vocis significationem, sed ad mentem dicentis respicientes; vt & Quincta editio ἀπὸ πλήθους τῆς κάλλους σου. *ex multitudine pulchritudinis suæ*. Inter quas versiones nulla quoquè dissensio. Cùm sponsus bis pulchram dixisset, idque gratia tum internæ tum externæ pulchritudinis: efferque de hac tantùm posteriore verba facturus; rectè id initio sermonis insinuat, sed ex idiotismo obscurè & concisè, & quidam parenthesi occultè inferens, hoc fermè sensu; oculis es columbinis, vt externam tantùm pulchritudinem prosequar, non animi interiora bona laudem, omnem prædicationem longè superantia. Silentio potius honoranda sunt, quàm verbis deterenda. Graci vno verbo dicerent σιγαλέα, *pulchritudine sua stuporem, & silentium inducentia*.

c 1. Cor. 11. v. 5. *Nam* צמת *est idem quod* מדם *teste* K. Ionâ. *Cæterùm nonnulli negant LXX. peritissimos fuisse Hebræi?*

d Vide Hieron. in Esai. 3.

Capilli quoque tui, &c. hunc sensum Rupert. & alij Latini Patres plerique voluerunt esse, & pauci quidam recentiorum, Pet. Nannius, Arboreus, & Titelmannus. Qui sensus etiam ex LXX. Symmach. &

Quincta

Quincta edit. colligitur, nempe his verbis significari, sponsi quãdam præmunitionem, ne quis existimet ipsum ignorantia vel malignitate laudes præcipuas dilectæ præteriisse. Aliter Guilhelm. de quo postea.

ASCENDERVNT] *Ascendere* hîc positum pro ex altiore terra in demissiorem redire; vnde noster eamdem vocem ALA, aliquando vertit *recedere* [a]. Et quia, quæ in supremo monte pascentes, ab iis, qui in imis degebant, aspici nequiuerant, iam de mõte descendentes, pulchriores aspicientibus videbantur; ideò LXX. vtuntur voce *reuelandi*. Errat itaque Alanus dum vult *ascendendi* vocabulum hîc opponi vocabulo *descendendi*. Est autem in Hebræo non inamœna syllabarum allusio.

עלה

a 4. *Reg.* 12. v. 18. & 2. *Reg.* 2. v. 23.

§. 2. MENE VERBORVM EXPONI.

Duplex hîc occurrit comparatio. Primò caput confert monti Galaad; Secundò, capillos gregibus caprarum in Galaad pastis, & à monte in descensu quasi dependentibus. Prius, quia *Galaad* est mons amœnus aspectu, & odoratis aromatibus stactes, resinæ, & varij thymiamatis, odoratum oblectat, teste D[b]. Ambrosio. Posterius, quia tria commendantur in muliebri cæsarie, vt sit densa & copiosa; vt sit nitida & splendens, & probè discriminata; vt sit coloris non illaudati. Cuncta hæc experiebantur in caprarum Galaaditicarum pilis; quos solum pinguefaciebat copiosos; solum benè temperatum, pulchricolores, flauos vel nigros. nam coloris huius, quàm albi vel varij, in caprino genere pili, commendatiores sunt. arbores denique quę illic resiniferæ sunt, contactu costas adfricantium, nitorem quendam & splendorem piis conciliabant, & pilos veteres minus firmiter inhærentes, & forinsecus prominulos detrahebant, & nouis lucentibusque relictis pectinum instar carminabant. Talibus igitur ouibus, quæ manicantes sese affricatione illa sic depilando compserant, gratioréque oculis earum de monte reditum contemplantium effecerant, nunc Ecclesia à sponso comparatur. Sicut enim olim in deserto peregrinãtem Israëlis exercitum Balaam laudauit copiosè in Numerorum historia [c]: ita nunc Salomon commendat ornatum Ecclesiæ in terris militantis, ab iis dotibus; quæ foris oculis cõspiciuntur: prætermittit verò internam gratiæ pulchritudinem, & inde procedentem meritorum Ecclesiæ tinctum CHRISTI merito splendorẽ: quoniam hæc vt soli sponso cognita, nullius alterius lingua queunt explicari; nec facilè idoneos auditores ea narrans nanciscatur.

b *d. serm.* 16. *Galaad mons amœnus & suauis.*

c c. 23. & 24.

Inter externas dotes, primò meminit *oculorum*; per quos Episcopi & Prælati, speculatores & inspectores Ecclesiæ intelliguntur; qui cur columbinis similes oculis, pete ex superius dictis c. 1. vers. 14.

Episcopi & prælati oculi sunt Ecclesiæ.

Galaad Grammaticè, significat aceruum testimonij; & Metaphoricè IESVM; qui est *mons in vertice montium* [d], & *caput Ecclesiæ* [e], & in eum totius legis veteris figuræ ac testimonia collimata coacerantur, super eodem sancti omnes, vt *viui lapides*, superædificantur [f]; &, vt ait apud VVilleramum, ipsemet;

Semper ero testis in cœli sede fidelis,
Spem veniæ genti tribuens peccata fatenti;

d *Esa.* 2. v. 2.

e *Eph.* 1. v. 22.

f 1. *Petr.* 2. v. 5. *Galaad mõs est Christus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Insuper & vitæ dans pascua semper opimæ.

Alludens ad *Galaad* significationem & naturam. In hoc monte *capræ pasta* significant, fideles populos qui de plenitudine illius omnem bonum succum hauserunt. hi sunt *capilli Ecclesiæ*, non minùs illâ exornantes, quàm caprini greges montem Galaad: sunt copiosi, quia de cunctis terræ partibus plurimi populi collecti: sunt pulchricolores, quia roseo sponsi cruore imbuti, & in eodem lauacro emundati: sunt denique splẽ dentes & benè discriminati, quia crucis asperitate quodammodo sunt compti, depexi, atque detersi. Sic possunt luculentiùs tradi, quæ breuiter Philo, Psellus, Honorius, Alcuinus, Haym, & Beda hîc, & D. Gregor. in Iob [a] perstrinxerunt.

a *Lib. 9. c. 9.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

Honorius. Anima fidelis qualis.

HONORIVS notat, fidelem animam à CHRISTO hîc laudari. Habet enim & ipsa sua membra sibi congrua; quibus sua peragat officia. est *amica*, quia Dei præcepta exsequitur; *bis pulchra*, quia mundata ab originali & actuali culpa, & labe; cuius *oculi* sunt, ratio & intentio, quorum acumine spirituales SS. sensus cernit, & intẽdit facere, quod faciendum didicit. Dicuntur *columbarum*, quando simpliciter homo exequitur quæ facienda videt. Huius *capilli* sunt subtiles [b] cogitationes de *capite* eius, hoc est, mẽte procedentes; quę *vt greges caprarum de Galaad ascendunt*, cùm nituntur Martyres imitari. De Martyribus enim accerunt illum testimonij meritò interpretantur etiam Philo, & D. Gregor.

b *Sic etiam tres Patres apud Tirod.*

Theodoretus.

Theodoretus autem iis accommodat, qui ex peccatis resipiscunt.

Gregorius.

Idem, Lxx. sequens, illud, *quod intrinsecus latet*, virtuti silentij opportuniùs accommodat, sed optimè D. Greg. Pont. Valdè (inquit) honestum est, quicquid in exterioribus operatur; quòd simpliciter inter homines cõuersatur; quòd ea quæ videt, temporaliter concupiscere dedignatur; & si quid tamen in hoc mundo placet, post concupiscentias suas ire detestatur. Sed vehementer pulchrius & honestius est, quòd cordis desiderium illibatũ retinere conatur; quòd æternæ beatitudinis claritatem in mente retinet, & erecta contemplatur; quòd in his quæ interiùs videt, suauiter requiescit & mundatur.] Talis anima meritò confertur capris Galaaditicis, seu potiùs earum pilis.

Nyssenus.

Montem quidem *Galaad* esse Ecclesiam, censuit quoq; Nyssenus; cuius *capræ* sint sancti homines; qui Eliam imitati (qui in monte Galaad diu vixit) pudicitiam, verecundiam, & per mortificationẽ, veram sui victoriam sint consecuti. *capillos* à D. Paulo [c], *traditum est mulieribus pro corona*, hoc est, velamento & ornamento datos: constat eosdẽ voluptatis, molestiæ & sensus omnes expertes esse. Carere autem sensu

c *1. Cor. 11. v. 15.*

sensu, mortuis est peculiare. Quamobrem quicunque nihil eorũ, quæ in hoc mundo magni æstimantur, sentit; neque propter gloriam, vel honorem fastu effertur, neque ob iniurias, aut ignominiam dolet; planè mortui & insensibilis hominis, atque immobilis, se ad mundi has vicissitates exhibens, imaginem; ille (teste Nysseno) his pilis caprarum similis est.

Quis mundo mortuus sit.

Guilhelmus.

De capillis præclarè quoque Guilhelmus in hanc sententiam. *Capilli* de capite nati, caput ipsum ornant & muniunt: sine iis deforme est caput, & iniuriis obnoxium. *caput* animæ mens est, hæc emittit multiplicium capillos cogitationum. Si bonæ sunt, muniunt & ornant mentem; tunc animæ cauendum, ne nouacula ascendat super caput, & crines in quibus sita eius fortitudo præscindat. Memoranda Samsonis calamitas, & timenda fraus [a] Dalilæ (hæc est, caro nostra.) si malæ sunt cogitationes illæ, tunc debilitant mentem & dehonestant; tunc debent nouacula acuta discretionis nos à tali capillitio radere, & mundare. Talis enim coma non dedecori tantùm, sed exitio est. Talibus pilis expilatæ cernebantur hæ capræ Galaad: & hæ proponuntur tibi (ô anima) imitandæ. *Vide quæ ex B. Paulini ep. 4. dicam infrà cap. 5 versic.*

a *Iud. 16. v. 19.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

Alanus. Rupertus.

ALANVS pulchritudiné vult geminari, quia exteriùs pulchra in actione, interiùs pulchra in contemplationis subtilitate. O pulchritudo admirabilis (ait Rupertus) quam sic admiratur & collaudat pulcherrimus auctor ipse pulchritudinis, septem præconiis! considerauit oculos, capillos, dentes, labia, genas, collũ, & vbera, & pro singulis dilectus singula decantauit dignæ collaudationis capitula. Quid septem istis modulis decãtatur? quid in te, ô dilectissima dilectarum, ô Virgo virginũ, laudatur à dilecto laudabili, quem laudat omnis chorus Angelorũ?] Laudatur in *oculis* simplicitas, hæc prudentia tua est; in *capillis* cogitationũ munditia, hæc supernorum desideriũ est; in *dentibus* innocentia, quæ religiositas est; in *labiis* doctrina; in *genis* verecundia; in *collo* humilitas, quæ fortitudo tua contra diabolum est; in *vberibus* tuis, spectãda & admirãda cũ virginitate fœcunditas, virginũ & matronarum pariter decus: sed singula postea discutiẽda diligẽtiùs. *Oculi colũbarũ & oculi coruorum*, hoc differunt; quo simpliciter diligẽtiũ dulcedo, & multiplex amaritudo inuidentium. Charitas MARIÆ simplex fuit.

In B. V. quæ laudanda maximè.

ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET]vt externis virtutibus, sic nec internis Deiparã mortalium vllus adæquauit. Solus has

Universidad de Deusto
Biblioteca

nouerat, qui in vtero eius tot mensibus recubuerat, *qui nouit abscondita cordium* [a]. Latebant alios, & quantùm poterat, eas Deipara occulebat; *Quanto maior erat, tanto se in omnibus humiliabat*. [b] Gloriam conscientiæ (ait Guilhelm.) pia humilitas non euacuando excludit, sed cautè dissimulando paulisper secludit: vt qui habet excellentiam, tũc verè sit habens, quando est sicut non habens.

a Ps. 43. v. 22.
b Eccl. 3. v. 20.
Guilhelmus.

CAPRAS GALAAD. ad monasticæ vitæ sectatores, quorũ primum exemplar Elias, refert Rupertus: & his solitudinem quærentibus, & amantibus, vt persecutiones Iudæorum vitarent, Deiparam comparat; nimis remotè tendens. Propiùs Litterę o uilhelmus. *Capras* (ait) significare viros sanctos, eò quod capræ munda animalia sunt; & sancti quoq; viri ab omni peccato mũdari sunt per CHRISTVM; qui *mons Galaad* (vt docui) *quis ascendet in montem Domini? Innocens manibus, & mundo corde*. Hi ascendunt in montem Galaad, sed & descendunt de illo: Quo autem ascendunt de illo, nisi in montẽ Galaad? similes sunt *angelis ascendentibus, & descendentibus super filium hominis* [d]. Cogitas CHRISTVM de Virgine natum secũdùm præcedentes prophetias? Ecce iam tenes montem testimonij, montem *Galaad*. Cogitas CHRISTVM de Patre natum ante omnia sæcula? ecce iam ascendisti de monte Galaad in montem Galaad, ascendisti de CHRISTO ad CHRISTVM, de CHRISTO homine ad CHRISTVM Deũ. Multùm ascendisti. nõ potes ibi moras trahere, *ne opprimaris à gloria*descende: cogitasti quod dicitur; *In principio erat verbũ, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum?* fideli cogitatione arduum vertice ascendisti. descẽde, ad hoc quod dicitur; *Et verbum caro factum est, & habitauit in nobis*. descende cœlipeta anima, in gremium MARIÆ. ascendisti de monte Galaad in montem Galaad: descende nunc itidem de monte Galaad, in montem Galaad. alternatim ascende & descende; vt non tantùm videas cœlum apertum, & Angelos illos ascendentes ac descendentes super filium hominis; sed & tu cum illis ascendere merearis. Quis deuotiùs ascendit, vel humiliùs vnquam descendit hunc montem, quàm MARIA? Ascendebat super filium hominis, certissimè credendo filium esse Dei: descendebat super eundẽ, ei maternæ pietatis sollicitudinẽ humanissimè impendendo. Leuabat oculos contemplationis à gremio suo vsque ad summum cœlum; & de cœlis cœlorum reflectebat eos vsque in gremium suum demittens. illic erat *cui omnes Prophetæ testimonium perhibent* [f]; hîc erat nihilominus idem quem Euangelistæ contestantur, hic & illic *aderunt testimonij*. Sic alternabat pia mater cogitando, à sinu suo vsque in sinum Patris; Vbi *verbũ erat Deus*; & à sinu Patris in sinum suum, vbi *verbum caro factum*. Sic fide *de Galaad* monte ascenderant Patriarchæ, & Prophetæ, & omnes iusti, sed quis vt Deipara? illi tantùm ascendebant, quia crediderunt: hæc credidit & contrectauit. Et fides eius longè excellentior, vtpote singularis ministræ mysterij, nulli à sæculis ante ipsam plenè reuelati. Quia tamen non fides virginis ad eius maiores, sed maiorũ fides ad ipsam peruẽnit; idcirco non dicitur *greges*

Rupertus.
Guilhelmus.
c Ps. 23. v. 4.
d Ioan. 1. v. 51.
e Ioan. 1. v. 1. & 14.
f Act. 10. v. 43.

greges caprarum quæ ascenderunt de monte Galaad, sicut capilli tui; Sed dicitur; *capilli tui sicut greges caprarum quæ asc.* &c.

Nec etiam dicitur *capræ*, sed, *greges caprarum*, vt intelligamus fideles, cuiusque ante CHRISTVM, ætatis; quia *seruauerunt inter se* [a] *vnitatem spiritus in vinculo pacis*; quasi gregem vnum, sub cura veri pastoris fuisse. Singulę ergo ætates suum gregem habuere, vsque ad *plenitudinem temporis, in qua misit Deus filium suum in mundum* [b].

a Eph. 4. v. 3.
b Gal. 4. v. 4. Eph. 1. v. 10.

Præterea hoc genus animalis conspicuum est barba, & cornibus etiam in sexu fœmineo. Cornua fortitudinem, barba virilem grauitatem & industriam significat. B. Petrus nos docet habere cornua, cùm dixit [c]; *Aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens, circuit quærẽs quem deuoret: cui resistite fortes in fide*: at Paulus barbatos nos esse voluit dicens [d]; *nolite pueri esse sensibus*. Denique si fortiter agas contra diabolum & carnẽ, cornibus insignis eris: si formidolosè te subducas, fugias à facie subsequentis, inermis & sine cornibus eris. Item si *cogitas vt parvulus, sapias vt parvulus, loquaris vt parvulus* [e], inuestis & imberbis es: si verò factus es *vir, & euacuasti quæ erant parvuli*, barbatus es. Agendo fortiter, cornua te habere ostendis, agendo industriè, barbam: vtroque te capris Galaad adsimulabis. Spiritualia hæc ornamenta, vtrique sexui communia sunt; quia in Deo non est discrimen masculi & fœminæ; quia neutri sexui fortitudinem animi nec prudentiæ industriam denegauit. Sed vtraque laude Deipara præ vtroq; sexu excelluit.

c 1. Pet. 5. v. 8.
d 1. Cor. 14. v. 20.
e 1. Cor. 13. v. 11.

Sed cur *capillorum* potiùs mentio? certè capilli res minima sunt: significant ergo ea, quæ in Deipara minima videntur, & maximè infirma, ceterorum robur, & industriam omnem superare; & quæ MARIÆ minima, ea ceterorum maximis præponderare virtutibus. Quãta enim laus; capillus vnus capitis tui similis omnibus gregibus caprarum, vna virtus tua cunctis fidelium virtutibus æquipollet?

ANAGOGE. §. 5.

Honorius.

CVM de Ecclesia peregrinãte hæc dicta sint, ne quis miretur *Gregum* in plurali comparatione illustrari, & proinde fieri quoque Ecclesiarum mẽtionem; censuit Honorius sibi præmittendam differentiam Ecclesiarum: Et primo quidẽ loco Synagogæ & Ecclesię. Synagoga, inquit, est multitudo fidelium sub lege; Ecclesia verò multiplicitas credentium sub gratia. Illam (ait) dici congregationem, quæ agitur baculo, quod etiam pecudibus & lapidibus conuenit, quia Iudæi, gens dura, ad cultum Dei cogebantur: hanc verò dici conuocationem, quod hominibus conuenit, quia Christiani verbo prædicationis ad fidem CHRISTI fuêre conuocati. Primitiuam quoque Ecclesiam aliquando dici numerositatem (*sic loquitur*) iustorum ab Abel vsq; ad CHRISTVM, aliquando, & propriè vniuersitatẽ fideliũ per CHRISTVM, & Apostolos, & eorum successores, de Iudæis & gentibus

Synagoga & Ecclesia in quo differãt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesiam intelligendo iuxta sententiam Saluatoris, Mariæ partē præmunientis optimam, & sic illi, qui ecclesiæ vocati, minus perfectos.

tibus conuersam: Vniuersalem Ecclesiam esse, omnem Christianitatem per mundum diffusam. Imperfectorum Ecclesiam esse populum in actiua vita degentem, qui hoc mundo vtitur tanquam non vtatur, & dilectionem proximi seruat, dum ei necessaria administrat. Ecclesiam perfectorum esse clerum in contemplatiua vita persistentem, qui mundum transgressus, dilectionem Dei legendo, & orando implere nititur. Ecclesiam peregrinantem, dici multitudinem ex vtraque vita ad cœlestia suspirantem. Ecclesiam in cœlis regnantem, esse turbam animarum, quæ præsentia sponsi sui CHRISTI iam fruitur. Ecclesia igitur peregrinans habet sua membra, sicut Ecclesia primitiua olim habuit sua.

Ecclesiæ oculi qui sint.

Ecclesiæ ante legē *oculi* fuēre Patriarchæ, qui & CHRISTVM præsignauerunt. Ecclesiæ autem sub lege *oculi*, fuēre Prophetæ, qui ei scriptis CHRISTVM præuiderunt. Ecclesiæ sub gratia *oculi*, fuēre Apostoli, qui eam signis & miraculis ad CHRISTVM perduxerunt. Ecclesiæ peregrinantis *oculi* sunt, Episcopi & Prælati, qui eam prædicationibus, & exemplis ad vitam æternam perducunt. Huius *capilli* sunt pueri, vel laici, *dentes* spontaneè pauperes, *labia* clerici, *gena* monachi, *vbera* magistri. Ipsa est *columba*; quia septē donis Spiritus sancti plena: ipsa *capra*, quia petit alta; ipsa *ouis*, quia innocens; ipsa *vitula*, quia religione districta; ipsa *malogranatum*, quia granis bonorū operum plena; ipsa *turris Dauid*, quia ab hæreticis inexpugnabilis; ipsa *caprea*, quia seligit à malis bona. Per has virtutes in suis membris hîc peregrinata in iisdem regnat in cœlis.

Ecclesiam peregrinantem præfigurauit Moysi *tabernaculum*, in itinere à peregrinantibus portatum; Ecclesiam regnantem *Salomonis templum* in patria ædificatum significauit. In *tabernaculo* erant *sancta*, in quibus populus immolabat; erāt & *sancta sanctorum*, in quibus sacerdotes offerebant. per *sancta* accipitur actiua vita, in qua sæculares militant; per *sancta sanctorum* contemplatiua vita, in qua spiritales laborant. Sed & cuncta præsentis Ecclesiæ in eodem tabernaculo sunt expressa: *Tabernaculum* de loco ad locum mutabatur, & à populo ad patriam tendente portabatur: sic Ecclesia de inferiori ad meliorem statum mutatur, donec peracto itinere huius vitæ in patriam paradisi transferatur. *Templum* autem à Salomone in patria septē annis est ædificatū ac tribus * maneriis; scilicet de *sectis lapidibus*, de mari sublatis, & de *lignis cedrinis*, & de *auro purissimo*: quia Ecclesia templū Dei, in superna patria à CHRISTO vero pacifico per septem dona Spiritus sancti, in habitaculum Dei coædificatur de tribus ordinibus electorum, scilicet de coniugatis, in sæculi salo tribulationibus quadratis; de continētibus, in virtutibus odoriferis; de doctoribus, in aduersitate, vt aurū in fornace examinatis, & sapientia fulgidis. In hoc templum est translatum *tabernaculum*, quia præsens Ecclesia transferetur in illius iam regnantis consortium. Ideò & Regina Austri de Æthiopia venit in illud templū: quia Ecclesia hæc de tenebris huius mundi intrabit in cœlum.] Hactenus ex Honorio.

* Sic ambo mss. forte tam, materijs. 3. Reg. 6.

3. Reg. 8.

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.	*Dentes tui, sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro: quæ omnes geminantes, & infœcunda non est in eis.*	VERBA SPONSI.

LETTERA.

§. 1.

TONSARVM] nempe æqualiter & peritè. hoc enim Hebræum vocabulum docet. nonnulli Patres hîc legêre; *detonsarum* [a]. sed Complut. Regia, & Romana edit. *tonsarum*; quod confirmant ipsi quoque D. Hieron. *lib. 2. in 3. cap. Ierem. & Gregor. Guilhelm. cum Rupert. hic.*

GEMELLIS] eodem sensu Aq. δεδυμότοκοι, & Ambros. *geminos creant*, omnes gemelliparæ.

STERILIS] orba.

Guilhelm. Litteralis (ait) superficies ita sonare videtur, dentes tui mundi, & candidi, sicut oues lotæ. Oues quippe pro eo quod tonderi soleant, *tonsæ* dicuntur.] Sed hoc fusius nobis explicandum; Comparat *dentes* sponsæ *gregibus* ouium peritè *tonsarum*, lotarum, & fœtarum: quæ etsi natura candidæ, tamen candidiores adhuc factæ lotione, sordibus detersis; & detonsione, vellerum ademptis extremitatibus, quæ solent nigrescere. Primùm ergo significat dentes eius esse candidulos.

Deinde comparat ouibus æquali capillo attonsis, & gregatim *de lauacro* venientibus. tunc enim solent sublato iam impedimento densioris velleris, & inuestes, frigus metuentes, inter se stipari, & corpora corporibus applicare, vt qui de longinquo prospiciat, vnum corpus album continuum putet moueri. significat hoc, dentes oris omnes esse æquales, politos & valdè contiguos; nihil in eis scabrum, putre, exesum, aut foraminatum; nullum alio longiorem, breuiorémve, omnes radice gingiuis firmiter inhærere; & nullum decarnatum; sed omnes æqualiter quasi ex rosâ assurgere, vt nec inter eos quicquam hiet, nec gingiuæ minùs vni, quàm alij adhærescant.

Tertiò comparat ouibus habentibus agniculos gemellos: tum

a *Hieron. epi. ad Oceanum de vnius vxoris viro. Augustin. li. 2. de doctrina Christ. c. 6. Greg. lib. 33. Moral. c. 29. Aponius, Honorius, & Iustus hic.*

§. 1 MENS VERBORVM SPONSI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod oues, quæ in Basanitica & Galaad versantur, mirè fœcundæ præter morem ceterarum, semper gemelliparæ [a]; tum, vt omnimodam similitudinem inter dentium species intelligamus, primorum cũ primoribus, caninorum cum caninis, molarium cum molaribus, genuinorum cum genuinis: tum denique vt ostendat omne interstitium, siue spatij vacui hiatum, quem à superiore parte cõstipatio corporum obesorum excludebat: sed tenuia crura & gracilia membra pedum, ad imam partem, necessariò admittebant; hanc inquam inæqualitatem ab agnellis, qui singulæ matri bini subdebantur, & inter crura rumis inhærebant, excluſam & occupatam fuisse. sic vndique vnum corpus continuum videbatur.

a *Hæc loco Christo palata est testis.*

Quartò comparat non attonsis tantùm, vel fœtis tantùm; sed simul fœtis & attonsis. Nam à pastoribus sæpè vsu compertum, post tonsionem oues auidiùs comedere, vt celeriùs vellera succrescãt: augetur hæc fames quando lactant; quia non sibi tantum iam alimentum parant: tantóque vehementior est edendi ardor, quantò hæ duæ causæ iunctæ sunt efficaciores. Significat itaque dentes eius optimos esse, ac maximè idoneos muneri suo, & quasi auidos masticare.

Quinctò negat inter eas vllam esse *sterilem* vel abortientẽ, vel confractam, aut alio corporis vitio redhibendam: tam latè patet nomen Hebræum, vt intelligamus, sponsæ dentes omnes omni ex parte perfectos esse debere, nec vnquam ociosos aut immemores muneris sui. Ecclesiæ dentes secundum D. Bernardum [b] sunt religiosi: sed præstat accipere de prædicatoribus & Doctoribus Ecclesiæ. Nam (quicquid Luisius, vir doctiss. & cui præcedẽtem comparationem, & alias plures hoc commentario acceptas fero, contrà scripserit) mirâ consensione id Patres Græci, Latinique tradiderunt [c], & optimè conuenit. Prædicatores, Doctoresque panem frangunt, & paruulis præmandunt, eisque cibum in os ingerunt; infideles, malósque molunt, contundunt, discerpunt, ac separant à bonis; & vt dentes mordent, sic isti vitia reprehendunt & arguunt [d]; cibum pro cuiusque indigẽtiâ *scindunt rectè tractantes*: vnde Doctorem huiusmodi B. Paulus vocat ὀρθοτομοῦντα rectè scindentem [e]. vt dentes seruiunt sermoni rectè conformando, verbísque articulatè pronunciandis: sic isti docent, quid Christianos, & quomodo sentire, loquíque deceat [f].

שכולה *schachulla.*
b *Mox citandum.*
Ecclesiæ dentes sunt religiosi, vel prædicatores.
c *Nyssenus, Pseud. Philo, Iustus, Græc. Aspon. Angelom. Cassio. VVillera. Beda, Honor. Anselm. & Decanus Ambianisis, hic. D. Hiero. d. c. 3. Aug. d. c. 6. D. Greg. d. c. 29.*
d *2. Tim. 4. v. 2.*
e *2. Tim. 2. v. 15.*
f *d. c. 2. v. 14. & 16.*

Lotis verò his ouibus se similes præstant, quando semel in baptismo communi lauacro abluti, castitatis & sanctimonię candorem, frequenti pœnitentiæ balneo adhibito, conseruant: *tonsis* quoque similes sunt, quando depositâ veteris Adæ pelliceâ tunicâ, nouitatem spiritûs induerũt, nudatíque curis sæcularibus, aut etiã voluntaria paupertate, bonis tẽporalibus (*sic Cassiod. & VVilleram.*) vnione quadam spiritualis amoris, & consensus, se inuicem coniungunt arctissimè, vt frigus mali Aquilonis noxium repellant, & graminum sacræ scripturæ auidissimi, sunt insatiabiles cibi, de quo IESVS dixit: *cibus meus est, vt faciam voluntatem eius, qui misit me, vt perficiam opus eius* [g], nempe salutis animarum. Debẽt vnum credere, vnum sapere, vnum velle &

g *Ioan. 4. v. 34.*

& docere, & sic vndecunque æquales esse; In summo, quo ad amorem, fidem, & cultum diuinũ; in imo, vt quicquid proximis proponent, id glutino charitatis cohæreat, & ad amussim rationis exigatur, & nulla personarum acceptione hiet, aut protuberans scabrescat. *Gemelles* pariunt, cùm charitatem Dei & proximi in spiritualium filiorum animis gignũt; vel, iuxta Cassiodorum, quia fidem & operationem prædicant. *Steriles* ergo hæretici, qui opera negant necessaria. VVilleramus,

Steriles hic hæretici dicũtur.

Et steriles operum non possint esse bonorum.

Cassiodorus; *sterilem* dicit *in iis non esse*, quia nullus alienus est à bonis operibus.] Ergo illa non est ouis Ecclesiæ, quæ à bonis operibus aliena est. Sanè prædicator dicendus non est, qui spiritales Ecclesiæ filios gignere non satagit: si talenta sibi credita multiplicare, & animas CHRISTO lucrifacere non conatur: talis tam dissimilis est Apostolis, & primis illis Ecclesiæ Patribus, quàm isti similes his dentibus sponsæ laudatissimis fuerunt. Porrò cùm sit vnus grex Christianus; *greges* tamen *tonsarum* dicuntur, propter diuersorum ordinum in vno grege distinctionem.

TROPOLOGIA. §. 3.

NOTAT Guilhelm. hominem interiorem suos quoque *dentes* habere, quibus spiritualem cibum terat, vt glutiri possit; cibum hunc esse, *facere voluntatem eius, qui vocauit nos in adoptionem filiorum* [a]. Nam hoc planè cibo viuit anima, cuius vitalis refectio est diuinæ voluntatis adimpletio [b]. Quod quia difficile est, & laboriosum, propter *legem membrorum repugnantem legi mentis* nostræ, ideò necesse est, vt cibus dentibus studiorum nostrorum molatur, vt præmansus diglutiatur. Debent hi dentes esse *candidi*: hoc est, studia nostra pura esse oportet, nihil attrectando nisi cibum vitæ. Quia si attrectarint panes, de quibus dicitur; *homini fornicario omnis panis dulcis* [c]: fœdantur dentes interiores. Sicut *nemo potest duobus dominis seruire* [d], ita nemo potest pasci cibo vitæ, & cibo mortis. Si enim cibus tuus est facere voluntatem carnis, iam cibus tuus esse desiit facere voluntatem Dei. Attrectatione illius cibi fiunt dentes tui quasi nigredo ollæ: sed huius cibi attrectatione fiunt sicut oues *tonsæ & lotæ*. Tonsæ de quibus princeps Pastorum dixit; *& agnosco* (inquit) *meas, & cognoscunt me meæ* [e].

Guilhelmus.
a *Ephes. 1. v. 5.*
b *Rom. 7. v. 23.*
c *Eccles. 23. v. 24.*
d *Matth. 6. v. 24.*
e *Ioan. 10. v. 14.*

Quod autem *ascenderunt de lauacro*; quid est, nisi quia priùs descenderunt in lauacrum? Baptismus in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti consecratus, lauacrum est animarum. In hoc lauacrum electæ oues pia humilitate descẽdunt, atque inde mox tripudiantes cõscientiæ hilaritate ascendunt. Descendunt hœdi immundi, sed *ascendunt* oues mundissimæ, vtpote super niuem dealbatæ. Tales animæ singulæ habent *fœtus gemellos, prouidendo bona* secundum Apostolum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

non tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus [a]. Planè *sterilis* ab hac duplici dote, *non est inter eas*; qui ita est inter eas, vt sit ex eis. Nam qui non sunt ex eis, etiam inter eas penitùs ab omni bono opere sterilescunt, nec inter eas perseuerãt. De his egit B. Ioannes, *ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis* [b]. ac si apertè diceret, ex nobis exierunt, vt non essent inter nos, qui ex nobis non erant etiã cùm inter nos erant; quia non grana sed paleæ erant, etiam cùm admixti granis erant; non oues, sed lupi erant, etiam cùm inter oues erant, & ideò inter non steriles CHRISTI sponsas, steriles erant. Sic ille.

a 1 Cor. 13. v. 1 & 2. Iac. 3. v. 17.

b 1. Ioan. 2. v. 19.

Nyssenus.

Verum D. Nyssenus, *tonsum* esse dicit, qui nudus ab omni rerum externarum onere; *lotum*, qui ab omni carnis & spiritûs inquinatione purus est; & hunc debere perpetuo quodam profectu semper *ascendere*; debere quoque duplici bonarum rerum fœtura in omni virtutum genere excellere, hoc est, vtrâque nostri parte; anima quidem statum præstare vitiorum & perturbationum expertem, corpore verò vitæ quandam speciem honestam & decentem.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Guilhelmus.

HIS omnibus dotibus excelluisse DEIPARAM inter alias spõsas rectè notat Guilhel. cuius magis quàm cuiusquã, *cibus* fuerit *facere voluntatem* DEI: & ideo quoque studia & exercitia eius omnib⁹ puriora. Quia studia B. Virginis adeò pura fuere, vt nihil omnino sordidæ admixtionis ex desideriis terrenis haberent; quemadmodũ baptizati, puri exeũt ab omni sorde originali & actuali. fuit etiã prouisio illa duplex præcipua DEIPARÆ, & præstitit vtrumque illum (quem Nyssenus innuit) fœtum corporis & animæ.

Hailgrinus.

Hailgrinus *dentes* Deiparæ vult esse, sensum & studiositatem (sic loquitur) quibus ipsa sacræ scripturæ sententias, velut herbas virentes, decerpsit, attriuit, masticauit, ruminauit incorporauit, & his comparari *greges tonsarum*, qui possessionum onera, tanquam vellera, deponentes, omnia reliquerunt pro CHRISTO; qui lacrymis pœnitentiæ, & deuotionis frequenter abluti *ascenderunt de virtute in virtutem, vt viderent Deum deorũ* [c]; mundo cordis oculo *in Sion*, in specula scripturarum. Quod verò subditur de *gemellis fœtibus*; hoc vult referri ad oculos, capillos, & dentes; quia intellectus & affectus B. Virginis (hoc est *oculi*) & cœlestium contemplatio (hæc per *capillos* etiam

c Ps. 83. v. 8.

Alano signatur) & ingenium ac studiositas (quæ notata in *dentibus*) omnia geminum fructum protulêre, in ipsa virgine per meritum, in nobis per exemplum. Nullus enim actus eius fuit, qui non esset meritorius, & dignus imitatione.

Rupertus.

Rupertus etiam subtiliter hîc philosophatur; & aptissimam ostendit dissimilitudinem Euæ & MARIÆ. Euæ *oculos* fuisse coruorum « rapacium: quia scriptum est [a]; *vidit igitur mulier lignum, quod bonum* « *esset ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectúque delectabile, & tulit de* « *fructibus eius, & comedit*: Ambitionem quoque Euæ detestatur, eo « quòd credidit dicenti; *comedite, & eritis sicut dij*. Ergo *capilli* eius, id « est, ambitio eius, non *sicut* supradictarum *greges caprarum*, qualium « est cæleste desideriũ: sed sicut ille *Princeps super omnes filios superbiæ* [b], « qui dixit in corde suo, *ascendam super altitudinem nubium, similis ero al-* « *tissimo* [c]. *Dentes* verò Euæ dicit fuisse, quales sunt dentes leonum, qui « momorderunt, & mordendo vetitum, venturæ posteritatis suæ ani- « mas interfecerunt. Si enim de filiis eius veraciter scriptum, *Filij homi-* « *num, dentes eorum arma & sagittæ* [d]. Item; *Deus conteret dentes eorum in* « *ore ipsorum, molas leonum confringet Dominus* [e]: quanto magis de illa, quæ tali cõsilio momordit, cuius morsûs tam malus prouẽtus existit? At tui *dentes* (ait Sponsus) ô amica mea, *sicut grex tonsarum, quæ ascenderunt*, id est, certissimo adscendent de lauacro. cùm enim de latere meo lauacrum regenerationis, sanguinis & aquæ riuis, profudero, sanctique spiritus innocationem dedero, tunc oues pro quibus animam meam pono, mundabuntur eodem lauacro; nec lauari contentæ, vellera quoque sua deponent; vellera facultatum suarum, vt nihil habeant proprium, sed sint illis omnia communia.

a Gen. 3. v. 5. & 6.

b Iob. 41. v. 25.

c Esa. 14. v. 14.

d Ps. 56. v. 5.

e Ps. 57. v. 7.

Huiusmodi tonsæ *omnes sunt gemellis fœtibus*: quia præcepta adimplerunt, & cõsilium adiecerunt; Præceptum non rapere aliena; consilium etiã sua relinquere. Tales sunt (ô amica) *dentes* tui, quia talium tibi innocentiã proponis, cùm eiusdem innocẽtiæ magistra sis, multò innocentior qualibet ouium seu arietũ talium; quorum non fuit malè vti dentibus suis; scilicet inuicem mordere, detrahere, & ab inuicem consumi. Et quidem greges illi omnes te magistram suam profitẽtur: sed tu cũctis humilior, de omnibus benè altiora sentis, & videris tibi tantùm imitari, quos lõgè præcedis. In hãc sentẽtiã Rupertus.

ANAGOGE.

§. 5.

POSSVMVS *greges* hos interpretari sanctos cœlites, qui exuti sarcina huius corporis, & abluti sacramẽto quoque pœnitentiæ in cœlum conscenderunt, verè *montẽ Galaad*; his Ecclesia militãs, eãdem via progrediẽs, iisdẽ ascendẽs gradibus, cõparatur; comitata *gemina dilectionis* operũ vtrimq; *fœtura*.

Bernardus.

In religiosorũ gratiam adscribam D. Bernardi interpretationem [f], quæ ad Anagogiam reducenda videtur: *Dentes* (ait) candidi sunt & fortes,

f Ser. 63. in parum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» fortes,& carnē nō habent,carent corio,nihil intra se pati possunt, non
» est dolor sicut dolor eorum, clausi sunt labiis ne videantur, indecens
» est cùm videntur, nisi ridendo: toti corpori masticant cibum, nul-
» lum inde saporem habent,non facilè consumuntur, per ordinem po-
» siti sunt, superiores alij,& alij inferiores;& cùm inferiores moueantur,superiores nunquam. Hos,ait,esse homines monasticæ professionis. Quid.n. illis candidius, qui totius immunditiæ spurcitias vitan-
» tes,cogitationum sicut actionum peccata deplorant? Quid fortius illis,quib.tribulatio pro solatio,cōtumelia pro gloria,inopia pro abundantia ducitur? Isti carnem non habent, quia in carne carnem obliti,
a Rom.8.v.9. » audiunt ab Apostolo; *vos autem in carne non estis,sed in spiritu* [a]. Corio
» carēt, quia nitorem & distentionem mundanarum sollicitudinū non
b Ps.4.v.9. » habētes,*in pace,in idipsum dormiunt & requiescunt* [b]. Nihil morari intra
» se patiūtur,quia nec modicū offendiculū tolerabile reputāt,aut intra
» se, aut in conscientiis singulorum. *Non est dolor sicut dolor eorum*, quia
» nihil tam horrendum & horribile est, sicut murmur, & dissensio in
» congregatione. Clausi sunt labiis ne videantur : sic & nos materialibus vallis circumcingimur, ne sæculariū oculis & accessui pateamus.
» Indecens est si appareant,nisi interdum fortè ad risum:quia nihil tur-
» pius est, quàm monachus per vrbes & castella discurrens; nisi cùm
c 1.Pet.4.v.8. » illa cogit, quæ *operit multitudinem peccatorum* [c]. Charitas enim risus
Charitas risum est. » est, quia hilaris est: læta quidem, non tamen dissoluta. Toti corpori
» masticant cibum dentes,quia ipsi pro toto Ecclesiæ corpore,videlicet
» tàm viuis quàm mortuis, orare sunt constituti. Nullum inde saporem
» habere debent; nullam sibi gloriam assignare, sed dicere cum Pro-
» pheta; *Non nobis Domine, non nobis; sed nomini tuo da gloriam* [d], non
d Ps.113.v.9. » facilè consumuntur,quia quantò annosiores,tantò feruentiores,& cò
» rapidiùs currunt, quò viciniùs appropinquant ad palmam. Per ordi-
» nem positi sunt. Vbi enim aliquid ordinatum est, si hîc non est? vbi
» cibus & potus, vigilare & dormire, laborare & quiescere, ambulare
» & cetera omnia,in numero & mensura & pondere constituuntur? superiores & inferiores sunt, quia inter nos prælati & subditi sunt: &
» sic superiores inferiorib. iunguntur, vt inferiores à superioribus non
» discordent. Cùm autem inferiores moueantur, superiores nunquam
» moueri debent; quia etsi subditi quandoque turbentur, prælatorum
» est in mente composita perdurare.

» Quàm benè monachi tonsis ouibus comparātur; quia reuera tonsi
» sunt, quibus nec corda,nec corpora, nec aliquid mundanum in pro-
» prietate relictum est. *Qua ascendit de lauacro.* Lauacrum baptismus est; de
» quo ascendit,qui ad celsitudinem vitæ perfectioris intendit. Descen-
» dit autem, qui se vitæ mancipat inhonestæ. *Omnes gemellis fœtibus*,
» quia & verbo pariunt & exemplo. Et *sterilis non est in eis*, quia nullus
» est infœcundus.] ita B. Pater. Possis addere, *descendendo ascendere*; qui ex charitate proximorum, à contemplatione ad actionē se conferunt.

VVLG.

VVLG. EDIT.	*EDIT. LXX.*	VERSA SPONSI.
Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmē mali punici, ita genæ tuæ, absque eo quod intrinsecùs latet.	*Sicut funiculus coccineus, labia tua, & eloquium tuum decorum: Sicut cortex mali punici gena tua, extra taciturnitatem tuam.*	Vers. 3.

LITTERA.

§. 1.

LIM & virgines, & nouæ nuptæ, seu matres vittis redimiri solebant; quod alio me loco memini docuisse [a]. fiit autem vitta tam virginum, quàm matronarum duplex, vna maior, quæ *mitra* quoque dicta, qua capilli contegebātur;de qua hîc non agitur; altera verò minor, quæ etiam *resticula* (vt loquitur D. Ambros.) vel,vt alij, *resticulum*, vocabatur, & superiorem illam funiculi more constringens, ad collum descendens,illic in nodum colligebatur. Vtraque sæpè coccinea fuit.de minore docet Salomō,de maiore Catullus,carmine de Parcis.

a Comment.in Senecæ Oed. pum v. 413. & in Thebaid.v.506.

At rosea niues residebant vertice vittæ:

Sic legendum,quia cano capite anus istæ tremulæ erant. Et quia matronarum vitta inferior laxior, quàm virginum: ideò (vt hoc obiter dicam) fortè Poëta idem cecinit, de iam deintegrata à sponso;

Non illam nutrix Oriemi luce reuisens,
Hesterno poterit collum circumdare filo: hoc est, vitta ista: nisi malis ad *Parthenemantiam* referre,de qua dixi Magicarum disquisitionum lib. 4. Tali ergo filo, seu vittæ confert sponsæ labia, vt indicet ea,nec nimis esse depressa, nec nimis hiulca,vel prominula; sed modica,& æqualibus vtrinque lacunularū rimis,rotunditate arcuata; quasi filo rubro circinata, & summos dentes imis labris, etiam dum ridet, contegentia. *coccinea* dicit, vt intelligas non fusca, lurida,vel liuida esse; sed rosea & corallina, splendore quodam rutilantia, velut ex purpura ignescente.

ELOQVIVM] ipse loquelæ & pronunciationis modus,vocis sono cōcinnus, oris gestu,& spiritus moderatione gratus; non agrestis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

vastus,raucus,& insuauis.Hebræis MI DABAR. LXX. ἀπὸ ὀρεινῶν.

DVLCE] decorum & venustum,sic sumitur vox Hebræa & Græca Latinis *dulce loqui*, *dulce ridere*.

רקת

a *Pagninus, Iunius, Arias. Luisius, Mercerus.*

FRAGMEN]cur totum pomum malit Ezræ filius,nescio:nec etiam, cur alius,tantùm de fissili putamine mollem rimulam agente.fallitur; quia de genis hîc,non de labiis,agitur.Intelligo dimidiam mali punici partem: & malo *mali*,quàm pomi.quia *mala* ad *malum* decora allusio. A Chaldæis Thalmudicis genæ istæ vocãtur *malogranata faciei*, teste Mercero. RAKATH vult Cammius significare tempus, cui perperã hîc assentiuntur viri eruditi [a]. Tẽpore minimè tumida sunt, & Iarrhius fatetur vocem Hebræam,denotare tumorem. malæ decẽter tument,sed & rubent,& modicè carnosæ sunt: quæ non ita temporibus conueniunt.Pomum *Punicum* à patria dictum,quia frequens Africæ: *granatum* vocant,à granulorum multitudine. Cuius si fragmen medium consideres,cernes, extrorsùm in dimidiæ sphæræ orbiculum tumescere;interiùs,purpureas granorum diuitias ostentare; si duriusculè contrectes,etiam ruborem manibus affricare. Genas ergo dicit tumidulas,& ad dimidij pomi formã penè rotũdatas;& naturali quasi purpurisso fucatas,ardorem paris flãmæ intuentibus ingerẽtes.

QVOD INTRINSECVS LATET] Luisius, vt illam de cæsarie oculos contegente sententiam probet,hîc quoque legit; *Latent*. sed veteres omnes(quod sciam) *sup.v.t.* & hoc loco legêre,*latet*. sicque Rom.Complut.Reg.& alij codices.Symm.quidem,*αἱ παρειαί σου σκεπομέναι καλύμματι*, *genæ tuæ tecta operimento*. Sed metaphoricè sic significat, genas pudicas & verecundas. Mira est hoc loco expositio Guilhelmi.vult *Latet* poni pro,*amat latere*. Sicut apud Apostolum [b]; *qui tentat*,hoc est,qui amat,& solet tentare. Sensum verò esse; genæ tuæ sunt verecundæ sine hypocrisi,fuco,aut fallacia,seu veræ, & sinceræ:quod etsi sponsæ conueniat, vix tamen contextus hanc phrasis nouitatem hic patitur. *Vide sup.v.1.*

b 1.*Thes.3.v.5.*

§.3 MENS VERBORVM SPONSI.

Notus est funiculus coccineus Raab,quem cùm iussa, vt signum
„ professionis fidei suæ,de fenestra suspenderet,salutem sibi cognatio-
„ nisque suæ [c] attulit.Hic funiculus figura fuit fili coccinei, de quo nũc
„ agimus: nempè fidei professionis,& charitatis Ecclesiæ.

c *Iosue 2.v.2. Theodoret. hic. Angelomus.*

Angelomus; *Labia*(inquit)Ecclesiæ *cocco* assimilantur,quia Dominici sanguinis pretium,quo redempta est,prædicare non cessat, & in prædicatione,ab ardore sanctæ charitatis flãmescit, & auditores suos in dilectione Dei ardentes efficit].

Nyssenus.

Sed accuratiùs hoc discussit D.Nyssenus, aptè connectens cum præcedentibus.Tradit considerari, quo pacto *dentium* adminiculo, *labiorum* venustas cohonestetur.Nam *dentium* hoc est,Doctorum institutione fieri,vt *os* Ecclesiæ,hoc est, Doctores, rectè loquatur. Propterea *dentes* primùm radi & ablui,neque *steriles* esse, sed *gemellos* gignere:atq; tum demũ *labra* specie quadã *coccinea* ornata cõspici, cum vniuersa Ecclesia ratione consensûs fit labium vnum,& vna vox.Per *funiculum* doceri Ecclesiam,de cõsensu animarum, debere vniuersam esse funiculum vnum,vnámq; cathenam ex diuersis sententiis connexam: *coccineo* verò colore nos doceri, vt ad sanguinem,quo redempti sumus, respiciamus, ac semper in ore feramus confessionem eius, qui nos sanguine suo coëmit. Nam horum vtroque decus labiorum Ecclesiæ absolui, quum & fides confessioni præluceat,& dilectio cum fide copulatur. fides ergo coccineo colore, confessio funiculo significatur,de qua Apostolus. Quia *si confitearis in ore tuo Dominum* IESVM, *& in corde tuo credideris, quòd Dominus illum suscitauerit à mortuis,salvus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore confessio fit ad salutem* [a].] Hanc CHRISTI charitatem, & mysterium passionis dum Ecclesia sæpè loquitur cõfitendo, & prædicando; idque non stridulo sono furoris,nec rauisonis bombis superbiæ,sed humili mãsuetudine; concentũ edit Deo,Angelis & hominibus gratissimũ,dulcissimumque [b].

a *Rom. 10.v.9.*

b *D. Ambros. serm.18. in Ps.118. Iustus. Philo, Angelom. & Aleam. hic. Villeramus hic. d.Gregor. lib. 2. Moral.c. 28. Cassiod. & Honor. hic.*

Vitta nomen hoc labium meretur, tum quòd vna fide populos in vnum constringit [c]; tum quòd hominum cogitationes vagas & fluxas ad vnum illud necessarium cogit,& coërcet, vt vitta capillos solet [d].

Post oris elegantiam (vt loquar cum Nysseno) sponsus etiam ex genarum rubore delectationem capit. Atque hanc faciei partem μῆλον,hoc est,pomum, vocare solemus. ideo *mala* faciei comparat cum cortice mali Punici. per hũc ruborem in genis commendabilem, pudicitiam percommodè laudat,ornatam verecundia; pudicitia conjugalis fidei, & verecũdia honestatis; quam Ecclesia etiam externo habitu,in cunctis cæremoniis & officiis suis non obscurè præfert. confer cum Bacchi, Cereris, Isidis, Mythræ, Floræ, & ceteris gentilium initiationibus; confer cum veterum & recẽtiorum hæreticorum mysteriis, collarum dices lupanar,cum virginea cõstitutæ.

In *genis* sedes pudoris est, quarum rubor ab ingenuitate naturali exprimitur: sic exteriorem corporis,motus & actionum compositionem Physiognomi certum esse indicium volunt,animi interiùs sedati,& modesti,ac præstantis. Ideò primùm *malo punico* comparat; cuius cortex non granis tantùm,quæ latent intùs, ruber est; sed extima quoque parte purpureum quid præfert,suaui rubedine, ac virore discriminatum. Quin etiam pomura istud stringẽdi vim habet, & solo aspectu recreandi(teste Nysseno)etiamsi quis eo non vescatur. Constringit, inquam, & nutrit eorum, quæ sinu suo continet granorum suauitatem:sic dura continentium & ieiuniis confecta vita,pudicitiæ custos est fidissima.

c *Iosue 2.v.18.*

d *Theodoret. hic.*

Vita dura continentiæ custos fidissima.

Deinde addit; ABSQVE EO QVOD INTRINSECVS LATET, vt significet, non tantùm hominibus placentem verecundiam externam, sed & eas virtutum internas operationes; quas solus nouit, qui occulta videt & remunerat Deus. Vt enim putamine mali Punici, grana cõtinentur inclusa, & per ostrinum illud decus candor tantùm pellucet; sic per has Ecclesiæ genas intrinseca sanctimonia & puritas virginea, nõ tam ostẽditur,quàm significatur. (*Aponius & Honorius*) quæ tamen adeò clara est & resplendens, vt humani ingenij aciem

Universidad de Deusto
Biblioteca

præstringat, & nequeat ab hominibus vel plenè intelligi, vel condignè laudari. Etenim cum ceteris virtutibus & operibus misericordiæ; nisi proximi charitas cogat, semper illam amat Ecclesia, memor præcepti Dominici [a], tegere & occultare: contrà quàm rancida illa Pharisæorum turba, quæ suas virtutes & opera in angulis platearum buccinabat. Vide hæc fusiùs apud D. Chromatium, D. Ambrosium, & D. Gregorium [b].

a Matth. 6. v. 2.

b Chromatius in c. Matth. Ambr. Mediol. lib. 3. c. 13. Gregorius lib. 2. in Ezech. hom. 16.

Dicat aliquis cur fragmini potiùs, quàm toti malo punico Ecclesia assimilatur? fors quia per CHRISTVM & Ecclesiam totum malum simul denotatur. Vt enim CHRISTVS Ecclesiæ caput, sic & Ecclesia CHRISTI corpus. Singula seorsim partes, coniuncta ambo integrũ quid sunt. Quàm similia hæc duo fragmina: sed & CHRISTVS *malis punici fragmini* simillimus. Nam *malum* punicum *(meditatio est Guilhelmi)* rubei coloris est, & tenui cortice granatillorum continet multitudinem; cùm autem frangitur, grana intùs latentia ostendunt. In CHRISTO salus multorũ quasi abscondita latuit vsq; ad fractionem, hoc est, passionem: tunc planè *operatus est salutem in medio terræ* [c], quæ priùs in eo latebat. Nempe ex quo *verbum caro factum est, Deus erat in* CHRISTO, *mundum reconcilians sibi* [d]: ex quo Deus factus est homo, in eodẽ homine salus hominũ erat: sed sicut in semine. Verũ hoc semen ostensum germinauit in passione eiusdẽ mediatoris Dei & hominũ. Ideò aliquando legimus per eius incarnationem, aliquando per eius passionem redemptum esse genus humanum; illud propter semen redemptionis, istud propter fructum.

Christus malipunici fragmini simillimus.

c Psal. 73. v. 12.

d 2. Cor. 5. v. 19.

Rubor autem *mali punici* denotat ardens, quod in CHRISTO fuit, desiderium passionis: nam & ante fractionem proposito & desiderio patiendi pro nobis rubebat, qui *ad hoc venerat, vt daret animam suam in redemptionem pro multis* [e]: & post passionem magis rubuit, proprio sanguine purpuratus. Sic & Ecclesia foris quoque rubet pretioso sanguine sui Saluatoris, & intùs rubet martyrij amore, ac penitissima charitate; continet autem hoc desiderium & propositum, donec in membris suis, velut corticis fractione, in punici granis, per confessionis & testimonij exhibitionem cunctis hoc decus manifestet.

e Matth. 20. v. 28.

quot grana quæso, & quàm similia sunt innumeræ illæ
Martyrum legiones? quàm similis hac laude spõ-
sa sponso, quæ vt ille, pro fratribus ani-
mam ponere concupiscit? Porrò
laus ista repetitur po-
stea c. 6. v. 6.

TROPOLOGIA.

§. 3.

ANIMA gemello illo *(quem v. 2. dicebamus)* fœtu comitata, non potest esse otiosa. Sed quasdam quidem virtutes *operatur coram hominibus, vt laudent Patrẽ nostrum, qui in cœlis est* [a]: quasdam verò & speciosiores solo esse Deo intùs conditas seruat; tales sunt puritas conscientiæ mundæ, & sinceritas intentionis rectæ, quarum tantus est splendor, vt à luscioso hominum aspectu nequeant conspici; quia & Deus illas cupit latere, & homo quãtùm potest occultat: Et quo occultiores, hoc Deo sunt gratiores. Has sponsa silẽtio inuoluit. prædicat tantùm & *confitetur* CHRISTVM *coram hominibus* [b]; ardentia charitate sunt eius verba, & ideo *cocco tincta*: malos corripit, & legis diuinæ vinculis innodat, ideo *vittæ* simile eius *eloquium*. Nec vtilia tantùm dicit vtiliter, sed & suauiter.

a Matth. 5. v. 16.

b Matth. 10. v. 32.

Sunt (ait Guilhelmus) qui vtilia quidem dicunt, sed tamen insipidè & amarè dicendo auditoribus vtiles non sunt. Mulcendi ergo sunt auditores sermonis dulcedine, ne vtilia inutiliter audiant. Vnde scriptum est. *Qui dulcis est eloquio maiora percipiet* [c]. Item, *sapiens in verbis seipsum amabilem facit* [d]. Item, *verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos* [e]. E cõtrario autem, verbum amarum, amicos solet tollere, & inimicos solet instigare.]

" *Guilhelmus.*
" *Dulcedo sermonis gratiã parit.*
" c Prouer. 16. v. 21.
" d Eccl. 20. v. 13.
" e Eccl. 5. v. 6.

Comparatur etiam hæc anima *malo punico*, quia fouet in sinu suo cogitationum & desideriorum optimorum grana pulcherrima, quæ se opportuno tempore proximis in salutarẽ cibum ac potum, vt grana punica, promunt & aperiunt: plura tamen semper & maiora sunt, quæ *intrinsecùs* clausa manent, quàm quæ fidelium oculis exponuntur. *Sic Philo.*

Philo.

O verè laudabilis verecundia *(Rupertus ait)* vbi & intùs conscientia munda, & foris est facies verecunda! Nam vbi est aliquid quo mens erubescat, non adeò laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat.] Deinde dicit *malum Punicum* significare quoq; religiosum silentium; olim, per mala punica vestis Sacerdotalis in medio tintinabulorum posita, significatum. *Exod. XXIIX.* quia hæc virtus gratiosa solet esse oculis intuentium, & interdum suo silentio non minùs ædificare, quàm sermo prædicationis. Hinc possumus colligere laudari animam, quæ nouit discernere
tempus ex charitate loquendi, & tempus
ex religione tacendi.

Rupertus.

* *
*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Ruperius.

HAc religioſi ſilentij, & fructuoſæ, ac charitate plenæ locutionis laude, Deipara præcelluit. Huius (teſte Ruperto) *labia* fuêre *ſicut vitta coccinea*, quia verba eius ſemper fuêre concordia veritati. Nam veritatis principiũ eſt, vt quis contra Deum ſe non defendat, ſed ſit accuſator ſui. Eua amicitiam inter ſe & Deum protervia defenſione diſſoluit [a]. Si *vittam* huiuſmodi habuiſſet, ſi vinculo perfectionis, quod eſt dilectio, ſeſe creatori aſtrinxiſſet, paries inimicitiarum in medio non ſurrexiſſet. *In labiis* MARIÆ *confeſſio & pulchritudo eſt; in labijs* MARIÆ *ſanctitas & magnificentia eſt.* Eua Deo muta fuit: MARIÆ anima Deum ardentiſſima mente, ſuauiſſima voce magnificauit, ſe autem ipſam humiliauit; charitate ignea ſic Deo colligata adhæſit, vt vnus cum eo ſpiritus eſſet: ideo *labia* eius *coccineæ vittæ* ſimilia. Sed & ideo talia, tum quia diſſentientes ad vnitatẽ ſemper conata fuit reducere, & conatur etiamnum hodie, *vt idipſum omnes ſentiant* [b] *& dicant*: tum quia vdũ illud meinbrum & lubricũ, taciturnitatis virtute prudenter præ cunctis compeſcuit. Quæ virtus non minima eſt, cùm dicat Iſaias [c], *Cultus iuſtitiæ ſilentium*, & Iacobus Apoſtolus, *Qui in verbo non offendit, perfectus eſt vir* [d].

Parùm eſt (ait Guilhelmus) ſi dicam *in ore eius non eſſe inuentũ mendacium* [e], cùm ab ore eius nec verbum quidẽ ſonuerit ocioſum. Nec enim vel leuiter verbi mater verbo poterat offendere. *Vir pollutus labiis ego ſum* [f], ait Iſaias: & ſubdit cauſam, *in medio populi polluta labia habentis ego habito.* Eximium & ſingulare fuit MARIÆ in medio talis populi habitare, & labia prorſus impolluta ſeruare. Habitãs inter peccatores tam perfectã *ori ſuo poſuit cuſtodiã; vt nec leuiter delinqueret in lingua ſua* [g]. Nónne hæc labia ſunt *vittæ ſimilia*? Sicut enim *vitta* fluentes capillos ſtringit, ita ſe *labia* eius per diſcreti cenſuram ſilentij ſtringebant, ne quod ex eis verbũ inordinatũ, vel inutile effluereт. Lingua eius, æquè vt aliorum, in vdo erat, ſed non vt aliorum lingua labebatur; quia diſcretionis vitta conſtricta, nonniſi vtilia & vtiliter loquebatur. *Diffuſa* hæc erat *gratia in labijs eius* [h]. Quare non poterat non eloquium eius eſſe dulce, non tantũ ſibi cauebat à noxijs & inutilibus verbis, ſed etiam ab vtilibus, cùm tacere melius, proferendis. Quis vnquam tam dulci fuit eloquio, quàm mater dulcedinis? ſi *ex abundantia cordis os loquitur* [i]; quid poterat cor dulcedinem redundãs eructare, niſi verbum dulce? quid poterat nubes illa dulcedine grauida ſtillare, niſi dulcedinem; niſi mel & fauum?

Sed cur *vittæ coccineæ labia ſimilia*? Per rubentem coccum (vt dixi) paſſio

a Geneſ. 3. v. 13.

b Phil. 4. v. 2.

c Iſ. 32. v. 17.

d c. 3. v. 2. Guilhelm.

e Apoc. 14. v. 5.

f cap. 6. v. 5.

g Pſ. 38. v. 2.

h Pſ. 44. in verbis ſuis ſunt pradicatiſſima.

i Matt. 12. v. 34.

paſſio Dominica ſignificatur. itaque ſicut vitta coccinea labia eius, quoniam tum etiam, cùm patientem cerneret filium, ſilentij diſtrictionem nõ remiſit; adeò vt nec tam acerbus materni affectus dolor, eiulatum vel clamorem fœmineum, vel vocem vllam animi fracti indicem extorqueret. Viderat filium *ſicut agnus coram tondente obmutescit, non aperiendo os ſuum* [a]: filio compatiens mater ſtabat iuxta crucem, doloris acerbitatem ſacro ſilentio premens. Antea *labia eius vt vitta* fuerunt, tunc autem reuera *vitta coccinea* ſimillima fuêre. Spiritus ſanctus teſtatur, *tempus eſſe loquendi, & tempus tacendi* [b]. tempore tacendi labia eius fuêre ſicut *vitta coccinea*; ſed tempore loquẽdi, ſicut mel dulce fluebat eloquium eius. Tempus erat tacendi, filio tacitè cruciatus perferente: tempus loquendi fuit, poſtquam idem filius triumphator ab inferis remeauit. Sed quid tum locuta fuerit, tacent ſacræ litteræ; vt meditetur pietas cogitantis, quod exprimere nequit ratio differentis.

a Iſa. 53. v. 7.

b Eccl. 3. v. 7.

Virtuti taciturnitatis agnata eſt vt plurimum virtus verecundæ honeſtatis: ideo *genæ* comparantur *fragmini mali granati.* Nam cùm filius dicit matri; *Sicut fragmen mali punici genæ tuæ*: indicat indiuiduam virginitatis eius comitem exſtitiſſe ingenuum pudorem; in genis colorem referentem cruoris, cuius effuſio mundi redemptio exſtitit. Verecundia hæc non ficta, ſed vera fuit: quia verecundiam mentiri veritatis mater nequiuit. Erat tamen interiùs latentis fornacis quædam dumtaxat ſtrictura. Ideò ſubiungitur: *abſque eo quod intrinſecus latet*: quod ſoli cognitum Deo. Nam quanta fuerit puritas conſcientiæ B. Virginis; quàm recta eius intentio, ille ſolus nouit, qui talem futuram præſciuit, & vt talis eſſet, auxilium dedit.

V.M. pudor eximius.

ANAGOGE. §. 5.

VITTA quaſi in circulum circa collum conſtringitur; circuli verò quia nullum eſt extremum: ideo beatitudo æterna vittæ poteſt cõparari. Nam ſine fine illic in perpetuum laudes beati concinunt Deo; ſic eorum *labia* ſimilia ſunt *vittæ*; & quia laus hæc ſpecioſa ex charitate non ficta procedit, ideo *vittæ ſimilia* ſunt *coccineæ*, ideo quoque illorum *eloquiũ dulce*, hoc eſt, preces ad Deum pro hominibus fuſæ vim habent impetrandi. *Genæ* triumphantis illius Eccleſiæ comparantur non integro *malo punico*, ſed fragmini: nam *fragmen* alterum eſt Eccleſia etiamnum militans. In vtraque manſiones multæ diuerſis ordinibus, vt granatorum cellulis, ſunt diſtinctæ: in triumphante nulla eſt macula, nec ruga, nihil cur genæ eius erubeſcant: ſed plurima ſunt in nobis digna, propter quæ non nos tantùm, ſed & ipſi cœlites, ſi fas foret, erubeſcerent; Angeli, quos puder eorum, quorum cuſtodiæ inuigilant: beatæ animæ, quas puder ſæpè fratrum, quia homines hominum miſeret, quorum patrocinium ſuſcepêre, foris ſolethîc rubor parêre: ſed affectus intrinſecus latens, fons illius miſericordiæ & puræ verecundiæ, nullis verbis queat à nobis explicari.

Vitta quomodo æternitatẽ ſignificet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 4. VERBA SPONSI. „ Sicut turris Dauid collum „ tuum, quæ ædificata est „ cum propugnaculis: mil- „ le clypei pendent ex ea, „ omnis armatura fortiũ.	*Sicut turris Dauid collum tuum, quæ ædificata est in Thalpioth: mille clypei pendent super eam, omnia iacula potentium.*

LITTERA.

§. 1. צואר צור

MVLTA complectitur Hebræum SAVAR, à radice SVR cum *Sade*. ideo putem *colli* nomine, totius corporis habitum, excelsum, erectum, firmum significari; vt indicet sponsam non esse pumilam aut tunceam, sed succiplenam, iustaque staturæ, & habitiorem. Comparat sponsam *turri*, nempe *Dauidis* [a] illi; quam, expulso Iebusæo, Ierosolymæ ad hostium aduentum præuidendum, & simul ad irruentium impetum repellendum, pro defensione oppidi, rex opibus & scientia rei militaris pollens, in monte Sion exstruxerat; quæ vt ceteris celsior erat turribus, sic indicat sponsam inter mulieres eminere. de hac turri Regum historia consulenda [b], vocatur ab Esdra turris magna & eminens. *lib. 2. c. 3. v. 27.*

a Sic Nyssen. Serm. 7.

b 2. Reg. 5. & 1. Paral. 11.

CVM PROPVGNAC. quod vocis THALPIOTH obscurior esset significatio LXX. vocabulum retinuerunt. quidam à THALAL deducunt, exponentes *eminentias*, quibus fauet apud Theodoret. Symmach. dum reddit ὕψη, *altitudines*. Aquila, ὡς ἐπάλξεις *in propugnaculis*, eum noster secutus, intelligens de pinnis, minis, & similibus, quæ murum ornant muniuntque.

תלפיות תלל

MILLE] innumeri *Cassiod. Theod. Psellus*] vel tot vt nihil desit.

CLYPEI] D. Ambros. *Serm. 4. in Psal. 118.* vertit *oscia*: cur ignoro. significatio vocis & sensus magis fauent Vulgatæ. In significatione consentiunt omnes interpretes alij; in sensu res æquè expedita. nam monilia baccata de collo sponsæ dependentia comparat *clypeis*, tum propter figuram orbicularem, tum propter splendorem, & (vt sic dicam) fulgurationem, qua gemmæ & vniones instar aureorum & chalybeorum vmbonum, repercussu solarium radiorum, oculos præstringunt. Lubenter hæc etiam retulerim ad morem antiquum, quo Deo

והמגן הנמגן

Deo consecrabãt spolia hostibus detracta, & de tholis, vel turribus suspendebant; vocabantque *anathemata*. Sic enim suspicor à Dauide turrim Sioniam, intùs omni armorum genere instructam, foris autem hostilibus clypeis & exuuiis exornatam fuisse.

EX EA:] verbis Hebræis meliùs conuenit, vt dicamus clypeos hosce appensos, quàm insculptos fuisse.

ARMATVRA] LXX. βολίδες, *iacula*. Sed Hebræum est SCILTE per *Sin*: cuius vocis incerta est significatio, plerique pharetras exponunt. Repetit, meo iudicio, quod de clypeis posuerat, & significat hos clypeos seu scuta, fuisse armaturam strenuorum hostium deuictorum vel sanè fortium virorum his, cùm opus, armandorum. sanè vox illa, cum Germanica *Schild*, cõuenit: & noster, more suo generalioris significari vocula sensui optimè consuluit, animaduertitq; per Synecdochen Hebræos speciem pro genere posuisse.

שלטי

Miræ sanè varietas explicationum se offert. Quidam per *turrim* intelligunt Ecclesiam: volunt hi ipsam Ecclesiam *turri* comparari, ex quibus est Abb. Absalon [a]; qui censet Ecclesiam dici *turrim*, propter tria; altitudinem, pulchritudinem, fortitudinem. Altitudo (ait) Ecclesiæ ad sublimitatẽ dignitatis spectat, fortitudo ad seueritatem potestatis, pulchritudo ad venustatẽ virtutis. *Propugnacula* eius sunt perfecti viri, qui in sublimi constituti, exemplo bonæ vitæ, ceteros regunt & defendunt: *clypei* verò dependentes sunt quique inferiores, qui scuto humilitatis & patientiæ ab incursu hostium scipsos custodiunt.] Minùs ideò proba hæc interpretatio censenda, quòd Ecclesia reuera non comparetur *turri*, sed *collum* Ecclesiæ *turri* comparatur. Quærendum ergo, quod sit *collum* Ecclesiæ.

Ecclesia, cur turris dicatur.

§. 2. VERBORVM SPONSI IENNYI. *Absalonis Abb.* a 2 *Ser. 38. & 39.*

Nyssenus, & ex eo Psellus, censent esse B. Paulum, & similes ei perfectos concionatores. Primò describit Nyssenus [b] *collum*, & deinde vocem hanc ad Ecclesiæ membrum illud accõmodat. *Collum* docet suas quasi radices inter humeros habere, & caput sustinẽre, ei superincumbenti esse quasi basis loco: sic caput Ecclesiæ Christum esse vniuerso corpori arctissimè cohærentẽ; CHRISTVM verò cum corpore per concionatores quasi connecti, & suaue iugum eius Ecclesiæ imponi, & ab iis ferri & circumgestari. In *collo* reperiri ossa & arteriam; & ossa quidem non contumacia & continua, vt tibiarũ & brachiorum; sed multipliciter spõdylis seu verticillis diuisa, sed neruis, & ligamentis variis connexa, flexibilia; & omnem in partem moueri apta: Arteriam verò esse spiritus receptaculum, qui extrinsecùs immissus in nos influit, & per quem ignis, qui corde continetur, ad operationẽ naturalem suam excitatur. Habet etiam *collum*, quasi ianuam alimentorum, guttur & laryngem, qua cibi in corpus inferuntur. Denique addit in arteria illa superiore, vniuersam vocis articulatim efformandæ officinam esse. Per concionatores etiam sæpè totum corpus spiritum illum recipit, quo agitante calescit ad bonum, & cor humanum quasi ignescit. Habent iidem vim altricem, nempe doctrinam; per quam toti Ecclesiæ corpori vires suæ conseruantur. Nec

Nyssenus. b *Homil. 7. Collum sunt prædicatores, & cur.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

deest conditio, aut aptitudo illa verticillorum. nam ex singulis in populo Dei collectis, quasi vnam charitate catenam spondylorum efficit concionator probus, quæ flecti & erigi possit, in quodcunque necessitas latus postulârit. cùm docet vt humiliter sapiamus, collum flectit; cùm vt in supernis sit conuersatio nostra, idem erigit; cùm mala vitare, & ad bona nos iubet extendere, tum in latus vtrumque magna motus agilitate conuertit.

Tale *collum* exstructum est à *Dauide*, hoc est, rerum omnium creatore, Regum Rege Deo, veri Salomonis parente; qui hominem initiò condidit, vt *turris* esset, non terram adspiceret, sed erectus ad cœlum vultus ferret; qui deiectũ, gratia sua rursus restaurauit; qui muniuit eius *propugnacula* custodum Angelorum multitudine, quæ *collum* hoc vndique cingit; qui *clypei* sunt, *a matura fortium*, pro Ecclesia excubantium & depugnantium; quòd pollicitus Dauid cùm canet[a]; *Immittet Angelus Domini, in circuitu timentium eum: & eripiet eos.* quo loco Nyssen. vertit; *castra muniet Angelus Domini vndiq; circum timentes eum, ac liberabit ipsum.* Hæc ferè Nyssen.

a Ps. 33. v. 8.

Philo. *Collum potius est fides.*

Magis adhuc placet dicere cum Philone Carpathio; hoc *collum* esse, quæ in Ecclesia firmiter erecta stat columna fidei, super omnem humanam sapientiam sic eminens, vt inter viburna cupressi: per quam iustus vita viuit spirituali, & à capite CHRISTO succus omnis influit, & Spiritus sancti dona primitùs hauriuntur. Hæc *sicut collum* capiti corpus, sic Ecclesiam sponso coniungit. hâc interprete, & per sermonem internuncia, virtutum robur omne in Ecclesiæ membra dimanat; non secùs ac motio & vires corporis humani cum neruis, quorum in capite radices, per colli traducem deriuantur. Deinde sicut debiles & parùm robusti censendi, quibus tenue, breue, aut macilentum est collum; contrà firmi fortesque, quibus ceruix torosa, & ampla, & erecta: sic qui modicæ aut tenuis fidei sunt, ad spiritualia certamina sunt imbecilles. Denique fides vera humi circa sensilia non repit; sed in cœlum erecta, fertur in Deum desideriis & contemplatione, transilit & transcendit visibilia hæc omnia, estque nobis vice *turris* munitissimæ, & malorũ omnium propellit incursus. Ab adultis non obtinetur; nisi peccata, hoc est Iebusæi, prius animo eiiciantur. Alta est, vt cœlos penetret; erecta, vt non deflectat; firma, vt non deficiat, *contra* quam *portæ inferi non præualebunt*[b]. *Propugnaculis* cincta, libris vtriusque testamenti, & decretis Pontificum ac Conciliorum; vnde & hostibus fidei Catholicæ Romanæ certa vulnera infligantur: & qui vulnerant, si se intra munitiones contineant, ipsi nequeant vulnerari.

b Matth. 16. v. 18.

c Sic Honor. & Rabbini apud Galatinum lib. 6. c. 3. *Exempla Sanctorum sunt clypei.*

Millenario numero comprehenduntur omnium generationum iusti[c]. *Clypeorũ* fit mentio, vt intelligamus inanem sine bonis operibus esse fidem (vt optimè Philo & Aponius notarunt.) Nam *Clypei* isti sunt monita & exempla Sanctorũ & aliorum, qui nos præcesserunt; quos Ecclesia de manu & potestate dæmonis ac peccati eruit, & has exuuias calamis scriptorum, & linguis concionatorũ nobis suspendit ante

ante oculos; vt meditando & imitando illis nos tegamus, quemadmodum Teucrum ferunt sub septemplici fratris scuto latuisse. Hic videre licet *armaturam* & *παναπλιαν* securissimam sanctorum, qui sunt, erunt, fuerúntve *fortium*. nullum impendet periculum, cui hic non inueniatur scutum idoneum repellendo. Nulla tamen de his, vt de Pelidæ quondam armis, futura contentio. sumat vnus, sumãt mille: cunctis armamentarium sufficiet. Possem addere huc spectantia nonnulla ex B. Gregorio Magno *lib. 2. super Ezechiel. hom. 15.* sed vereor ne nimis videar prolixus.

TROPOLOGIA. §. 3.

Theodoret.

THEODORETVS succinctè censet animam indicari alta circumspicientem & contemplantem, & omni Sanctorum doctrina, pro iaculis & armatura spiritus instructam.

Tres patres. *Anima alta circumspicies collum est.*

Sed copiosiùs & meliùs tres illi apud eundem Patres: Interior, inquiũt, métis ratio similis est *turri Dauid*, operatione & contẽplatione: quæ actio est *ædificata* per virtutẽ diuinis mãdatis *super propugnacula*, hoc est, super aduersarij tẽtationes. Tollitur hoc *collum* per sciẽtiam ad summã spiritalis contẽplationis celsitudinẽ: operatione superat hostiũ consilia, contemplatione ad veritatis cognitionẽ pertingit. *Clypei* quibus ab hostium sagittis inuulnerabiles efficimur, parte rationali, tanquam à collo dependent. Per rationalem enim partem anima quærit bonam Dei voluntatem; & parti quidem concupiscenti persuadet, vt eam desideret; irascenti verò, vt pro ea depugnet[a]; & ex rationis præscripto ad bonum diiudicandum vtatur; loquendi autem facultatem adhibeat, ad ipsum promulgandum; gignendi verò vim, ad idem adaugendũ. Ex decẽ his facultatibus, nempe rationabili, concupiscibili, irascibili, quinq; sensibus, pronũtiandi & gignendi vi, cõstat lex naturalis, quæ ad bonũ peragendum decem diuinis præceptis id illi suggerentibus adiuuantur. Atque hęc quidem decem præcepta, quę lege scripta comprehenduntur, dum ea ipsa factis exsequitur, decies multiplicans, lex naturalis, numerum centenarium absoluit. Rursùs has actiones per subiectas ipsis illas decem facultates decies multiplicando, millenarium implet. Et hoc modo, vt dictum est, *mille pendentes clypei*, significant legem tum scriptam, tum naturalem, quæ sibi mutuò sunt ornamento, dum ex ea sponsæ parte, quæ rationis est compos, tanquam ex *collo* ipsius dependent.]

a *mutilus hic est codex, puto scripsisse*, sentiẽdi) vim, vt rationis præscripto, *v. Cyr. patti ix seq.*

Iidem *clypei omnis armaturæ* vice sunt, quatenus per contemplationem meditationemque, exemplis & institutis sanctorum hominum corroboratæ & directæ, valent ad hostilem spiritualium nequitiarum impetum retundendum, & forti armato vasa captiuitatis insuper extorquenda.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

Honorius.

IVXTA omnes superiores interpretationes hæc DEIPARÆ conueniunt. Si *collum* hoc interpretere concionatores; En tibi Honor. *in Sigillo*; *Collum* tuum non erat superbia extentum, ideò fecit te *Dauid*, id est, CHRISTVS *turrim* & Ecclesiæ munimen. *colli* virginis etiam sunt de ea scribentes; qui quia per collum cibum Dei deglutiunt, & in alios, quasi in corpus transmittunt: hi sunt vt *turris Dauid*, ab hæreticis inexpugnabiles, *cum propugnaculis*, id est, multis exstructis sententiis. *Mille clypei pendent ex ea*, scilicet defensiones sacræ scripturæ. *Omnis armatura fortium*, id est, ad expugnandam prauitatem hæreticorum sacram Virginem impugnantium.] vtinam nos hac armatura instruas *Sancta* DEI *Genitrix*, *quæ sola hæreses omnes interemisti*. Non instruis; quia fidei modicæ, quia superbi, quia vacui virtutibus sumus, quia similitudinem tui nullam in nobis recognoscis.

Collum virginis sunt de ea scribentes.

Collū est congeries omniū virtutū B. V. Hailgrinus.

Si ad virtutes ipsius Dominæ nostræ malis (Lector) attendere, de congerie quadam omnium Hailgrinus tibi interpretatur. Scribit *collum* seu ceruicem B. Virginis, eminentiam sublimitatis eius designare, propter quam ipsa dicitur *turris Dauid*, quam in Ecclesia CHRISTVS erexit, vt esset peccatoribus munimen & refugium. *Propugnacula* cum quibus est ædificata, sunt (ait) virtutes & gratiæ, dignitates & prærogatiuæ, intentionis puritas, operum sanctitas, vis orationum & merita operum, per quæ B. Virgo peccatorum pœnitentem protegit, & inimicū expugnat. *Clypei* sunt exempla virtutum, per quas resistitur contra tentationum insultus, vt prudentia repellens insidias diaboli; fortitudo, quæ contra impetum aduersitatum resistit; temperantia, quæ repellit ignea tela concupiscentiarum carnalium. *Armatura fortium* sunt opera virtutum, per quas impugnatur & debellatur diabolus, quasi in gladio & lancea; qualia sunt opera pietatis, misericordiæ, deuotionis, iustitiæ, vt sunt orationes, eleemosynæ, præmia bonorum, pœnæ malorum; & his similia. ad quæ cuncta nobis *Armamentarium Marianum* auxilium copiam suppeditat abundè.

Rupertus.

De fide Deiparæ facile sit vnicuique eam *turri Dauid* comparare, sed quoniam aliàs de hac agendum, malo nunc differre; & video non Honorium tantùm (vt vidistis) sed & Alanum & Rupertum & Guilhelmum, per *collum* intellexisse Deiparæ humilitatem, contra quam (ait Rupertus) neque inuisibilis diabolus, neque visibilis homo hæreticus potuit vnquam, vel poterit.] Humilitate virgo maximè Deo placuit: vnde ipsa tacitis ceteris quibus erat prædita virtutibus, speciaIiter

cialiter cecinit, eum *respexisse ad humilitatem ancillæ suæ* *. quid mirum si hanc commendet sponsus? *collum* (ait) *tuum*; quod non riget per superbiam, vt illarum quas reprehendit Esaias [a]; *pro eo quod ambulauerunt extento collo*: sed est flexibile per humilitatem. collum hoc humilis mens erat, quæ capiti suo CHRISTO immediatè per humilitatem coniungebatur. nemo enim illi, qui dixit, *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* [b], nisi per mediam humilitatem potest cohærere. collum istud, iucundè sine fastidio caput suum sustinebat, quia *iugum* CHRISTI *suaue & onus esse leue* * norat.

* Luc. 1. v. 48.
a Esai. 3. v. 16.
b Matth. 11. v. 29.
* Ibid. 30. Guilhelmus.

Et erat *sicut turris*; cuius etymologiã Guilhelmus esse censet, dictã quasi teres. Teres non quadrata. collum hoc rotundum, quia semper æquale, purum & simplex, talis humilitas piæ matris fuit, nusquam & nunquam aspera vel anguloſa. fuit etiam procera, quæ cœlos penetrauit, dum altissimo placuit. *Sicut turris* ergo, & quidem *turris Dauid*, hoc est, fortissima & inexpugnabilis. Humilitatem mater à filio didicit, ideo hac quoq; illi similis. Nam *turris* hæc *Dauid* sublimis nostri Redemptoris humilitas est. Ipse nobis membris suis *ædificauit turrim fortitudinis à facie* [c] *inimici*, quando tam humilis apparere dignatus est.

c Psal. 60. v. 4.

Duas turres inuenio, vnam superbiæ, alteram humilitatis, cùm lego; *Omnis qui se exaltauerit humiliabitur* (ecce turrim superbiæ ruituram.) *& qui se humiliauerit exaltabitur* [d]. (ecce turrim humilitatis exaltandam) illam Lucifer cum suis partiariis olim fabricauit dicens; *super astra cœli exaltabo solium meum, & ero similis altissimo* [e]. dixit, sed decidit in abyssum. Hanc homines sæpe conati recidiuam instaurare. Primi quidem parentes, dum affectant *esse sicut dij scientes bonum & malum* [f]. sed deiecti sunt dum eleuarentur. quia *fortis est, qui superbis restitit* [g]. Deinde filij Adam post diluuium dixerunt ad inuicem, *venite ædificemus nobis turrim, cuius cacumen pertingat vsque* [h] *ad cœlum*. sed & ædificatores isti confusi sunt, quoniam *Dominus sprenit eos* [i]. Porrò ad has turres superbiæ destruendas, verus Dauid in mundum veniens, inexpugnabilem humilitatis turrim propriis sumptibus ædificauit, dicens; *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde* [k]. Nihil enim ita confundit superbiam creaturæ, vt humilitas creatoris; & nihil ita munit redemptos, vt crux redemptoris. Huius autem turris *quanta sit longitudo & latitudo, sublimitas & profundum*, insinuans mirabilis Paulus [l]; *Humiliauit* (inquit) *semetipsum, factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum; & donauit ei nomen, quod est super omne nomen: vt in nomine* IESV *omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*. Porrò quod sequitur; *& omnis lingua confiteatur, quia Dominus* IESVS CHRISTVS *in gloria est Dei patris*. Proculdubiò linguas ad turrim superbiæ olim diuisas, ad turrim veri Dauid, nempe turrim humiliratis ædificandam, in præclarã quandam vnitatem significat conueniisse. Quia verò *quod stultum est Dei, sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus* *, turris illa Dominicæ humilitatis *ædificata est cum propugnaculis*, vt omni telorum genere hostis à turri propulsetur.

d Matt. 23. v. 12.
e Isai. 14. v. 13.
f Gen. 3. v. 5.
g Iac. 4. v. 6.
h Gen. 11. v. 4.
i Psal. 52. v. 6.
k Matth. 11. v. 29.
l Philipp. 2. v. 8.
* 1. Cor. 1. v. 25.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid despicis turrim humilitatis sapientia mundi huius? quid di-
a 2. Reg. 22. v. 7. 91. cis in corde tuo; *si ascenderit vulpes, transiliet murum*[a] turriculæ huius?
b 1. Cor. 2. v. 23. Sapiētia & fortitudo propugnacula sunt humilitatis, vnde Apostolus nō fuit contentus dicere [b], *Nos prædicamus* CHRISTVM *crucifixū, Iudæis quidem scandalum, Gentibus verò stultitiam*; nisi & adderet, *ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis*, CHRISTVM *Dei virtutem & Dei sapientiam: quia quod stultum est Dei sapientius est hominibus, & quod infirmum est Dei fortius est hominibus.*] Quasi diceret, nos prædicamus, non tantùm *turrim Dauid*, sed & *propugnacula eius*, quoniam ex hac turre Dauid omne munimen piorum dependet, nempe *clypei seu armatura fortium*. Vnde & ille vnus inter fortes, non inueniebat, in quo gloriaretur, *nisi in cruce Domini nostri* IESV CHRISTI [c]. *Omnis itaque armatura*, hoc est, munitio & protectio piorum in humilitate crucis est. Væ tibi superbe quia inermis es, procul dubio hostium victima, vel præda futurus. Nil tibi & huic turri. Nil tibi, & armaturæ fortium, quæ pendet ex ea. Non dicuntur *clypei* esse in ea, sed *pendere ex ea*, quia non sunt intùs latentes, sed gloriosè foris prominentes. Siquidem iam *euacuatum est scandalum crucis* [d], & salutiferum Dominicæ humilitatis sacramentum Angelis & hominibus est declaratum. Sic non potuit MARIÆ humilitas excellentiùs commendari, quàm vt humilitati IESV assimilaretur. *Hæc dicta ex mente Guilhelmi.*

c Gal. 6. v. 14. *Omnis protectio piorum in humilitate Christi est.*

d Galat. 5. v. 11.

ANAGOGE.

§. 5. NIHIL Honorius, nec alij. Facilè tamen quisque intelligat, regnum cœlorum, quorum forma rotunda, & infinitorum propè graduum ascensus est, & in quibus cunctis tutum refugium, rectè *turri* comparari; quam ille cœlorum conditor Rex Regum ædificauit. *Propugnacula* eius dici possunt cœlestes mentes, quæ prauos illos in abyssum depulerunt. *Clypei & armatura*, sanctorum hominum omnigenæ virtutes & merita, quibus nos adhuc pugnantes tegi & armari debemus. vt quando inuadit humani generis inimicus, & hortatur ad desperationem; *scutum* suppeditat Pelagia, & tot alij peccatores vtriusque sexus. conatur inflare per superbiam; armabit te humilis, cuius hodiè festum colimus Franciscus. vrit libido; en tibi tot millia castissimarum in circuitu
virginum, quarum exempla ardorem restinguant.
atque ita ceteris morbis remedia tibi ab
hac dependent turri, vt sumas
cùm egebis.

VVLG.

VVLG. EDIT.	*EDIT. LXX.*	
Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in liliis, * donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.	*Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, qui pascuntur in liliis, donec aspiret dies, & amoueantur vmbræ. Ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.*	Vers. 5. VERBA SPONSI. 6.

LITTERA.

§. 1. VBERA sponsæ comparat non capræ, vel ceruæ vberibus, tunc enim nimia forent, vt Cereris mammosæ, & pannosa qualia vetularum; sed *hinnulorum*, non vberibus, quibus carent, sed capitibus, vt indicet primò rigentia & duriuscula esse. Secundò modica & rotunda. Tertiò papillis subrubentibus. talia namque hinnulorum tenerorum capita, mole, rotunditate, & colore labrorum, quibus mixtus pallori rubor. Quartò æquali esse magnitudine sicut hinnuli gemelli solent. Quinto sicut petulci, & conisca tores capreoli in candente liliis campo floribus pascuntur; sic duæ hæ lactis lagenæ in niuei pectoris æquali æquore, exsurgunt, fouentur, aluntur, augescunt.

a *Vt Nyssen. Theod. Philo, Iust. Apon. Cassiod. Beda, Honor. VVilleram. Hay. Alcuinus, Alanus, Anselm. Ruperius & Decanus Ambian. hic. Gilleber. tus serm. 22. & D. Greg. lib. 24. Moral. c. 10.*

IN LILIIS.] *Floribus*, vertit Symm. apud Theodoret. Sensus est, qui pascuntur inter lilia.

DONEC ASP. DIES.] vsque ad vesperam, quando cum matre pasti domum repedant. vt hoc coniungam sententia cum præcedentibus, facio lubens; tum quia geminum est dictis supra c. 2. v. vlt. vbi ista coniunxi tum quia sic accepêre Patres ferè omnes [a]: tū quia sic distpungunt Biblia Complut. & Regia, Romana quoque & LXX. sic possunt accipi; vt & Aquilæ versio, quæ κοπάσῃ & κλιθῶσιν, sicut suprà, *cessat, & inclinentur*.

VADAM AD MONT.] hoc omnino cum LXX. & Patribus & plerisque libris vulgatis separandum à præcedentibus, periodi nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

מור MONTEM MYRRHÆ] Hebræum MOR, litterarum similitudine montis Moriæ similitudinem memoriæ ingerit.

COLLEM THVRIS] Recentior quidam hoc loco valdè immeritò nostrum interpretem reprehendit, quem Latini omnes Patres hîc secuti fuerunt. Esto Hebraicè & Græcè sit, *collis Libani*. Hebraicè tamen & Græcè *Libanus*, non minùs significat thus, quàm famosum illum montem. Sed thus (ait) in Iudæa non crescit. Scio in Arabia potissimùm, & Panchaia thura lectissima memorari; sed an ideò nullum omnino in Iudæa? nescio. Verùm, sint nulla: cur tamen nequeat thuris nomen omnia, quæ ad suffitum incenduntur aromata comprehendere, vt *collis thuris*, sit idem quod collis incensi seu suffumigationum? nónne sic paullò pòst dicet, *odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris*, v.11. eod. cap. Denique cùm paullò antè LXX. & Chald. & omnes alij, ipse quoque reprehensor, non nomen proprium montis Moria, sed Myrrhæ specificum nomen receperint; aptiùs sibi cuncta respondent; sicut ibi *myrrha*, sic hoc loco *thuris* nomine retento. Accedit quòd ad hunc versiculum alludens sponsa *infrà c.8.v.vlt.* sponsum hortatur, vt fugiat *super montem aromatum*, myrrhæ scilicet & thuris. nónne illic ipsemet explicauit?

. . . . aromate consita multo
Scandentem iuga.

§. 2. MENSVRA SPONSI. Salomon considerabat ista scribens, horum vberũ figuram, duas legis Mosaicæ tabulas æquales & materiæ genere, & magnitudine, & præceptis; siue dicas in singulis, quinque comprehensa, vt hoc loco multis Iarrhius explicat; siue in vna de Dei, in altera de proximi dilectione. nam tunc etiam in singulis vnum præceptum, sed in varia diuisum membra fuerit. Hę tabulæ præfigurabãt *duo* Ecclesiæ CHRISTI sponsæ *vbera*, de quibus nunc ordine congruo subiungitur.

Boni natura postulat, vt quis alteri prodesse velit.

Quia boni natura postulat, vt postquam quis cœperit bonum potiri, velit aliis quoque prodesse. Sicut vbi vnumquodq; animal adoleuit, naturæ instinctu fit, vt aliud sibi simile amet gignere: pari ratione virtute præditi, gratiæ impulsu, sui aliquam in alios imaginem desiderant transfundere. Iam ad nubilem ætatem (vt sic loquar) Ecclesia peruenerat, imò iam multos sponso pepererat; lacte turgentibus vberibus, supererat vt paruulos doctrinæ lacte pasceret.

Absalonus. a Serm. 7. in Natiu. Domini.

Absalonus Abbas hæc *vbera* censet[a] esse Synagogam & Ecclesiam gentium, & fusè prosequitur illam interpretationem, quam non probo, potiùs cum aliis[b] interpretor *vbera*, vetus & nouum testamentum, quorum dulci nectare maternum Ecclesiæ pectus distendebatur. Hæc vbera rotunda sunt & teretia perfectione scientiæ, rubicunda charitate, duriuscula sensuum soliditate, læta & festiua, historiarum varietate, illecebrosa & ἀλειφικὰ cunctis qui fidei clara luce contuentur. Priùs quidem vetus testamentum natum videatur, si homines respicimus, & nostri temporis decursum; si verò Deum, cuius æternæ prouidẽtiæ & dispositioni cuncta sunt præsentia, vno & eodem tempore ex vno progenitore ambo nata, & ideo gemella, & (vt ille

b Philone, Iusto, Anselmo & Anzelom. Vbera duo sint vetus & nouũ testamentum.

ille ait) sororiantia, ambo candidæ veritatis liliis, puræ & sanctæ vitæ exẽplis, & ardentis succi sententiis saturа & exsultantia; pari ambo nisu in cœlum tendentia, & quasi inuicem adsilientia; Spiritus sancti aura alternatim ambo agitata, paruulos suos, Iudæorum & Gentium populos, ad pietatem enutriunt, donec *ad. Iesecant in perfectum virũ* *; neque id facere desinent, *Donec aspirantes*, &c. donec mortalitati huic & sæculo præsenti vesper aduenial, clarum adducens futuri sæculi mane; quo tenebricosæ huius ignorantiæ, & errorum & aduersitatum nebulæ dispellantur. VVilleramus,

* Eph. 4. v. 13.

VVilleramus.

. . . . . donec sub fine statuta
Mundi nox abeat, & verum mane nitescat
Ad faciem facie cùm cernent me sine fine.

VADAM AD MONTEM MYRRHÆ & COLLEM THVRIS. Sponsus nobis describitur tamquam agelli cuiusdam & horti dominus, ab Hierosolymis, vbi domus & cubile genitricis sponsæ, haud procul distantis. Hunc ita nobis delineat, satis vt verisimilis sit quorumdam coniectura, respexisse, dum hæc caneret; primò, ad montem Moria, in cuius vna parte situm tẽplum, in alia mons Caluariæ, locus crucifixionis; deinde ad splendidum & amœnum secessum *domus saltûs Libani*, sic à materia cedrina ex Libano petita nũcupati[1], vbi nemus pulcherrimum fuisse docemur ex Historiæ Regum additamentis:[2] nam propter hæc plantaria, dicitur *nemore consitum*; propter peltas aureas ibi repositas, vocatur *armamentarium*; *saltus* autem propter similitudinem arboricetorum Libani montis Phœniciæ; à quo *colliculus iste*, quod aliquam illius montis imaginẽ exhiberet, *Libani* nomen potuit accepisse. quemadmodum legimus ab Heleno constructam in Epiro paruam *Troiam simulataq; magnis Pergama*. Horti verò sui frequentem mentionem sponsus facit, eò quòd esset vicinus illi nemori, sicut saltui Libani Regius ille hortus muro septus ad Siloam pertingens, [c] & in desertum vsque ad Iericho tendens [d]. fors iste κατ' ἐξοχὴν solet dici *silua germinationum lignorum, & horti Regis*, & hunc potissimùm irrigando variæ piscinæ extructæ [e]. In hoc ergo nemus, in hunc hortum sponsa nunc inuitatur. addit persuasioni duas illecebras muliebri animo deliniendo efficacissimas, laudem & lucrum. Quid (ait) verbis tempus tero? quin contendo in ruscul um, regna nostra, & inde tibi adfero gratissima thuris & myrrhæ munuscula, quibus coronæ tuæ suffumigatæ perfundantur?

Domus saltus Libani qualis sit.

1 3. Reg. 7. v. 2. & c. 10 v. 17. & 21. Ioseph. l. 8. antiq. cap 2. b 2. Paral. 9. v. 16 collato cum d. v. 17.

c 3. Reg. 9. v. 27. & 2. Esdræ 3. v. 15. d Ierem. 39. v. 4. & 52. v. 7. e Eccl. 2. v. 5. & 6.

Quid ista sibi volunt? Hortatus ante sponsam fuerat ad salutem proximorum, addit eo se modo iter instituere, vt eodem illã inuitet, & conatus socium se fore spondeat. Contendere namque in montes amœnissimos & sibi gratissimos, ait, agri sui sese. Vnum *myrrhæ*, in quo ipse mortalitatem exuerat, & per quem iter necessarium omnibus cum ipso regnaturis: alterum *thuris*, quem prior ipse sedulò excoluerat, & ritè colendi præcepta ceteris dederat. Illic se visurũ, num quos inueniat agricolas imitatores sui, vt eos inuisat, & apud eos fi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

gat mansionem. In *myrrha* carnis mortificatio, vel passionum pro CHRISTO tolerantia; in *thure*, sanctarum precum deuotio continetur [a]. Hæc ergo duo Ecclesiæ se dona largiturum pollicetur.

a *De vtraque vide Cassiodor. & Willeram. alibi, Philo, Gregor. Beda, Alcu. Angelom. Haym. & Decan. Ambian. hic de myrrha, Phi. Iustin., Apon. Alcui. Hon. Haym. aliy hic, & Hier. lib. 1. contra Iouinian. cõsentiunt.*

TROPOLOGIA.

§. 5.

AB anima quoque idem exigit sponsus, sed & quod exigit, ipse pollicetur. Nempe lubenter illarum mentium hospitium adit, quæ corpus & *membra sua cum vitiis & concupiscentiis crucifixerunt* [b], & per orationum deuotarum suffragia in odorem suauitatis Deo rhymiama gratum quotidie obtulerunt. Nyssenus paullò aliter, sed huc referri possunt, quæ contemplatur. *Duo* in singulis hominibus esse animaduertit, quorum vnum sit corporeum & sub oculos cadens, alterum sola mente intelligi, ac cerni queat. hoc animum, illud corpus vocari; & esse *gemella* ortu, quoniam animæ creatio, corporis perfectam conformationem comitetur. Quorumdam quidem hominum venenatum cibum esse peccata, hoc est, spinas, quas serpentis inuidia procreauit: sed animæ Deo dilectæ nutrimentum esse *flores* purissimos virtutum. His pastas animas, ipsas quidem salubri succo impleri, & hunc *geminis vberibus* aliis, materna quadam charitate, propinare. His CHRISTVM *abisse in montem myrrhæ & thuris*, vt eodem illas perducat: præcessisse spontanea passione, & gloriosa resurrectione: nos quoque gratia sua per eandem semitam ad eundem terminum perducere: vt qui cum ipso *myrrhæ* particeps fuerit, omnino *thuris* etiam particeps fiat.

b *Gal. 5. v. 24. Nyssenus. Anima Deo dilecta nutrimentum.*

Theodoret. Pressius adhuc singula Theodoret. discussit; *pascua* hæc statuit esse sacræ scripturæ & fidei mysteria: *vbera* doctrinæ fontes, qui singulis ætatibus congruentia subministrent; aliis quidem lac, aliis solidum cibum. Propter acutè contemplandi vim dici similia *hinnulis capreæ*, & quidem *hinnulis*, quia *hic cognoscimus tantùm ex parte; tunc autem cognoscemus sicut & cogniti sumus* [c]; *gemellis*, quia nunc *ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus; cùm autem quod perfectum est venerit, destruetur id quod ex parte est.* Et quia spiritus doctrinam & flores percipiunt, ideo *inter lilia* seu flores *pasci*; & sic quidem se & alios pascere, *donec* vitæ huius labores & æstus desinant, hoc est, *donec aspiret dies*; & donec negotia præsentia, quæ *vmbris* comparantur, finem habeant, h. *donec inclinentur vmbræ*. Tam decoræ, & vulneratæ charitate menti sponsum polliceri, *Vadam mihi* (sic Græci) *ipsi ad montem myrrhæ*, hoc est, pro te sponte mortem oppetam; sed nihilominùs mox iterùm surgam & ad te reuertar per diuinitatis meæ potentiam, h. *& ad collem thuris.*

c 1. *Cor. 13. v. 9.*

Quærit deinde, cur mors, *mons*, diuinitas tantùm *collis* vocetur? respondet, quia mors & Deo difficilior, & nobis arcanum hoc maximè incomprehensibile; quod *cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo*; *sed exinaniisse semetipsum formam serui accipien-*

Philip. 2. v. 6.

accipientem, & in similitudine hominum factum, & habitu inuentum vt hominem, humiliasse semetipsum vsq; ad mortem, mortem autem crucis. Et quia hoc illi arduum valdè erat, propter humanæ naturæ cõditionem, ideò morti vicinus, *nunc*, inquit, *anima mea turbata est* [a]. Et, *Pater, si possibile est, transeat à me calix iste* [b]. Et rursùm, *Et quid dico? Pater salua me ex hora hac. Sed propterea veni in horam hanc* [c]. Vt autem ad propriam gloriam rediret, & *clarificaretur ea gloria, quam habuit, antequam mundus fieret* [d], id ei nec magnum, nec laboriosum, imò facile admodùm fuit. Vtrumque tamen libens fecit, nulla vi, nulla coactus necessitate. *Potestatem* enim *habebat ponendi animam suam, & potestatem iterùm sumendi eam* [e]. hanc ab eo *nemo tollere potuit*, sed ipse animam à se ipso *posuit*, vt rursus illam sumeret, cùm libuisset.

a *Ioan. 12. v. 27.*
b *Matth. 26. v. 39.*
c *Ioan. 12. v. 27.*
d *Ioan. 17. v. 5.*
e *Ioan. 10. v. 18.*

Consentiunt tres Patres, eo tantùm addito, quod *duo vbera* moralem & naturalem doctrinam intelligant, quæ simul profluant; quia nec ratio sine moribus, nec mores sine ratione docendi. *capreæ* verò assimilari, tum propter acumen in contemplando, tum propter cursûs celeritatem in peragendo.

Tres Patres.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA VIRGINE.

§. 4.

DE spiritualibus hæc Deiparæ potiùs intelligenda, quàm de corporeis *vberibus* consensu communiore receptum est [f]. Sed quæ hæc spiritualia? secundum Rupertum, hæc sunt virginitas & fœcunditas. Nulli vnquam fœminæ contigit, vt iisdem vberibus lacter filium, & virgo permaneat: hæc sola vtrumque gratiæ tantæ donum apprehendit. *Pascuntur* isti *duo hinnuli* penes illos, in quibus est suauis candor, & odor castitatis. Hæc in hanc sententiam & similia quædam Rupertus. Sed Alanus vult esse geminum affectum charitatis maternæ: vnum, erga humanitatem, alterum erga diuinitatem filij. Attamen Hailgrinus, *duo* hæc vbera interpretatur affectum pietatis seu deuotionis, & affectum misericordiæ, de quibus dulcedo piæ deuotionis, velut lac fugitur; & quæ adiuncta discretione, velut acuto capreæ lumine considerant, qui & quanta quisque ope indigeat, & per talem considerationem discurrunt, & per promptam subuentionem accurrunt velociter, vt *hinnuli*; quibus affectus hi comparantur, propter varios subuentionum modos, quia pellis hinnulorũ pulchra maculariũ varietate distinguitur. *Gemellos* vocat, quia hi affectus valdè similes

f *Rupertus. Guilhelm. Hailgrin. Alanus. Rupertus. B. V. vbera virginitas & fœcunditas. Alanus.* *Hailgrinus.*

sunt, eo quòd ex vno fonte misericordiæ & pietatis officia manant. Idem in ingratis moriũtur & deficiunt: sed in illis nutriũtur & adolescũt, qui candore & odore bonorũ operum *liliis* assimilantur. *Vbera* ista Deiparæ tota hac præsenti vita lac siũ propinare nõ cessant, *donec veniat dies* illa, quæ corporibus de puluere reformatis adspirabit spiritum vitæ, & vitã gloriæ, *donec vmbræ* præsentis miseriæ, *inclinentur*.

Guilhelmus. V. Maria per capream designatur. 1. Tim. 2. v. 5.

» Non admodùm dissimilis est Guilhelmi speculatio duplex, sed in
» vnam recidens. Ipsa quidem (ait) quia & acutè videbat intentione
» contemplationis, & velociter currebat alacritate sanctæ actionis, per
» *capream* rectè figuratur. Erat autẽ huic capreæ *hinnulus* vnus, *media-*
» *tor Dei & hominũ* CHRISTVS IESVS; qui corporalibus piæ matris
» vnus vberibus pascebatur. Sicut enim nõ decebat matrẽ Verbi etiam
» alios parere; ita nec matrem Verbi aliis sacra illa vbera admouere.
» Proinde sicut materna viscera sibi sanctificârat, quibus vnicus por-
» taretur; sic etiã materna sibi sanctificauit vbera, quibus vnicus alere-
» tur. ideo dictũ est ei; *Beatus est venter, qui te portauit, & vbera quæ suxi-*
a Luc. 11. v. 27. » *sti* [a]. Portò eo ipso, quo sibi magnum illum hinnulũ (id est, Verbum
» incarnatum) corporaliter genuit: *duos* sibi *hinnulos* (h. teneriora eius
» membra in vtroque sexu) spiritualiter adoptauit. Siquidem per hoc,
» quod facta est incarnati Verbi mater corporalis, facta est membro-
B. V. habet vnicum hinnulum, & duos gemellos. » rum eius mater spiritualis: per hoc quod caput nostrum secundùm
» carnem concepit, membra eius lacte pietatis alenda suscepit. Habet
» ergo *vnicum*, quem pro tempore lacte corporeo nutriuit. habet & *ge-*
» *mellos*, id est, ex vtroque sexu adoptatos, quos lacte pietatis nutrire
» non desinit. Illi corporalia matris vbera erant fons proprius, *cui com-*
» *municare non poterat alius*: his duo spiritualia eiusdem matris vbera
» erunt fons itidem proprius, *cui non cõmunicat alienus*. Item quot vbe-
» ra, totidem hinnuli. Plenum est veribus maternum illud pectus in-
» tùs & foris. foris quidem habet *duo vbera*, quibus pro tempore pia
» mater aluit filiũ Dei: intùs item duo vbera habet, ad alenda membra
» eius; vnum compassionis, alterum congratulationis. Vt enim eorum
» infirmitatibus maternè compatitur; sic eorum profectibus maternè
» congratulatur; non quòd nostris tribulationibus perpetuas eius, qui-
» bus fruitur delicias, minuamus, vel bonis nostris, quibus vtique non
» eget, beatitudini eius addere valeamus: sed ipsam nobis compati, est,
» in pressuris quas patimur gratiam nobis consolationis à filio impe-
» trare; & nobis congratulari est, profectibus nostris perseuerantiam &
» augmentum à filio postulare. Cùm ergo infirmitates nostras piis pre-
» cibus subleuat, lactat nos vbere compassionis; & cùm profectus no-
» stros iuuat, lactat nos vbere congratulationis. Sic duo eius vbera si-
» cut duo hinnuli capreæ gemelli.

Mũditia vitæ, & famæ odor procurauda.

» Sed quomodo *pascuntur in liliis*? planè qui pascuntur vberibus piæ
» matris, pascuntur etiam in liliis; per quorum candorem munditia
» conuersationis, per odorem verò suaueolentia odoris significabatur.
» Qui contentus munditia vitæ suæ, negligit famam suam, candorem
» habet sine odore; qui appetens famæ, non curat de munditia vitæ,
odorem

odorem habet sine candore. Neuter de *liliis*, quare nec de vberibus
MARIÆ *pascitur*: multo minùs qui & operibus fœdi, & opinione
fœtidi inueniuntur. Vt ergo pascaris in liliis, candorem habeas ne-
cesse est in conuersatione, & odorem in opinione. In tua quidem ma-
nu non est, quid alij de te dicant & sentiant; per infamiam & bonam
famam sanctis ad regnum cœlorum tendendum: sed curandum tibi,
vt quoad potes, sic viuas, vt non nisi per calumniã & inuidentiam de
te malè sentire vel loqui queant. Alioquin quid tibi & vberibus piæ
matris? non enim fœdos vel fœtidos sui lactis dulcedine censet a-
lendos. Oportet autẽ eos, qui pascuntur in liliis, meminisse illius ver-
bi Dominici; *Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit* [a]. Ideò « a Matt. 10. v. 22.
sollicitè oportet munditiam conuersationis cum odoris suaueolen-
tia retinere; *donec*, expleta huius tenebrosæ vitæ nocte, *aspiret dies*, &
inclinentur vmbræ. dies inquam oriatur, de qua Propheta ad Deum;
Melior est dies vna in atriis tuis super millia [b]: donec ab huius vitæ pœ- b Ps. 83. v. 11.
nalibus tenebris ad æternæ lucis delicias assumantur, piæ matris suf-
fragantibus precibus & meritis, quæ cum suo hinnulo *super montes*
Bether iugiter deliciatur.

Christus mons myrrhæ.

Sequitur. *Vadam ad montem myrrhæ, & collem thuris.* CHRISTVS
mons pinguis est plenitudine charismatum; sed de hac plenitudine ne-
mo capere potuisset, nisi ille mons mortis amaritudinem pro nobis
præbibisset. quia præter sanguinem eius non est salus. Ideo *mons pin-*
guis factus est *mons myrrhæ*; vt stillaret super nos dulcedinem gratiæ
suæ, vt nos participes faciat pinguedinis suæ. Ideò Magi in cunis ia-
centi *myrrham & thus* [c] obtulerunt; mortalem myrrha, thure verò c Matt. 2. v. 11.
Deum fatentes; vnde Iuuencus;

Aurum, myrrham, thus, regique hominique Deóque.

Vtrumque piæ matri filius mysterium insinuat, cùm ait; *vadam ad montem myrrhæ*, passurus ad Caluariæ montem, venies mecum & sta-
bis iuxta crucem: sed confide, vadam inde *ad collem thuris*. resurgam,
& intrabo in gloriam meam. mox assumam te, & mihi conregnabis.

ANAGOGE.

§. 5.

ANIMA virtute perfecta, planè teres & rotunda; charita-
te accensa, conscientiæ testimonio alacris & læta; discre-
tione perspicax, ad bonum exsequẽdum velox & prom-
pta; *capreæ & hinnulo ceruorum similis* est: condolens ad-
uersis, congaudens proximorũ prosperis, & vtroq; tem-
pore probè consulens: *vbera duo* porrigit spirituali lacte plena, quan-
do intentioni puræ & castæ, bonorum exemplorum odorem adiun-
git: *pascitur in liligeris pascuis*, quando ad vitæ terminum perseuerat:
euadit has *tenebrarum vmbras*, & *auroram* illam cœlestis & perpetuæ
diei sentit *aspirantem*. Hæc transilit *myrrhæ montem*, alacriter pro
CHRISTO, cuncta perferens; peruadit *ad thuris collem*, & adepta iu-
stitiæ corona, Deo carmen Eucharisticum concinit.

VVLG. EDIT. EDIT. LXX.

Vers. 7. VERBA SPONSI. „ Tota pulchra es amica mea, „ & macula non est in te. *Tota pulchra es proxima mea, & macula non est in te.*

LITTERA.

§. 1 MENS VERBORVM.

PERGIT inuitare, vt iter simul ingrediantur ad decus & coronationem eiusmet institutum. Hortatur sponsam Ecclesiam, ne ab orationis & pœnitētiæ semitis vnquam deflectat: sic enim procul dubiò futurum, vt perfectam pulchritudinem & fœlicitatem, in singulis, quæ in finem vsque ei viua inhærebunt, membris consequatur. *Es* pro *eris*, accipio more Hebræo cum Nysseno, Ruperto, & multis aliis [a]. Capio hoc igitur de perfectione triumphantis Ecclesiæ, in qua *nihil coinquinatum, quæ sine macula & ruga est* [b]. Dum militat multos continet maculosos, non leuibus tantùm labeculis, sed & deformissimis & lethalibus illis, per quæ quis tamen non excidit è naui Ecclesiæ. Hic omnes imperfecti sumus, & licet per pœnitentiam sæpiùs eluamur, multas tamen iterùm sordes contrahimus quotidiè, nec est tam bonus, qui dicere nō teneatur; *Dimitte nobis debita nostra.* sequor B. Augustin. *ep. 89. ad Hilar. & lib. 1. retractat. cap. 19. Theod.* & *Bedam hic.*

a *Bed. Aug. Theodoreto, mox citandis.*
b *Ephes. 5. v. 27. Ecclesia triumphans sine macula & ruga est.*

Qui de Ecclesia militante [c] accipiunt, necesse est dicant, *maculam & rugam* tantam tamque deformem intelligi, vt reliquæ pulchritudini præponderans, eam deformet, & faciat vt totum corpus fœdum, & mutilum, & rugosum dici mereatur. *Vide Riber. c. 2. lib. 4. de Templo.* Hîc deficit contextus Aponij, sed quia Lucæ Abbatis epitome verbis Aponij contexitur, eam nomine Aponij citabo.

c *Willeram. & alij.*

TROPOLOGIA.

§. 3. *Philo. de Iusta vers. LXX. Iob. 14. v. 4. & 1. Ioan. 1. v. 9.*

ANIMA virtutibus illis, quas memorauit, prædita, etiā hîc inchoatiuè meretur dici tota pulchra, & immaculata; ratione saltem partis potioris. Nam licet (vt ait Philo) „ *nemo sine peccato viuat, nec infans vnius diei* [d]. licet scriptum „ sit; *si dixerimus, quia peccatum non habemus, veritas in nobis non est* [e]; &c.

stella

stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, [a] item *in multis offendimus* [b] *omnes*: tamen dum fidelis anima se à peccatis quotidiè per pœnitentiam mundat, dum quotidie minora peccata cum lacrymis lauat, & à maioribus sibi cauet: quamuis peccet frequenter, nihilominus per assiduam pœnitentiam perpetuò munditiam suam seruat. Hinc eidem alibi præcipitur: *sint omni tempore vestimenta tua candida*, [c] & illud; *Iustus ex fide viuit* [d]: quamuis enim mox vt peccat à iustitia deuiet; tamen dum semper credit in eum, qui iustificat impium, & assiduè sub eius fide peccata sua deflet, per assiduas ablutiones iustitiam suam retinet.] Sic Philo.

a *Iob. 25. v. 5.*
b *Iac. 3. v. 2. Anima quo modo sit munda etsi quotidie peccet.*
c *Eccl. 9. v. 8.*
d *Hab. 2. v. 4. Rom. 1. v. 17.*

Tres Patres autem: *Totam pulchram*, aiunt, quia pulchra mente, corpore & anima. *Corpore*, quia per actionem à variis vitiis purgata, & virtutum moribus excellens. *Anima* verò, quia ab omni improba cupiditate seiuncta, & sermonibus decorata mandatorum. *Mente* denique, quia à vilibus quoque & exilibus cogitationibus liberata, splendida, & per Spiritus sancti gratiam, quasi diuina fuit effecta.

" Tres Patres

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA B. VIRGINE.

§. 4. *B. V. sine originali peccato concepta.*

TOTA *pulchra*, quia nulla macula fuit in ea; nec actualis nec originalis; Si vnquam hæc macula fuit; certè fuit, cùm verum non erat dicere *tota pulchra*. quomodo potuit vnquam verbum veritatis verum non esse? sed hoc pressiùs, in POLEMICIS, te fauente Domina mea. Nunc adscribam, quæ alij dixêre.

Alanus; *Tota pulchra*, id est anima (inquit) & corpore, *amica mea* per gratiam & per opera; *& macula non est in te*. Quia nullum credimus in virgine ante & post conceptum fuisse peccatum.] " Alanus.

Rupertus refert ad tempus vitæ alterius. Nunc quidem (ait) *pulchra es*, sed nondum apparuit; quod *tota pulchra* sis, & quod *macula non sit in te*: quod scilicet virgo conceperis, & genueris, & virgineis vberibus me lactaueris. Hoc prædicabitur gentibus, &c.] Longiùs abit. Nullum enim tempus fuit, quo matri pius filius hęc verba dicere non potuerit. " Rupertus.

Quare nec placet quod Guilhelm. censuerit, hæc à filio dici consolatoriè matri iuxta crucem stanti; minùs etiam placet, quod, contextu prorsùs inuito, diuersimodè filium & matrem totos pulchros " Guilhelmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

volens ostendere; sic explicat, vt Deiparam dicat originale contagium contraxisse ex Adam, sed eo mox absorpto sanctificatam. Scio multis hoc patribus fortè visum: sed non arbitror eos, si hoc asserunt, hunc versiculum de Deipara satis consentaneè accipere posse. Nam illo ipso tempore, quo dæmonis (quod horreo) mancipium erat; certè *macula* tum in ea; nec ipsa, *tota pulchra* dici merebatur.

ANAGOGE.

§. 5. DE triumphante Ecclesia rectissimè Theodoret. Ideò Anagoge hîc cum litterali sensu prorsùs eadem est. certè tunc Ecclesia de pulchritudine sponsi *tota pulchra*, ex ipsa luce tota lucida, *de claritate in claritatem*, & *Dei transformata imaginem*, æternùm splendebit [a]. Honorius Anagogen accuratiùs paullò proponit, superioribus & sequentibus connectens, his verbis;

a 2. Cor. 3. v. 18. Honorius.

" *Mons* quem Rex adit est cœlum, quod CHRISTVS subiit: hoc est,
" *mons myrrhæ*, & *collis thuris*; hoc est, habitatio Martyrum & Con-
" fessorum. Ibi conspicitur *amica tota pulchra*, quæ est Ecclesia regnãs,
" in omnibus ordinibus suis gloriosa: & *macula non est* in ea, quia illa
" aula non recipit vllam peccati maculam. Et quia Angeli sunt sine
" peccato, oportet & eos esse sine macula peccati, qui eis sunt coæ-
" quandi. Hæc *venit de Libano, &c.*

Mox tam pulchram & immaculatam blandiùs pergit aduocare.

VVLG.



VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de mõtibus pardorum.	*Veni à Libano sponsa, veni à Libano: venies, transibis à principio fidei, à capite Sanir & Ermon, à latibulis leonum, à montibus pardorum.*	Vers. 8.

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

VITA hîc contra Neotericos quosdam dici possent, sed breuiter proponam quod sentio. Primò, qui volunt sponsam vocari in *montem Libanum*, coguntur Hyperbaton agnoscere, quasi dicat: *veni, coronaberis de Libano, & de capite Amana, & de vert. &c.* quod minùs necessarium est. Rectiùs quoque videtur, vt eam ex Libano dicamus per sponsum euocari, eundem & alios, qui hîc nominantur, montes visuram, & floribus eorum coronandam; vt Patres antiqui ad vnum ferè sentiunt, & verba manifestè sonant.

Secundò displicet quorundam etiam veterum [a] sententia, hîc agi de magno illo & famoso monte *Libano*; qui nimis remotus erat ab Ierosolymis, & domo sponsæ, non placet etiam, intelligi de domo saltûs Libani. nam nec ibi cubile sponsæ fuit. Verùm opinor accipiendum de ipsa Ierosolyma, quæ in S. Scriptura non rarò *Libanus* vocatur [b]; & nominis causæ valdè idoneæ, tam olim à Fran. Ribera sunt obseruatæ *ad Zach. c. 11. num. 3.* Ierosolymam ergo egredi sponsa iubetur.

Tertiò iubetur venire, non ad illum montem Phœniciæ Libanum; qui Iudææ præcipuus est, teste Tacito [c], situs ad septentrionem Palæstinæ, versùs occidẽtem ad Phœniciam vsque pertingens, Diodoro Siculo [d], & à Strabone [e], Antilibano annumeratur; ab oriente verò modico interuallo seiungitur à monte *Galaad*; qui propterea *caput* eius seu initium nuncupatur à Ieremia [f]: nec ad *saltum Libani* Regiam

a *Tertul. lib. 4. cont. Marcion. c. 11. D. Gaudent. mox citandi, Cassiodori & aliorum hîc.*
b *Ezech. 17. vers. 3. Zachar. 11. ver. 1.*
c *Hist. libr. 5.*
d *Bibl. libr. 14.*
e *libr. 16. Geograph.*
f *c. 22. v. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

giam illam amœnitatem; quia non vt Rex Salomon nunc loquitur; sed inducit seipsum quasi pastorem quendam, cui non procul ab vrbe rusculum quoddã amœnum fuerit, in quo, ad imitationem ipsius Iudææ montium, quibusdam collibulis editioribus, quæ hîc legimus *Amana, Hermon, Sanir*, nomina indiderit, & herbis, floribúsque optimis diligenter conseuerit. Sic tamen de his collibus loquitur, quasi de veris illis montibus loqueretur. Nam ideò de spelæis ferarum adiungit, quæ in his montibus erant plurimæ. Significat præterea vocabulo *coronandi*, se illam periculi & damni expertem seruaturum, & vt victricem, laurea eohonestaturum.

Quartò notandum, non agi de corollis sponsalitiis, cùm iam sit marita, & cuncta nuptiarum sollemnia non nuper celebrata: sed quoniam adhuc durat ardor coniugalis, ideò, amatorium munus, corollas pollicetur, quod in illo Nasonis carmine moris fuisse indicatur:

Quin etiam turdôque licet, missáque corona
Te memorem domina testificêre tua:

Vel potiùs alludit ad confecti certaminis palmam, atque victoriæ testimonium. hoc malo, cum D. Gregorio, Iusto, Cassiodoro, VVilleramo, Beda, Haymone, Alcuino, Honorio, Anselm. & aliis Latinis Patribus. Moras igitur nectentem, crebra vocationis iteratione vehementiùs vrget, amœnitatem viæ & termini ostentat, præmio proposito excitat, & periculi metum tollit. Pro, *veni*, Hebraicè est ITHI, *mecum*, sed subauditur *veni*. sensus, non sola, sed mecum viam inibis.

אתי

De Libano) ab Ierosolymis, vbi nimis diu hæres.

Coronaberis) scilicet confecto hoc itinere, beata eris, quia victrici corona caput cingêre. Hebræum TASSVRI, LXX. vertunt, *transibis*. melius noster, qui deduxit à radice ASAR, *beauit*; & maluit habere sensus rationem, quàm Grammatices Massoretarum, cui se nimiùm quidam hodie addicunt.

תשורי
אשר

De capite) caput vocat præstantissimam montis partem. idem Hebraismus est apud Prophetam; *Mons in vertice montium*[a], pro, in montium excellentissimo.

a *Isai.2.v.2.*

Gillebertus.

AMANA] Gillebertus *Serm.29.* legit, *Sarmana*, & explicat *populum vanum & coangustatum*: sed frustrà, quia lectio illa penitùs corrupta. LXX. ἀπὸ ἀρχῆς πίστεως, *à principio fidei*; ponêtes etymologiam nominis Hebræi pro ipso proprio nomine, propter mysticum, opinor, sensum. Clariùs noster cum Aquila ipsum nomen proprium seruauit. Sed quid, *Amana*? Chaldæus confundit cum flumine Abana; quod etiam fuisse vocatum Amana, volunt *ex 4. Reg.5.v.12.* ex versione LXX. quarundam editionum, & quibusdam exemplaribus Hebræis; in quibus, pro *Beth*, positum *Mem*: sed meliores codices vtriusque linguæ ibi, *Abana* retinent, quod & D. Ambros. confirmat. Cassiodor. Honor. & alij multi, *Amana* volunt eundem esse montem cum *Amano*, qui Syriam à Cilicia separat, & in S. scriptura *Ararath* dicitur, pars (vt crediderim) Tauri. Sed meo iudicio, Libanus non est pars Tauri, neque Taurus ad Iudæam pertinet. quare puto

puto *Amana*, ab Amano differre; & esse aliquem amœnum Libani collem.

De vertice) de capite, vt priùs.

HERMON] falluntur qui hoc nomen à vastando seu desolando deducunt: quod est HERMON per *He*. nam noster initialem habet *Cheth*, & deducitur à radice CHARAM, quæ significat consecrare, seu in anathema deuouere; & quia talia occidebantur, vel comburebantur, etiam significat necare, seu occidere. Sic ergo vocatum *Hermon*, iugum quoddam Libani præcelsum[a]. Hermoni præterea nomina sunt, *Baal, Hermon, Sarion & Sanir*, & *Sion* per Sin[b]. Quo igitur pacto hîc *Sanir & Hermon* distinguuntur? Sicut Taurus & Caucasus vnus idémque mons est, non tamen eodem loco vocatur Taurus, vbi vocatur Caucasus: sic etiã idem *Libanus*, vno vocatur loco *Hermon*, alio loco vocatur *Sanir*; & ideò Hermon & Sanir aliquando distinguuntur, vt hoc loco, & *lib.1.Paralip. 5.v.23.* vbi etiam eadem planè ex causa distinguuntur *Hermon*, & *Baal-Hermon*. Sic etiam puto sumi *Horeb, Sinai*, & *Haran* de collibus eiusdem montis.

הרמון
חרם

a *Iosu. 12.v. 17.*
b *Iud.3.v.3. Deut.3. v.9. Deut.4.v. 48.*

CVBILIBVS] Aquila, habitaculo.

LEONVM] parùm refert quod Heb. sit *Leanarum*. Sæpe gens illa fœminino vtitur pro masculeis.

Pardo um) D. Gaudentius[c] legit; *Leopardorum*. solent ista confundi: nonnulli tamen ita distinguũt. *Pardalis* commune mari fœminæque nomen: masculus, *pardus*; fœmina, *panthera* vocatur: quæ si se misceat leoni, fœtum carere nomine proprio; si, quod frequentiùs, leænam pardus incestarit, nasci *leopardum*; hunc (vt mulos) sterilem esse.

c *Tract.8.*

§. 2.
MENS VERBORVM.

Historicus sensus huius vers. 8. iste videtur. Ecclesia tota primò lauacro vitæ in baptismo, pòst etiam in igne, festo Pentecostes die, Spiritu sancto super eam descendente[d]; planè iam dealbata, *torâque pulchra* videbatur: sed adhuc hærebat Ierosolymis. quare sponsus, volens eam per totum orbem fidei lumen circumferre; ter nunc euocat, & iubet secum venire in hortulum, qui totus iste mundus est, diligentissimè ab eo, cuncto plantationum genere, excultus. Ter " vocat, quia quicquid (vt ait D. Gregorius) Ecclesia operatur, in fide, " spe, & charitate subsistit, & his tribus virtutibus roboratur, ne in " hoc itinere lassescat. De his tribus virtutibus etiam accepit VVilleramus: Cassiodorus vult ter vocari, vt moneatur debere esse perfecta cogitatione, ore, & opere. Tres etiam coronæ, de tribus lectæ collibus vnius montis, promittuntur; vt tribus virtutibus correspondeant. Vnde fortassis & caput visibile Ecclesiæ Rom. Pontificem triplicis coronæ tiara exornari receptum.

d *Act.2.v.2.*

Pontifici triplici corona exornari receptum.

Tria quoque hoc vers. facit sponsus. Primò ostendit quantum hoc itinere voluptatis sit perceptura. Videlicet sicut olim Israëli iucundissimum fuit, expulsis tyrannis Og & Seon, & deuictis Cananæorum gentibus, hos vertices montiũ, per quos ingressus exercitus fuit[e], transcendere & calcare, & inde cernere, & adire promissam sibi

e *Deut.3.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

terram lacte ac melle manantem: Sic Ecclesiæ suauissimum fore contueri ex editis virtutum speculis vndique victam infidelitatem, & vernare flores humilitatis, charitatis & aliarum virtutum; *Pardum accubare cum hœdo, leonem cum agnis, nullas in monte toto feras nocere*[a], *desertæ & inuiæ solitudini gloriam*[b] *Libani datam, decoremque Carmeli & Saron; in terra sitienti riuos & stagna aquarum erumpere; in solitudine nasci cedrum, myrtum & lignum oliuæ*[c].

a Esai. 11. v. 6.
b Esa. 35. v. 1.
c Esa. 43. v. 19. & 43. v. 19.

Secundò excitat sponsam proposito brauio; & imminentem capiti coronam gloriæ & salutis, propositam legitimè certantibus, quasi manu ostentat; cùm nominat regiones, quarum illa velut in triumphorum ferculis simulacra ante se sit latura. Primam *de Amana*, fidei scilicet coronam, quam semel professa ad mortem vsque retinuerit. Proximam *de Sanir*, prædicationis videlicet, qua lucernam aliis prætulit. Nam prædicatores dentes esse, iam ostensum; & verbum Dei „ Psalmista[d] vocat, *lucernam pedibus hominum prælucētem. Sanir* autem „ lucernæ dentem significat, D. Hieronymo auctore *lib. 1. contra Iouinian.* „ Aponius addit, etiam significare mutationem siue nouitatem, quod deduci posset à radice SANA *mutauit*, cum *Sin* in principio. Nónne qui ad vitæ nouitatem peccatores perducent, meritò de veteri Adamo sunt triumphaturi? Tertiam verò pollicetur *de Hermon* (per HETH) tum quia tota Deo est consecrata, & tota vitiis mortua futura; tum quia qui anathema, & à Deo separati priùs erant, eos Deo colligauit, & consecrauit, vt benè D. Anselmus.

Tripliccm coronam Ecclesia de hostibus reportabit.
d Ps. 118. v. 104.
Aponius.
שנה
חרמון

Denique ostendit nihil Ecclesiæ in hoc bello, à ferocissimis hostibus timendum esse. Nam *Leones* D. Hieronymus *lib. 1. cont. Iouinian.* exponit superbiam dæmonum; Philo & VVilleram. crudeles & potentes tyrannos: *pardos* autem, homines malitiosos, subdolos & hypocritas, D.D. Hieronymus & Gregorius; Philo autem, Anselm. & Honorius hæreticos; omnes benè. Hos tandem vincit, vicitque Ecclesia: nocuerunt ad tempus, sed mox pellem pardi mutauêre, ferociam leonis posuêre. Igitur pollicetur nũc Deus Ecclesiæ idem, quod fusiùs per Esaiam *toto ferè c. 5.*

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

HONORIVS; *Mons* (ait) *Myrrhæ* est cõtemplatiua vita, *collis* verò *thuris* actiua. contemplatiui myrrha sunt, quia *carnem suam cum vitiis & concupiscentiis mortificauerunt*[e]. Actiui verò *thus* sunt, quia bonis actibus Deo *odorem suauitatis*[f] offerũt. Ad hos CHRISTVS vadit, dum eis in tribulationibus & tentationibus subuenit. In his fidelis anima *tota est pulchra*, quando in omnibus mandatis & iustificationibus Domini est sine querela, vel quando Deum *ex tota virtute* diligit, & *proximum suum sicut seipsam*[g]; in hac *non est macula*, quãdo caret hæresi & culpa. hæc venit fide, hæc venit spe, venit prædicatione, venit etiã ad CHRISTVM, cogitatione, venit locutio

c Gal. 5. v. 24.
Ephes. 5. v. 2.
f Matth. 22. v. 38.

locutione, venit opere; venit in iuuentute, venit in senectute, venit in decrepita ætate, venit quoque ad fidem in baptismate, venit ad requiem in termino vitæ, venit ad gloriam in resurrectione; & hoc *de Libano*, hoc est, de candore virtutum.

Cassiodorus.

Similiter Cassiodorus notat ter eam vocari: Primò, vt veniat per fidem: Secundò, vt accipiat animæ glorioſę retributionem, cùm moritur: Tertiò, vt in die resurrectionis, etiam corpus gloriosum induat.

Honorius.

Notat etiam Honorius, tres esse abrenunciationes, vnam cùm quis abrenunciat diabolo, aliam cùm abrenunciat sæculo, tertiam cùm abrenunciat sibimetipsi, & sequitur CHRISTVM. Anima, inquit, *de Libano* ad CHRISTVM *venit*, cùm põpis diaboli in baptismate renunciat; *venit de Libano*, cùm deliciis mundi abrenunciat; *venit de Libano*, cùm propriæ voluntati abrenunciat, & obedientiæ maiorum se per omnia mancipat. Hæc *coronabitur de monte Amana*, superatis infidelibus, subdolis & perfidis hostibus Catholicæ veritatis; *coronabitur de Sanir & Hermon*, dissipata caligine, quam Princeps tenebrarum cordibus fidelium offũdere conatur, & anathemate percussis, atque in perpetuum abscissis à se sæuis & immundis cogitationibus, quæ sunt *cubilia leonum*, hoc est, *damonum*; *& pardorum*; hoc est, falsorum fratrum.

Tres abrenunciationes animæ.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Honorius.

HONORIVS (*in Sigillo*) retulit hæc ad assumptionem & coronationem MARIÆ. verba eius sunt; *Veni de Libano*, castitatis candore ad cœli gaudia; *sponsa*, ideò *mea*, quia cum patre sum vnum, cui genuisti clausa filium. *Veni, de Libano*, scilicet candore vitæ nimio, exaltanda in supernorum ciuium triclinio. *Veni*, ad spiritualia gaudia. *Coronaberis de monte Amana*, hoc est, recipies coronam de triumpho, quam promeruisti de diabolo, qui est mõs Amana, quod est nocturna auis; *ipse est rex super omnes filios superbiæ*[a], ducens errãtes ad noctem mortis. *Coronam* etiam recipies *de vertice Sanir & Hermon*; videlicet quia Principes sæculi per fructum ventris tui sunt humiliati; qui fuerunt *cubilia leonum*, id est, habitatio dæmonum; & *montes pardorum*, id est, munimenta hæreticorum.

a Iob. 41. v. 25.
Non est vera significatio Amana.

Rupertus.

Rupertus eodem modo exponit, *Amana*: *Sanir* verò dentem vigiliarum, *Hermon* anathema; & *coronationem* hanc augustiùs tractat; *venies de Libano*, inquit, hoc est, migrabis de corpore isto, corpore candido, corpore virgineo: & *coronaberis*; Vnde? de regnis totius mundi,

Universidad de Deusto
Biblioteca

» mundi, quæ rectè vocantur regna diaboli, cui nomen *Amana, Sanir,*
» & *Hermon* (sequitur etymon idem, quod Honorius) & quorum
» Reges, qui tot cædibus & bellis orbem lacerant, *leones* ac *pardi* meritò
» vocantur. Quomodo verò coronabitur? videlicet, credent (ait IESVS)
» in me fructum ventris tui, & eorum credentiũ salus corona tua erit.
» Ita *coronaberis*, vt in cœlis Regina Sanctorum, & in terris Regina
» sis regnorum. Vbicunque enim prædicatum fuerit illud de dilecto
» dictum; *minuisti eum paullo minus ab Angelis, gloria & honore coronasti*
» *eum* [a], *& constituisti eum super opera manuum tuarum*: prædicabitur &
» de te, quòd sis eius dilecta, & mater huius coronati, ac proinde Re-
» gina cœlorum, totum possidens, iure filij, regnum: atque hoc intui-
» tu Reges, atque Imperatores te coronis suis coronabunt, palatia sua
» nomini tuo sacrabunt, & honori tuo dedicabunt, vt desinant esse
» quod fuerant, *montes pardorum, cubilia leonum.*]

a Psal. 8. 7. 6.

Guilhelmus.

Guilhelmus ter notat vocari, propter tres virtutes, quibus maximè placuit Deo, virginitatem, humilitatem & maternam eius erga filium pietatem, seu sollicitudinem; & de his singulis multa subdit, aliis iam locis inculcata. Bis repeti *de Libano*; quia *Libanus* Hebræis significat candorem, Græcis verò *thus*: vt sit sensus *veni* de candore, *veni* de thure. de candore mundissimæ conuersationis, & de thure fragrantissimæ opinionis, ad gaudia perpetuæ remunerationis. ideò adiungi de coronatione, & promissione allici, vt non tantùm celeriter, sed etiam hilariter veniat. Per *montes* autem illos, amicam & nutricem ferocitatis superbiam designari; cuius quia tres gradus sunt, rectè tribus collibus figuratur. Extollitur quis de bonis suis? leuior & tolerabilior hæc superbiæ species esse videtur, atque in suo genere minima, & tamen de clarissimo Angelo fecit diabolum. hanc ait designari per *Amana*. Alius, cùm nihil habeat, vnde extollatur, extollitur tamen, & est glorioſus in oculis suis; & quia de nihilo est, hæc species priore deterior & fœdior est. quid enim fœdius *pauperе superbo**? hanc attribuit *vertici Sanir*. Tertius de malis suis gloriatur, de huiusmodi scriptũ est; *Lætantur cùm malè fecerint, & exsultant in rebus pessimis* [b]. hæc omnium pessima species significatur per *Hermon*. super omnes filios superbiæ regnat diabolus: de vertice itaque horum trium collium CHRISTVS coronatus fuit, cùm de diabolo gloriosè per passionẽ triumphauit. Huius triumphi nunc participem facturus matrem, à qua carnem hanc triumphantem acceperat, tam feruenter inuitat. Eundem sensum habet, quod additur *de cubilibus* & *montibus*. Nam iidem dæmones significantur; qui *leones* sunt propter superbiam & crudelitatem; *pardi verò*, propter agilitatem spiritualis naturæ, & varietatem artium malignarum. habent dæmones *cubilia*, in quibus latitant, homines callidos; & *montes*, in quibus discurrunt, homines superbos. Qui ergo callidi pariter atque superbi sunt, non tantùm *cubilia leonum*; sed & *montes pardorum* sunt. Nónne de his pia mater coronatur, quotiescunque eius interceſſione & auxiliis tales, fiunt mirabili mutatione dexteræ excelsi, cubilia sponsi cœlestis, & mõtes Dei?

superbiæ tres sunt gradus.

* Eccl. 25. v. 3.

b Prou. 2. v. 14.

Hail-

Hailgrinus cẽset per *Amana* significari diaboli malitiã; per *Sanir*, mundanam sapientiam; per *Hermon* verò, hæreticam prauitatem: de his tribus quotidie coronatur Patrona nostra. *Hailgrinus.*

Denique videtur mihi etiam triplex hæc coronatio referri posse ad tres laureolas Deiparæ. per *Amana* intelligo laureolam martyrij, quæ debita testimonio veritatis fidei: per *Sanir*, laureolam Doctorum, quæ debita doctrinæ mysteriorum, quorum MARIAE opera participes facti Apostoli: per *Hermon*, laureolam virginitatis, quam prima vouit, & Deo consecrauit mater IESV, virgo virginum. hæc explicatio conuenit probè significationi nominum Hebræorum, cetera non conueniunt. *Auctor. B. V. triplex laureola coronanda.*

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

ECCLESIA triumphans in cœlis *venit de Libano*, hoc est, de cãdore mũdanæ gloriæ in principibus; *venit* etiã *de Libano*, id est, de albedine virtutum in spiritualibus: & *venit de Libano*; in baptizatis fidelib*. Hæc de *capite* « trium *montium coronabitur*; quia à Deitate trium perso- narum glorificabitur, quod innuunt vocabula montium. *Amana* quippe sonat excelsus, per quod pater intelligitur: *Sanir* lucerna, qua filius accipitur: *Hermon* consecratio, qua spiritus sanctus innuitur. Et neminem moueat, quod diuersæ sint interpretationes Hebræorum nominum: quia interpretationes nominum mutantur secundum scripturæ diuersum sensum: aliquando namque in bono, aliquando accipiuntur in malo. In bono accipiuntur, quando ad Ierusalẽ, hoc est, « multitudinem fidelium referuntur: in malo verò intelliguntur, quando ad Babyloniam, id est, ad multitudinem infidelium, referuntur. In illa gloria videbit Regina Regem gloriæ, dilectum suum, maiestate Deitatis coronatum; quem hîc vidit suo amore in cruce vulneratum. « « « « « « « «

Hactenùs Honorius in Comment.

* *Suspicor deesse alterum membrum;* & in pœnitentibus confessione ablutis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 9.	» Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa, vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui.	*Cor abstulisti nobis Soror mea sponsa, cor abstulisti nobis vno ex oculis tuis, in vno ornamento ceruicum tuarum.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

NVNQVAM laudando satiari amantes hîc docemur. nam centies eâdem oberrat corda; vsque ad vers. vltimum capitis, effusas iterum sponsæ laudes repetit, oculos, comã, vnguenta, vbera, labia, vestimenta, &c. Sensus est, noli me desiderio meo fraudare, mecum venias oportet, diuelli nequeo. aspectûs tui penetrantibus radiis cor è visceribus mihi euulsisti; totum me vno crine tibi colligasti. qui me dies à te, is animam à corpore separabit. Age potiùs, quod tuum est conserua, refocilla marcidum, saucium, languidum, labantem.

לבבתני

a *in Ps.* 118. *Serm.* 11. b *Ibid. Serm.* 16.

VVLNERASTI] LIBABTHINI Hebræum, ad verbum LXX. vertêre ἐκαρδίωσας, quasi dicas *excordiasti*, cor mihi eripuisti. D. Ambrosius vno loco per enallagen [a], *corde nos cepisti*. nam alio explicat, *cor meum cepisti* [b]. rectè noster, *vulnerasti*. nam qui cor vulnerat, aufert, quia necat. perperam Symm. *excitasti*, apud Theodoretum: nec placent B. Nyssen. *Hom.* 8. & alij, qui contrario sensu; *cor indidisti*. suspicor secutos Quinctam editionem, in qua, ἐβάρυνάς με, *fidere me fecisti*.

IN VNO] hoc est, per vnum, Symm. δι' ἑνὸς.

ענק

c *lib.* 1. *contra Iouinian.*

CRINE] ANAK (per Ain) variè explicant. Symm. *monile*, τῶν ἐμμόνων: Aquil. *sertum*, πλοκάμῳ. LXX. ἐνθήματι, quasi *insertum* seu *insitum* dicas, vt de furculo Theophrastus. D. Hieronym. alibi [c], *ornamento*. suspicor significari torquem seu monile ex crine contorto, cui inserti vniones. Miraris torquem ex crine, quo olim & catapultæ tensæ, & vites iugatæ fuerunt? *lege Plinium lib.* 17. *c.* 21.

§. 2. MENS VERBORVM. *Honorius.*

Has Ecclesiæ laudes iam explanaui suprà diuersis locis. quid *oculus* vide c. 1. v. 14. & supra hoc eodem c. v. 1. de *capillis* seu *crinibus* eodem v. 1. de *collo & monili*. d. c. 1. v. 9. Ascribam dumtaxat, quæ Honorius pro sequentium introductione breuiter complexus fuit: In hac multiplici

tiplici Ecclesiæ laude censet, fortia eius facta in bello gesta replicari. « O Ecclesia (inquit) *soror mea*, quia cohæres regni; *sponsa mea*, parieris « mihi filios heredes cœli; nõ sit tibi onerosum causa mei subire certa- « minis laborem, quia ego causa tui priùs subiui pugnæ sudorẽ, in qua « *vulneratus* sum vsque ad mortem. Per *cor*, amor intelligitur; qui in « corde esse dicitur, & continens pro contẽto ponitur: & est similitudo « ab illo, qui nimiùm aliquam amat, cuius cor amore vulneratur: ita « CHRISTVS amore Ecclesiæ bis fuit vulneratus. Priùs, quando eius « amore flagellis cæsus fuit, & spinis coronatus, iterum quando fuit in « cruce clauis, & lancea confixus. *Vulneratus* dicitur *in vno oculorum*, « & *in vno crine colli* similitudine sumpta ab amante, qui capitur pul- « chritudine ocellorum, vel capillorum puellæ, sicut Olophernem Iu- « dith cepit [a]. *Oculi* Ecclesiæ sunt eius Prælati, qui eam ducunt ad cœ- « lestia; *crines* eius, sunt subditi; *collum* eius, sunt perfecti; *vnus oculorum* « vel *crinium*, est vnitas & consensus fidei, quam habent Prælati & sub- « diti. Pro hac vulneratus fuit CHRISTVS, pro hac sponsam iubet « pugnare. Hæc Honorius: cui consentanea planè, quæ de vnitate fidei & charitatis Ecclesiæ, tradidit hoc loco Philo, & de subditis ac præ- *Philo.* latis seu Doctoribus Angelomus. *Angelomus.*

Christus amore Ecclesiæ bis suis vulneratus.

a *Iudith* 9. v. 13. & 10. v. 17.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius.*

DEM Honorius animam, quæ iam sic fuerit coronata, dicit CHRISTI *cor vulnerare*, semel, quando ei patienti « per indulgentiam compatitur; & *iterùm vulnerare*, dum « ei desideranti per gratiam condescendit; & hoc *in vno* « *oculorum*, id est, in vna intentione; quando vnam rẽ tan- « tùm petit à Domino; *vt inhabitet in domo Domini omnibus diebus vitæ suæ* [b]: & in *vno crine colli sui*, hoc est, in vna cogitatione intellectus, qua intelligit Deum esse summum bonum. Hæc ille. sed præfero explicationem Theodoreti; vtpote clariorem & concinniorem: *Duos oculos* esse, vnũ rerum intelligibilium contemplationem, qui considerat Deum, & recondita fidei mysteria: alterum sensibilium rerum cognitionem, qui circa creaturas versatur. vtrumque amari à Deo, sed priorem illum longè ardentiùs. *Collum* verò significare diuinorum mandatorum obedientiam; *ornamenta colli* esse, virtutes illas, quæ in actione consistunt; in his ornamentis *vnum illud*, quod ceteris omnibus antecelit, quo se sponsus captum profitetur, esse illam; quæ etiam *fide & spe maior est* [c], *charitatem*, de qua alibi dicitur, *plenitudo legis est dilectio* [d]; ab hoc crine *vniuersa lex & Prophetæ pendent* [e], quàm pretiosus hic crinis?

b *Psal.* 22. v. 6. & 26. v. 4. *Theodoretus.*

c 1. *Cor.* 13. v. 13.

d *Rom.* 13. v. 10.

e *Matt.* 22. v. 40.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

QVAS dixi dotes ac virtutes, in nulla clariores reperias, quàm in Dei genitrice, cuius cõtemplatio astra trãscendit; cuius charitas ardentissima fuit. Cur matrem suam CHRISTVS spõsam vocet, & aliàs diximus, & hoc loco meliùs atq; ingeniosiùs ceteris perpendit Hailgrinus Cardinalis, hisce verbis; Vocat *sororẽ*, propter humanæ naturę contubernium; *sponsam*, propter inconcussam fidei constantiam. ipsa etiam velut sponsa sponso suo familiarior maiorem in spõsi bonis obtinet portionem. Quantum autem amata sit à sponso cœlesti ostenditur in Ecclesiastico, cùm dicitur: *species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem cõcupiscentiam hominis superducit desiderium* [a]. Species siquidem mulieris virum potentẽ humiliat, feuerũ & austerũ emollit. Huius mulieris speciem sic concupiuit Dominus, & ipsa eius desiderium in tantùm *superduxit*, hoc est, ad tantum excessum perduxit, vt ad nostram infirmitatem humiliatus sit omnipotens, & qui est vita viuentium emollitus sit ad mortem. De eadem sponsa dicit Ecclesiasticus; *Non est vir illius secundùm filios hominum* [b]; & paullò pòst, *adiutorium secundùm illum est, & columna, & requies* [c].

Libeat igitur attẽdere in hac sponsa qualiter primæ sponsæ sit opposita. Prima sponsa, de costa viri sui formata est, sed de carne huius sponsæ, formatus est sponsus eius. Vnde in Ecclesiastico dicitur ad Dominum; *Innoua signa, & immuta mirabilia* [d]. Mirabile siquidem fuit de costa viri formare mulierem: immutatio mirabilium est, quod de sola carne mulieris formatus est homo. Cetertùm cùm de osse viri formata est caro mulieris, signum fuit, quod per mulierem humana infirmaretur natura: facta est autem signorum innouatio, cùm de carne mulieris factus est vir; per quod significatũ est, quod per hanc generationẽ humana natura ab infirmitate reuerteretur ad firmitatem. Illud quoque notandũ est, quod prima sponsa facta est in adiutorium viri, dicente Domino; *Faciamus adiutoriũ simile sibi* [e]: infirmũ est autẽ adiutoriũ viro mulier. Hic autem dicitur; *vir eius non est secundùm filios hominum* [f]: quia CHRISTVS non fuit filius hominum, sed *filius hominis*, omnes homines dignitate præcellens; & dicitur *adiutoriùm* sponsæ, *secundùm illum*, scilicet sponsum, qui est sponsæ adiutorium, & columna, & requies.] Sic ille.

Hailgrinus. M. Vocat spõsa sit dicta.

a Eccl. 36. v. 24.

b d. c. 36. v. 25.

c Ibid. v. 26.

d d. c. 36. v. 6.

e Gen. 2. v. 18.

f d. v. 25.

Guilhelmus.

Guilhelmus ponderat non vocari *matrem*, sed vocari *sponsam*, & *sororem*:

sororem: idque docet fieri, ne putetur tanti fieri, quia sit mater eius corporalis; cùm *spiritus sit, qui viuificat, caro non prosit quicquam* [a]; & ideò maluit laudari vt matrem secundum spiritum, cùm huius comparatione videatur illam non nosse secundum carnem dicens; *quid mihi & tibi est mulier* [*]? & aliàs dicenti cuidam, *Ecce mater tua & fratres tui* [b], respondit; *quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei* [c]? sed vt intelligamus magis diligi, & maioris fieri, quia est eius *amica* spiritualis; quod tamen tam excellenter nõ esset, nisi etiam corporalis mater Verbi esset. Nam ex ea hora, in qua ex eius carne virginea *Verbum caro factum est*, de calore superuenientis Spiritus sancti ad illam singularem inflammata est charitatem; qùa incorporaliter in eius, quem corporaliter concipiebat, amorem exarsit, & perpetuo flagrantiore flamma conflagrauit.

a Ioan. 6. v. 63.

* Ioan. 2. v. 4.

b Luc. 8. v. 20.

c Ibid. v. 21.

Nihil (ait D. Augustinus) materna propinquitas MARIÆ profuisset, nisi fœliciùs CHRISTVM corde quàm carne gestasset. Sine fide igitur & dilectione propinquitas illa nihil ad meritum prodesset: sed fides hæc & dilectio, sine illa propinquitate, tam excellens non fuisset. Et quia non in carnali propinquitate, sed in eius flagrantissima & sinceriss ima dilectionis singularitate potissimùm filio complacuit; ideò *sororem* & *sponsam* vocat. *sororem*, propter gratiã adoptionis, qua, & non natura, æterni patris erat filia; *sponsam*, propter amoris prærogatiuam: nam gignendo filium, eius diuinitati, quasi nuptiali fœdere, arctissimè inhæsit. *Vulnerasti cor*, hoc est, vehementer & excellenter mihi placuisti, idque in omnibus quidem tuis virtutibus, sed potissimùm *in vno oculorum, & in vno crine colli tui.*

Augustinus. Maria mater na propinquitas non profuisset, nisi Christum corde gestasset.

Quid' per hæc docemur? Idẽ Guilhelmus per *oculum vnum*, intelligit charitatis maternæ circa filium sollicitudinem; per *crinem vnum colli*, humilem Dei timorem, & explicat deinde in hanc sentẽtiam. De quatuor pennatis animalibus, quæ sanctorum [d] typum tenẽt, legitur, *in circuitu & intùs plena oculis esse*; hoc est, piarum sollicitudine curarum; quibus nõ tantùm sibi, sed etiã aliis inuigilant. Quid frustrà malignus expãdit rete ante oculos eorũ? vndiq; sunt eorũ oculi aperti: ideò *frustrà iacitur rete ante oculos pennatorum* [e]. Quis tam plenus oculis, quàm mater luminis? quis pari sollicitudine sibi & aliis inuigilauit, ac mater pietatis? quid igitur circa Dei filiũ *in similitudine carnis peccati* [f] de se natũ pia mater propensioris curæ credẽda est adhibuisse? hæc circa filium tam deuotæ sollicitudinis, & tam sollicitæ deuotionis vigilantia, fuit *oculus vnus*, quo sponsum *vulnerauit*.

Guilhelmus.

d Ezech. 1. v. 18.

e Prou. 1. v. 17.

f Rom. 8. v. 3.

De *crine colli* hæc subdit: Legimus de Samsone fortissimoꝰ, quòd *septem crines* habuit, in quibus eius fortitudo posita illa insignis erat; quibus rasis omne robur illius elanguit. Septem crines septem dona Spiritus sancti sunt; sapientia, intellectus, consilium, fortitudo, scientia, pietas, & timor Domini. *Caput* animæ est ratio contemplans, *collum* eiusdem est ratio actiua. Septem illis virtutibus quis æquè excelluit, ac mater ipsa virtutum? Plusquàm Samson hæc. Nam septem illis crinibus nouaculam Dalilæ non timuit: sed quãtumuis in ceteris,

g Iudic. 16. v. 13.

Universidad de Deusto
Biblioteca

maximè tamen vltimo, nempè timore Domini excelluit; quem constat in ea planè filialem fuisse. Nihil est hic filialis timor, nisi humilis
a Luc. 1. 48. „ amor: hunc vnum illa in Cantico (*Magnificat*) celebrauit canens; *quia „ respexit humilitatē ancillæ suæ*[a]. In hoc vno crine *vulnerauit cor* sponsi „ cœlestis, hoc est, vehementiùs illi placuit. filialis ille timor otiosus „ esse non debuit, sed modò debuit Angelis declarari in contemplatio„ ne, & esse *crinis capitis*; modò debuit ostendi hominibus in actione, „ & esse *crinis colli*. *Colli* meminit, quia homines potiùs quàm Angelos
Rupertus. „ alloquebatur.]

Rupertus *vnum oculorum* interpretatur idētitatem cogitationum, & perseuerātiam intentam precum, *vnum colli crinem*, esse cordis humilitatem. Quid enim vno crine gracilius? & quid humilitate subtilius? Quid crine flexibilius? & quid humilitate confractius? crinis vnus vix comparet, humilitas MARIÆ facit, vt sibi ipsi vix homo videatur, quæ est Angelorum Regina.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. „ IN æterna gloria *Regina* (Ecclesia) *Regem gloriæ* dilectū (ait Honorius) suum videbit maiestate Deitatis coro„ natum; quem hic vidit suo amore in cruce *vulneratum*. „ Ibi erit *vnum oculorum & crinium*, id est, vnitas Prælatorum & subditorum omnium illa visione fruentium.]

ô quàm vnionis tantæ vinculum arcto modo sibi sponsum deuinciet? quas flammas amoris in illa fornace cordis æstuantis excitabit?

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Quàm pulchræ sunt mammæ tuæ soror mea sponsa! pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorū super omnia aromata.	*Quàm pulchra facta sunt vbera tua sponsa? quàm pulchra facta sunt vbera tua à vino? & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata.*	Vers. 10.

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

MAMMÆ differentia quam inter *vbera* & *mammas* notat Honorius, planè noua est, & Latinis, & sacræ scripturæ prorsùs ignota. *Mammæ* significant amores, vt docui cap. 1.

PVLCHRÆ] decoræ, venustæ. Symm. ὡραιώθησαν. Aquil. ἐκαλλωπίσθησαν.

PVLCHRIORA] rectè noster. nam illud, *à vino*, positum, pro super vinum, vt vertit Symmach. ὑπὲρ οἶνον. Notandum autem ex Nysseno *serm. 9.* gratam sponsæ vicem retribui à sponso, cuius illa eadem membra c. 1. laudarat.

§. 2. MENS VERBORVM. Honorius.

De *mammis* & *vberibus* Ecclesiæ dictū sup. eodem cap. v. 5. & priùs c. 1. v. 1. vbi etiam de *vino* fusè satis. Notabo tantùm quæ ab Honorio sunt obseruata; Fortia vult Ecclesiæ facta nunc enarrari: quòd pugnaturos *mammis* armauit, *vberibus* ad certamen informauit, saucios in prælio *vnguentis* curauit, pauidos *labiis* confortauit, lassos in pugna *lacte* & *melle* pauit, *vestitos* in pugnam remisit, *victores* in horto diuersis *herbis* & *fonte* refecit, *paradisum* ad diuersa genera pomorum introduxit. & paullò pòst ait. In primis sex instrumēta spiritualis pugnæ laudantur, per quæ sex ætates pugnātium notantur. per *mammas* infantes, per *vbera* pueri, per *vnguenta* adolescentes, per *labia* iuuenes, per *linguam* senes, per *vestimenta decrepiti* figurantur, qui operibus misericordiæ in hac pugna laborant, vt coronam senarij, quod est plenum gaudium, percipiant. Deinde tria refugia pugnantium ponūtur, scilicet, *hortus*, *fons*, *paradisus*: quia in hoc bello peccatis vulnerati, in *horto* Catholicæ Ecclesiæ herbis pœnitētiæ & cōfessionis curātur; *fonte* lacrymarum lauātur; *in paradiso* scripturarum reficiuntur,

Universidad de Deusto
Biblioteca

» & sic in *hortum deliciarum* ad *fontem vitæ* CHRISTVM transferuntur.
» Post hæc decem legiones pugnantium, per decem genera plantarum
» paradisi, scilicet per *cyprum* & *nardum*, reliquasque notantur. quia
» qui armis decem præceptorum in hac pugna desudant, ad denarium
» præmij perducuntur. Ad vltimum *fons* & *puteus* in laude ponuntur,
» per quæ Euangelium & lex intelliguntur. quia CHRISTVS bella-
» tores suos fluentis legis reficit, & laureatos ad refrigerium perducit.]
Hactenus Honorius certè subtiliter.

Et mox inhærens differentiæ, quam ipse statuit, *vberũ* & *mammarũ*:
» *Mãma* (inquit) sunt puellarũ lac non habentium, sed habiles ad lac
» habendũ: *vbera* verò mulierum lac habentium ab vbertate dicuntur.
Mammas ergo Ecclesiæ vult esse infantes in scholis discentes, & alios in fide rudes, adhuc lac doctrinæ sugentes, nondum alios lactantes, sed de quibus spes bona quandoq; lactaturos. *mammæ* hæ valdè pulchræ, quia Deo valdè placent, qui sedulò discendis virtutibus, quæ sunt arma contra vitia, sese impendunt, contra hostes Dei suo tempore pugnaturi. *Vbera* Ecclesiæ sunt, Doctores vtriusque legis periti, qui lac doctrinæ discentibus præbent, & eos ad bellũ spirituale nutriunt. *Vinum* quod inebriat & dementat, est sæcularis doctrina, Philosophia mentem inflans, & in iactantiam eleuans: hoc *vino meliora sunt vbera* illa, quia doctrina ista sæcularis tantùm inflat; doctrina verò Ecclesiæ, de geminæ legis fonte manans, in gemina dilectione ædificat. *Vnguenta* Ecclesiæ sunt virtutes spiritualiũ hominum, qui quasi vnguentis vulnera peccatorum curãt, dum eos ad virtutes informant. *Aromata* censet hoc loco significari nimis curiosam cadauerum curationem, qua Iudæi vtebantur; per quæ carnales obseruantiæ superstitiosæ notentur: *Odorem vnguentorum* esse, famam virtutum ex charitate nascentiũ & operum quæ Spiritus sancti auxilio fiunt. Hic *odor* (ait) *est super omnia aromata*: hoc est, magis Deo placet, quàm omnia sacrificia legis, & cunctæ Pharisaicæ obseruationes. Quem sensum fusiùs hîc Greg. Nyssenus prosequitur.

Deo valdè placẽt qui sedulò sese virtutibus impendunt.

Nyssenus.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius.*

ANIMÆ Deo dilectæ *mammæ* (secundum Honorium) sunt studium legendi & discendi legem Dei, quibus haurit lac, quod postea in alios effundat docendo. *Vbera* sunt scientia & sapiẽtia, quibus actu paruulis lac potum præbet, doctrina Dei indoctos nutriens, vtilius & salubrius lac vino sæcularis doctrinæ. *Vnguenta eius* sunt bonæ exhortationes, quibus vulnera animarum curat efficaciùs, quàm vllæ legales, aut Pharisaicæ obseruationes.

Nyssenus. Porrò variarum virtutum odoramenta cunctis nidoribus sacrificiorum corporalium suauiorem fragrantiam coram Deo exspirare, etiam ex hoc loco B. Nyssenus elicuit. Sed quarum virtutum? Tres

Tres Patres apud Theodoretũ; *vestimenta* sponsæ (quæ quidem magnus Apostolus [a] Paulus electis Dei sanctis, vt induant, præcipit) *sunt benignitas & humilitas.*] hæc primum hominem peccato volunt exuisse, sed ea CHRISTVM Dominum iterùm induisse, quando verus Deus serui figuram assumpsit, & insons mortuus fontes redemit, exemplo suo iubens, vt has vestes iterùm nos induamus, omni aromate suauiores.

Tres Patres.
[a] *Galat. 3. v. 27.*

Placet etiam quod Philo tradidit, *vestimentorum* hunc *odorem* esse, odorem veræ charitatis. nam charitas est vestis illa nuptialis, quã qui non habuit, *nuptiali conuiuio meruit expelli* [b]. huius *odor* (inquit Philo) ceterarum virtutum omnium odores ac fructus antecellit. Euangelica hæc charitas, regali vestit amictu, cœlesti pascit alimonia, ineffabili replet gaudio & sempiterno. bona legis opera, sed nihil ad sublimia Euangelicæ charitatis acta. hanc igitur amplexentur & teneant qui incassum laborare nollent. multi enim multa vestimenta habere videntur, sed quia sincera charitate carent, luporum sunt non ouium. Tales subdit esse, qui sibi, non Deo laborârũt & placuerũt: & his dicẽtibus, *Nõne in nomine tuo prophetauimus & signa multa fecimus?* Dominũ respondurũ, *Non noui vos, discedite à me omnes operarij iniquitatis.* [c]

[b] *Matth. 22. v. 12.*
Philo. Charitatis fructus.
[c] *Matth. 7. v. 22.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Honorius.*

HONORIVS litteræ satis hîc inhæret; *Quã pulchra* (inquiẽs) *sunt mammæ tuæ?* scilicet humilitas & castitas, de quibus lac sermonum suxit virginum sobrietas. *Pulchriora sunt vbera tua vino.* Vbera virginis fuerunt exempla actiuæ & contemplatiuæ vitæ; quibus quia vt lacte parulos in fide pauit, ideò ea fuerunt legalis doctrinæ vino meliora. Et *odor vnguent.* hoc est suauitas eius operum, est acceptabilior, quàm sacrificium carnalium obseruantiarum.] sic ille, *in sigillo* MARIÆ.

Guilhelmus.

B. Virginis mammæ cur ita pulchræ.

Suauissimè pius Deiparæ cultor Guilhelmus, de vberibus eius hîc commentatur, vt nectare illorum spirituali lactatum facilè agnoscas. Non simpliciter (ait) *pulchræ sunt* (exhibeo verba lactea) sed quasi cum admiratione, *quàm pulchræ sunt mammæ tuæ?* id est, quàm gratæ sunt oculis patris, quæ filium vnicum aluerũt? quàm *pulchræ* sunt, quę lacte singulariter candido tumuerunt? nempe lac illud singulariter candidũ, quia virgineum. Quid negas ô stulta mundi sapientia, partum virgineum? Deus nascebatur. Et quid item negas, lac virgineũ? Deus pascebatur. Non* potuit Deus in salutem hominũ corporaliter nasci, nisi partu virgineo; nec decuit eũ pasci nisi lacte virgineo. Nec

* Potuit, possũ pro, voluit, vel, decuit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» minus habet miraculi pectus virginis lacteſcens, quàm venter partu
» grandeſcens. Propterea filio virginis non tantùm dictum eſt; *beatus*
» *venter qui te portauit*: ſed & adiunctum eſt, *& vbera quæ ſuxiſti* [a]: &
quidem pulchræ ſunt mammę virginum, quia virgineæ, ſed dum vir-
gineæ ſunt, lacteſcere neſciunt. Ideò ſimpliciter pulchræ ſunt; ſed de
illis non poteſt dici, *quàm pulchra ſunt**: At B. MARIÆ mammę non
tantùm virgineæ fuêre, ſed etiam ad ſingulare miraculum lacte vir-
» gineo tumuerũt. ideò cum admiratione gratulatoria vult dici, *Quàm*
» *pulchræ ſunt mammæ tuæ.* Planè *ſpecie & pulchritudine* ſua ſanctos An-
» gelos oblectabant, cùm ab eis penderet *ſpecioſus præ filiis hominum* [b],
» dominus Angelorum, *minoratus paullo minùs ab Angelis, propter ſimi-*
» *litudinem carnis peccati* [c].

» Tunc erant eius *vberæ pulchriora vino*. Vinum poteſt intelligi il-
» lud *quod germinat virgines* [d]; ipſa virginitas; vtique propter meraciſ-
» ſimam puritatem. quid enim virginali puritate meracius? Hoc vino
» vbera MARIÆ, priuſquàm mater eſſet, plena erãt: ſed vbi ſalua vir-
» ginitate mater facta eſt, non plena tantùm vino, ſed etiam *pulchriora*
» *vino* eius vbera facta fuerunt; quia non tantùm virginea, ſed etiam la-
» cte virgineo tumida exſtiterunt. Vbera habere virginea, cum multis
» illi virginibus eſt, & fuit commune: ſed ſingulare illi eſt, & fuit, &
» erit, virginea vbera lacte virgineo poſt partum tumentia habere. Nec
» non quod ſubditur:

» *Et odor vnguentorum eius ſuper omnia aromata*: nempe vnguentorum,
» quibus fragrabant vbera eius. Vt vbera, ſic vnguenta hæc duo fuêre.
» Vnum vnguentum diuinæ dignationis, quo filius Dei vbera matris
» vngebat: alterum verò maternæ deuotionis, quo pia mater vbera ſua
» liniebat. His vnguentis quid ſanctius? quid fragrantius? Norunt ea
» optima eſſe, qui experti, quàm ſuauia ſint, filio dicunt; *Beatus venter*
» *qui te portauit, & vbera quæ ſuxiſti* [e]. Quotquot in Eccleſia ſunt, hoc di-
» cunt. Quia *tota domus* Eccleſiæ *impleta ex odore vnguentorum horum* [f];
de quorum effuſione in vbera piæ matris, nemo murmurat, vt de ef-
fuſione nardi in caput & pedes Saluatoris; *vt quid* (dicens) *perditio*
hæc [g]? Potiùs omnes Catholici eo nomine gloriantur, & piæ matri
congratulantur.

Hailgrinus hîc quoque de vberibus ſpiritualibus accipiens inter-
pretatur pietatem & miſericordiam. *Vnguenta* verò condituras cha-
riſmatum ſpiritualium commixtas virtutum pinguedine: qua confe-
ctione, minùs fragrantiæ, minùs potentia ſunt aromata, hoc eſt, alio-
tum virtutes ſanctorum. Longè hæc vnguenta fragrantiora ſunt
apud Deum, potentiora contra diabolum, & magis ædificant homi-
nes per exemplum.

a *Luc.* 11. v. 27.

* *Quia mira pulchritudo non eſt earum pulchritudo, ſed naturalis.*

b *Pſ.* 44. v. 3.

c *Iſa.* 8. v. 6. *Heb.* 2. v. 7.

d *Zach.* 9. v. 17.

e *Luc.* 11. v. 27.

f *Ioan.* 12. v. 3.

g *Matth.* 26. v. 6. *Hailgrinus.*

ANAGOGE.

§. 5. NEMINEM inueni qui hanc indicaret, nec mihi lubet commenta mea de Anagoge hic chartæ illinere. Prudenter Honorius ſignificat *Anagogen & Tropologiam* (vt ipſe loquitur) *non vbique currere.*

VVLG.

VVLG. ÉDIT. | EDIT. LXX.

Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.

Fauum diſtillant labia tua ſponſa: mel & lac ſub lingua tua, & odor veſtimentorum tuorum, ſicut odor thuris.

Verſ. 11. VERBA SPONSI.

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

FAVVS] eſt non mel in cera (vt volunt Caſsiodor. Hailgrin. & alij) ſed eſt foraminata illa & cancellata cera mel continens. Ait non eſſe fauum ſterilem aut parcum nectaris, ſed vberem & profuſum. VVilleram. *Dant tua labra fauum per cerea mella liquatum.* ideò Aq. vertit; *dulcedinem*, γλυκασμὸν: Symm. verò μέλι. mel. & quod noſter ait *diſtillans* appoſitiuè accipiendum, quaſi diceret; Labia tua ſimilia ſunt fauo mel diſtillanti, vt accepere LXX. & Thargum, & D. Hier. epiſt. ad Fabiolam, futurum Hebræum reddentes præſenti. Et *fauum* dixit, vt ſignificaret mel iſtud eſſe purum, ſincerum nulla admixtione adulteratum. Sic etiam paſtor ille Auſonij Nerinem Galataeam *fauo Hybla dulciorem* prædicat, & Comatas Theocriti, mel & lac coniunxit: & amator in Comœdia:

In melle ſunt ſita linguæ veſtræ atque orationes, Lacteſq;.

ODOR THVRIS] multa hîc de thure Beda. Si in Libano thus non naſcitur, ſatis indicat noſter hoc loco ſe *thus*, pro quouis aromate, vel ligno Libani apto ad ſuffitum poſuiſſe. *vide ſuprà v. 6.* fragrantiſsimus (ait) eſt odor veſtium tuarum, ſicut ſuffitus thuris puriſsimi, quod in Libano natum ſacrificio adoletur. fors etiam eò reſpexit: quòd ſacrificaturi veſtimentis odorem ſuauem fragrãtibus olim vſi, hoc à Bened. Peretio; cuius laus in ſacra Scriptura luculentè explicanda non exigua; notatum, probatúmque legi *in Gen. cap. 27. v. 27.*

§. 2. MENS VERBORVM.

De *labiis* Eccleſiæ & eius eloquio ſatis multa dixi *ſupra v. 3.* hoc vocatur *fauus mel diſtillans*, quia ſacrarum ſcripturarum ſapientia dulciſſima eſt faucibus ſanctorũ (*vide D. Ambr. in Pſ.* 118. *Serm.* 8.) *lac* verò, quia eſt vtiliſſima: latent ambo *ſub lingua* Eccleſiæ, donec verbis concionatorũ, vel profeſſorũ prodãtur. Scio longè aliter explicare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hesychius. Hesychius. Hesychium *lib.1.in Leuit.* qui per *mel* intelligit sæcularem sapientiã; sed hoc inuito contextu nostro, nec aduertit etiam *lac sub lingua* locari. Angelomus; In *lacte*(ait)eruditio paruulorum; in *melle* fortior doctrina perfectorum signatur:*sub lingua*,id est, in meditatione cordis.

a Serm.11. qui est in Paris. B. M. Absalon. Triplex lac in Scripturis distinguitur.

De triplici lacte,sic Absalon Abbas [a]; Testimonio Scripturarum lac triplex distinguere possumus.Lac humanæ naturæ, de quo sponsus ad sponsam in Cant. Canticorum; *Mel & lac sub lingua tua*, hoc est diuinitas & humanitas sub carne tua.Lac simplicis doctrinæ, de quo Paulus,*Tanquam paruulis lac dedi vobis potum, non escam* [b]. Lac mundanæ oblectationis, de quo carnali populo Iudæorum per Dominum fit repromissio,cùm dicitur; *Dabo vobis terram lacte & melle manantem* [c]: & multa,quæ de hoc triplici lacte subiungit.iuxta quã interpretationem dicẽdum,*sub lingua* Ecclesiæ esse *lac & mel*,quamdiu meditatur;quę posteà *per labia*(hoc est,concionatores & Doctores)sua fidelibus populis instillet.

b 1.Cor.3. v. 2.

c Deut.6.v.3.

Honorius. Honorius autem: *Labia* (inquit)Ecclesiæ sunt illi,qui aliis doctrinam narrant,quam ipsi de vberibus matris Ecclesiæ suxerant.hæc *labia vt fauus distillant*, dum dulcem doctrinam, quam hauserant à suis magistris,suis auditoribus instillant. *Mel* verò latens in cera quod distillãt,est sensus allegoricus seu mysticus conueniens doctioribus; *lac* verò est sensus historicus conueniens etiam paruulis seu rudioribus.]sic ille.

Sed quæ *vestimenta* Ecclesiæ? Respondent sancti Patres esse bona opera externa, quibus tegit turpitudinem præcedentem delictorum [d]. sic Iob ait,*Iustitia indutus sum, & vestiui me sicut vestimento & diademate meo* [e]. & de sponsa agni,de qua loquimur, B. Ioannes disertè;*& datum est illi,vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim iustificationes sunt sanctorum* [f], talium *vestimentorum odor* ascendit in cœlum instar orationis,quæ per thus denotatur,hoc est,per thymiama, vt in illo; *dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo* [g]. Nónne iugiter orat, qui meditationem operibus bonis iugiter continuat?

* Cassiod. Greg. Honor. Bed. Alcuin. Haym.

d Iob.29. v. 14.

e Apoc. 19. v.8.

f Psal. 140. v.2. simile Apoc.8.v.4.

TROPOLOGIA.

§. 3. Nouvriet.

SI quæ de Ecclesia in genere, hæc de quauis anima pia dixeris,Tropologiam præclaram & hic, & alibi plerumque tibi ipsi poteris elicere.Honorius quidé; *Labia* eius sunt, confessio,qua ore confitetur,quod corde credit;vel peccata in confessione aperit. *Lingua* eius est interpretatio bonæ cogitationis,cùm bonum consilium cordis ore,vel scripto loquitur. *Vestimenta*

menta eius sunt virtutes,quibus ita decoratur,vt corpus vestibus,vnde scribitur; *Induit me Dominus vestimẽto salutis,& indumẽto lætitiæ* [a]. a Esai.61. v.10. Nyssenus. Vestes & thuri comparantur.

De *lacte, & melle, & labiis*, Angelomo & Honorio conuenit cum Nysseno: sed de *vestimentis* cur thuri comparentur, diuinè sanè Nyssenus. Vult his verbis nos doceri,quis finis sit hominum vitæ virtuti consentaneæ.Primò quidem doceri nos,non consistere eum in vnius tantùm virtutis colore, sed in quadam variarum,vt filorum,apta textura;qua diuinum hoc vestimentum animæ conficiatur:quæ filamenta Apostolus numerans, recensetˆ; *gaudium, pacem, longanimitatem, benignitatem, charitatẽ,& alia* generis huius,quibus vestiri necesse est eum, qui exuens mortalitatẽ hanc, incorruptione velit indui. Deinde priùs collatam omnibus *aromatibus*, per quæ sanctorum tantùm virtutes denotabãtur; nũc cõparari *thuri*, cuius suffitus soli Deo dicatus & sacer est. Ideò sententiam ænigmatis huius talem esse; *vestimentum*, ô sponsa, tuum ex virtutibus contextum diuinam beatitudinem imitatur,per puritatem ac statum vitiositatis expertem,naturę illius inaccessæ similitudinem referens. Est enim *vestimentorum tuorum odor* eiusmodi, vt *thuri* similis sit, quod est diuini numinis honori consecratum. " Gal.5.v.22. "

Theodoret. Theodoret. causam vult esse, quia talis anima CHRISTVM induit teste Apostolo, CHRISTVS verò verus est Deus. Tres autem Patres; quia talis anima, quasi vestimenta quædam induit diuinæ Patres; quia talis anima, quasi vestimenta quædam induit diuinæ prouidentiæ, ad cuius imitationem salutis multorum curam gerit. Denique Philo, Per *mel*(ait) prædicatio pœnitentiæ;per *lac* legis institutio;per *odorẽ vestimentorum* similem odori *thuris*,obseruatio mãdatorum in odorem suauitatis IESV CHRISTI potest intelligi. Addit differentiam notatu dignam, inter falsos concionatores & veros; quòd illi mel tantũ habeãt in lingua,hi etiã sub lingua.Lege, si lubet. Theodoret. Ad Galat. 3. v.27. Tres Patres. Philo. " "

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§.4. Honorius. M.V.labia, lingua & vestimenta qui sint.

QVàm fœlices essemus, si ex eorum numero esse daretur; de quibus Honorius hunc vers. accepit? *Labia* virginis interpretatur, ea quæ de ipsâ Dei secreta aperiunt;quæ *vt fauus distillans*,quia omnes sermones de ea dulcedine redundant. *Linguam* virginis esse, quia eius præconia loquuntur,de quibus *mel & lac* manat,quoniam eorum doctrina sapientes & insipientes *satiat. *Odorem vestimentorum eius* esse, conuersos per famam exemplorum eius;qui sunt *thus* Deo, quoniam sicut incensum dirigitur eorum oratio.]Nihil nos tale,nihil tale;nisi se illa per nos laudari dignetur.Interea mella distillantes fauos aliorum iuuat exprimere;illi Apiculæ fuere, nos apiarij saltem. * sic vers. in lib.M.S. corrupti est. faciat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Guilhelmus mellilegulus & melliloquus ad mysterium Annunciationis retulit, in hæc fermè verba: Potest hîc spiritualiter tempus illud notari, quo ex eius ore quodammodo veritas omnis Prophetiæ, atque humani generis salus pendebat. Cùm enim Dei filius iam fletibus, & suspiriis antiquorum iustorum responderet; qui iam penè vsque ad raucedinẽ clamauerãt, *excita Domine potentiã tuam, & veni ad saluandum nos* [a]; cùm inquam iam excitaret potentiam suam, *vt exiret à Patre, & veniret in mundum* [b], *non vt iudicaret mundum, sed vt saluaretur mundus per eum* [c]; cœlestem nuncium præmisit ad virginem, de cuius carne munda sumpturus erat, quod suæ personæ vnitum tempore suo offerret patri in redemptionem multorum; vt ei humanæ redemptionis mysterium panderet, atque eius consensum, & cooperationem flagitaret. Nolebat enim omnipotens carnem sumere ex ipsa non dante ipsa, sicut sumpsit de dormiente & non dante Adam, vnde formauit Euam [d]. Ad futuræ matris excellentiam non tantùm ex ipsa carnem sumere, sed etiam ab ipsa volebat.

Guilhelmus.

a Psal. 79. v. 3.

b Ioan. 16. v. 28.

c Ioan. 3. v. 17.

Christus natus sumere carnem de Virgine nisi dante ipsa.

d Gen. 2. v. 21.

Denique missus ad eam Gabriel; *Aue* (inquit) *gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus* [e]. Ecce quàm blandè aggreditur, qui missus erat eius consensum elicere, non extorquere. *Ecce* (ait) *concipies in vtero, & paries filium, & vocabis nomen eius* IESVM; quasi diceret, consenti virgo per fidem mysterio reconciliationis humanæ: quia elegit quidem te Deus in hoc singulare mysterium, sed tamen de nesciente, vel inuita non vult sumere hostiã reconciliationis: quod profectò ad singulare meritum, & gloriam tibi est. Hilari ergo fide, da illi de te, quod in salutem omnium expendatur. Credis scio: sed non sufficit simpliciter credere, *quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem* [f]. Nisi fidem ore expresseris, non accipiet de te altissimus hostiam salutis. Dic ergo verbum dulce, dic quod dicturа es: quia tempus loquendi est, non tempus tacendi: noli tuo silentio salutem omnium suspendere, vel impedire; ne videaris Prophetarum veritati, & omnium saluti nunc inuidere. Ecce os tuum respiciunt Angeli, hominũ amatores: Sãcti Patriarchæ & Prophetæ apud inferos positi exspectãt verbũ tuũ, quasi *imbrẽ serotinũ: omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc* [g] sub exspectatione verbi dulcissimi. quin dicis quod dictura es? Adhuc *labia tua sicut* mel in faui cera, quia nondum erupit verbum dulcissimũ: adhuc sunt *labia tua sicut fauus, sed distillans*, id est, occultæ dulcedinis aliquid emittens dicendo: *quomodo fiat istud? quoniam virum non cognosco* [h]. Adhuc *mel & lac sub lingua tua*; verbum nempe illud dulcissimum, quod erit mel angelorum, & lac mortalium. Vt ergo lætentur Angeli, lætentur homines, non sit vlteriùs tam dulce mel, & tam dulce lac sub lingua tua, sed potiùs *in lingua tua*: Non vlteriùs verbum bonum sub modio abscondatur, sed ad salutem omnium in luce ponatur.

e Luc. 1. v. 28. & 31.

f Rom. 10. v. 10.

g Rom. 8. v. 22.

h Luc. 1. v. 34.

Nec morata virgo; *Ecce* (inquit) *ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [i]. Hoc planè est verbum dulcisonum, quod & Angeli, & homines desiderabant audire. Hoc verè est *mel & lac, quod* erat

i Luc. 1. v. 38.

erat *sub lingua* virginis.] Hoc nato filio sæpiùs in os virginis recurrit; vel potius prolatum, boni operis ratificatione, semper in virginis corde remansit, vnde assiduè, & sub lingua, & in lingua, & supra linguam prodiret. Planè non prodiret in linguam, nisi in corde foret. Nam *ex cordis abundantia os loquitur* [a]. Parùm erat quod dixerat suprà, *& eloquium tuum dulce*; quia nimis parum est, dulcedinem esse in eloquio, nisi dulce sit etiam cor. MARIA dulcis in ore, dulcis in corde; quia semper *pacis cogitationes cogitauit* [b].

a Luc. 6. v. 45.

b Iere. 29. v. 11.

Ideo Rupertus inducit CHRISTVM piæ matri dilectæ sponsæ dicentem: Hoc est, quod nunc dico; *Fauus distillans labia tua*, subiungens, *mel & lac sub lingua tua*, id est, in anima tua. Ibi timibet ipsi dulciter sapit fauus eloquij tui, *fauus distillans* à labiis tuis, labiis gratiosis. Fauus tuus ego sum, lac tuum, & mel tuum ego sum: quia Deus tuus & filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia: aliud loqui non potes, quàm id, quod in pectore habes. Ex abundantia cordis labia tua loquuntur. Etsi aliis ad tempus tacuisti, mihi tacere non potuisti. Ex quo me natum vidisti, mecum * delicata es suo duleis eloquij. Quid de pannis dicam, quibus me inuoluisti, & in præsepio inclinasti? nimirum id quod verum est, quia *odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris.* Omnium namque vestimentorum sicut bonorum operum tuorum, quæ in me materna & plusquàm materna charitate operata es, panni illi primitiæ fuerunt. Et quia cuncta, quæ tunc in me, vel tunc propter me operata es (*sic corrigendum*) de magno & valido charitatis igne, cum suauitate humilitatis venerunt, rectè dixerim; *odor vestim. tuor. sicut odor thuris.* Sic enim in omnibus famulata es mihi, tanquam Deo, cui soli debetur odor thuris in sacrificio suo.] Sic ergo opera Deiparæ semper Deo sicut thus fragrant, semper ita placent Deo, vt ipsum placare queant.

* Corrige, delicata.

Verùm rectè monet Guilhelm. vt pro nobis quoque sicut thus fragrent, sollicitè agendum: & id duobus effici; vitæ munditia, & deuotione nõ tepida. Illã quippe pia mater exigit, hãc verò non repellit. Prætermitto lõgè diuersam ab hac explicationẽ Alani, cui *mel* diuina natura, *lac* humana, *lingua* caro de virgine sumpta: qui vult eũ cõsulat.

Guilhelmus.

Alanus.

ANAGOGE.

§. 5.

GVNCTA hæc Ecclesiæ, peregrinatione hac peracta, quãdo in cœlum triumphatura, recipietur, meritò à sponso suo CHRISTO Domino dicentur: sed de B. Virgine in cœlum assumpta adhuc veriùs. Illic *labia* matris *astillabunt* in laudibus assiduis filij magnitudinem, cuius diuinitas in carne sicut *mel* in cera delituit. *Mel* quod de cœlo trahit originẽ (ait Hailgrinus) angelicam naturam; *lac*, quod de sanguine & carne nascitur, vitæ candorem sanctorum hominum designat: sed & nos candore, & illi laudis & precum dulcedine, infinitis gradibus inferiores sunt lingua illa beatissima. Accedit *odor vestimentorum*, qui incenso *thure* melior est, flagrantia deuotionis, & fragrantia meritorum. Sequitur.

Hailgrinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 12. "Hortus conclusus, soror " mea sponsa, hortus con- " clusus, fons signatus.	*Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

POST singulorum ferè membrorum peculiarem laudem, nunc sponsam cõmendat vniuersim, comparatione duarum rerũ laudatissimarum; horti consepti, & in eo fontis copiosi, sed obsignati. adspectu, vt arbitror, ad paradisum amœnitatis, vnde protoplasti eiecti fuêre; in quo plantarum & arborum genus omne, & in meditullio scaturiens fons perennis omnem irrorabat terram [a]. Hoc vers. nudas compararionis delineat rudi penicillo: sed sequentibus, tam copiosè, tenerè, & eleganter vtramq; similitudinem exornat, vt nihil copiosius, tenerius, elegantius legisse commeminerim. Id facit, vt significet nihil in sponsæ pulchritudine plebeium esse, tritúmve; sed omnia supra vulgarem modum apta, decora, venusta; cunctas in vna gratias degere, vndique delicias, & amores illam spirare.

a *Greg.*

CONCLVSVS] nõ solùm muro ac custodia, sed etiam seris obductis. (sic Hebræa) vt sit à ferarũ incursu & furibus securus. Præceptũ istud rei rusticæ Columella non praeteriit, . . . *exultósque iubet laudamus vt hortos.* Ceterùm vbi nos & LXX. secundo loco habemus, *hortus conclusus.* ibi nunc Hebraicè legitur GAL, hoc est, scaturigo seu irriguum. noster & LXX. videntur legisse GAN, sicut priùs: & sic Hebræi quidam codices emẽdatiores: nec multùm quoad sensum refert, vtrum bis repetatur, *hortus* an *fons*: præstat tamen hortum bis repeti, propter mysteria mox dicenda.

בעור *vbi.*

גל גן

SIGNATVS] si moris erat, vt publici fontes lapide clauderentur, quod audistis Gen. 29. quantò magis id credendum de fontibus priuatis hortorum? ne quis perditus liquidis immittat fontibus apros, vel venenet eos, alitérue corrumpat. *Signatus* sanè hic, idem quod sigillo obsignatus.

§. 2. MENS VERBORVM.

Africanos Episcopos comperio hoc loco abusos ad hæreticorum baptis-

baptismum iterandum, vt Firmilianum, & B. Cyprianum [a], qui meritò hoc nomine refellitur à B. Augustino non semel, *lib. 2. contra Cresconium, cap. 14. & 15. & lib. 5. de baptism. contra Donatistas, cap. 25.* de hoc etiam horto & fonte, quis fuerit, nõnulla Vitriacus *Histor. Orientalis c. 53. & 43.* secutus, vt solet Guilhelmum Tyrium, scriptorem fidum belli sacri.

a *Firmilian. ep. ad Cypriã. Cypriã. Epist. 70. ad Pompeium. & 76. ad Magnum.*

Vera, & communis interpretatio est de Ecclesia Catholica. Hæc enim Apostolico (vt scribit Aponius) labore exculta est *hortus*: eius plantæ & arbusta sunt fideles; qui virtute Spiritus sancti geniti, in fide per dilectionem operante fucrescunt, & multiplicia virtutum variarum cum floribus poma progerminant [b]. *Conclusus* est *hortus*, quia duplici munitus custodia (vt rectè Cassiodorus, & VVilleramus) Angelorum & Dei. nam illi sunt montes, de quibus Psalmista canit; *Montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui* [c]. Non hanc vt Synagogam *vindemiarunt omnes transeuntes viam* [d], nec *diuaricauit pedes suos* idolo Moloch, Chamos, & Beelphegor; nec amplexa est Astartes aut vitulorum fornicationem: in hanc impietati nullus aditus; per hanc *non adiiciet vt pertranseat omnis incircumcisus & immundus* [e]. (sic Iustus) eadem est *fons*, fluentis doctrinæ suæ humectans omnem orbem terrarum (sic plerique [f]) in hac est *fons patens domui Dauid* [g]; qui vsque ad IESV CHRISTI aduentum cunctis clausus fuit & *obsignatus*, fons verè *signatus*; nec quisquam ex eo bibit, donec eum Dominus reserauit, clamans; *Si quis sitit veniat ad me, & bibat* &: sed & postea mansit sigillatus signaculo fidei (sic Angelomus;) nec patet hæreticis, ne veneno inficiant, nec aliis infidelibus, ne sues lutosi eum pedibus turbent: planè *nulli alieni participes eius sunt.* Nõ patet inquã hæreticis, & infidelibus, quãdiu in perfidia perseuerãt; si eã deserãt, patet planè, & quasi obuiis inuitat vlnis.

b *Sic apud Chrysost. Innumerantem Matth. hom. 19. D. Ambr. lib. 10. ep. 82. ad Vercellens. Episcopũ, & lib. 1. de Virgin. Theod. Philo, Greg. Beda, & alij hic.*

c *Psal. 124. v. 2.*

d *Psal. 79. v. 13.*

e *Esai. 52. v. 1.*

f *Phila, Iustus, Aponius, Greg. Angel. Cassiodor. Willeram.*

g *Zach. 13. v. 1.*

h *Ioan. 7. v. 37.*

TROPOLOGIA.

§. 3. NYSSENUS.

EX sequentibus nos doceri ostendit D. Nyssenus, quo pacto quis Dei *soror & coniux* fiat. *Sponsam* fieri, si det operam, vt quoad poterit adglutinetur CHRISTO, eíque quasi concorporea fiat: *Sororem* verò, in præstanda Domini voluntate, quemadmodum Euangelium testatur [h]. Vtrumque; si quis studeat esse hortus omni virtutum spiritualium plantatione virens, exultúsque; nec non mãdatorũ Dei maceria vndique munitus, circumseptúsque, adeò vt nec à *singulari fero* quãtumuis sæuo, nec ab *apro* possit *exterminari* [i]. Præterea si sit hortus irriguus, *fonte*, de quo in Prouerbiis, quasi in quodam ænigmate; *Bibe aquam de cisterna tua & fluenta putei tui. Deriuẽtur fontes tui foràs, & in plateis aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui* [k]. Nempe fons qui ad alienos non effunditur, is hoc loco vocatur *obsignatus*, hoc est, custodia septus.

i *Psal. 79. v. 14.*

k *Prou. 5. v. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Fontem hunc, ait esse intellectum, qui omnis generis ratiocinationes in nobis ebullit, & quasi scaturit. Tunc cum soli possidemus, cùm ad ea tantùm mouetur, quæ nobis vtilia sunt, & nobis est adiumento ad bonorum acquisitionem. Sed si vim ratiocinationum ad excogitationem malitiæ quis conuertat, & non virtutibus, hoc est veris animæ bonis; quæ sola nostra sunt; sed fortunæ, quæ sunt prorsùs aliena; & corporis, quæ non prorsùs nostra sunt, quia possunt inuitis extorqueri; & sic alienis acquirendis se dedat; tunc nostrum illud fluentum in alienos insumitur, tunc eo vitæ spinosæ tribuli, & vrticæ irrigantur, pereunte interim, ob siccitatem, ac marcescente hortensium plantarum cultura præstantiore. Dum verò addit *fontem signatū* esse, etiam innuitur puritas cogitationum & recollectio animæ à sponso expectatæ. Cùm enim sigillum rei à se custoditæ (verba sunt Nysseni) hoc largiatur, vt ea prædæ non sit exposita, dum furem signo perterrefacit: cúmque id quod furto non subtrahitur, domino suo integrū maneat; idcirco encomium hoc virtutem sponsæ summam tribuere videtur, quod videlicet ipsius cogitatio ab hostibus non attrectata maneat, & pura, castáque, vitiis intacta sponso seruetur suo. Fontem itaque hunc ipsa puritas obsignat, cordis pelluciditate, quæ sudo persimilis aëri est, nullo cogitationum limo perturbata.]

Fontis intellectus.

Virtutes sunt vera bona.

Tres Patres.

Sic etiam tres Patres; animam quoad partē imam esse volunt duplicem *hortum*; *hortum*, consitum virtutum disciplinis, quoad internas functiones; & *hortum* consitum moribus virtuti consentaneis, quantùm ad externas (has carnem vocant) quoad mentem verò seu portionem superiorem, instar *fontis*, pias ac diuinas cogitationes scaturire, & signo Dei, nēpe imagine Dei esse consignatā, ne inimicus aduenies eam diripiat, occidat, perdat, vel fructus eius adsportet, vel cognitæ veritatis aquam falsis opinionibus contaminet.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA B. VIRGINE.

§. 4.

DE MARIA plurimi Patres hunc vers. cū seqq. interpretātur, *vt Hesychius orat. 2. de* DEIPARA, *Epiphanius iunior serm. de laudibus eiusdem, D. Hieronymus lib. 2. contra Iouinian. & Apologia contra eundē, & auctor epist. ad Paullam & Eustoch. de assumpt. B. Mariæ, & Honorius in sigillo, & Iustus Orgelitan. hic*; sed hi omnes strictim: vberiùs egēre Rupert. lib. 4. Guilhel. & Hailgrinus; ex quorū dictis, vt ex variis liquoribus potum iucundiorem

Rupertus. Guilhelmus. Hailgrinus.

diorem propinabo. Virginalem fœcunditatem sponsæ hunc celebrat. *Hortum* vocat, propter fœcūditatem; *conclusum*, propter integritatem. *Hortus* fuit, quia mater; *conclusus*, quia virgo; *hortus conclusus*, quia mater virgo. Dignum miraculum, quod ter inculcetur. Nam & *fons* quia genitrix, & *signatus* quia incorrupta.

S. V. hortus, conclusus.

Ecce tibi hic nouum Paradisum. primum *plantauerat Deus in Edem* [a], hunc plantauit in MARIA. In illo posuit *hominem*, primum Adam, *quem formauerat*: in isto formauit Adam secundum, hominem qui apud ipsum *in principio erat* [b]. De illa humo produxerat *omne lignum pulchrum visu & ad vescendum suaue, & lignum vitæ in medio Paradisi*: huic humo, terræ suæ benedixit, & ex ea produxit cunctarum germina gratiarum; & cunctarum exemplaria virtutum; ipsum quoque *lignum vitæ* CHRISTVM. Verior hic *hortus*; si *hortus* indenominatur, quod aliquid semper ibi oriatur, & cum alia terra semel in anno aliquid gignat, hortus nunquam sine fructu est; nam ex ea natum est quod nunquam deficit, fructus qui nunquam decidit, aut marcescit. Fructus suauissimus & saluberrimus, *fructus ligni vitæ*; de quo fructu dicitur, *Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem, & qui manducat me, & ipse viuet propter me* [c]. Vnus est fructus horti huius, sicut & hortus hic est vnus; sed in illo vno fructu, quantus est fructus? In ipso vno omnis est suauitas, omnis est sanitas. ipse Deus & ipse homo, & ideo in ipso duplex refectio, ciuis & peregrini. ciuis, Angelus ipso vescitur ad iucunditatem: peregrinus homo, ipso vescitur ad sanitatem; extra ipsum sanitas non est, nisi falsa; iucunditas non est nisi mortifera. O fructum singularem, propter quem dicitur horto, qui genuit eum, *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui* [d]. ideo *benedicta tu*, quia *benedictus fructus ventris tui*. verè ex fructu suo hortus iste cognoscitur. Si nosti quis sit fructus huius horti, nosti, quod sit *hortus conclusus*. Nam Deum non decuit nisi de virgine matre nasci. Nūquam simile auditum est de nostrorum multitudine hortorum; quem non saltem ingrediens vel egrediens aperuerit hortulanus. Vterus virgineus *conclusus* mansit in conceptu, *conclusus* mansit (*inuito te Beza*) post partum.

[a] *Gen. 2. v. 9.*

[b] *Ioa. 1. v. 1. Sic Rupert.*

[c] *Io. 6. v. 54. Fructus horti Christus.*

[d] *Luc. 1. v. 42. Sic Guilhelm.*

B. V. ante & post partum virgo.

Primus ille Paradisi hortus hominem custodire non potuit, nec illum homo custodire voluit; ita *conclusus* non mansit, & vitæ ligni vsum amisimus. In Iob legimus [e]; *non concluserit ostia ventris, qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis*. quasi diceret, Satanas aperuit ostia paradisi, de quo quasi fœtus ventris humani exiuit; quæ ostia si clausa reliquisset, ablata forent mala ab oculis meis. Horum malorum remedium, plantauit Dominus alium paradisum, quem ingredientes lignum vitæ illud æternæ adeuntes, de fructu eius comedamus; & non moriamur. Et hunc hortum ita clausit Deus, vt nulli maligno pateat ingressus. Cōclusit eū tota Trinitas. potentia Patris munuit virginem contra diaboli violentiam; sapientia Filij, contra hostis fraudulentiam; bonitas Spiritus sancti, contra eiusdem malitiam. Hortus iste nec squalidus est, nec inaquosus, sed planè irriguus. Nam

[e] *Iob 3. v. 10. Sic Hailgrin.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

idem hortus, est *fons signatus*. planè *fons* est, de quo nobis vita manauit: sed tamen *signatus*, quia non decuit vitam manare, nisi de fonte signato: non decuit verbum nasci, nisi de matre virgine. Scriptum est, quia Pharao ad vnam rem significandam duo vidit somnia; quorum
" primum cùm exposuisset præsagus Ioseph; *quod*, inquit, *secundo vidi-*
" *sti ad eandem rem pertinens somnium, firmitatis indicium est, eò quòd fiat*
a Gen. 41. v. 32. " *sermo Dei, & velocius* [a] *impleatur*. Sic ad vnam virginalem fœcunditatem indicandam duæ vsurpantur comparationes, *horti conclusi*, & *fontis signati*. Vt illic signi geminatio est indicium firmitatis, sic hoc loco inculcatio eiusdem, signum est singularis excellentiæ & dignitatis.

Sed quo sigillo *signatus* hic *fons*? sigillo Spiritus sancti (iuxta Rupertum) de quo dictum ab Angelo; *Spiritus sanctus superueniet in te* [b], *quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est* [c].

Rupertus. b Luc. 1. v. 35. c Matth. 1. v. 20.

Guilhelmus. S. Agnet. Sigillum virginitatis custodiendum Christo.

Signatū (ait Guilhelm.) sigillo virginitatis perpetuæ habente imaginem spōsi cœlestis, ex impressione annuli eius: de quo sancta quædam anima; *Annulo*, inquit, *suo subarrhauit me Dominus meus* IESVS
" CHRISTVS. Nempe tunc sigillum virginitatis imagine sponsi insignitur, cùm annulo amoris eius imprimitur, & tamdiu sponsi seruat imaginem, quādiu virginitas sponso custoditur: Verùm si gloria humana, vel quid aliud præter sponsum quæratur, in eodem sigillo imago sponsi cœlestis illicò obliteratur. Sigillum autem, quo signatus erat *fons* ille, de quo nobis saluo eodem sigillo salus manauit, tam altè fuit impressum, tam profundè cœlestis sponsi imaginem imbiberat, vt nullo modo imago posset obliterari, sicut nec ipsum sigillum poterat temerari. Nihilominùs sicut salua cera potest per eā aqua exsudare, & penetrare: sic ex hoc fōte saluo sigillo riuus emanauit: de quo in Ecclesiastico, dicit sponsus; *Ego quasi fluuius diorix, & quasi aqua ductus exiui de Paradiso* [d]. De veteri & terreno paradiso fluuius egrediebatur, ad illum locum voluptatis irrigandum, qui post in quatuor capita diuidebatur: de isto nouo & cœlesti paradiso flumen illud egressum est, de quo legitur, *Fluminis impetus lætificat ciuitatem* [e] *Dei*; quod inde diuiditur in quatuor Euāgelia. *Fluuius* ille CHRISTVS est, *para iusus* vterus virginis; quem Spiritus sanctus tanta gratiarum abundantia perfudit, vt filio Dei fieret *hortus deliciarum & voluptatis*. inde exiuit *fluuius diorix*, rapido charitatis cursu, totum mundum sapientiæ suæ fluentis perfundens.

d Eccles. 24. v. 41.

e Psal. 45. v. 5.

Alanus.

Sed capite pia quoque & succisa Alani commentaria; *Hortus* in
" quo non rosæ patientiæ, nec lilia virginitatis desunt; in quo rosa Do-
" minici corporis & sanguinis, in quo lilium castitatis. *Conclusus*, quia
" vtrobiq; clausus, studio bonæ intentionis, & consideratione rationis.

Horti proprietas.

" *Hortus conclusus soror mea sponsa*, quia vallo charitatis signatus, ne ir-
" rumpere possit malignus. *Cōclusus*, quia Angelorum custodia circum-
" septus. *Soror mea* per dilectionem, *sponsa* per naturarum vnionem.
" *Hortus conclusus* hic ideo repetitur, vt perfectio virginis in actione
" & contemplatione notetur, vel in duplici virginitatis specie. Con-
" uenit horto, vt sit æqualis, septus, satus, distinctus, rectus & vber.

Aequalis,

Aequalis, vt rigetur, septus, vt seruetur, satus, vt fructificet, distinctus, vt delectet, rectus, vt capiat aërem, vber, vt præbeat copiam. Et, tu virgo Dei genitrix, fuisti vber *hortus* copiæ plenitudinis: *Fons* in quo ineffabilis misericordiæ flumen, in quo gratiarum omnium irriguum: *fons*, qui in sinu suæ pietatis recipit lacrymarum nostrarum profluuium: *signatus* fidei sigillo, Euangelicæ veritatis signaculo, & virginitatis pessulo, ita vt nec hæretici nec dæmones in te fidem, vel Euangelij veritatem possint infirmare.]

ANAGOGE.

HONORIVS; Paradisus (scribit) exsultationis est habitatio sanctorum in cœlis, plena omnibus deliciis. In hunc paradisum raptus est [a] Apostolus, & in hunc latronē introduxit Dominus [b]. In hoc paradiso *fons* qui *fluit de loco voluptatis*, est CHRISTVS fons vitæ fluens de corde Patris, de quo manat omnium vita. *Lignum vitæ*, est Dei sapientia vel Spiritus sanctus vitam omnibus inspirans. *Fons & puteus aquarum viuentium*, est plenitudo omnium gaudiorū. In ceteris huius capituli deficit Anagoge.] Possumus tamen dicere, *hortum* esse cœlum empyreum propter plantaria, & floricera tot beatarum mentium, & sanctarum animarum: eadem etiam mox comparari, propter virtutum exempla *aromatibus*; propter remedia quæ quotidie ab illis percipimus, cōparari *vnguentis*; sed & *arboribus*, qui celsioris fuere sanctitatis: *plantulis* qui minoris. *Conclusum* dici hortum, quia ab illis sedibus arcetur omne immundum; dæmones, & peccatores: *fontem* dici, propter perennem in mortales beneficentiam, quæ a cœlestibus quotidie defluit, & irrorat nobis. *Signatum* dici, quia sigillo charitatis omnia beneficia denotantur. Sequitur.

§. 5. Honorius. a 2. Cor. 12. v. 4. b Luc. 23. v. 43.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.13. „ Emissiones tuæ paradisus malorum punicorũ cum pomorum fructibus. cypri „ cum nardo, * nardus & „ crocus, fistula & cinnomo- „ mum cum vniuersis li- „ gnis Libani, myrrha & a- „ loë cum omnibus primis „ vnguentis.	*Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum cum fructu nucum. Cypricum nardis, nardus & crocus, calamus, & cinnamomum cum omnib. lignis Libani: myrrha, aloth, cum omnibus primis vnguentis.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

ORTOS nunc describit quibus ad amœnitatem, pulchritudinem, culturam, custodiam, salubritatem desit nihil: vbique fertiles, vbique plenos pulchris, selectis, raris, salutaribus plantis & arboribus. quid tale in Phæacum Regis hortulis apud Homerum?

שלח Pſ. 80.v.12. Iſai.16.v.8.

EMISSIONES] significant propagines plantarum & arborum, SALAH enim (cum *Cheth* finali) significat mittere seu extendere, & propagines quasi videntur emitti ex magnæ matris sinu. Singulas has propagines dicit pretioso & omni arborum (vt diximus) genere exculto *paradiso* similes esse.

POMORVM FRVCTIBVS] Hebr. est, *cum fructu deliciarum*: hoc est, cũ omni fructu dulci & delicioso. Ideò, vt noster, sic prior Symmachus, etiam ὀπώρων: ambo generali nomine pomi; malorum & nucum quoque species omnes complexi. LXX. verò μετὰ καρπῶν ἀκροδρύων. quod ad nuces restringi minùs placet, malo ad omnia poma extendi cum nostro: quod ex iure alij [a] olim; ego etiam ex Hesychio & Suida confirmo in voce ἀκρόδρυα, qui apertè.

a H. Step. in Theſaur. etiam Budæus.

CYPRI CVM NARDO] quæ de his diximus cap.1.v.11.& 13. hîc Philo Carpathius astruit.

NARDVS ET CROCVS) hoc est nardus cum croco, vt VVilleramus. coniungit has herbas & aromata, quia inuicem mixta fundunt odorem gratiorem: sic Virgilius;

Et

Et vos, ô lauri carpam, & te proxima myrthe:
Sic posita quoniam suaues miscetis odores.

Nardum bis repetit, quia cum croco & cypro amat commisceri.

Nyssen. de Croci deſcriptio.

Nyssenus *hom.9.* de croco, aiunt hi, qui floris huius vim cognitam habent, esse in eo facultatem quandam mediam refrigerandi & calefaciendi, atque hoc ipso, quod in horum vtroque moderatam vim obtineat, valere ad mitigandos dolores. Flos hic in triplici folliculo nutritur, atque etiam folliculus quisque per se flos est purpurei coloris. Postquam verò demptus est folliculorum cortex, inueniuntur in ipsis folliculis absconditi tres omnino flores, qui & fragrantes sunt, & ad medicinam faciendam vtiles; pari inter se magnitudine, elegantia, suauitate odoris, facultatis proprietate, adeoque per omnia vnum hæc tria esse videntur. His autem alia tria quædam coniuncta sunt à natura, quæ flaui quidem & ipsa coloris sunt, verùm ad vllum vsum salubrem nulla vi prædita.] Notissima herba & flos. Videri possunt Dioscorides *lib.1.c.25.* & Plinius *lib.21.c.6.& 7.*

a Iſai.19.v.6. & 43.v.24. & Ezech.17. v.19.

b Theophraſt. lib.9.c.7. Dioſcorid. lib.1.c. 17. Galenus lib.8. ſimplic. medicament. Plin.lib.12.c. 22.

קדה c Exod.30.v. 24. Ezech. 27.v.19.

FISTVLA] Hebr. KANA, quod Alanus & alij, qui casiam esse volunt, ipsi falluntur, non noster, qui constanter solet *fistulam* vel *calamum* vertere [a]. intelligens de canna seu calamo aromatico, qui à forma solet etiam *iuncus odoratus* vocari; copioso in Iudæa prouentu, de quo multa veteres [b]. *fistula* idem est quod *canna*. nam & Silio, fistula pastoralis *canna* dicitur, voce nimirum Hebræa, quæ hoc loco posita. Nyssen. *cannam* (ait) siue calamum, fragrãtia mirificè præstare tradunt.] *Casiam* hîc nec ipse, nec Theodoretus, nec Philo, nec Græcorum alius agnouit. Et errare puto Cassiodorum atque VVilleramum, qui *fistulam* putant etiam *casiam* vocari: nam *casia* Hebræis dicitur KIDDA in Exodo & Ezechiele [c], vbi cur noster *flacten* verterit alibi discutiam: vel sanè *casia* vocatur KESIOTH, (cum *Sade* in secunda, & *Sin* in tertia sede) ex Psalmo 45.v.9. quanquam ibi fors potiùs *costum* posterior vox ista significat. Deinde cùm sequatur de *cinnamomo*, minùs necessaria mentio erat *casiæ*, nã ex veriori sententia (quicquid And. Theuetus) *cinnami* vox est origine Hebræa, & significat cinnamomi seu cinnami fruticis pretiosiorem corticem; cuius *casia* significat viliorem. *cinnamomum* verum nullum, vel rarum ad nos defertur. *Canella* nostra, potiùs est *casia*, confuderunt *casiam* & *cinnamomum* plerique veteres, & hodie pauci norunt discernere [d]. KINNAMON, Hebræum, *cinnamomum* est, non vno loco [e]. ridiculi sunt, qui putant esse lignum Aloës. hoc subruffum subnigrúmque; illud (etiam Cassiodoro teste) cinericei coloris. confirmat idẽ Guilhelmus, addens *fistulam* esse rubei coloris.

קציעות d Arab. Darchini, ſortè quaſi Darcinnami, lignum cinnami, vt dixi. ſic plerique diſtinguunt: licet aly caſiã & cinnamomum pro eiſdem vſurpet. lege de hac re fuſè ſcribẽtes Manar. l.8. ep.1. Matthiolum in Dioſcor. libr. 1.c. 12. & 13. And. Lacun. in eund. libr. 1.c. 13. Gartiam de hort. & ex eo. Ioan. Iacob. VVecherũ lib. 1. antid. ſpec. ſect. 13. & Roüill. ſeu Dalechamp. l. 18. hiſt. plant. ca. 26.

D. Gregorius Nyssenus, *cinnamomum*, variam & multiplicem efficacitatem polliceri aiunt, vi quadam naturali, & pleraque de hoc tradita fidem excedere videntur. Aiunt hoc aroma, si tantùm attingat, feruentem in lebete aquam mox refrigerare: item si balneo calefacto inferatur, inflãmationem aëris in frigus cõuertere: habere præterea naturam talem, quæ perimat genita ex aliqua corruptione: si ori

קנמון e hic, & Pro. 7.v.17. Eſa. 30.v.23. Nyſſenus.

dormientis imponatur; nullâre impediri dormientem, quo minùs interrogantibus respondeat: adeoque somnum illi minimè excuti, ac nihilominùs respondere sobriis & articulatis verbis. Quod quidem ita esse adfirmare hominem; qui per experientiam horum de cinnamomo traditorum veritatem non habeat; præceps quidem ac temerarium fuerit.] postea quoque hoc fabulosis annumerat, sed ostendit etiam ad instituti sui explicationem sacras litteras fabularum mentionem non aduersari.

Honorius.

Honorius; *cinnamomi* arbor habet tres cortices, superior dicitur *fistula*, medius *cinnamomum*, tertius *amomum*, medius est dulcior ceteris] totum hoc puto commentitium.

לבנון *Lebana.*

LIBANI] oportet vocem ad *thus* restringere; nam Hebraicè non montis nomen, sed thuris est, vt ostendit finale *He*: sed cùm subdit, *omnibus primis vnguentis*; loquitur de cunctis artificio confectis odoramentis. quia vult indicare superesse huic monti omnes naturæ & artis delicias. *Thuris* enim nomine omnia aromata complectitur pura; *vnguentorum* verò, omnia sophistaria condimenta. Veruntamè malo dicere; nostrum interpretem non LEBANO, sed LEBANON per NVN finale legisse & accepisse de cunctis odoriferis arboribus & odoribus montis Libani.

לבנן

MYRRHÆ] *vide c. 1. v. 12.* ALOE, qui *Sandalum* supponunt debuerunt ad sonum vocis Hebraicæ attendere, AHALOTH; quę Aloë vicina maximè. Sed & Aquil. vertit κηλὰ ἄλωθ, LXX. Hebræum retinuere. Symmach. nimis laxè, κηλὰ βύσσαμα. *Aloës* planta non est inodora, & succus eius est vtilis contra cadauerum putrefactionem, & medicamentis vulnerum ac morborum salutaris, si quid aliud. *Dioscor. lib. 3. c. 22. Plinius lib. 27. c. 4.* Cassiodor. ita scribit; *Aloe* lignum est suauissimi odoris: adeò vt vice thymiamatis altaribus adoleatur: habet verò succum amarissimum resistentem putredini ac vermibus] vides cur Symmach. verterit; *thymiama.*

אהלות

PRIMIS VNGVENTIS.] hoc est, cunctis pretiosissimis plantis & arboribus, quarum vsus præcipuus in vnguentis miscendis. hæc est vis Hebraismi, *cum omnibus capitibus aromatum.*

§. 2. MENS EIVSDEM.

Sicut olim *paradisus voluptatis* arbore scientiæ boni & mali, arbore vitæ, ac ceteris cũctis ad videndum pulchris & ad vescendum suauibus ornabatur: ita *paradisum* nouum Ecclesiam; cunctis, qui ad ornatum, vel vtilitatem spiritualem pertinent, ordinibus, quasi quibusdam virtutum omnigenarum plantariis, à Deo excultam fuisse demonstrat ex communi Patrum sententia. Primò considerat vniuersalem Ecclesiam tanquam paradisorum matrem; singulas enim propagines eius, hoc est, particulares Ecclesias, paradisis singulis confert. Nam vt vrbium quædam matres *Metropoles* vocantur, & ab iis ortæ seu deductæ *filiæ* [a]; sic etiam locus quiuis *filiæ* nomen potest obtinere, vt cum Propheta *cornu filij olei dixit* [b]; & sicut *scintillæ* dicuntur [c], *filij prunæ*; sic etiam paradisorum propagines nomẽ filiorũ seu *emissionum* paradisi merẽtur. Sic paradisus vniuoca paradisorũ mater; & quidem non

Ecclesia vniuersalis verus est paradisus.

a *Ierem. 49. v. 2. Ezech. 16. v. 46.*
b *Esai. 5. v. 1.*
c *Iob. 5. v. 6.*

non vilium pomorum, sed *punicorum malorum.* Punicum malum aptissima est Ecclesiæ figura. nam quemadmodum in malo punico plura vno cortice grana exteriùs conteguntur: sic in vna Ecclesia vnius fidei vinculum varias gentes coniungit; quæ tamen particularibus suis diœcesibus distinguuntur, sicut punici granula suis singulis folliculis separãtur. Peculiare quoque huic est malo, (notant Geoponici) vt totidem sint in minoribus pomis grana, quot in maioribus: sic eadem sunt in Ecclesia plebeiorum & magnatum sacramenta, communia Spiritus sancti charismata, eadem opera lege definita, communia præcepta, pœnæ ac præmia. vt semper in illo pomo grana aliqua sunt putria, sic & in Ecclesia semper aliqui mali & corrupti inueniuntur.

Vide Pierium. Hieroglyph. lib. 54.

Emissiones autem istæ, quæ mox recensentur, quid aliud sunt, quàm diuersi membrorum seu filiorum Ecclesiæ ordines, suis singuli virtutibus ornati? quod Honorius & Guilhelmus hîc feliciter docent. Et primi quidem emissionum nomen merentes, sunt Apostoli; quorum nomen ipsam (vt Philo notat) missionẽ significat: & ideò emissiones Ecclesiæ non sunt hæretici, qui se missos esse legitima auctoritate nequeunt ostendere.

Phile.

Honorius.

Sed Honorium audite. Ecclesia est *paradisus* omnibus spiritalibus deliciis plenus; *paradisus* enim dicitur *hortus deliciarum*, & in Ecclesia sunt omnimodæ deliciæ scripturarum, diuersarum artium, multarum virtutum. In quo paradiso est, *fons*, id est, baptismus, vel CHRISTVS, per cuius fluenta, quæ sunt spiritualia charismata, irrigatur talis paradisus. *Quatuor* huius fontis *flumina*, sunt quatuor Euangelia; *lignum vitæ*, sancta crux; cuius *fructus* est CHRISTI corpus, de quo qui dignè comederit, non morietur in animæ in æternum. *Ligna fructifera* sunt sancti; *fructus lignorum*, opera sanctorum; *lignum scientia boni & mali*, est liberum arbitrium. In hoc spiritali paradiso diuersa genera arborum crescunt, hoc est, diuersi ordines electorum.

Guilhelmus.

Ibi crescunt mali punicæ] prima emissio (ait Guilhelmus) est *paradisus malorum punicorum cum pomorum fructibus*, hoc est, nobile illud collegium Apostolicum cum cœtu reliquorum martyrum. Mala punica sanguineo rubent colore; sancti Apostoli ad similitudinem Magistri sui sanguine fuso rubuerunt. Nam & Ioannes cum ceteris malum punicum fuit animi virtute, voto & conatu. hæc punica mala paradisus protulit *cum pomorum fructibus*, hoc est, cum bonorum operum variis exemplis.

Apostoli sunt mala punica.

Honorius.

Ibi crescit & cyprus. *Cyprus* (ait Honorius) est arbor aromatica in Aegypto abundans, habens semen simile coriandro, vt manna, album, sublucidum, & odorum; quod oleo coquitur, & inde succus exprimitur, qui *Cyprus* dicitur: Vnde Regium vnguentum conficitur, ita dictum, quòd Regius morbus eo curatur.]

Guilhelmus.

In explicando dissentiunt Honorius & Guilhelmus. Sed ita vt possint coniungi explicationes, hoc ferè modo. per *cyprum* intelligi gradum continentium seu religiosorum, qui se & votis ad castitatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

puritatē obſtrinxerūt, & in docendis ceteris fidelibus operam, quam poſſunt, ſedulò impendunt. Talibus olim Aegyptus referta fuit. horum ſemen eſt doctrina virtutis, quæ mannæ ſimilis, quia habet ſpirituale *delectamentum, & omnem ſaporem ſanctæ ſuauitatis* [a]: ſemen candidum nitore veritatis, ſublucidum exemplo ſanctitatis, odorum fama piæ conuerſationis. Hoc ſemen oleo decoquitur, quia ſemen verbi ſine oleo gratiæ, nihil eſt niſi aër incaſsùm verberatus: ex ſucco inde expreſſo regale conficitur vnguentum; quo morbus Regius, hoc eſt, ſuperbia curatur. nam hunc morbum Regium eſſe, præfecto vrbico apud Prudentiū B. Laurentius reſpōdit. Et quia Regio huic morbo curando, optima eſt humilitas: ideò rectè *cypro nardus* eſt adſita.

a Sap. 16. v. 20.

Superbia morbus Regius.

Honorius.

" Ibi creſcit *nardus* (ait Honorius) hoc eſt, humiles & innocentes, " qui ſe coram aliis paruos & deſpectos faciunt, & odore atque ardore " charitatis ſaucios peccatis vngunt. Ibi creſcit & *crocus* aurei coloris, " qui ſunt ſapiētia diuina fulgētes. Ibi creſcit & *fiſtula*, robuſti & purpurei corticis, quæ ad curādas viſcerū moleſtias valet, qui ſūt patientes pro CHRISTO, & pro fratribus ſuis animā ponere parati. Ibi creſcit & *cinnamomum* cinerei coloris, qui ſunt pœnitentes, qui ſe infirmos reputant, & in cinere pœnitentiam agentes dulcem odorem Eccleſiæ præſtant. cinnamomi cortex nimio feruore ſolis ab arbore ſoluitur; hi ſunt monachi, qui ſe à mundo ſeparant amore CHRISTI.

Ibi creſcunt *vniuerſa ligna Libani*, *cedri* & ſimiles arbores, quæ ſunt vniuerſi fideles CHRISTI, tum prælati, tum ſubditi. Hoc ita docet Guilhelmus; *fiſtula & cinnamomum* arbuſculæ aromaticæ ſunt. & qui melius per illas, quàm boni ſubditi figurantur? hi per humilem gradum arbuſculæ ſunt, ſed per animum humilem aromaticæ ſunt. arbuſculæ per ſubiectionis neceſſitatem, aromaticæ per obedientiæ pietatem, ſubſidunt gradu, fragrant moribus. *Ligna Libani* non tantū odora, ſed & procera ſunt, & bonos deſignāt prælatos, qui attollūtur gradu, fragrāt verbo & actu. Quia verò boni ſubditi à prælatis ſeparari nō debēt, ſed eis in omnibus, niſi fortè à bono deuiēt, adhærere; ideò *fiſtulæ & cinnamomo* confeſtim addita *ligna Libani* videmus.

Guilhelmus.

Prælati boni qui ſint.

Denique *Myrrha & Aloë* arbores aromaticæ ſunt, emittentes ſui nominis ſuccos amariſſimos & vtiliſſimos. altera, inchoantes ſignificat, altera perfectos. in illis amaritudinē timor, in iſtis amor exſudat. illis enim metu ſupplicij amara eſt peccatorum memoria; iſtis verò, præ dulcedine Dei, & deſiderio regni, amara eſt ipſa temporalis vita. deniq; illorum vox eſt, *recogitabo omnes annos meos in amaritudine animæ meæ* [b]: iſtorum verò; *Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt* [c], vtraque amaritudo aromatica eſt, quia vtraque eſt *in odorem ſuauitatis Domino* [d]. Porrò ſunt quidā, qui iam non parùm profecerunt, in quibus tamen nōdum *perfecta charitas ex omni parte foràs miſit timorem* [e]: hos medios dixerim inter inchoantes atque perfectos. Vtramq; exudant aromaticam amaritudinem; ſed illam quam elicit timor, remiſſiùs quàm inchoantes; iſtam quam elicit amor, remiſſiùs quàm perfecti. Sic *mixturā myrrha & aloës* [f] conficiunt; qua mortuū pro peccatis noſtris

b Eſai. 38. v. 15.
c Pſal. 119. v. 5.
d Phil. 4. v. 18.
e 1. Ioan. 4. v. 18.
f Ioan. 19. v. 39.

noſtris Saluatorem perungant, id eſt, fidem ſalutiferæ paſſionis eius in ſemetipſis contra vitiorum corruptelam conſeruant.

Vltimò additur, *cum omnibus primis vnguentis*, vt intelligas in eodem paradiſo propagines pullulare *omnis doni optimi & omnis dati perfecti* [a] à quibus vtinam *generationibus impleamur*. Sed hæc ſuffecerint; " qui plura volet legat Gillebertum *Serm.* 35. & 36. & de paradiſis quatuor, Innocentium Papam *Serm. de quatuor Euangeliſtis*.

a Iac. 1. v. 17

Gillebertus. Innocentius.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Anima ſancta eſt Paradiſus. Honorius.*

HONORIO anima ſancta eſt *paradiſus*; hunc irrigans *fons* eſt charitas; *quatuor flumina* eius, ſunt quatuor virtutes cardinales; *Lignum vitæ*, ſapientia; *fructus eius*, immortalitas; *ligna fructifera*, vtiles diſciplinæ; *fructus lignorum*, mores piorum: *lignum ſcientiæ boni & mali*, " transgreſſio mandati. Vnguentaria ligna, ſcilicet *nardus & crocus* & " alia, ſunt virtutes, caſtitas, bonitas, humilitas, & talia infirmarum " animarum vnguenta.] Alij Patres ſinguli, vt cuique videtur: qua in " re diutiùs immorandum non puto: quiſque accommodet, vt ſancti Spiritus vnctio docebit. Arbitror præcipuas omnes virtutes, ſeptenario, qui hic poſitus eſt, poſſe cōprehendi; quia perfectionis numerus eſt. Per tria prima; *cyprum*, *nardum*, *crocum*, tres virtutes Theologicas poſſum us intelligere, vt voluit Philo. Caſſiodoro, Angelomo, VVilleramo, Hailgrino, *crocus* charitatem ſignificat. Sed malo per *cyprum* intelligere charitatem, nam *cyprus* croco calidior eſt, & odoratior, & charitas quoque, ſinceritate ſua expers doli, expers ſuſpectionis, candida dici meretur. *Nardus* ſpem denotat; radice meliore ſui parte, defoſſa, quæ quia vinculum quoddam eſt fidei & charitatis, bis repetitur *nardus*, & *croco cypróque* iungitur.

Spes vinculū eſt fidei & charitatis. Nyſſenus.

Quàm aptè fides *croco* figuretur, elegantiſſimè Nyſſenus docuit. feruens enim eſt fides, ſi vera: tres quoque illi flores, prorsùs æquales, & ſimiles per omnia, adeò vt vnus flos videantur; typus ſunt trium perſonarū. eādem diuinitatis natura, & maieſtatis ceterorúmque attributorum gloria prædita rum. Quin etiam veris illis floribus pſeudoflores quidam imperitis imponētes coloris pulchritudine, adnaſcuntur; & fit, vt ſæpe nonnulli pro vero fructu ſpurium decerpant: ita quoque veram fidē ſimulant hæreſeōn variæ impoſturæ, per quas illecti miſeri fucatas inſanias ſanæ doctrinę præferunt. Tertiò vt *croco* media vis inter calorem & frigus eſt, ſic fides, in medio impietatis, & ſuperſtitionis ſita. Vltimò ſicut *crocus* amat calcari; ſic fides Catholica ſemper perſecutionibus copioſior & floridior exſtitit. Hęc de tribus: cetera quatuor Cardinales virtutes denotant, *calami* regale ſceptrum, Iuſtitiam; *cinnamomum* vtile ciborum condimentis, Prudentiam; *myrrha*, cui cum corruptione & quaſi morte certamen eſt, Fortitudinem; *aloë*, cuius ſuccus amarus quidem eſt guſtu, ſed cunctis ferè

Fides Catholica perſecutionibus floret.

Universidad de Deusto
Biblioteca

morbis corporis vtiliſſimus eſt, & idoneus ſuperfluos humores vel pellere, vel reſtringere (*vt Alcuinus fatetur*) Temperantiam, morborum animi vnicum ac ſingulare medicamentum. Sicut ex illis aromatibus regia vnguenta conficiuntur, & noxæ corporum arcentur; ſic ex iſtis *emiſſionibus* animæ, bonus odor ſalutis emanat, & opportuna ſpiritualibus morbis remedia depromuntur.

Angelomus. *Pulchra eſt* (Angelomus inquit) *harum arborum coniunctio cum vnguentis. quia dum carnem à laſciuia refrenamus: cõſequens eſt, vt maiora ſpiritus bona recipiamus;*] ſanè à fonte, à puteo de quo ſequitur.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

Guilhelmus. B. V. mater Chriſti & plurimorum.

DE beatæ Virginis emiſſionibus ſat acutè Guilhelmus in hunc modum; *Emiſſiones* fructus ex ea ſunt emiſſi. Vnicus eius fructus eſt, qui ab efficacitate ſalutis dictus eſt IESVS: ſed in vno illo fructu multiplex eſt fructus. In vno „ Saluatore omnium IESV plurimos MARIA peperit ad ſalutem: pa„ riendo vitam multos peperit ad vitam. Eo ipſo quod mater eſt capi„ tis, multorum membrorum mater eſt. Mater CHRISTI, mater eſt „ membrorum CHRISTI, quia caput & corpus vnus eſt CHRISTVS. „ corporaliter caput pariendo, ſpiritualiter membra peperit. Vnde etiã „ ab omnibus mater appellatur, & ab omnibus cultu debito, vt mater, „ honoratur.] Sanè per has *emiſſiones*, electorum membrorum variæ diſtinctiones inſinuantur, prout explicatum §. proximo.

Rupertus. Iuxta Rupertum numero ſeptenario hic enumeratarum *emiſſionum*, cognoſcitur vniuerſitas virtutum. *Signa Libani* ſunt Chriſtiani amici ſponſi & ſponſæ, potentia ſæculi excelſi, atque facultatibus dilatati, ex quorum eleemoſynis paruuli ſuſtentantur; quemadmodum in ramis lignorum Libani paſſerculi nidificant: *prima vnguenta* ſunt, cũcta opera corporalia pietatis, & miſericordiæ; quibus ſuppleri poterit, quicquid minùs ſpiritualium bonorum tales habuerint. Sicut enim in tabernaculo Domini ſaga cilicina byſſum, & purpuram amica extenſione cingebant [a]: ſic ſemper (ait) qui ſpiritualibus minùs „ abundant, carnalia ſpiritualibus communicent, vt iure ſpiritualium „ illorum participes fiant.] Hæc ille.

a *Exo. 26. v. 7.*

Hailgrinus. „ Hailgrinus verò, In his verbis notat horti fœcunditatem ſignificari; *in herbis* virtutes, vel virtutibus inſignitos; *in herbis* quidem minùs proiectos; *in arboribus* verò, qui virtute, & meritis ad altiora conſcendêre: *in fructibus* opera; *in vnguentis* ſacramenta Eccleſiæ notari;

notari; quę omnia *emitti*, vel *procedere* dicantur ex hoc horto, quia nec *emiſſiones* Eccleſiæ fideles ſunt, nec eorum virtutes *floribus* aut *fructu* fœcundi ſunt, nec ſacramentorũ prodeſt perceptio; niſi radix omniũ fides figatur in myſterio incarnationis; per quam & Deus factus eſt filius mulieris, & mulier caput Eccleſiæ generans, noſtra quoque ſimul mater eſt effecta. Si quis volet ſingula ſeptem illis, quas dixi, virtutibus Deiparæ accommodare, hoc ei non difficile futurum eſt ex P. Franciſci Ariæ opere *de profectu ſpirituali tracta. 4. qui eſt de imitatione Domini N. de fide cap. 7. de ſpe cap. 18. de charitate cap. 23. 28. & 29. de continentia & fortitudine in ſeqq. capp. de prudentia & iuſtitia, ceteriſque omnibus frequens à nobis fit toto hoc libro mentio.*

Fides incarnationis, radix omnium bonarum.

Adiungatur hic Alcuini explicatio: vult, per *emiſſiones* ſignificari « *Alcuinus.*
bonas operationes, quæ ſunt *paradiſus*, id eſt, delectabiles. quia Hebr. «
EDEN ſignificet hortum deliciarum. Et quidem paradiſus *malorum* « פרדס
punicorum dicitur, quia ſicut malum punicum exterius rubrum eſt, & «
in vno cortice multitudinem habet granorum: ſic in virgine multi- «
tudo bonarum operationum intra fidem Dominicæ paſſionis tene- «
tur incluſa. *Cum pomorum fructibus*, hoc eſt, honeſtis & pudicis eius «
locutionibus, ex quibus in mentes fidelium fructus informationis «
proceſſit. Nempe *Cyprus*, ſignificans virginitatem; *Nardus* veram «
charitatem; *crocus* diuinam ſapientiam; *fiſtula* humilitatem & patien- «
tiam; *cinnamomum*, internæ contemplationis dulcedinem; *vniuerſa li- «*
gna Libani, omnes alias virtutes, quæ aliquod robur habent, & men- «
tem ſpiritualiter dealbant; *Myrrha* quæ ſignificat carnis mortifica- «
tionem: *aloe*, bonam opinionem; *Prima vnguenta*, Spiritus ſancti «
dona.] «

ANAGOGE.

Petenda ex notatis ſuperiùs, *verſ. 12.* §. 5. §. 5.

Universidad de Deusto Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 15. "Fons hortorum: puteus a-	*Fons horti, & puteus aquæ viu-*
" quarum viuentium, quæ	*entis, & cum strepitu fluen-*
" fluũt impetu de Libano.	*tis de Libano.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

VOD vesanus Beza hunc versum (contra Patrum mentem) sponsæ ex abrupto tribuit, dignum est auctore cómentum. Quæ de *puteo* & *fonte* prope Tyrum, viri pij & docti Nannius & Titelmannus referunt, si vera sunt, deficiuntur tamen antiquitatis prærogatiua, vt eò Salomon potuerit respexisse. Sponsus paullò antè duas similitudines insinuarat, *fontis & horti.* v. XII. priorem cùm sit prosecutus, res postulat vt posteriorem nunc exhibeat. Dixerat enim solũmodò *signatũ* esse, vt clarum, limpidum & illimem indicaret; nunc addit viua & perenni scaturigine tam esse copiosum, vt plurimis hortis rigandis vnus sufficiat. *Defluere* ex cacumine censuit VVilleramus. Si de vero Libano hæc dicta, non aliter hoc accipiendum, quàm vt fateamur ex cacumine per occultos meatus defluere; licet circa montis pedem primùm se prodat. illic enim ipsius Iordanis origo est in fonte Phiala, qui inde progrediens totam promissionis terram amœnat, & fœcundat. *Lege Iosephum lib. 3. belli Iudaici, c. 18.* è quo poteris intelligere cur duo fontes, *Ior* & *Dan* (vt vocat Isidorus [a]) quos Iosephus nominat *Panium* & *Phialam*; pro vno sint fonte computandi, ex quibus facilè corriges Geographos alios [b]. magis tamen propendeo in eam partem, vt loquatur sponsus de fonticulo, quem, ad Phialæ similitudinem, in illo suo hortulo ex adumbrati Libani vertice habuerit decurrentem, & magna vi exsilientem copiosa scaturigine. *vide Vitriacum Histor. Orientalis cap. 43.*

Iordanis origo vbi sit.

a *Lib. 14. Orig. c. 21. & Honor. hic.*
b *Plinii lib. 5. Strabonis lib. 16.*

HORTORVM & AQVARVM] Hebraicè pluralis numeri sunt ista, & sic legebantur in Quinta editione.

לבנון לבנה

§. 2. MENS VERBORVM.

LIBANO] Hîc apertè in Hebræo est; LEBANON, sed superiùs versu proximo erat LEBANA; illic per HE, hîc per NVN.

Accõmodatissima sanè cõparatio. nã Ecclesia *fons* est *hortorũ*: cùm fideles singuli sint hortuli (iuxta Philon. Apon. Psell. Angelom.) variis

variis virtutibus consiti; quorum omnium, animi fidei & morum doctrina ex sacris petita Scripturis irrigantur; fluenta S. Scripturæ *fontis* quidem nomen merentur, quia sunt valdè copiosa; sed *occlusi*, quia non patent nisi quibus agnus dignatur signacula obscuritatis reserare. *Puteus* etiam est vel eiusdem S. Scripturæ ratione [a]; vel, quod mihi non displiceat, quia de Sacramentis eius licet vnicuique haurire, quod opus ad vitam æternam. *Viuentium aquarum* non statiuarum, vel lacustrium (vt sunt Gebennensium, Nemausensium, Heidelbergensium, & ceterorum) hæreticorum; quos hîc grauissimi scriptores [b] argui testantur; quorum sacramenta sunt mortua tantùm symbola, nihil operantia; nisi quod buffonum venenum, lepram & lethum. Aquæ illæ viuificæ tam putei quàm fontis (nam idem *fons*, qui *puteus*) copiosè *defluentis de Libani*, hoc est, CHRISTI *capite*; diuinitate, per meatus inuisibiles; tandem erumpunt ex montis pede, hoc est, [c] humanitatis seu corporis vulnerib. nam hæc prima est origo sacramentalis gratiæ & totius orthodoxæ doctrinæ: illam fundit per septem purissimos tubos, hanc per Apostolicas tubas, & præsertim quatuor illa fluminum paradisi capita; sacrosancta Euangelia; ad infidelitatis & concupiscentiæ prauæ, qua mundus squalebat, ariditatem sterilitatemque tollendam. Illa *fons* est, propter plenitudinem; illa *puteus*, per profunditatem.

Ecclesia fons est hortorum.

a *Sic Philo, Gregor. Theo. & alij.*

b *D. Nyssen. Cassiod. Villeram. Decanus Ambia. Haymon, & Gillebert. Serm. 37.*
c *Apon. Honorius, Gillebert. Christi vulnera fons omnium sacramentorum.*

Honorius, *fons* est (inquit) vbi flumen funditur: *puteus*, vbi aqua in profundo latet. *fons* ergo *hortorum* est Euangelium: *irrigatio* Ecclesiarum, in actiua & contemplatiua vita degentium. hîc *fons de Libano* erupit, in hortum Ierusalem cucurrit; de monte Sion fluxit, omnes hortos orbis irrigauit: Euangelica doctrina ex CHRISTO in primitiuam Ecclesiam manauit. nam de monte Sion per Apostolos in gentes fluxit, & omnes Ecclesias irrigauit. *puteus* autem *aquarum*, est profunda lex diuinorum sensuum, qui latent in legis littera, vt in profundo puteo aquæ; quæ sunt *viuentes*; quia eos viuere faciunt, qui spiritualiùs illas intelligunt. *fluunt cum impetu de Libano*, de Iudaico populo diuino cultu iam dealbato; nempe Apostolis, qui scripturas abundè & spiritualiter gentibus exposuerunt. *Aliter*: Libanus est CHRISTVS de casta virgine natus: de hoc *Libano* Spiritus sancti dona, tanquam torrens Spiritus, credentes inundauerunt, & eos scientia omnium linguarum impleuerunt: de his aquis ipse dixit; *Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ* [d]: id est, charismata Spiritus sancti, quæ faciunt credentes cum Deo viuere.]

Honorius. Euangelica doctrina vnde fluxit.

d *Ioan. 7. v. 38.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Abbas Absalon. serm. 43.

ABbas Absalon[a]: *Aquas* exponit sacram Scripturam, quæ *fons* dicitur, vbi est plena; *puteus*, vbi est profunda: & has aquas (ait) debere *fluere de Libano*, hoc est, candore puræ conscientiæ, non de immunditia vitæ; & *cum impetu*, hoc est, Spiritu, & ardore zeli protectus animarū.] Quid ergo nos miseri, *qui polluti labiis sumus, & in medio populi polluta labia habētis habitamus*[b]? qui toti frigidi, toti indeuoti? doleamus vicem nostram: gratulemur animæ felici; quæ sponso tam fit similis, vt de fonte *fons*; de puteo *puteus* dici mereatur. Sibi *puteus*, dum secretum suum sibi seruat: proximo *fons*, dum salutarem doctrinā liberaliter, & sponte proximis repartit.

b Esa. 6. v. 5.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Maria fons & puteus.

VÆ vnquam meliori iure talis dicta, quàm MARIA? quæ in IESV peperit tot *hortos* Ecclesiarum, & tot *hortulos* animarum, consitos tot virtutum omnigenarum areolis? quæ peperit, cùm vitam peperit, tot fluenta viuentium aquarum? nónne *fons*, cùm effudit *aquas viuas* in effusore viuentium aquarum, pariendo largitorē gratiarum? Nónne *puteus*: in quo latuit veritas, donec eam tempus extraxit, hoc est, donec *venit plenitudo temporum*[c]? Dixerat Dei filius apud Ecclesiasticum, se[d], *vt aqueductum de paradiso exisse*; & subdiderat, *rigabo hortum meum plantationum: Emissionum* quas diximus. MARIA propter inscrutabilem (sic Hailgrinus) profunditatem gratiarum, quæ in ipsa congestæ sunt; dicitur, *puteus aquarum*, non simpliciter, sed *viuentium*, hoc est, *salientium in vitam æternam*[e]. hæ *fluunt cum impetu*, quia illis resistere non valent aduersarij nostri, dæmones & hæretici; *fluunt de Libano*, hoc est, ipsa virgine, quæ de se in Ecclesiastici *cap. 24. ver. 21.* dicit; *Ego quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meam.*

c Gal. 4. v. 4.
d Eccles. 24. v. 41. & 42.
e Ioa. 4. v. 14.

Guilhelmus.

Est *fons hortorum* (ait Guilhelmus) rigando eos; *puteus aquarum viuentium* continendo eos. Continet sibi abyssos vitæ, & immortalium gaudiorum: sed non ita continet sibi, vt non effundat & aliis. effundit Angelis & hominibus participationem, pro captu singulorum. Angelis quidem torrentem voluptatis, hominibus in hac peregrinatione riuulos sanctitatis & sanitatis; donec & ipsi ciues effecti *inebrien-*

inebrientur ab vbertate domus eius, & torrente voluptatis eius potentur[a]. Sic tamen effundit, vt non minus contineat. Sicut propter Angelos & homines dicitur *fons hortorum*; nam & Angeli sunt, horti Domini, horti cœlestes & deliciarum, referti suauissimis obedientiæ fructibus; quos ad beatè viuendum perenniter rigat fons vitæ; & electi homines in terra, dominici sunt horti, quos ad viuendum benè quotidie irrigat fons vitæ ad fructum iustitiæ: sic & *puteus aquarum* dicitur, propter multos vitam participantes eum, in quo est vita; licet vnica sit *aqua viua* scilicet IESVS ipsa vita, de qua scriptum; *Qui sitit veniat, qui vult accipiat aquā vitæ gratis*[b]. Et ipsa vita dicit, *Ego sū via, veritas, & vita*[c]. Aquæ hæ dicuntur *cum impetu fluere de Libano*, h. (teste Guilhelmo) de monte candoris, nempe *à patre luminum, à quo omne datum optimum & omne donum perfectum descendit*[d], cum impetu; hoc est copiosè. nam abundantia gratiæ *lætificat ciuitatem Dei*[e], vel *cum impetu*, hoc est, sine personarum acceptione aut delectu. Tantus est enim impetus fluentis gratiæ, vt sine ratione fluere videatur; dum præ piscatoribus non attenditur ad Imperatores; & reprobatis Philosophis idiotæ assumuntur. Quātoperè *hoc lætificat ciuitatem Dei*, confitentem Domino, *quoniam bonus*; qui *assumit qua stulta sunt mundi, vt confundat sapientes, & infirma mundi eligit, vt confundat fortia*[f]. *Cum impetu* ergo fluunt, quia desursum fluunt, & ideò sine delectu personarū fluūt, quia à Deo fluūt. *Non enim est personarum acceptor Deus*[g].

a Ps. 35. v. 9.
Angeli sunt horti.
b Apoc. 22. v. 17.
c Io. 14. v. 6.
d Iac. 1. v. 17.
e Ps. 45. v. 5.
f 1. Cor. 1. v. 27.
g Act. 10. v. 34.

Breuiter Honorius; De te fluxit *fons hortorum*, per te venit baptisma fidelium; & *puteus aquarum viuentium*, id est, CHRISTVS; qui est sapientia sacrarum scripturarum; & hæ *cum magno impetu de Libano fluunt*, quia cū magna abūdantia sancti Spiritus de candore tuæ castitatis & sanctitatis exundauerunt. Vnde hæc omnia? quia Pater præcepit talia dicens: *Surge Aquilo, &c.*

Honorius.

Alanus sic scribit; Meritò ô virgo tali arborum & aromatum decore decoraris, quia in te est *fons saliens in vitam æternam*[h]. Qui fons *puteus* est, id est, inexhaustibilis & profundus propter scientię profunditatem. Nec tamen ex te fluunt aquæ viuæ, sed *de Libano*, id est, CHRISTO, qui omnium virtutum decore candidatus est, & dicit[i]: *si quis sitit, veniat ad me & bibat, & de ventre eius fluent aquæ viuæ*[k]. Vnde Apostolus: *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autē incrementū dedit.*

Alanus.
h Ioan. 4. v. 14.
i Ioan. 7. v. 38.
k 1. Cor. 3. v. 6.

Rupertus.

Sed pientissimè Dominam nostrā hic alloquentē Rupertum audiamus; sicut in initio *fons ascendebat de terra irrigans vniuersam superficiem terræ*: sicut inquam[l], *fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita*: sic ex te, ô amica, ô terra benedicta, *fons* ille ascendit, qui *apud Deū erat*[m], & *vera lux erat*, sicut scriptum est; *quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*[n]. Fons, inquam, ille ascendit ex te; non initium siue principium habens ex te, sed de corde patris per occultas vias, cum omnibus *aquis viuentibus*, id est, cum omnibus Scripturis veritatis, veniens in te, & æternum sapientiæ fontem siue puteum faciens in te, atque hoc modo *ascendit ex te*. Ad quid ascendit? vtique *irriga-*

Rupertus.
l Gen. 2. v. 6. & 9.
m Io 1. v. 9.
n Psal. 35. v. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» *irrigandam superficiem terræ:* ad instruendam siue excolendam Ec-
» clesiam per vniuersum orbem terræ. Ad hoc *egreditur fluuius de loco*
» *voluptatis*, scilicet *ad irrigandum paradisum:* ad hoc inquam ex te, &
» voluptas, siue locus voluptatis Dei, initium accipiet sanctum Euan-
» gelium, vt per vniuersum mundum spiritualem irriget paradisum.

Quatuor salutis capita necessaria.

» Et *diuidetur in quatuor capita*, id est, in quatuor necessariæ salutis
» sacramenta; quæ videlicet sunt hæc, incarnatio, passio, resurrectio, at-
» que ascensio mea. Hæc enim necessariò prædicabuntur & necessariò
» scientur, quia sine istorum confessione non fit noster paradisus; sine
» istorũ fide non saluatur mundus. Diuidentur, inquam, viuentes aquæ
» in ista *quatuor capita*, id est, principalia Sacramenta, quia videlicet
» omnes Scripturæ in ista quatuor subtiliter intendũt, appellando hæc
a Ezech.1.v. 10. » *faciem hominis, faciem vituli, faciem leonis, & faciem aquilæ volantis* [a].
» Tunc cognoscent amici, quid etiam ante scripturas voluerit scriptura
b Gen. 49. v. 9. » legis, dicendo; *catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti* [b]. quid
» voluerit ordinando ritum talem, vituli sacrificandi [c]. quid voluerit
c Exod. 4. v. 3. » dicendo Moysi, *Prophetam suscitabo eis de patribus suis, similem tui* [d].
d Deut. 18. v. 18. » quid voluerit canendo, *Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos,*
» *& super eos volitans, expandit alas suas & assumpsit eos, atque portauit in*
e Deut. 32. v. 11. » *humeris suis* [e]. & de duabus quidem faciebus, *de facie hominis, & de fa-*
» *cie vituli*, omnes in me consentiunt, scilicet quod & homo natus sim,
» & mortalis mortem sustinuerim: sed de *facie leonis*, & de *facie aquilæ*
» *volantis*, non omnes similiter consentiunt, videlicet quod & resur-
» rexerim, & in cælum ascenderim.

Fluuij quatuor quomodo de Paradiso egrediantur.

» Sic & de duobus capitibus fluuij de loco voluptatis egredientis,
» & in quatuor capita diuisi, scilicet de fluuio *Gihon*, qui apud Aegy-
» ptios Nilus vocatur; & de fluuio *Physon*, qui & Ganges dicitur, ne-
» gari non potest, quin exeant de illo paradiso terrestri: de duobus ve-
» rò ceteris scriptoribus mundani scripturam nostram redarguere conan-
» tur, dicendo; quod non ita fit, vt ipsa dicit, eo quod illi, scilicet
» *Tygris & Euphrates* in Armenia manare videantur, vno fonte exorti:
» non intelligentes neque aduertentes, quia scriptura non dixit, quod
» fluuius ille paradisi in ipso paradiso incipiat, in quatuor capita diuidi:
» sed *fluuius* (inquit) *egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum*
» *paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita.* id est, in omnes flu-
» uiatiles, atque dulces, & potabiles aquas, quarum capita sunt ista
» flumina principalia. Aquæ enim suapte natura salsæ erant & amaræ;
» ascendendo autem per illam quasi terræ mammam, scilicet paradi-
» siacam terram, versæ sunt in dulcedinem, vt irrigarent vniuersam
» terræ superficiem, ipsæque dulces ac potabiles, captiuo (quod futu-
» rum erat) generi humano terram, extra paradisum facerent habitabi-
» lem, scilicet herbarum, lignorum, seminúmque feracem: & inter
» aquas ceteras, quæ ex illa mamma dulcorem acceperunt, illa flumina
» Gihon, & Physon, Tygris, & Euphrates præcipua sunt.

» Similiter aquæ scripturarũ ex te, *soror mea sponsa*, dulcescũt ex vtero
» tuo, siue per vterum tuum *viuentes* factæ: aliàs autem valdè amaræ,
» imò

» imò & mortuę, atque mortificantes sunt. *Littera enim occidit*, ait [a] qui-
» dam amicorum nostrorum, etenim quid aliud est quicquid Moses
» loquitur, quicquid de Prophetis legitur apud *filios matris* nostræ (Iu-
» dæos) qui *pugnat cõtra te* [b]; nisi littera sine Spiritu, sine anima corpus?
» ideirco bibentes aquas mortuas moriuntur, & sequentes solam occi-
» dentem litteram occiduntur. Quo pacto tandem fiet istud? quomodo
» plantabitur siue dilatabitur, talis *emissionum* tuarum *paradisus*? sur-
» gente Aquilone & flante Austro fiet istud. Ideò, *surge*, &c. hæc Rup.

a 2 Cor. 3. v. 6.

b Can. 1. v. 6.

ANAGOGE.

Vide suprà ad v. 12. §. 5. §. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT. EDIT. LXX.

Vers.16. „ Surge Aquilo,& veni Auster, *Exsurge Aquilo, & veni Auster, & aspira hortum meum,*
„ perfla hortum meum , & *& fluent aromata mea.*
„ fluent aromata illius.

LITTERA.

§.I. VERBA SPONSI.

SVRGE.]Sunt qui putent hoc permittentis esse,nempe vt permittatur Aquilo, quemadmodũ cœperat flare, vel vt alij,iubeatur nunc incipere flare.Sequor aliorum sententiam,qui exponunt,fuge,facesse.cur alioqui diceret, *veni Auster*, nisi vt in Aquilonis locum eius aura succedat? scio vtrumque verbo *surgendi* solere in S.S^a. significari,sed magis accommodata hoc loco videtur significatio ista posterior.

a *In Psal. 118. Serm. 12.*

Volunt quidem,cum Rabbinis,hos duos ventos simul flare iuberi,non exigui nominis viri: nam hanc sententiam non repudiat D. Ambros^a. & fauent hoc loco Iustus, Aponius,Cassiodor Alcuinus, Beda,Rupertus,& VVilleramus, & mordicùs tuentur Guidacerius, Genebrardus,Osorius.Sed ne accedam *iis*,facit primò,quia non dicit *perflate*,sed *perfla*,solus nempe Auster. Si dicas simul flantes pro vno haberi vento,cur ergo priùs diuisit? & quo pacto contrarij venti inuicẽ se pellentes pro vno haberi queunt?quid? quod Philosophi non indocti negant hos duos simul diu flare posse^b? succesſiuè ergo capiunt?tum nobiscũ sentiunt,quia Aquiloni Austrũ iubent succedere.

b *Vide quæ diximus ad Senec. tragœd. Herc. Oetæ. v. 124. tum in aduersar. tũm clement. & ad Agamemn. v.479.*

Secundò,quia Boreæ flatus hortis admodũ noxius est,siluis (Poëta teste) honorem decutit,clades florum est,pernicies veris,omnium quoque consensu frigidus est, ac siccus. quare diffluxum aromatum constringeret potiùs,& impediret.

Tertiò,solet Aquilo in S.Sa. sumi in partem^c deteriorem, vt notant Theodoretus^d & Olympiodorus; quæ sanè regula vera est saltem; quando nominatur Aquilo, non tam vt situs loci, vel orbis cardo, quàm vt aliquid prætereà portendens, vel mortalibus adferens. Quare loca duo^e, quæ citat Iustus Orgelitan. ad probandum Aquilonem aliquando in bonam partem sumi,nihil nobis refragantur.

c *Eccles. 11. v.3. Isai. 1. v. 13. & 14. & cap. 4. v. 6. & cap. 10. v. 22. & c. 14. v.13.*

d *Theodoret. hic, Olymp. in d. c. 11. Eccles.*

e *Psal. 47 v. 3. Ezech. 1. v. 4.*

Nyssenus. „ Nyssenus etiam *hom.* 10. rationẽ reddit egregiã. Ceterum(ait) indicari

dicari hac voce potestatem illam aduersariam, nemini non perspicuum fuerit, cui rerum natura cognita sit. Quis enim solis ignorat motũ,quod is ab Oriente per cœli plagam Australẽ instituto cursu versùs occasum vergat?terræ verò figura, cùm globosa sit, quemadmodum periti harum rerum aiunt, à quacunque tandem parte illustrata à sole fuerit,necesse est vicissim ab alia parte huic opposita caliginem effici, nimirum hac ipsa inumbrata propter obuersionem partis illustratæ radios eius impedientis,quominùs penetrent. Quare cùm locus is luce careat,sempérque sit frigidus, neque solaribus à radiis illustratus,neque calefactus:ideireo Princeps ille imperij tenebrarum,(qui teneram animorum naturam instar aquæ constringendo lapideam reddit,& duram) Boreas & asper appellatur,quippe qui effector sit hibernæ tristitiæ, *eius inquam hiemis,in qua negat Euangelium posse pericula fuga vitari.* Nam in hac, eorum quæ secundum virtutem florent, pulchritudo marcescer.] sic ille.

Diabolus per Aquilonem designatur.

Matth. 24. v. 20.

Quartò,quia sententia,quam sum secutus,grauissimorum est Patrum, *D.Gregorij Nysseni, Nili, Maximi, Pselli, Philonis, Theodoreti, Angeloni, & Guilhelmi hic: D.Gregorij Papæ,non vno loco, vt hic, & li. 1.in Ezechiel. hom.2. & lib.9.Moral.c.9.& lib.27. c.24. Gilleberti serm. 38.in Cantic. Abbatis Absalon serm.36. qui* omnes hanc fusè explicant, & solam tuentur.Ex aliis nonnulli referunt quidem, & alteram; sed nostram, vt meliorem videntur agnoscere,quorum ex numero sunt B.Ambrosius *d.hom.*12.Honorius & D.Anselmus *hic*.Et qui contrariam solam tenent Patres,hi inter se non conueniunt, nec vllus eorum sensus Grammatici magnam habuit rationem. Sunt ex ipsis,qui exponant optare sponsum, frigore simul aduersitatum,& calore prosperitatis, Ecclesiam efflorescere, *vt Aponius & Decanus Ambian.* Sunt qui velint eum permittere Satanæ,vt Ecclesiam exerceat persecutionum malis, & subdolis etiam delinimentis, atque blanditiis probet. *Sic Cassiodorus & Sedulius eius VVilleramus: sic Beda & eius abbreuiatores Haimon. & Alcuinus.* Sunt denique, qui velint per *Aquilonem* significari Spiritus sancti refrigerium,quod in æstu præbet; per *Austrum* eiusdem Spiritus sancti gratiam,qua vel duros ad fidem, vel frigidos resoluit in liberalitatem, *sic Iustus.* Huic vltimæ obstat, quod Spiritus sanctus non congruè, nec more scripturæ *Aquilonis* nomine donetur;ceteris, quod *Austrum* accipiant in malam partem; quod D.Hieronymus iam olim notauit^a sacræ Scripturæ consuetudini repugnare.

a *ad Ctes. Fales.*

Ceterùm multi quoque recentiorum interpp. cum Theodoreto hæc verba sponsæ tribuunt, ad quod eos induxit accentus Hebræus *Atnah*,sententiam solitus suspendere:vt ergo sequens versiculus non interrumperetur duarum personarum interlocutione,cẽsuerunt hũc versum sponsæ tribuendum, tanquam partem voti ac desiderij eius: Verùm tunc illi deberent hoc loco initium capitis quincti statuere, contra Patrum communem sententiam, & partitionem L X X. interpretum, & vulgatæ cuncta exemplaria.Cur alioqui diuellant

Universidad de Deusto
Biblioteca

vnum eiusdémque sponsæ votum in finem huius capitis, & sequentis initium; hoc est in duo capita?

Nyssenus & Psellus. Videtur solus Nyssenus, quem vt solet secutus est Psellus, hoc loco nonnihil huic diuisioni fauere, quia *hom. 9.* initium ab his inchoauit, & ea sponsæ tribuit; acutè videns quod dicebam necessariò consequi, vt si sponsæ verba sint, capitis quoque alterius sint principium. Sed commodius & rutius est, ea sponso etiamnum adscribere, vt reliqui ad vnum omnes Patres fecêre. Igitur quem sponsus hortulum laudarat, eum nunc copiosa impertit benedictione. Ita fit vulgò. priùs laudamus, mox prospera illi quem laudauimus omnia precamur. cùm igitur in hortorum amœnitate & fertilitate, multùm sibi vindicet afflatus ventorum; meritò iubet fugere *Boream*, solitum impetu suo siluas honore spoliare, & frigore ac siccitate, sata, plantas, arbores exurere, squaloremque adferre; contrà iubet *Austrum ad spirare*, quia Meridionales venti, natura sua tepidi & humidi, cùm plantas & arbores flabris suis calefaciant & humectent, viroris, & fructuum maturandorum sunt causa; & quia maturitatem odor consequitur, etiam efficiunt; vt suauem spargant odorem, quem effusum illi longè lateque differunt. Hac ergo benedictione sponsus horto cuncta læta & prospera precatur, mala verò omnia deprecatur, & quia sponsam horti nomine honestauit, patet hæc omnia illum ipsi sponsæ optare; & quia velle eius est facere, simul eam his donis beare.

VENI] spira.

MEVM] sponsæ meæ, cuius sunt quæ mea; vt quæ eius, mea quoque.

AROMATA ILLIVS] sensu non discrepat à LXX. qui, μῦ, ex veriore lectione, D. Hieronymo *in Abacuc cap. 3.* D. Ambrosio *lib. 1. de laude Virgin.* Theodoreto & Nysseno, comprobatâ.

§. 2. MENS VERBORVM. *Aquilo diabolus est, Auster Spiritus S. fervor.* a *Ierem. 1. v. 14.*

Aquilo, diabolus est, qui fidelibus noxium perfidiæ & accediæ virus adspirat; algidus ipse vtroque vitio, & odij obstinatione in Deum: siccus & exsuccus omni gratiæ humore. Huic Aquiloni *cuncta sedes, vnde omne malum Ecclesia panditur* a. *Auster* siue Notus feruor est sancti Spiritus genitabili flatu bonũ calorem in cordibus accendens, fouens, quæ malus ille frigefecerat, rigans, quæ deficcarat. Hoc vento flante virtutum Ecclesiæ fragrantia; iusta videlicet opera & sanctæ actiones, vt aromata lectissima calefacta, non per vnicum iam Iudææ angulum, sed per orbẽ totum sponte suâ suaueolentiâ dispergũt, vnde fumo bonæ famæ CHRISTI optimus odor exhalatur. Hoc Apostoli fecêre, postquam pulsâ incredulitate, & mali timoris frigore, quo Dominum pars negauerant, pars reliquerant, nec resurrectioni quidem, qualem oportebat fidem præstiterant; postmodùm, hac pulsâ, igneum illum Spiritus sancti, in sancto Pentecostes die, influxum tanto ardore, ab *Austro* in *Aquilonem*, hoc est, à Iudæâ in Chaldæam; ab Asia illâ calidiore in Europam frigidiorem; ventum salubernimum, cum doctrinæ veræ copiosis imbribus intulerunt.

Pulcherrimè totum hunc versiculum sollemnitati Pentecostes, ad quam

ad quam etiam respexit Nyssenus, accommodauit Absalon Abbas *integro sermone 36.* inde petat qui volet: liber, Coloniæ excusus, multis locis reperitur. Vidi pereruditi hominis & admodùm pij commentarium, ad Indos ista trãsferentem. Sed animaduertere debuisset, hic agi de primordiis Ecclesiæ Catholicæ, quãdo *ex Sion lex egressa* a, non de postremis hisce temporibus, quando ex Occidente in Orientem, & à Septemtrione versùs Austrum fides felici Hispanorum nauigatione propagata fuit. Si ad nostra tempora pertineret hic sermo Propheticus, longè veriùs diceremus; ab Aquilonari illo in Saxoniâ Islebio, tot flabra freneticorum Septemtrionis filiorum, instar sæuissimæ procellæ, Ecclesiam inuasisse; quibus nunc Europa tota ferè exagitatur: vt exclamet meritò sponsus iterum, *Surge Aquilo* tam pestifer, & *veni Auster* salutaris, &c.

Absalon.

a *Esa. 2. v. 3.*

Luthero hæc accõmodãtur.

De hæreticis etiam videtur Honorius Aquilonem capere. verba eius sunt: Postquam cessauit persecutio tyrannorum, & coronata est patientia sanctorum, protinùs surrexit in Ecclesia væsania hæreticorum; quæ atrocius bellum Ecclesiæ intulit, quàm quod priùs à paganis pertulit. perniciosior enim est hostis, qui intra mœnia positus *ciues impugnat, quàm qui extra exclusus muros expugnat. Dũ ergo post sudorẽ persecutionis milites CHRISTI in horto Ecclesiæ fruerentur quiete pacis; ecce tortuosus draco à Martyribus victus, de antro malitię caput extulit, virus perfidiæ per agmina CHRISTI fudit, & vt latro de insidiis improuisus prosiluit, atq; incautos milites telis erroris vsquequaque prostrauit. Siquidem inauditam hæresim per malignos homines mentibus fidelium infudit, quâ totum hortum Ecclesiæ quasi quãdam leprã vitiauit: sed Rex gloriæ CHRISTVS suis auxilium præbuit, dum vniuersam hæresim per sapientes destruxit, & de horto suo flagello anathematis expulit. Expulso autem *Aquilone Auster* hortum intrauit, quia eiecta hæresi de Ecclesia, *Auster* scilicet Spiritus sanctus *hortum perflauit*, dum veram fidem Doctoribus inspirauit: & mox *fluxerunt aromata*, dum sancti Patres protulerunt veræ fidei dogmata; Rex verò aduenies dicit; ô *Aquilo* hostis maligne, de latebris tuis surge, *fuge*, & de horto meo discede: tu verò *Auster* cultor horti *veni*, perfla hortum meum, & *fluant aromata illius*, quæ sufficiant victoribus. *Aromata* sunt odoramenta, scilicet fructus arborum prædictarum, nardi, cinnamomi & aliarum; dicit *fluant*, quia aromata de arboribus ardore solis fluunt, vt resina de cedro, vel abiete, &c. Hactenus ille.

Honorius.

Corrige; ciues exp. q. ex. muros excl impugnat.

Hæresis quæ & quãta ma la intulerit.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. » HONORIVS idem; *hortus* (ait) est claustrum, flores & herbæ salubres fratres in fide & dilectione vnanimes; vrticæ & herbæ inutiles, hypocritæ & falsi fratres. Ad tentandum » *Aquilo* in horto *surgit*, dum diabolus per falsos fratres cordiam fratrum perturbat: sed *Auster veniens hortum perflat*, dum » Spiritus sanctus conuentum fratrum in patientia & concordia corroborat: *aromata fluunt*, dum virtutes, priùs occultæ, tentationibus » probatæ ad notitiam proximorum prodeunt.

Nyssenus. Notat autē D. Nyssen. nos doceri succedente Austro, pulso Aquiloni; non posse in anima vitiositatem vnà cum virtute consistere: sed vnum contrarium altero veniente expelli.

Philo. Mente diabolica nihil frigidius. » Optimè quoque Philo notauit: Nihil frigidius esse mente diabolica, quæ vniuerso diuini amoris igne caret: nihilque obstructius, ne» que coarctatius, vel adstrictius ad calorem Spiritus sancti capiēdum; » nihil infelicius eorum anima, qui diuinæ voluntati obsistunt, cælesti» que lumini, atque splendori obstruere conantur. Hos enim totos *Bo*» *reas* occupauit, hoc est, diabolus, qui vt hominum corda frigore con» glaciaret, voluit *sedere in monte testamenti in lateribus* [a] *Aquilonis*. hic » quoscumque possidet à bono opere torpere facit, & iniquitate replet: » ideo nunc eum fugat sponsus, secundum illud Prophetæ; *Et Aquilo*» *nem depellam* [b]. Et *Austrum* aduocat, hoc est, vitalem Spiritus sancti » auram, planeque iucundam. Quæ cùm mentes electorum perflat, sta» tim calere facit torpore depulso, & ad bona peragenda feruentes red» dit. hinc illud Dauidis, *Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut tor*» *rens in Austro* [c]. Adueniat Spiritus sancti gratia, quæ mentibus cha» ritatis ignem accendat, cogitationes sanctas infundat, honestissima » facere doceat; vt *aromata fluant*; hoc est, vt iustæ actiones & sanctita» tis opera, & virtutum odores omnium, per mentes proximorum sua» uissimè redoleant, vt quique ardenter ad eadem accedant, & accen» dantur, & Spiritu sancto diffundente latissimè spargantur odora» menta (h. *exempla*) virtutum: vt singulorum vbique fidelium hor» tuli lætissimè floreant, & dulcissimos atque salutares fructus vberri» mè proferant, in eumque sponsum inuitare, atque aduenientem iure » possint excipere.] Sic Philo.

Guilhelmus. Non prætermittam, quæ de vtroque vento, secunda sanè aura, no» bis Guilhelmus attulit: *Aquilo*, frigidus (ait) & siccus ventus spiri» tum nequam designat, qui & in semetipso frigidus est à calore san» ctæ deuotionis, siccus à lacrymis purgatoriæ compunctionis: iden» tidem frigidos siccosque facit, quos inficit. *Auster* verò vētus calidus » & humidus, Spiritum sanctum designat; qui in Scripturis sanctis, & *Spiritus S. a qua & ignis dicitur.* » aqua, & ignis dicitur; ignis, quia calidos; aqua, quia humidos facit, » quos afficit; calidos ad deuotionem, humidos ad compunctionem.

Vtramque

a *Isa. 14. v. 13.*

b *Cuius? an respicit ad Esai. 43. v. 6.*

c *Psal. 125. v. 4.*

Vtramque enim debet homo, quamdiu in corpore mortis huius pe- "
regrinatur * ab eo, & neutra sine altera sufficit ad salutem. Officiosæ " * *Corrig. habere.*
deuotionis debitor est homo, quia homo est; & lacrymosæ compunctionis, quia peccator est: nam *si dixerit se non habere peccatum, ipse se* "
seducit, & veritas in eo non est [a]. Quàm necessarius ad nutrimentum & " a *1 Ioan. 1. v. 8.*
incrementum est corporalis calor, cū humore corporali corporibus; "
tam necessarius est calor spiritualis, cum spirituali humore spiritui "
nutriendo. Hunc calorem, humoremque producit in nobis Spiritus "
sanctus; malum illum torporem & squalorem in nobis gignit spiri- "
tus nequam. Vnde scriptum est; *Ab Aquilone pandetur omne malum,* "
super omnes habitatores terræ [b]. " b *Ierc. 1. v. 14.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Idem.* ET quidem (pergo decerpere ex eodem Guilhelmo) *Aquilo* ille malè perflauit protoparentes nostros; deuotionem, quā erga Deum habebant, torpefaciens; dum eis persuasit Deum ex inuidia vetuisse, ne de ligno scientiæ boni & mali comederent [c]; cōsequenter etiam siccitatis squalorem in eos immisit, ne lacrymis purgatoriæ compunctionis humescerent. cùm enim Deus blandè alloqueretur eos, quasi inuitans ad pœnitentiam, vtrique eorum durum visum est dicere, PECCAVI; & supra malum inobedientiæ, *declinauerunt cor suum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis* [d]. Itaque ab ipsis in omnem posteritatem eorum transfusum est duplex malum, torporis & siccitatis; quæ duo comitabatur tertium grandius malum, sterilitatis, regnabatque spiritus ille frigidus & siccus super filios Adam, nam, vt veraciter dictum est; *à quo quis deuictus est, huius est seruus* [e].

c *Gen. 3. v. 5.*

d *Psal. 140. v. 4.*

e *Rom. 6. v. 16.*

Verùm cùm diu *fortis iste armatus custodisset atrium suum* [f] in pace, seruans ea quæ possidebat; Dei filius ad despōsandam sibi Ecclesiam, in mūdum venturus ait; *Surge Aquilo*. Præmiserat enim Patriarchas, & Prophetas, qui aduentum eius in carne, & glorioſum de hoste triumphū sacris vocibus præcinerent; in ipsis, & per ipsos quodammodo dicens; *Surge Aquilo*, quid sedes quasi super solium regni tui? quid sedes quasi imperans in securitate? *Surge*, præpara te, vel ad pugnam, vel ad fugam. *Ecce venio*, fortior armatus, & *regnum in manu mea, & potestas, & imperium*. Planè voces Propheticas ille frequenter audiebat, & quid iis significaretur cautè intelligebat, & non sine

f *Luc. 11. v. 21.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

grandi metu se ad pugnam præparabat: nam fugere propter superbiam non dignabatur.

Impleto autem tempore, quod præfinitum erat à Patre, venit Dei filius ad virginem, de qua incarnandus erat, venit, *præueniendo eam in benedictionibus dulcedinis* a. Vnde Angelus ad eã missus, vt futurũ partum ei nunciaret, AVE, inquit, GRATIA PLENA, DOMINVS TECVM b. Iam ergo Dei filius cum virgine erat, de qua carnem sumpturus erat. Iam inquiebat, *Veni Auster, perfla hortum meum, & fluant aromata illius*. nempe si cum virgine iam non degeret, non diceret, *Veni Auster*; sed potius, *vade Auster*. Austro ergo dicit, *Veni*, quia non mentiebatur Angelus dicens ad virginem, *Dominus tecum. Veni*, aiebat, Spiritus sancte, sanctifica vterum virginalem, *vt fluant aromata illius*, vt *quod nascetur ex eo sanctum, vocetur filius Dei* c; quod vtique erit in odorem suauissimum omnibus sæculis. Planè vterus virginalis est cœlestis sponsi *hortus deliciarum*, hortus aromatum. Quantæ in eo deliciæ, quanta intimæ suauitatis aromata fuerunt, cùm ibi *Dominus gloriæ* per incarnationis mysterium dignatus fuit habitare, & præclaras illas nuptias in eo per spatium nouem mensium celebrare? Eodem spatio exacto aromata illius fluxerunt, quia sacra virginis viscera filium Dei fuderunt.

Quare missus ad virginem Angelus congrua salutatione præmissa; „ *Ecce* (ait) *concipies & paries filium, & vocabis nomen eius* d IESVM. Citò de vtero tuo fluent aromata cœlestia, tanquàm de *horto voluptatis Dei*. At illa; *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco* e? Quomodo prædicis partũ Virgini non cognituræ virum? quomodo prædicis vterum meum hortum fore fœcunditatis, cùm clausus signatúsque sit sigillo perpetuæ virginitatis? Tum ille; *Spiritus sanctus*, re„ spondit, *superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Ideóque & „ quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei* f. *Ne timeas* virginitati tuæ, quia non defloraberis à viro, vt fœcunderis; sed sicut Dei hortum decet, *Austrò perflaberis, vt fluant aromata tua*. Credidit oraculo MARIA, & *beata quia credidit*. nam mox sponsus cœlestis, qui iam præuenerat illam de benedictionibus dulcedinis, *Veni* (inquit) *Auster, perfla hortum meum*, credentis iterum virginis, vt fluant aromata illius, vt hæc *terra* cui benedixi *aperiatur, & germinet Saluatorem* g.

Nec aliter Honorius in sigillo; Vnde (quærit) hæc omnia in Mariano horto (*aromatica quæ recensuit v. 13. & 14.*) quia pater præcepit talia, dicens, *Surge Aquilo*, &c. id est, diabolus locum te tentandi non habeat, Sed *Auster*, id est, Spiritus sanctus te hortum meum possideat, & *fluant aromata illius*; per te meus incarnetur vnigenitus.] consentiunt ergo fluxum hunc aromatum esse IESV Domini natiuitatem.

Non malè tamen Hailgrinus aliò retulit, nempè ad remedia beneficiorum; quæ abundanter & indeficienter à Deipara ad infirmos defluunt, ex quo illam Spiritus sanctus superueniendo quasi perflauit. Etenim ex illo tempore exstitit *sicut Libanus*, (hoc de se canit in Ecclesia

a Psal. 20. v. 4.
b Luc. 1. v. 28.
c Luc. 1. v. 36.
Verus virginis hortus deliciarũ Christi.
d Luc. 1. v. 31.
e v. 34.
f v. 35. & 36.
g Esa. 45. v. 8.
Honorius.
Hailgrinus.

Ecclesiastico a,) *non incisus, vaporans habitationem suam.* Sicut thus atomum (de quo Plinius b) fuffumigãs Ecclesiam totam & optimo replens odore: *Libanus non incisus*, quia castitatis fuit & virginitatis planè incorruptæ, & illibatæ. illa *sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedit, & quasi myrrha electa dedit suauitatem odoris*. illa *quasi storax, & galbanus, & vngula, & gutta: & quasi balsamum non* " *mixtum odor eius*: illa *sicut terebinthus odora expandit ramos suos, illaq; a- si vitis fructificauit suauitatem odoris* c. En vobis odor aromatum Martianorum, quæ gestit animus singula explicare; sed fiet alias in MARIANIS exhortationibus, ipsa fauente, & Austri flatum nobis impetrante, commodiùs.

a c. 24 v. 20.
b l. 12. c. 14.
" c d. c. 24. v. 19. 20. 21. 22.

ANAGOGE.

HONORIVS in comment. sic explicat; *Aquilo surget*, vt " §. 5.
de horto recedat, cùm occiso Antichristo persecutio " Honorius.
de Ecclesia recedet. *Auster* verò *hortum perflabit*, cùm "
multitudo lapsorum, ad pœnitentiam per inspiratio- "
nem sancti Spiritus redibit. Tunc *fluent* horti *aromata*, "
quia exempla patientiæ & constantiæ Sanctorum sub Antichristo in "
Ecclesiam redundabunt.] *Aliter*: *Aquilo* de horto recedet, cùm dia- "
bolus de Ecclesia vltimo iudicio damnatus discedet. *Auster hortum* "
perflabit, cùm CHRISTVS veniens consolatione Spiritus sancti Ec- "
clesiam recreabit. tunc *horti aromata fluent*, quando iusti æterna "
præmia pro meritis recipient.] Aquilone igitur recedente, & Austro "
perflante sponsa colligit aromata, quibus victores reficiat; &
iis variisque fructibus collectis, propositisque, spon-
sum cum amicis ad epulas non dubitat in-
uitare. Quæ inuitatio mox se-
quitur cap. seq.

* * *

IN CAPVT QVINTVM CANTICI CANTICORVM.

SECTIO I.

SECTIO I.	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 1.	„ Veniat dilectus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.	*Descendat fraternus meus in hortum meum: & comedat fructum nucum eius.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

QVIA me *hortum* tuum ducis, tantíque facis, vt adeò me laudare, benè mihi precari non desinas; vnum adde beneficiis, age & demitte te, vt *in hortũ* quoque *venias*; in eo te deambulatione, florum odore, pomorum fructu refecturus. *concluſus* ceteris, patet tibi. Nam perſiſtens in eadem Metaphora, ſe totam ſponſo permittit.

HORTVM SVVM] Græcè, *meum*. non diſſident, quia ſponſorum communia ſunt omnia.

FRVCTVM POMORVM] poma, qui ſunt fructus. Aquila & Symm. ſicut noſter, ἐπωφῶν. LXX. ἀκροδρύων. hoc D. Ambroſius quoque *lib. 1. de virginibus* vertit, *pomorum ſuorũ*. Vide ſuprà v. 13. §. 1.

§. 2. MENS VERBORVM. *Chriſtus veſcitur pomis, i. bonis operibus electorum.* a *Ioan. 15. v. 16.* b *Ioan. 4. v. 34.* c *Nyſſeni, Pſell., Philon. Iuſt., Alcuini, & aliorũ.*

Hortus, eſt Eccleſia, *poma*, ſũt bona opera electorũ, qui in hoc horto, vt arbores floren^t, & fructificant. His ſponſus CHRISTVS, quando cernens illos obedientes mandatis Dei, quaſi gratiſſimo ſibi cibo veſcitur. Ideireo enim has arbores plantauit, *vt fructum adferant* [a]; & *ſuum* eſſe *cibum* profitetur, *facere patris voluntatem, & opus eius perficere* [b]. Ad hoc conuiuiũ ſponſus inuitatur, non ad nidorem vitulorum & hircorũ veteris teſtamenti. Communis iſta eſt Patrum [c] expoſitio.

Notãda verò diligẽter plenitudo & prudẽtia breuiſſimi; ſed diuini planè reſponſi. Inuitat *in hortum ſuum*, nempè ſponſi proprium, cuius eſſe

eſſe ſe vſu & mancupio fatebatur; non tantùm ratione generalis totius orbis dominij, vel ſpecialis poſſeſſionis adeptæ in cordibus iuſtorum; ſed etiam, quia illa ipſa horti optimi laudata amœnitas, atque fertilitas, *non ſponſa plantanti & riganti, ſed Deo incrementum danti* [a], tota debebatur. Deus largitus fuerat ſemina gratiæ præuenientis; Deus ſeminantem, colentem, cuſtodientem, comitante gratia ſua iuuerat, atque defenderat; Deus perſeuerantiam & vim frugiferam, atque genitabilem omnem contulerat. Sic erat *vera Dei agricultura* [b]. Quidni ergo eum inuitet, vt liberalitate propria perfruatur? Gratiſſima ſponſo, ſciens ſe quæ haberet accepiſſe; non gloriatur acceptis, nec ſuimet, aut alterius cuiuſquam hæc ſe colere, rigare, proferre, ſeruare ſignificat; ſed ſolius ſponſi gratia; eiusque voluptatem, & gloriam ſe in cunctis cogitationibus actionibusque ſuis ſibi vt finem propoſuiſſe. Quàm hæc plena dilectionis, gratitudinis, humilitatis & agnitionis ſui? nónne meritò placeant ſponſo? Teſtatur id reſponſione ſua, *veni in hortum*, &c.

a 1. *Cor.* 3. v. 7.

b *Ibid.* 9. *Sponſa cur inuitet ad hortum Sponſum.*

Senſum hunc Honorius videtur pro tropologico habere: ideo ad perſecutionum tempus reſpicit, & putat Eccleſiam à ſponſo petere, vt, quod pollicitus, cum ipſa ad finem vſque ſæculorum permaneat. Deinde, accipi etiam docet poſſe de Synagoga; quam Eccleſia dolens „ tam diu in infidelitate perſiſtere, petat ſibi aſſociari per fidem, dicens, „ Dilectus meus qui ex me horto ſuo Aquilonẽ eiecit, & Auſtrum per „ gratiam introduxit, & aromata charismatum in me multiplicauit, ipſe „ etiam per gratiam veniat in Iudæam, *hortum ſuum* primum, *vt comedat* „ *fructum pomorum ſuorum*, hoc eſt, vt per fidem incorporet ſibi multi- „ tudinem conuertendorum.] Valdè litteralis eſt hæc expoſitio, quam „ qui volet amplecti; prior illa ſit ei pro Tropologia, & cum Honorio ſubdat vt ſequitur.

TROPOLOGIA.

§. 3. MORALITER dilectus *in hortum* animæ *venit, & fructum pomorum comedit*, cùm CHRISTVS in cœtu ſpiritua- „ lium dona ſua multiplicat, & ſe operibus illorum, vt „ ſuaui cibo reficit. Sic Honorius. „ *Nyſſenus.*

VENI] ô vocem, exclamat Nyſſenus, audacter libe- „ reque prolatam! ô ambitioſam magnificamque in donãdo animam, „ quæ omnem ſummam magnanimitatem ſuperat! quemnam ſuis fru- „ ctibus conuiuam excipit? cuinam ex bonis ſuis epulum parat? quem „ quæſo ad præparatorum fruitionem inuitat? Eum ipſum, *ex quo* „ *omnia, & per quem omnia, & in quo omnia* [c]; qui nutrimentum cunctis „ præbet opportuno tempore; *qui manum ſuam aperit, & quoduis ani-* „ *mal pro bonitate ſua ſaturat* [d]. Inuitat, inquam, *panem* illum, *qui de cœlo deſcendit* [e], & mundo vitã largitur; qui rebus vniuerſis de fonte pro-

c *Rom. 11. v. 36.*

d *Pſal. 144. v. 15.*

e *Ioan. 6. v. 41.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» prio vitam adfundit. Huic sponsa mensam apponit.]

Quid maximè accedenti ad sacrificiū cogitandum.

O anima mea, vtinam hæc calidè cogites, quotiescunque ad tremendum illud, sed salutare sacrificium offerendum te præparas! vtinam ille fructum in te reperiat, fructum suum, fructum ipsi debitum, fructum ei dulcem! quem, nisi virtutum abundantiam? lubenter ille tum sæpius descenderet, & descendens *veniret* in te, vt *in hortum suū*. Hoc ipsius decet benignitatē, hoc nostræ necessarium est vilitati & abiectioni. Alia ratione fieri nequit, vt ad illum altissimum in sublime assumamur; nisi Dominus ipse, qui humiles adsumit, se demittat. Idcirco anima in sublime contendens, manuductionem eius, qui supra nos positus est, implorando, descendere illum sublimitate eius optat, vt assequi eum inferi possint.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. » PRIME præcedentibus ista connectit Guilhelmus. Vox
Guilhelmus. » (ait) gestientis in partu virginis est. Quippe Angelo
» nunciante didicerat, se, ad *magnum illud pietatis sacra-*
a 1. *Tim.* 3. v. 16. » *mentum manifestandum in carne* [a] singulariter esse delectam, & quasi hortum Dei Austro perflandam, vt filium
» Dei procrearet. Itaque assensum hilariter præbuit. Prædicis (inquiens) (ô Angele) vterū meum fore *hortum* deliciarum gignēdo fructum vitæ, in quo omnis suauitas, & omnis sanitas. necesse est itaque,
» vt verus sit nuncius veritatis, vt non tantùm sit Dominus mecum,
b *Luc.* 1. v. 38. » sed etiam vt sit in me, & carnem sumat ex me. hoc eum velle ex verbis tuis intelligo, *fiat mihi secundū verbū tuū* [b]. *Veniat in hortū suū, Veniat* dilectus meus, quem deperit cor meū: & *veniat in hortū suū*, pecu-
» liari iure ipsi dicatū; verbū ex me carnē sumat, Deus ex me corporetur. cur? vt *comedat fructum pomorum suorum*. Vt incorporet sibi electos suos, hæc enim incarnationis eius causa. Extra ipsum non est vita, non est salus: per ipsum ita est salus, vt non sit nisi in ipso. Ipsi ergo incorporentur vt saluentur, quos Deus ad salutem præordinauit;
» hoc est, ipsi vniantur, tanquam cibus comedenti: in ipsum sic transeant, vt eius mēbra fiant, & de Spiritu eius viuāt. *Si quis enim Spiritū*
c *Rom.* 8. v. 9. » CHRISTI *nō habet, hic nō est eius* [c]. Sanè in vtero virginis per humanę
» assūptionē substātiæ, factus est caput Ecclesiæ, quæ in hominibus est.
» Ibi *comedet fructū pomorum suorum*, ibi incorporabit sibi electos suos,
ibi

ibi traiiciet eos in se, vt non in se ipsis, sed in ipso viuant. Scut enim « *Christus per incarnationē est caput Ecclesiæ.* *Rupertus.*
Adam, quando præuaricatus est, contaminauit omnes ex se carnali- «
ter nascituros; sic & CHRISTVS, quando de Virgine incorporatus «
est, incorporauit sibi omnes non fictè credituros. Sic eius ex nostri «
generis fœmina incarnatio, nostra in eum traiectio est.] ita ferè ille. «

Rupertus autem suauiter hanc inuitationem MARIÆ confert « *Rupertus.*
cum inuitatione Euæ. Non, quomodo Eua inuitauit virum suum, ego «
inuito dilectum meum, ad *horum suum*, ad *comedendum fructum* po- «
morum, non alienigenorum, sed *suorum*. Et quid tam propriè suum, «
quàm ego, quæ sum prima de primitiis pomorum, imò & *fons horto-* «
rum? veniat igitur in hunc hortum suum, &c.] Non erat similis fi- «
culneæ [a] cui maledixit, & exaruit; quia semper in ea fuit fructus ope- [a] *Marc.* 11. v. 21.
rum bonorum. Sic Hailgrinus. *Hailgrinus.*

ANAGOGE.

IVXTA altiorem sensum dilectus fructum suum comedit, §. 5.
cùm CHRISTVS electos suos de hoc mundo in
gloriam suam assumserit.] Honorius. *Honorius.*

SECTIO II.

SECT. II.	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 1.	» Veni in hortum meum soror	*Introiui in hortum meum soror*
	» mea sponsa, messui myr-	*mea sponsa ; vindemiaui*
	» rham meam cum aroma-	*myrrham meam cum aro-*
	» tibus meis: comedi fauum	*matibus meis : manducaui*
VERBA SPONSI.	» cum melle meo : bibi vi-	*panem meum cum melle meo :*
	» num meum cũ lacte meo:	*bibi vinum meum cum lacte*
	» comedite amici, & bibi-	*meo : comedite proximi, & bibite, & inebriamini fra-*
	» te, & inebriamini charis-	*tres.*
	» simi.	

LITTERA.

§. 1. *Nyssenus.*

HOc nobis D. Nyssenus loco præit ad istorum, & sequentium verborum perspicuam intelligentiam: scilicet, vt cogitemus sponsum, postquam à sponsa fuit inuitatus, celeriter discessisse, rediisse, & secũ pastoralia quædam attulisse munera, conuiuio lautiùs instruendo; atque ita parato conuiuio post accubitum, vt fieri solet inter epulandum, conuiuas ad hilaritatem, frontemque exporrigendã inuitare. Intereà sponsam iam saturam ad lectulum se recepisse, mox cogitemus, & dum dilecti aduentum operitur in somnũ incidisse, de quo statim agemus. Nunc sponsus ad amicam rediens, ait, eius inuitationem sibi gratissimam fuisse. Ideo non distulisse se aduentum, sed aduolasse; vt simul in hortulo epulentur: quin & vmbras se adducere, nẽpe sodales suos, vt vnà cum adolescentulis sponsæ comitibus conuiuio lætitiæ aliquid adiiciant. Denique vt omnia lætiùs, lepidiusque transigantur, hortensia sponsę fercula, se vnguẽtis myrrhæ & aliorum aromatum, & fauis puri mellis, lactis, & vini copia cumulaturum.

באתי *bathi.*

VENI.] ecce adsum. rectè monent Cassiodorus, Angelomus, & VVilleramus, non esse imperatiuum, sed præteritum indicatiui. patet ex Hebræo fonte, & Græca interpretatione.

ארית *arithi.*

MESSVI] Sumendum latè pro collegi, decerpsi, notant ex Hebræa voce Iatrhius & Abenezra. Lõgiùs recessère B. Ambrosi[a] & Ruffinus, qui ex LXX. vertũt *vindemiaui*. Porro ista, *messui, comedi, bibi*, puto accipienda

accipienda pro omni tempore, quasi dicat, & antè id se feciisse, & facere, & deinceps facturum: Sicut sumitur illud Horatij; *cœlo tonantem credidimus Iouem.*

MEAM] sæpiùs repetit, *meis, meam, meo*; vt intelligas amatorem de more suas sæpè diuitias ostentantem sponsæ; qui nõ ab aliis hæc precariò vel mutuò acceperit, sed de domo & arca numeret; de penu, alueariis, & mulctris propriis promat. Longus sim, si singula munerum pastoritiis, ex Theocrito & Marone, testimoniis onerem.

COMEDI FAVVM MEVM] tanta auiditate, vt moram non ferẽs mel eliquandi vnà cum fauo vorarim. mirè Symm. *depastus sum siluam meam. ἐνεμήθην τὸν ἀγρόν μου.* Hebræa vox significat, *fauum siluestrem*. Sensus ergo Symm. se siluam omni melle spoliasse.

יערי *Iaheri.*

CHARISSIMI] hoc eodẽ recidit, quòd LXX. *fratres*, & Symm. *fraterni* seu *fratrueles*, ἀδελφιδοι, & Aqui. *sodales*, ἑταῖροι. Hebræa vox etiam potest exponi, *amoribus* seu *uberibus*, vt Prou. 7. c. 18. Ezec. 16. 8. & 23. 17.

דודים *Dodim.*

§. 2. MENS VERSORVM SPONSI.

CHRISTVS; quæ summa eius & festina benignitas; adhuc loquẽte & inuitante Ecclesia, dicit, vt per [a] Prophetam promiserat; *Adsum. Sororem* vocat propter humanæ naturæ communionem; *sponsam* propter fidei desponsationem. *(sic Iustus)* cõuiuium istud in Ecclesia paratum & expositum est fidelibus, & mensa strata contra molesta tribulationum; cui vult accũbere, non perfectos modò, qui sponsi sunt socij; sed & imperfectos adhuc & pœnitentes, qui adolescentulæ, se tamen conantur meliores reddere. Inuitatus ipse mittit subsidia nouę copiæ, *qui aperit manum suam, & implet omne animal benedictione* [*].

[a] *Isa. 58. v. 9.*

Myrrha baptismus est, quo CHRISTO consepelimur, testibus D. Ambrosio & Chrysostomo [b]: nemo ad epulas has admittitur, nisi myrrha priùs inungatur; h. nisi baptizatus. Cetera *aromata* sunt Spiritus sancti charismata reliqua. *Fauus*, sacrosanctum IESV corpus, in alueari purissimo apiculę immaculatæ (dico MARIÆ vterum) fabricatum.

[*] *Psal. 144. v. 16.*

[b] *Amb. lib. 9 in Luc. ca. 10. Chrys. ho. 11. ex variis in Matth.*

Alanus; sicut *fauus* (ait) est mel latens in cera; ita anima CHRISTI "latuit in cellula carnis.] Hoc de Saluatoris carne, mysterium confir- "mant LXX. qui; *panem*, verterunt, prophetico spiritu, vt solent, ad mysterium Sacramenti, & sacrificij nouæ legis respicientes. *Mel*, nectar spiritualis dulcedinis, quod ex hoc fauo liquatur, effluitque. *Vinum*, calix salutaris preciosi sanguinis Dominici. *Lac*, doctrina secretorum Diuini verbi; quod optimum animæ fidelis est nutrimentum. His vescitur etiam & fruitur ipse Deus, acceptatione quadam, in membris suis; cùm fideles populi vescuntur & fruuntur, ea qua par est, deuotione & puritate; sicut in iisdem se cibatum, potum, vestitum, visitatum, hospitio exceptum, vltima die, cùm iudicabit viuos & mortuos, profitebitur [c]. Ipse ego cibus, & cibi largitor, ipse conuiuator & conuiua, inuitans & inuitatus. inuitans non omnes, sed *habentes vestem nuptialem* [d] charitatis, & ideò *charissimos*; non seruos, sed *amicos*; non alienos, sed sodales; qui similes iis esse

"Fauus sacrosanctũ Christi corpus. Alanus.

[c] *Matth. 25. v. 35.*

[d] *Matth. 22. v. 11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

conãtur,quos primos hoc epulo excepit, Apostolos nempe;quos iisdem vocibus inuitauit, dicens;*comedite ex hoc omnes, bibite ex eo omnes* a. Sic fermè D.Gregorius Nyssenus, Psellus, Philo, & Rupert. *hic*: sic Paschasius Ratbert. *lib.de corp. & sang. Domini,c.10.* & eodem tendunt, quæ habet B.Ambr. *lib.5.de sacrament. c. 2.& 3.* & Absalon Abb. *Serm.7.in Natiuit. Domini.*

a *Matth.26. & 1.Cor. 11.*

Berengosius.

Apertiùs etiam Berengosius Abb. *lib.de mysterio Crucis & duplici luce*, hoc dictum asserit de Eucharistico sacrificio panis & vini veri Melchisedech Sacerdotis magni.

TROPOLOGIA.

§. 3. Absalon.

TROPOLOGIA meo iudicio hîc eadem est cum littera: sed adscribam tamen,quæ alij. Absalon *Serm. 41. in dedic. Ecclesiæ*, putat hæc verba continere exhortationem ad deuotionem : & dici *comedite* de fructu bonæ operationis; *bibite* de vino compunctionis; *inebriamini*, de gaudio sanctæ deuotionis.

Honorius.

Satis hîc turbat Honorius; cuius litteralis expositio hoc loco partim est Anagogica,partim Tropologica; sed possumus ex eo Tropologicam banc elicere,Animam tunc *inuitari* à CHRISTO,quando CHRISTVM sedulò imitatur,& eius præcepta seruat. *Metere myrrham*,quando membra sua mortificat, & se vitiis ac concupiscentiis crucifigit; *metere* cetera aromata,quando ceteras virtutes accumulat; *fauum cum melle comedere*,quando mansueta & mitis moribus est, & conuersatione; item quando sacræ Scripturæ intelligentiam adepta, aliis eam elucidat; *vinum cum lacte bibere*, quando vino sapientiæ & lacte doctrinæ nutrita nutrit alios : *inebriari* his, quando non musto, sed Spiritu sancto fatura est.

De spirituali hac ebrietate,egregia quædam D.Ambrosius suppeditat *lib.1.de Cain & Abel,cap.5.& Serm.13.in Psal.*118.quædam etiam

Nyssenus.

» *hoc loco* Nyssenus.qui & illud ad rem accommodatum;ô beatos illos
» *hortos* (sic vocat animas excultas) quorum *arbores* huiusmodi *fructus*
» ferre traduntur,vt ad omnem deliciarum speciem,pro fruitionis cu-
» piditate commodè mutentur. Nam ei qui delicias ex fragrãtia captat,
» *myrrha* fiunt & aromata,dum mortificando membra terrena, puram
» ac suaueolentem vitam condiunt, quæ de variis diuersisque virtutis
» aromatibus temperata constet. Alij, qui perfectiorem cibum requi-
» rit, *panis* fiunt, &c.

Theodoretus.

b *Eph.5.v. 18.*

c *Zach.9. v.17.*

d *Ps. 22.v. 6.*

Inebriamini charissimi]hi sunt Theodoreto viri perfecti,qui incorruptam sponsi seruant imaginem,& cum eo coniungi optant.hos inuitat ad bonam *ebrietatem*, quæ temperantiam non intemperantiam parit; vtpote de *vino* manans,*in quo non est luxuria* b, sed *quod germinat virgines* c. hic *calix ipsius inebrians quàm præclarus est* d?

Bibite

Bibite (aiunt tres Patres) vos qui conuersi estis, & vitia repulistis, & virtutem cum pura eruditione exquirentes ad me accessistis:*bibite* externans diuinitatis *vinum* cum doli experte fide, & ab illis quæ naturalia sunt, ad ea,quæ naturæ præstant,eleuamini.] *Tres Patres.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§.4. Honorius.

HONORII verba primo loco adscribam;*veni*, in te *hortum meum*,carnem de te assumendo : *messui myrrham* carnem meam,mea passione martyres colligendo,*cum aromatibus meis*,cum confessoribus : *comedi fauum cum melle meo*. per fauũ corpus, per mel CHRISTI anima accipitur:fauum quippe cum melle comêdit, cùm resurgens corpus de virgine sumptum animæ,vltrà non moriturus,coniunxit. *Bibi vinum cum lacte meo*.Per *lac* homines, per *vinum* Angeli intelliguntur. Lac cum vino bibit, cùm ascendens in humana carne de virgine genita,homines cum Angelis sociauit.Ad quos mox gratulabundus dixit; *Comedite amici & inebriamini*, quasi dicat, sicut conuiuatores de variis epulantur, iucundantur, & de amicorum præsentia gratulantur; ita vos Angeli, amici mei,congaudete, & congratulamini, quia gaudium vestrum, numerosa hominum frequentia adauxi. Insuper noua festa contuli,dum matrem meam,vestramque Reginam vestris gaudiis induxi.]Sic ille, ad Anagogen ascendens.

Guilhelmus.

Guilhelmus totum hoc ad mysterium incarnationis retulit; vult annuere dilectum desiderio virginis, *veniat dilectus meus in hortum suum*,&c. Nam *Austro flante*,hoc est,Spiritu sancto operante,ianuis clausis ingressus est locum voluptatis,vbi factus est caput Ecclesiæ,*vt essent duo in carne vna* a. In vtero virginis, vt in thalamo nuptiali despondit sibi Ecclesiam & nuptias celebrauit ibidem in multis deliciis,per dies ducẽtos septuaginta quatuor;ab octauo Kal. Aprilis vsque ad octauum Kal.Ianuarij,anima B.Virginis proculdubio in eisdẽ nuptiis solemniter accubante, & bibente vinum sanctæ iucunditatis vsque ad profundam ebrietatem. Hac nuptiali solemnitate celebrata *egressus est sponsus de thalamo suo* b, egressus est dilectus de horto suo,vestitus veste nuptiali,in qua scriptum erat, *Rex Regum, & Dominus Dominantium* c, egressus ianuis clausis sicut fuerat ingressus; vt quam non defloraret conceptus,nec partus denigraret.Egressus, *operatus est salutem in medio terræ* d: tunc enim aromata eius effluxerũt in odorem suauitatis. ideò Angeli cecinerunt; *Gloria in excelsis Deo*,

a *Gen. 2. v. 24.*

b *Ps.18 v. 6.*

c *Apoc. 19. v.16.*

d *Psal.73. v. 12.*

a Luc. 2. v. 14. » *& in terra pax hominibus bonæ voluntatis*[a].

» *Messuit myrrham suam cum aromatibus suis. Myrrha* est caro illa
» mortalis, in qua mortuus est pro nobis, in qua *languores nostros tulit,*
» *& dolores ipse portauit*[b]. In *myrrha* tria notanda sunt, munditia, ama-
» ritudo, potentia contra corruptionem: & caro CHRISTI munda
» fuit, à labe carnalis concupiscentiæ; amara fuit, propter mortis com-
» munionem ab Adam in omnes posteros transfusæ; potens, quia cor-
» ruptionem peccati sanauit. *Myrrham hanc messuit*, quando carnem in
» qua pro nobis moreretur, assumpsit. *messuit cum aromatibus*; quia me-
» tendo myrrham illam, & aromata simul messuit: quia in hac carne
» erant aromata eius; vita, salus, & pax. In carne illa, prædestinata ad
» opus redemptoris, causaliter (vt sic dicam) latebat omnis efficacia re-
» demptionis. *Postquam venit plenitudo temporis*[c], myrrha hæc matu-
» ruit, & simul aromata maturuerunt: ideò simul illa messuit, *Verbum*
» quod *caro factum est, & habitauit in nobis*[d].

b Esa. 53. v. 4 *Myrrhæ quid habeat simile cum Christi corpore.*

c Gal. 4. v. 4

d Ioan. 1. v. 14.

» Tunc *comedi* (ait) *fauum cum melle meo*, quia in messione myrrhæ,
» in assumptione mortalis naturæ pro mortalium salute, *delectatus est*,
» *sicut in omnibus diuitiis suis*[e]; iocundari sibi visus præ omnibus deliciis,
» quia præcipuæ *eius delicie sunt esse cũ filiis hominũ*[f]; gratissimæ diuitiæ,
» mori pro salute fratrũ suorũ: tunc etiã *bibit sum vinum cum lacte suo*,
» quia fecit illos viuere vita sua; & sic incorporauit sibi ad vitã, quos
» Adam ad mortem sibi incorporarat; & quosdam comedẽdo, quosdam
» bibendo. *Bibendo*, qui facilius ad pietatẽ conuertuntur, hos enim sine
» magno labore in corpus suum, quod est Ecclesia, transmisit; vt Pe-
» trum, Andream, Iacobum, & Ioannem, & Matthæum, qui vocantem
» continuò sunt secuti. *Comedendo* verò, qui difficiliùs obremperabãt,
» vt Saulus g; quem contra stimulum calcitrantem, quibusdam quasi
» castigationis dentibus comminuit, vt mansum & contritum in
» corpus suum traiectum, de Saulo Paulum faceret. Conuersio hæc
» hominum est *mel & vinum* Deo; non quod inde extrinsecùs ali-
» quid nouæ dulcedinis vel iucunditatis Deo accedat, sed quia æ-
» terno beneplacito suo immutabiliter & impassibiliter gratissima
» illi est hominum salus: vel certè, quia mortales saluando causam
» atque materiam gratulationis præbet Angelis suis, & beatis ho-
» minibus. Sicut enim fraternæ dilectioni grande supplicium est auer-
» sio olim conuersorum ad pietatem; sic maximæ eidem sunt deliciæ
» conuersio olim auersorum à pietate. Ideò *Angelis gaudium est in cæ-*
» *lo super vno peccatore pœnitentiam agente magis, quàm super decem*
» *iustis*[h]. Ideò nunc Angelos ad communes lætitiæ epulas in-
» uitat.

e Ps. 118. v. 14.

f Prou. 8. v. 31.

g Act. 9. v. 4. 5. 6.

h Luc. 15. v. 7.

» *Comedite amici, & inebriamini charissimi; amici*, quia multùm amant;
» *charissimi*, quia multùm amantur. Hi nimirum de humani gene-
» ris, quod in Adam perierat, restauratione, piè & sollicitè satagen-
» tes, conditorem, cui assistebant, iugiter interpellantes, quodam san-
» cto familiaritatis ausu sic compellabant: *Exsurge, quare obdormis*
» *Domine*[i]? *exsurge, & ne repellas in finem. Quare faciem tuam auertis?*

i Ps. 43. v. 23.

obliui-

obliuiscéris inopiæ nostræ? diminutionis nostræ. En inter nos tot loca
vacua: sed *da gloriam nomini tuo*: & secundum æternum propositum
tuum, quod mutari nequit, imple tot locis indecenter dehiscentem
numerum nostrum. Ecce: *cùm venit plenitudo temporis*[a], implerum
est desiderium illorum. Incarnatus Dei filius sponsus fit, & inuitat
eos ad noua gaudia. *comedite* nunc festiuiùs panem vitæ, quo beatè vi-
uitis; *bibite* vique ad sobriam ebrietatem *vinum* æternæ iocunditatis.
Epulari enim & gaudere vos oportet, ô amatores hominum; quia
ecce factus sum mediator Dei & hominum, gloriosè in memetipso
Deo patri reconcilians genus humanũ. exultate itaque noua lætitia;
pro salute & gloria hominum. Quippe *vbi abundauit peccatum, super-*
abundat & gratia[b]; & stupenda largitate, non tantùm salutis reme-
dium hominibus contuli; sed & clarissimi honoris fastigium; quia
humana natura nunc assumpta est in Deum. *Bibite* itaque *amici* vsque
ad *ebrietatem*, hoc est, vsque ad antiquæ perditionis humanæ obliuio-
nem. Nolite amplius conqueri de vacuis sedibus ordinum vestrorum;
illæ suo tempore redemptis sanguine meo replebuntur.]

a Gal. 4. v. 4

b Rom. 5. v. 20.

Diuinè hæc Guilhelmus & adspiran e Spiritu sancto; qui tamen
adhuc plenius Ruperto hic largitus de oleo discretionis videtur. *Rupertus.*
Nam Rupertus clarè cuncta distinguens, quatuor in vna CHRISTI
incarnatione & Angelorũ gaudio, mysteria discussit, nempe CHRI-
STI Natiuitatis, Passionis, Resurrectionis & Ascensionis in cœlum;
seligam necessaria ex eo, vt ex Guilhelmo feci.

Inducit Rupertus CHRISTVM in hanc sententiam loquentem;
Descendendo in vterum tuum & assumendo carnem, vt verus homo
nascerer, qui verus Deus eram; *veni in hortum meum.* Quid enim
non meum? Ego *verbum* sum, *per quod omnia facta sunt, & sine quo fa-*
ctum est nihil. Et ille *Paradisus voluptatis* in initio per me plantatus
est; & tu *hortus conclusus* per me plantatus & plantandus es. Primus
ille homo in Paradiso positus, sed in illo non formatus, nec ipse eum
plantârat; ideò dicere non potuit; *veni in hortum meum.* Ego in te hor-
to meo, quem plantaui natus. nam tu *hortus*, etiam *ciuitas* es, de qua
scriptum; *Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam altissimus*[c]. Ada-
mi paradisus non erat, nec in illo, vt oportuit, operatus fuit, nec eum
custodiuit: ideo me nasci oportuit, vt venirem in hortum meum, &
vltra debitum operando peccatum illius corrigerem.

Ideò *messui myrrham meam.* Sic correxi, moriendo, atque ad infer-
num descendendo, reuersurus cum omnibus sanctis & dilectis meis,
qui me ab origine mundi exspectabant; quos ille cum toto humano
genere, metendo mortem, perdiderat. Cùm illi dictum fuisset: *De*
ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quacunque enim die ex illo co-
mederis, morte morieris[d], non obediuit, sed manus ad veritum ex-
tendit: sic mortem messuit. Seminauerat intùs tumidam cogitatio-
nem, quam diabolus suggesserat; *Eritis sicut dij*; concepit pecca-
tum, peperit inobedientiam. sic messuit gehennã, sic messuit mortem
animæ; de qua scriptum; *Mors peccatorum pessima*[e]. Ego verò *messui*

Ioan. 1.

Gen. 2.

c Psal. 86. v. 5.

d Gen. 2. v. 17.

e Psal. 33. v. 22.

» solam mortem corporis, quæ [a] *in conspectu Dei pretiosa.* Seminaue-
» ram ante iustitiam, seminaueram humilitatem, & obedientiã spon-
» taneam; cum essem ego, non vt ille tantùm homo, sed & Deus &
» homo. Considerabam illud, vnde patre minor essem, scilicet naturam
» carnis, sicut scriptum est; *Minuisti eum paullo minus ab Angelis* [b]; &
» secundùm illam naturam ita iustitiæ ordinem tenui, vt in omnibus
» subditus essem Patri & obediens, tãquam minor maiori, homo Deo,
» creatura creatori. Hæc obedientia mihi seminariũ *myrrhæ* fuit, nam
» licet scirem inimicos quærere quonam modo me caperent, & occi-
» derent [c]: tamen vt obediré legi iubẽti *ter in anno coram Domino* [d] *ap-*
» *parere*, Hierosolymam ascendi: ita illis interficiendi mei data oppor-
» tunitate, *messui myrrham meam cum aromatibus meis*: per obedientiam
» perueni ad mortem [e], *mortem autem crucis*, cum qua & per quã *omnia*
» *traxi ad me*, & omnes meos electos à constitutione mundi acquisiui.
» Verùm postea *comedi fauum cum melle meo*. resurrexi à mortuis, re-
» cepi carnẽm meam non vltra morituram, semper victuram cum Ver-
» bo sibi vnito, Verbo Deo; quod sum & eram ego. Miranda oppositio,
» mirabilis correctio. Ille primus homo redarguutus de peccato suo,
» quoniam semetipsum defendit, nõ solùm mortem animæ, quã incur-
» rerat, non euasit, verumetiam mortem corporis insuper acquisiuit, di-
» cente Deo; *puluis es & in puluerem reuertêris* [f]. Ego autem quia tradi-
di pro peccato, non meo, sed alieno, memetipsum obediens patri; non
solùm vitam animæ non amisi, iuxta maledictum legis dicentis, quia
maledictus à Deo est, *qui pendet in ligno* [g]; verùm etiam vitam carnis ci-
tò recuperaui; & ecce sum homo in vtroque scilicet anima & corpo-
re viuus, contra quam ille fuit vtroque mortuus. Ita *mel meum, fauum*
suum recognouit, & fauus meus melle meo respirauit; ita vt nulla in-
terfluere vnquam myrrhæ queat amaritudo. Vitæ ac verbi, quod ego
sum, sempiterna dulcedo carnem meã rursùs decorauit, & caro in di-
uinitatis gloriã transiuit: ita vt ipsa iam mori, vel mors ipsi vltra do-
minari non possit. Hoc Sacramentum adhuc nesciebant amici nostri,
quando rediuiuus apparens eis dixi; *Habetis hic aliquid quod manducetur?* & tũc *obtulerunt* mihi *partem piscis assi & fauum mellis* (Luc. 24.)
comedi coram eis non priùs *fauum mellis*, sed priùs partem piscis assi,
& posteà fauum mellis, & sumens reliquias dedi illis; exemplo meo
edocens, priùs passionibus atque pressuris desiccandos, & postea
mecum consurgentes fauo satiandos. Similiter ignorabant inimici
mei secretum quod nunc dico, vinum cum melle mixtum, quando
dabant mihi bibere *vinum myrrhatum* [h], nesciebant me post resurrec-
tionis fauum, ad gloriæ consummationem; etiam in cœlum ascen-
surum; quod faciens;

Bibi vinum meum cum lacte meo; hoc est, lætificatus sum ascensio-
nis gaudio, completa scriptura, quæ dixit; *Lætificabis eum in gaudio*
cum vultu tuo [i]. Nam ego sum ille Rex, de quo dicebatur, *Domine in*
virtute tua lætabitur Rex, & super salutare tuum exultabit vehemen-
ter [k], illa lætitia, illa vehemens exultatio est, de qua nunc dico; *bibi*
vinum

a Ps. 115. v.
b Ps. 8. v. 6.
c Ioan. 11.
d Exo. 23. v. 17.
e Phi. 2. v. 8.
f Gen. 3. v. 19.
g Deut. 21. v. 23. Nõvult diuinitatẽ morte fuisse à carne separatã: sed tacente in sepulchro corpore, videri potuisse separatam & accedente anima, corpori-que gloriam suam cum vita communicante, videri potuisse diuinitatem illi tum demùm accessisse. latuerat illa in sepultura & morte, prodidit se in resurrectione.
h Mar. 15. v. 23.
i Ps. 20. v. 7.
k Ps. 20. v. 2.

vinum meum cum lacte meo. Ascendi enim in iubilo [a], & inde non so-
lùm lætatur cor, sed etiam exsultat caro. *Vinum* mihi induxit obliuio-
nem præteritorum laborum, iuxta illud; *Da siceram mœrentibus, ô La-*
muel, & vinum his, qui amaro sunt animo. bibant, & obliuiscantur ege-
statis suæ, & doloris non recordentur amplius [b]. Ideò bibi, & amicis meis,
qui mecum contristabantur, bibendum dedi. biberunt & obliti sunt
egestatis pristinæ, cùm essent idiotæ [c] & homines sine litteris; obliti
sunt doloris sui, quo propter passionem meam doluerant, sicut præ-
dixeram eis hora passionis imminente; *sed quia hæc locutus sum vobis;*
tristitia impleuit cor vestrũ [d]. Item; *& vos igitur nunc quidem tristitiam*
habetis: iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium
vestrum nemo tollet à vobis. Hoc sacramentum nescientes, qui videbant
& audiebãt eos, ignari quod *bibissent vinũ meũ cum lacte meo* dicebãt,
quia musto pleni sunt isti [e]. Ego autem Spiritũ sanctum dederam illis,
Spiritum [f] paracletum, qui vnus idémque est & *vinum* meum, & *lac*
meum; *vinum* meum, quia gaudium de præsentibus bonis; *lac* meum,
quia consolatio de præteritis malis: *vinum* meum, quia dilectio Dei;
Lac meum, quia dilectio proximi.

Hæc Rupertus, & postea; illud; *comedite & bibite*, quod sequitur,
doctissimè accommodat venerabilis Sacramenti Eucharistici sump-
tioni: non adscribo, quia vereor tædium lectoris, quantumuis illa
lectu sint dignissima.

a Ps. 46. v. 10.
b Prou. 31. v. 6.
c Act. 4. v. 13.
d Ioan. 16. v. 6. & 22.
e Act. 2. v. 13.
f Act. 2. Spiritus S. vinum & lac Christi.

ANAGOGE.

§. 5.

IVXTA Anagogen CHRISTVS *myrrham & aromata de horto meũ*, cùm electos in Ecclesia, quosdam tribulationibus amaricatos, quosdam virtutibus benè olentes, in paradisum beatitudinis transferendos colligit. *fauum cum melle comedit*, cùm Doctores dulcedinis in dulcedine æternæ quietis collocat. *Vinum cum lacte bibit*, cùm subditos potum doctrinę haurientes *de torrente voluptatis suæ* inebriat, dicens Angelis, *Comedite amici, bibite, & inebriamini charissimi*; hoc est, ita gaudete de istorum societate, sicut epulantes lætantur de diuersi cibi, & po-
tus satietate.

Absalon.

Sed & Absalon *Serm. 50. de festo omnium sanctorum*; vult hoc
conuiuium intelligendum, de æterna beatitudine,
& pulchrè idem docet serm. alio integro, *nem-*
pe 33. in Ascens. Domini. Eodem retu-
lit ista Alanus Insulensis. *Sequi-*
tur capitis huius
sectio 3.

SECT. III.

SECTIO III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 2. „Ego dormio, & cor meum	*Ego dormio, & cor meum vigi-*
„ vigilat: vox dilecti mei pul	*lat. Vox fraterni mei pulsat ad*
„ santis : Aperi mihi soror	*ostiũ: aperi mihi proxima mea,*
„ mea, amica mea, columba	*soror mea, columba mea: per-*
VERBA „ mea, immaculata mea: quia	*fecta mea. Quia caput meum*
SPONSAE. „ caput meum plenum est	*impletum est rore, & cincinni*
„ rore, & cincinni guttis	*mei guttis noctis.*
„ noctium.	

LITTERA.

§. 1. *Vox Sponsæ.* a *Nyssen. & tres Patres Psell. Theod. Iustus, Rupertus, Honor. in cõm. Hailgrinus & Alan.* b *Philo, Guilhelm. & Gregor. primo loco.* c *Sic Anonym. M.S. Collegij nostri Louaniensis.*

Hæc verba cum plerisque [a] maximè Græcis Patribus, malo tribuere cuncta sponsæ; quàm initium versiculi sponso, vt nonnulli [b]. Tertia hoc loco totius Cantici pars inchoatur [c]; & amoris summi & perfecti status incipit describi, quando iam amans planè viuit in amato, atque à sensuum cõsuetudine atque functione quoad potest abstrahitur. nam sensuum connexio, functionesque animum impediunt, eiusque libertatem, dum vel moram adferunt, vel etiam retrahunt eum, ne rei dilectæ totus copulari, & inhærere queat. Hic quidem (vt ait Nyssenus) ebrietatem somnus excipit. iam amore & vino ebria caput in lectulum reclinarat: ibi dum sponsum operitur, quo lætior, in conuiuio genio solutiùs indulserat; hoc, in somnũ proniore corpore, citiùs soporatur: obuersãtur inde illi in somnis diurnarum cogitationum imagines, vt Cytharæ pulsus extremi tinnientium fidium. Orto itaq; die narrat Sodalibus, quid hac sibi nocte acciderit. Dormiebam (ait) epulis, amore, & expectatione oppressa; mens tamen vinculis corporeis soluta, suique iuris animus, de sponsi absentia sollicitus, solitas suas cogitationes voluere non desinebat. Ita factum, vt cùm sponsus aduenisset, ianuam pulsans, & suaui cantu me blandè obsecrans intromitti; Ego, mei non satis compos, ei sequiùs responderim, quàm mihi expediret.

DORMIO] Rectè explicat Rabb. innominatus, dormiebam & cor meum vigilabat.

VOX DILECTI] quasi dicat, vt autem cognoscatis animo me vi-

me vigilasse; scitote ad primum verborum sonum, statim me vocem dilecti agnouisse, dicentis; *Aperi*, &c. verborum dico, quia steterat diu pulsans, nec pulsu excitata. Sed cur tam blandè sponsus? an quod foret verisimile, diuturna mora & desiderij frustratione nonnihil suboffensam, non confestim fores reseraturam.

CINCINNI] Nazarenus enim erat spõsus, & comã alebat. sic Chrysost. *hom. 4. ex var. in Matthæ.* vt puto Nazarenus patria, non Nazaræus voto, vinum enim bibebat, longam tamen & floridam (quam prisci *floram* vocabant) comam alebat.

GVTTIS NOCTIVM] hoc est, nocturnis. sic Aqu. & Symmach. νυκτεγερτῶν; guttis, stillantibus ex concreto capitis rore: hoc ait, vt illa intelligat diu dilectum in via & ante fores pulsantem perseuerasse. rationem addit commodissimam ab incommodo, præsente & maiori noxa sibi impẽdẽte. nã qui amant vehementiùs, si qua ex dissensione breuis discessio (quam I. C^ti & D. Isidorus repudio opponunt, & tribusulum vocant) interuenerit, mox si quod eorũ alteri periculum salutis sensérint imminere; vltrò sæpè omnis dissidij memoriã obliterant, & in gratiam redeuntes celerrimè reconciliantur. Ideò sponsus petit, ne se diutiùs in tenebris oberrare sinat, aërísque perpeti iniurias, à quibus, nisi sponsæ foueatur tepore; tam pluuio aëre, algidóque non leuis morbus promitti videatur.

§. 2. MENS VERBORVM. a *Honorius.* a *Rom. 11. v. 25.*

Adscribam, quæ Honorius vtilia cõnexioni huius dialogismi tradidit, nostræ interpretationi consentanea. Huc vsque, inquit, *plenitudo gentium intrauit* [a]; ab hinc, vsque ad ingressum Synagogæ; notatur tempus pacis Ecclesiæ, finito itaq; conuiuio victorum, Regina iuit dormitũ, dicens cubiculi excubitoribus, si Rex me quærit, dicite, quia *Ego dormio, & cor meum vigilat*, vt eum excipiat. Quasi magnum conuiuium Ecclesia cum victoribus habuit, quando magnum concilium cum multis cõfessoribus in Nicæa ciuitate habuit, in quo varia fercula erant, diuersa Scripturarum capitula. Quo finito iuit dormitũ, quia ibi damnata est omnis hæresis, persecutio cessauit, quies pacis rediit, & Ecclesia curis sæculi se subtraxit, diuina officia instituit, diuinæ cõtemplationi vacauit. Quæ modò, dicit hominibus imperfectis, terrenis adhuc inhiantibus; meo exemplo terrena postponite, cœlestia quærite. Sicut *ego dormio*; id est, à negotiis & curis sæculi quiesco; *& cor meum*, in meditatione Scripturæ, & in contẽplatione æternæ vitæ, *vigilat*, vt mãsura bona percipiat. Regina dormiẽte dissensio inter milites est exorta, non ab hostibus, sed ab otio nata, qua increscente Rex Reginam excitat, monet vt surgat, tumultum militum compescat. Scilicet Ecclesia in contemplatione quiescente, multa vitia inter fideles exorta sunt, nouæ hæreses, discordiæ, sectæ, schismata, & alia plura, vnde CHRISTVS per Scripturas eam monuit, vt quietem contemplationis intermitteret, tumultum vitiorum exhortando, corrigendóque sedaret.] sic ille. *Somnus Ecclesiæ quis sit.*

Mox etiam breuiter, sed acutè verba sponsi explicat, hoc modo; hæc verba significant & CHRISTI sollicitudinem erga negligentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

& errantes, vt per spirituales corrigantur; & Ecclesiæ feruorem ad
» contemplationem,& tædium ad sæculi administrationem. CHRISTI
» ad ostium cordis fidelium pulsantis vox est; ô Ecclesia *soror mea*, quia
» per me cohæres regni; *amica mea*, quia per me cælestium arcanorum
» conscia; *columba mea*, quia per me Spiritu sancto replera; *immaculata*
» *mea*, quia per me à peccatis emundata; *Aperi mihi*, exhortando ostium
» cordis eorum, qui illud pessulo malorum operum clauserunt; & *gut-*
» *tæ noctium*, id est, membra dæmonum facti sunt: & eris *soror mea*, si
» exhæredes per malitiã, per gratiam feceris cohæredes meos; *eris ami-*
» *ca mea*, si inimicos ob perfidiam feceris amicos per fidei constantiam;
» eris *columba mea*, si duplices corde feceris simplices; & *eris immacu-*
» *lata mea*, si maculatos vitiis feceris immaculatos virtutibus, quia *ca-*
» *put meum plenum est rore*, hoc est, fides diuinitatis meæ repleta est er-
» rore, & *cincinni mei pleni sunt guttis noctium*, id est, fideles mei repleti
» sunt peccatis dæmonũ. quia *caput meum* Deus [a], per caput intelligi-
» tur fides diuinitatis: per *rorem* qui in nocte cadit, & solis ardore re-
» cedit, accipitur error infidelitatis, qui de nocte ignorantiæ venit; sed
» luce veritatis recedit. *Cincinni*, id est, capilli, sunt fideles, per fidem ca-
» piti CHRISTO adhærentes. *Gutta noctiũ*, sunt lapsi à fidelibus, vt gut-
» tæ de capillis, in sententias hæreticorum, vel in peccata dæmonum,
» qui sunt *noctes* ad æternas tenebras ducentes. Horum cordis ostium
» *aperi mihi*, vt intrem per gratiam, & habitem per fidem in cordibus, &
» mansionẽ mihi in mentibus eorum faciam per bonam operationem.]

a 1. Cor. 11. v. 3.

Hæc Honorius benè. Nam temporibus Constantini Magni, celebrato concilio Nicæno, Ecclesiæ quædã quasi vniuersalis pax reddita videbatur; ideò se præfecti eius dederant contemplationi, & hoc spirituali vino soporati (vt ait D. Ambros. *lib. de Isaac, c. 6.*) dormiebãt; vel potiùs dormitabant. nulla namque in hoc mundo solida quiete frui permittitur. Nec ista diuturna fuit. Mox enim sub Constantio Ariani, sub Iuliano Gentiles & Iudæi, mulæ quoque postmodùm hæreses, & schismata somnum hunc excussérunt. Dormiebant ergo non morte carnis, non torpore desidiæ; sed sedatis rerum temporaliũ turbis, & desideriis vitæ calcatis. Sic ab huius vitæ sollicitudinibus externo sensu sopito, foris Ecclesia dormiebat, sed intùs corde vigilabat, quia, vacante mente, viuaciùs interna cognoscebat; & crebriùs, feruentiúsque sponsi imaginem obuersantem animo voluebat; cogitabat etiam, quid procellis redeũtibus faciendũ, nec in pace belli prorsùs obliuiscebatur. Interea sponsus aduolat, & manum operi admouendam, exortísque malis docet occurrendum. Dicebat foueas vulpibus, passéribus nidos supereſſe, sibi vix iam, vbi caput reclinaret excludi vndique rursùs fidem, charitatémq; Iudæos expellere, Gentes eam non admittere, tyrannos persequi, hæreticos conuellere: sic in propria venientem se non recipit: debere ab ipsa dilectum profugum tecto, algentem sinu admitti, & foueri. *Sic fermè Rupert. lib. 5. & Gillebert. hom. 42.*

Ambrosius. Per Constantiũ pax reddita Ecclesiæ, sed diu non duravit.

APERI] multiplex est Dei ad cor stantis pulsatio, multiplex apertio.

apertio. sponsa iam pridem suum ipsa cor sponso aperuerat: petit ab ea nunc, vt opera industriaque sua, proximorum quoque (vt diximus) clausa corda, claue prædicationis referet. *Sic Cassiodor. Beda, Honor. Haymon. & Anselmus.*

MIHI] tuo non alieno, non aduersario, *sic Ambros. sup.*

SOROR] *Iustus*, soror (ait) CHRISTI est Ecclesia, de sanguine eius: *amica*, quia per mortem eius reconciliata; *columba*, de Spiritu sancto; *immaculata*, Baptismi sacramento. *Iustus.*

COLVMBA] Spiritu sancto plena, & eiusdem viua imago, sic alios tibi similes innocentia & simplicitate; & vt lauacro meo es *immaculata*, nitere alios, qui nunc animi sordibus pleni sunt, supra niuem dealbare. *Apon. & Cassiodor.*

CAPVT MEVM] *caput* CHRISTI, diuinitas eius, *cincinni*, sancti & Deo dilecti viri. *Ros & gutta noctium*, blasphemiæ & iniuriæ hæreticorum, & infidelium aliorum, & quorumuis peccatorum. his oppletur caput sponsi, quando contra fidem, aut dilectionem Dei aliquid geritur: cincinni grauantur, quando malorum in bonos odia, & persecutiones glisc unt, ex communi Patrum [a] sententia, præsertim pulcherrimè differentis Augustini *tract. 57. in Ioan.* vidimus Ecclesiam eodem modo excitari initiò statûs proficientium *sup. c. 2. v. 10.* Rursùs hîc iterat & somnum, & excitationem initiò statûs perfectorum; vt intelligamus commune hoc munus omni Ecclesiæ ætati, & amoris iam adolescentis gradui. *Aponius.*

a *Ambros. sup. & lib. 6. Exam. c. 9 & Exhortat. ad virgines. Gregor. Beda, Alcuinus, & Haym. hic.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

VOD Ecclesiæ vniuersæ, id fideli cuique animæ solet accidere, vt facilè abrepta dulcedine meditationis, Marthæ munus negligat; & à spõso sit necesse, quasi de cœlo detrahi in terram, compelli de strato surgere, quietem abrumpere, & proximorum curæ incumbere. Ego (ait huiusmodi anima apud Iustum) à temporalibus delectationibus, consopitis quodammodo sensibus, conquiesco, sed futura desidero, æternaque cõquiro] sic dormio, sic vigilo. De triplici somno lege D. Gregor. *lib. 5. Moral. cap. 21.* de vigilia cordis eundem, *lib. 23. Moral. cap. 21.* hanc planè necessariam CHRISTIANIS meritò affirmat D. Cyprianus *lib. de orat. Dominica*: nec enim sponsus inuenitur à dormientibus, neque se coniungit nisi vigilantibus, vt ait D. Chrysostomus *hom. de Natiu. Domini, ex variis in Lucam*, & ex Dei ipsius præcepto id optimè deducit Nyssen. *in prin. homil. 11.* *Iustus.* *Sponsus non se coniungit nisi vigilantibus.*

VOX DILECTI] Iustus, dicit in Apocalypsi ipse Dominus, *Ego sto ad ostium & pulso: si quis aperuerit mihi, introibo eum illo, & cœnabo eum ipso, & ipse mecum* [b]. Pulsat Dominus quando vel per doctrinam docet, vel occulta inspiratione sanctorum corda ad benefaciendum instigat. *Aperiri* sibi petit CHRISTVS, vel in * obedientia infidelium, vel in fide gentium vocatarum. Tunc enim ostium illi aperitur, quando

b *Apoc. 3. v. 20.*

Iustus. * *fortè corrig.* vel in fide infidelium, vel in obedientia Gent vocat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando ea quæ præcepit adimplentur,vel quando in his,qui crediderunt ei per fidem,introitus reseratur.]

Somnus mortis simulacrũ quomodo sit.

Sed,vt solet,de hoc somno & vigilia, in sublime præ cæteris Nyssenus assurgit, ita scribens; somnus simulacrum mortis est. Nam per » somnum omnis sensuum effectio in corporib. remittitur,& corporis » ipsius velut omnis intensio laxatur, & curarũ in homine velut obli- » uio inducitur, & metus sopitur, & ira mitigatur, & malorũ omnium » sensus adimitur. Hinc discimus eam,quæ se iactat corpore *vigilare* ac » *mente vigilare*,ipsam seipsa sublimiorẽ esse redditam. Reuera enim in » illo, in quo mens sola sibi viuit, à nullo sensu molestata, quasi quo- » dam somno,corporea natura libratur,vereque visio trãquillitate qua- » dam sopitur,neglectis spectris, quæ pueriles oculos solẽt præstringe- » re, & admirationem adferre; non modò quæ terrena sunt, vt aurum, » argentum, gemmæ, colorum elegantia oculos irritantes; sed & illis » nobilioribus naturæ miraculis, quæ in cœlis conspiciuntur, vt sunt » radij siderum, globus solis, lunæ multiplex facies, & si quid aliud » aspectũ oblectat. Hęc omnia propter contemplationem verorum bo- » norũ sponsa aspernatur, vtpote quæ perpetua non sunt, sed vnà cum » ipso tempore transeunte loco moueantur, ac prætereant. Nimirum » tunc oculus animæ liber ac solutus est, nec patitur se deorsum trahi, » intuens dumtaxat ea, quæ celsiora sunt rebus sub aspectum caden- » tibus: tunc auditus, velut amissis effectionibus suis,mortuus iacet, » occupata mente rebus,iis quæ rationem omnem longè superant. Re- » liqui sensus, qui ad brutorum naturam aliquantò propiùs accedunt, » ne recensèri quidem hîc debent. Etenim cadaueroſi cuiusdam fœto- » ris instar,longè tùm ab animo remouẽtur,& odoratus sagaciter odo- » res peruestigans, & gustatus obsequio gulæ destinatus,& præter hos » etiam tactus, organum illud sentiendi seruile ac cæcum,quod fortas- » sè tantùm cæcorum causa natura condidit. Atque his omnibus quasi » in quodam somno quiescentibus, effectio cordis pura est, & sursùm » spectat ratio,nullo eam motu sensûs circumstrepente.

Duplex in homine voluptas, honesta & turpis.

» Nam cùm duplex in homine sit voluptas, quarum altera in animo » per vitam expertem vitiorum efficitur,altera in corpore non sine vi- » tiis: vtramcunque tandem voluntas elegerit, in alteram imperium » obtinet. Itaque si quis sensûs rationem habet, & voluptatem illam » quærit, quæ per sensum corpori accedit, is minimè percepto diuinæ » lætitię gustu vitam deget. Solet enim illi,quod præstantius ac melius » est,quasi quædam caligo offundi,ab eo,quod deterius est. At quorum » cupiditas ad Deum inclinat,iis bonum caligine nulla inuolutum ma- » net, & fugiendum esse statuunt quicquid sensui velut præstigiis qui- » busdam illudit. Eã ob causam anima; quotiescunque se sola veri bo- » ni contemplatione oblectat; omni rei voluptariæ dormit: & omni » motu corporeo sopito,nuda puraque mente,quasi per diuinam quan- » dam vigiliam Dei patefactionem recipit, & audit vocem pulsantis » & dicentis, APERI MIHI,&c.

Hic incipit hom. Nyssęni vndecima.

Cùm tam multæ res transitoriæ nobis soleant imponere, seriò nobis

nobis vigilandum est, vt *sint lucernæ ardentes in manibus nostris*: & nos similes simus Angelis Dei exspectãtibus [a] & paratis excipere herum redeuntem. *Felices enim serui quos Dominus inuenerit sic facientes.* bi confestim audiunt vocem pulsantis. Sic anima thesauris suis aduigilans hoc loco dixit; *Vox dilecti mei pulsantis.* statim audit, & cum admiratione, vt nunquam receptum parat excipere. nam verus amor non veterascit; noua semper gaudia animo præsumit; progreditur semper vt in amore, sic in cognitione Dei. ita hic sponsa primò audit pulsantem, sed nondum nouit, donec audiat & vocem, neque id donec intelligat, *Aperi mihi,&c.*

[a] *Luc.12. v.33. cum seqq.*

Quid faciendum ei, qui vult à se ostium aperiri.

Ostendit hunc deinde progressum animæ Nyssenus comparatione Mosis paullatim Deum videntis, & fusior est in accommodatione, repetitis iis quæ de sponsa non semel diximus, & totius libri serie proposita. Denique dicit, *ostium* esse intellecturũ; hunc *pulsari* à veritate,& claues ad aperiendum esse hæc ipsa verba; *soror, sponsa*: quasi dicat, si vis ostiũ tuum aperiri, vt rex gloriæ ingrediatur, sis *soror mea* faciendo voluntatem meã; sis *amica mea* tam propè & arctè accedendo ad veritatem, vt nunquam ab ea recedas; sis *columba mea* per innocentiam & puritatẽ,& sic fias *immaculata*. his clauibus acceptis me intromitte & ostium aperi. de rore & guttis,deflectit in sensum litteralem. nam capit in bonã partem, & refert ad salutem à CHRISTO in nos collatam, & Apostolorum doctrinam in Ecclesiam guttatim defluentem. Eodem recidunt tres illi Patres Theodoreti. Sed & B. Gregorius,& Philo,& cæteri hîc tropologiam prætermittunt; verè namque coincidit cum litterali.

Paulinus.

Plus tropologiæ inest explicationi B. Paulini epist. 4. in hunc modum scribentis; *Caput* CHRISTI *Deus*,& *crines* eius electio sanctorum, quibus Pater gaudet in CHRISTO. *Ros*, vt scimus, non est imbris humor, sed refrigerij, quo reficiuntur arida ab æstu diurno gramina. Huius roris lucidis guttis, non nisi serena nocte, spargitur terra. Vnde intelligi datur, eas *noctis guttas*, quibus caput & crines suos sapientia *maduisse* lætatur, formam esse sanctorum; quam & in stellis Apostolus coruscare designat, quæ æquè serenis noctibus micãt, quibus rores cadunt. Quæ autem nox intellectu spiritali putanda, nisi passio Domini, de qua puto scriptũ, *& nox illuminatio in deliciis meis*? Sed etsi hoc sæculum noctem putes, quod cõuersione gentium, quarum ante fidem tenebris horrebat, vt nubibus serenarum est, & nunc Ecclesiæ lumine; quasi pleno lunæ perfectæ speculo; & sanctis hominibus, vt purissimis serenitate sideribus, opera fidelium, quibus animam suam quisque viuificans à præteritæ siccitatis siti reficit; quasi rores in hac (vt diximus) sæculi nocte *destillant*. Et idcò *caput* suum CHRISTVS tali *rore* lætatus *repletum*, & illuminator *noctium* nostrarum, tamen *guttis noctis* nostræ *crines* suos gaudet esse perfusos: quia ipsius refrigerium & refectio est, illa Fidelium operatio, quibus vel fratres iuuantur, vel inopes confouentur.

Ros quid sit.

[b] *Ps.138. v.11.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus. B.V. quomodo Apostolos docuerit.*

EXPLETO iam opere redemptionis & assumpto in Patris dexteram filio, erat pia mater cum Sodalibus eius Apostolis intrans & exiens, verbisque salubribus credentes informabat. Et licet Apostoli docente vnctione sancti Spiritus omnia fidei mysteria plenissimè didicissent, delectabat tamen eos cognita per Spiritum sanctum audire ex ore MARIÆ, & de his sæpiùs cum ea conferebant, & super eos stillabat eloquiũ eius; & cùm differebat de mysterio incarnationis sanctæ, cuius ministra exstiterat singularis, tacebant omnes, & os cordis sui aperiebant, quasi ad imbrem serotinum, & velut quasdam cœlestes delicias ex verbis eius hauriebant. Ipsa verò illis hoc arcanum insinuans; *vox*, inquiebat, *dilecti mei pulsantis*, facta est ad me, quando, impleto tempore æternæ dispositionis suæ, placuit incarnari ex me. Quæ autem fuerit vox illa, confestim addit, nempe: *Aperi mihi soror mea*, &c. Poterat dilectus, non aperiente ipsa, introire in ginalem vterum: sed ad maiorem matris gloriam, quam maluit & hilariter aperire, *stetit* ad ostium & *pulsauit*.

Tulit Dominus de dormiente Adam, vnde formauit Euam [a]: non stetit ad ostium eius & pulsauit, consensum & cooperationem eius minimè flagitauit: noluit conscium esse occultæ operationis suæ. poterat etiam incarnationis mysterium celebrare MARIA nesciẽte, nec sentiente, nec consentiente, nec carnem dante: sicut sumpsit de Adam vnde formauit Euam; sed maluit sumere non tantùm ex ipsa, sed & ab ipsa sciente, sentiente, consentiente, & offerente ad cumulum gloriæ maternæ. Vnde & ipsa non simpliciter, magnum sibi aliquid à Deo collatum fatetur, sed, *fecit*, inquit, *mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius* [b], magnum quod de ipsa, magnum quod ex ipsa sumere dignatus, & magnum vtrumque ei, quia ad supereminentem eius gloriam.

Quia nolebat ergo ex ipsa carnẽ sumere, nisi ipsa consentiente, & per fidem aperiente, dicit, *Aperi mihi ostium* fidei tuæ. nam ostia carnis tuæ perpetuò clausa erunt. clausis ostiis carnis per fidei ostium ingrediar in hortum meum. *Aperi* velociter & hilariter diuinæ dignationi deuotè occurrens. Ecce iuxta sanctorum omnium vota *excito potentiam meam & venio* [c] ad saluandum. *Aperire* ô *terra* virginea, *& germina saluatorem*. An nescis, quia clausa est ianua cunctis filiis Adæ? an nescis, quia gladius flammeus collocatus est ad custodiendum lignum [d] vitæ? An nescis, chaos magnum esse inter Deum & homines? vt ergo gladius ille flammeus remoueatur, vt

a *Gen. 2. v. 21.*

b *Luc. 1. v. 49.*

c *Ps. 79. v. 3.*

d *Gen. 3. v. 24.*

vt chaos illud ingens destruatur, vt regnum cœlorum & tibi, & tecum ceteris aperiatur; *Aperi mihi*. Ecce omnes Angeli in cœlis, eo quòd homines amant; ecce omnes Patriarchæ & Prophetæ & Iusti apud inferos diutina Saluatoris exspectatione tantùm non maceran-tur. rogant ardenter aperias mihi, vt regnum cœlorum mortalibus aperiatur. Ego *ipse sto ad ostium* tuum, *sto & pulso* [a], tum pro tua tum pro cunctorum salute.

Incarnatio quanto desiderio ab Angelis & patribus expetita.

a *Apoc. 3. v. 20.*

Sanè tum pulsabat Deus per Angelum, cœlestis sponsus per cœlestem paranymphum: erat in voce paranymphi annunciantis vox sponsi pulsantis: nec aliud illi dicebatur, quàm quod hic dicitur. *Sororem* designauit, quod vtique est per gratiam adoptionis, cùm dixit; *Aue gratia plena* [b], *amicam*, cùm dixit; *Dominus tecum, benedicta tu inter mulieres*, talis enim fuit per amoris prærogatiuam; *columbam*, cùm in prænunciatione futuræ fœcunditatis, dictum est ei, *Ecce concipies in vtero & paries filium*, fœcundanda à superueniente Spiritu sancto, vt sis mater vnici pulli: & idcirco etiam *immaculatam* designauit virginitate perpetua, quia non ex viro, sed ex Spiritu sancto concepturam prædixit. Sic itaque in Angeli verbis pulsabat sponsus.

b *Luc. 1. à v. 28.*

Et cùm illa *turbata in sermone cogitaret, qualis esset salutatio ista, &* sic moram faceret, & interrogaret, *quomodo fiet istud? quoniam virum non cognosco.* quasi (inquam) diceret, quid est dilecte, quod tam calidè, tam festinanter tibi postulas aperiri? satisfacit sponsus dicens; *Quia caput meum plenum est rore, &c.* tudo diuinitatis meæ sic exuberat clementia, vt stillet misericordiam; *& cincinni mei guttis noctium*, prædestinati ad hoc, vt mihi tanquam proprio capiti per charitatem adhæreant; nullo redimente, & saluos faciente, torpent adhuc in frigore peccatorum, & illi qui mihi olim per iustitiam dum viuerent in terris adhæserunt, nullo adhuc ianuam regni cœlorum aperiente lacrymosis apud inferos suspiriis madidãtur. Ego plenus sum misericordia, & electi mei pleni sunt miseria.] Hæc omnia paucis mutatis ex Guilhelmo.

Rupertus autem valdè consentaneè refert ad tempus post Ascensionem CHRISTI in cœlum: tum DEIPARAM auidissimè complexam studium contemplationis, iussam à filio redire ad curam mulierum, quæ conuertebantur. Vult ergo quod ait; *Ego dormio*, idem esse quod alibi dicit habitatrix pectoris MARIÆ Dei sapientia; *In omnibus requiem quæsiui* [c]: idem quod alibi vocatur, *optimam partem eligere* [d], relictis scilicet cunctis curis & sollicitudinibus sæculi. Multas animas sic dormisse, & sic vigilasse; sed ipsam huius dormitionis obtinuisse totum magisterium, & vigiliarum cordis totum tenuisse principatum. Huc nos adhortari in Psalmis; *Vacate & videte, quoniam ego sum Deus* [e]. hoc fecisse Iacob Patriarcham, cùm dormiuit in Luza, *& in somnis vidit scalam cui Deus innitebatur* [f]. Sic de multis prædictum fuit; *Senes vestri somnia somniabũt, & iuuenes vestri visiones videbunt* [g]. Sed tu ô cœlũ Dei, vnica sedes Domini, cũctis præcelluisti: & optabas quidẽ mortuo filio tanquã turtur castissima, & soliuaga: tan-

Rupertus.

Hinc incipit Ruperti li. 5.

c *Eccl. 24. v. 11.*

d *Luc. 10. v. vlt.*

B.V. post ascensionem ipsa est salutis animarũ intendere.

e *Ps. 45. v. 11.*

f *Gen. 28. à v. 11.*

g *Ioel. 2. v. 28.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» quam columba *volare* contemplando *& requiescere, & fugiens elonga-*
» *ri*; remotior fieri Baptista, secretior Helia, vbi re soli scirent, solique
» tibi famularentur Angeli sancti: sed noluisse filium tuum, nostri (ah!)
» nimis amantem subiungis, cùm ais; *vox dilecti*, &c. dilectum tuum in-
» dicas foris stantem sub dio, quasi domo carẽtem. nam excluserat eum
» Synagoga Iudæorum, gentes nondum receperant. ideo petiisse, *Aperi*
» *mihi* os tuum, loquere quæ ad confirmandum sunt apta euangelium,
» & in hoc optatæ tibi quietis patere* dispendium, vt gratum singu-
» lari tuæ pudicitiæ propter me rumpas silentium.

* Sic corrig. malè exstat, suspendium.

» *Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium. Ex-*
» *traneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ. oppro-*
» *bria exprobrantium ceciderunt*[a] *super me. cincinni*, sunt sacræ Scripturæ.
nam capiti meo, vt capilli inhærent; *gutta noctium*, sunt tenebræ & ve-
ritati offundentes sensus hæreticorum: eadem sunt *ros* noxius cadens
de cœlo, quia de gratia Dei ceciderunt talia blasphemantes. Vides
pia mater, iam non viros tantùm, sed & fœminas vnanimes commu-
» nem vitam instituisse b; etiam *murmur* audio *Græcorum aduersùs He-*
» *bræos, quod in quotidiano ministerio eorum vidua negligantur* c. fac igitur,
ne vel imbecilliori huic sexui desit salutaris doctrina, ministerium vi-
tæ, norma, morum disciplina. Suscipe curam, satage Ecclesiæ meæ.]
Hæc multis, quæ redegi in compendium, Rupertus.

a Psal. 68. v. 9.

b Act. 2. v. 44.

c Actor. 6. v. 1.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius.

» ANIMA *dormit*, quando ad terrena & caduca fit insensibilis; *vigilat*, quando ad sola cœlestia anhelat. Huic *vox dilecti pulsat*, quando eam per corporis ægritudinem & vi-
» ciniam mortis ad supernam patriam vocat: cui mox *aperit*, quia eius vocationem gratanter accipit. Vt *soror* in hæreditatem
» Domini introducitur; vt *amica*, cœlestium secretorum fit particeps;
» vt *columba* Spiritu sancto illustratur; vt *immaculata*, in thalamo spon-
» si collocatur. Sic Honorius, nihil addens de *capite*, *rore*, ac *cincinnis*:
» quia in cœlis iam in gratia confirmatæ animæ nec rorem illum, nec
guttas illas queunt pertimescere.

Sequitur sponsæ responsio. Nam quod Guilhelm. sequentia verba tribuit CHRISTO *sponso, fecit quia benè nullam moram in Deipara agnoscebat; sed tamen accommodatio illa, & subita personarum commutatio, contra communem aliorum Patrum sensum, nequit mihi placere.*

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?	*Exui tunicam meam, quomodo induam illam? Laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?*	« Vers. 3. « « «

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

HVIC præter Guilhelmum omnes ea tribuũt; & contextus id efflagitat; quod vidit Philo. Et ideò illam priorem interpretationem dereliquit. Non verò hæc tam dicit (*cõtra Nannium*) pudore, ne nuda conspiciatur; poterat leuiter se veste tegere, & inornata prodire, quàm ex ingenio muliebri; quibus, si roges, proprium friuola quæque causari, vt se nolle fingant, quod summè cupiũt; detrectent, quod ambiunt; difficulter quasi assentiantur, cùm nihil verentur magis, quàm ne rogari desinant. Quid enim? nónne tibi repentè, quæ paullò priùs per nives & ignes secutura videbatur, & mox fastiditum summo cum labore quæret, friuolas & pueriles moras nectit? vestes (ait) interiores deposui, stragulis intepui, ac more gentis lauta cubitum me recepi. Ergo me sic surgere? cur non præuenisti? dignúsne quem excludam? sic deliberans moratur, & lotionis pedum commemoratione, tacitè totius corporis munditiem insinuat, vt ita simul desiderio, & mora magis inflammet.

Ingenium mulierum quale.

§. 2. MENS VERBORVM.

Etsi cum D. Gregorio (tradente, per *tunicam* significari occupationes tẽporales, quibus se, vt vestibus, necessariò implicãt, qui curã suscipiunt proximorum) sentiunt Cassiod. Honor. VVilleramus, Beda & alij plerique, sicuti apud Matthæum [a], qui in agris sunt vetantur, ad tollendam tunicam, domum reuerti; idque vehementer spiritualibus viris, contemplationi deditis molestum esse consueuerit: tamen hæc interpretatio potiùs moralis est.

a Mat. 24. v. 18.

Græcorum [b] quorundam magni nominis explicatio alia est, per *tunicam* intelligi peccata mortalia, quippe *tunicas pelliceas primorum parentum* [c]: verùm hæc iam in perfectionis incremento versanti Ecclesiæ nequaquam consentanea videntur.

b Nyss. Psell. & triũ apud Theod. & Philo.

c Gen. 3. v. 21.

Ideò mihi longè alia mens historica sese insinuat. Ecclesiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

loqui de membris ſuis tam ſuperſtitibus, quàm defunctis. quaſi diceret,iubes tibi mortalium corda ſaxo duriora molliri,&aperiri? Vellem;ſed deſunt idonei operarij,certè nondum ſatis perſpexi,quid valeant ferre,quid recuſent. Priores quos idoneos noueram, & audacter in pugnam mittebam;eos omnes hoſtilis turbo ſuſtulit; maximè recens,præterita vix Maximiani,Maxentij,Diocletiani, & ferè continua Licinij crudeliſſima perſecutio. Iſti bellatores mihi arctiſſimè coniuncti,me ſtipabant,protegebant, & interioris tunicæ more velabant.dum tibi morem geſtura,meis non parco,penè *nuda, ſpoliatáq; remanſi*.Qui reliqui ſuperſunt,pars æuo & laboribus,pars vulneribus & eculeis fracti:ceteri iuniores,quorum me vis ſedulitate, velut *pedibus*,per orbem diſcurrere;recens abluti,adhuc teneri ſunt, iure metuo ne fariſcant ſub onere,ſaltem ne rurſùs ſordidentur,& ſic ego in pedibus meis iterum coinquiner [a]. Hos *pedes* Eccleſia *lauerat*,non quando de infidelibus fideles fecerat,vel peccatis lethalibus abſoluerat,tunc enim caput ipſum corpuſque lauerat:ſed quando cum infirmis infirmata, cum ſcandalizatis vſta,cum afflictis gemens, eos qui luto & lareri vacabant,ſæcularibus curis rerum terrenarum eripuerat, & ad Dei ſortem traduxerat [b].

Quoniam verò in hoc ablutionis opere,neceſſe eſt *omnia fieri omnibus,vt quis omnes lucrifaciat* *; facillimè veniabilium culparum pſuluiſculus aliquis adhæreſcit *pedibus*(vt optimè animaduertit D. Hieronym [c].)perfacilè humani affectus labis aliquid contrahunt:procliue eſt terram calcanti, terræ quidpiam adglutinari. Si fœliciter prædicatio procedit,periculum eſt vanæ gloriæ;ſi reprehendimur,turbatio; ſi laudamur,inflatio eſt metuenda.Metus iſte cogebat Eccleſiam ſe breuiter excuſare [d]. Verùm Deo cunctæ tergiuerſationes diſplicent,*hilarem diligit datorem* *, prompto gaudet ac alacri obſequio. Ideo fecit,quod ſequitur v.proximo.

a *ita ferè B. Aug. tract. 57. in Ioan.*

b *ex D Cypr. ſerm. de pudi ablutione.*

* *1.Cor.9.v. 20.*

Hieronym.

c *Ep.ad Damaſ. de prima viſione Iſaiæ.*

d *Vide D. Aug. tract. 56.& 57.in Ioan. & Innoc. Papam, ſerm.1.de vno Martyre.*

* *2.Cor.9.v. 7.*

TROPOLOGIA.

§.3.

Honorius. Qui ſecularibus præficitur in ſpiritualibus deijcitur.

IAM illam ex D.Gregorio inſinuaui,& proponit paucis Honorius;Hæc non dicit inobediendo, ſed ſæcularem curam refugiendo; qui enim in ſæcularibus præficitur, in ſpiritualib⁹ deiicitur. q'uia ſicut corpus *tunica* induitur,ſic mens ſæcularium c[illegible]a implicatur; quam *exutam* » nolunt ſpiritales *reinduere*,ſed in ſpiritualibus ſoli Deo vacare. Vocati verò à Deo ſuam voluntatem poſtponunt,&onus regiminis cauſa proximorũ intuiti ſubeunt,vnde gementes dicunt,*Laui pedes meos,* » *&c.pedes* animę ſunt affectiones quibus ad varia deſideria transfertur,ſicut corpus pedibus graditur; quæ ſunt concupiſcentia, timor, » gaudium, dolor. concupiſcit enim terrena,timet ne cupita minimè » adipiſcatur,gaudet de adeptis,dolet de amiſſis. Hos *pedes lauit*, dum terre-

terrenas concupiſcentias lacrymis pœnitentiæ abluit:hos iterùm inquinare timet, quia qui in ſæcularium regimine poſitus eſt, vix aut nullatenùs ſordes peccatorum deuitare valet.]

Nyſſenus.

D.Nyſſenus hæc ad primorum parentum culpam,& lotionem per baptiſmum,nouámque veſtem,IESVM indutum refert. *Tunicam* eſſe peccatum,ſordes pedum terram illam de qua audiuêre; *terra es & in terram reuertêris* *. Nimirum obremperaſſe ſponſam Apoſtolo, qui iubet nos *veterem hominem* (hoc eſt,carnem)*exuere* [a], & velamentum cordis auferre,*& nouam induere veſtem,quæ renouatur in agnitionem* [b]; *hominem nouum, qui non corrumpitur ſecundùm deſideria erroris, ſed ſecundùm Deum creatus eſt in iuſtitia & in ſanctitate veritatis* [c]: hac vnica veſte contentam ſe dicit fore,gnara præceptum Apoſtolis,*ne duas tunicas haberent* [d]. duas,nempe veterem & nouam, quæ inter ſe nequeunt coire;adeò vt nec poſſit *commiſſura panni noui veteri veſtimento immitti* [e], *ne tollatur plenitudo à veſtimento,& peior ſciſſura fiat.*

* *Gen.3.v. 9.*

a *Eph.4.v. 22.*

b *Coloſſ.3.v. 9.*

c *d.c.4.v.21. & 23.*

d *Matth.10, v.10.*

e *Matt. 9.v. 16.*

Negat etiã ſe iterũ *calceamenta* inditurã,quæ exuerat,quod ipſum quoq; Dominus Apoſtolis prohibuerat [f]; nec Moſem legimus poſtquàm calceos ſemel iuſſus ponere [g], eo quod in ſolo ſacro,& illuminato verſaretur, poſteà illos reſumſiſſe. Cumque Dominus cunctis membris Sacerdotalibus ornamenta pulcherrima præſcripſerit conficienda; nullum tamen pedibus;volens,hoc ipſum pedi Sacerdotalis cultus pulcherrimi loco eſſe,quod ab omni tegumento nudus, ac immunis eſſet.quia ſcilicet iſtis in ſacro conſiſtendum pauimento,illis verò *non per gentium* [h] *viam*, ſed per ſanctam,nempè per eius ſemitam,qui dixit;*Ego ſum via* *, progrediendũ in hac via ambulantibus, ipſe Domin⁹ *pedes æqua abluit,& linteo exerſit* [i],quo cinctus eſt. *Cingulum* Domini vis eſt à peccatis purificans,de qua ſcriptum:*indutus eſt fortitudinem, & præcinxit ſe* [k]. *ſoluere corrigias calceamentorum*, idem eſt quod calceos exuere,nempe abluere ſe:nam qui pedes abluturi,illud priùs faciunt:& quia CHRISTVS corrigia peccati conſtrictus non tenebatur,ideò præcurſor teſtabatur id ſe ſoli illi facere nõ poſſe [l]. cùm itaque dicit ſe *pedes lauiſſe*,has corrigias ſignificat ſibi in baptiſmo,& iterum poſt naufragium in ſacramẽto confeſſionis ſolutas,& in via regia velle perſiſtere, ne ad alteram partem deflectens, iterùm pedes collutiles. Significat quod olim dixerat Pſalmiſta;*Eduxit me de lacu miſeriæ & de luto fæcis,& ſtatuit ſupra petrã pedes meos,& direxit greſſus meos* [m]. *Petra* hæc *eſt* ipſe CHRISTVS,lux, veritas,immortalitas & iuſtitia,quibus rebus via ſpiritualis quaſi quadã inſtauratione ſternitur,ab his ſi quis non deflectat, pedes puros cõſeruat.]

Nyſſenus.

f *d.v.10.*

g *Exod 3. v. 5.hoc de Moſe ait Nyſſen. quoad ordinariũ vſum calceorũ, non verò de extraordinario in eſu agni Paſchalis;nec dicit nunquã calceo vſum poſtea,ſed nõ legi in S.S. quid vſus fuerit, ſcilicet expreſſe.*

h *Mat.10.v. 5.*

* *Ioan.14. v. 6.*

i *Ioan.13.v. 4.*

k *Pſ.92.v.1.*

l *Ioan. 1.v. 27.*

m *Pſ.39.v. 3.*

Hæc fermè Nyſſenus.ſed prior illa expoſitio, magis conuenit litteræ. Quod verò vult hac ipſa confeſſione ſponſam ſtarim aperuiſſe, hoc etiam non ſatis quadrat:placuit tamen tribus Patribus,& Pſello apud Theodoretum,ſed non Theodoreto;Qui iubet nos hinc diſcere, quantum detrimenti pigritia pariat,& quantum laboris adferat ignauis. Abbas Abſalon,*Serm.8.*vt fecimus, exponit de contemplatiuis.

Theodoretus, Abſalon.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. VIA certum est, nec venialem quidem culpam Deiparæ adscribendam, & mora omnis ac tergiuersatio repugnat perfectioni obedientiæ illius; ideò malo dicere, hic deficere hunc sensum mixtum; quàm vllam moram fateri cum Ruperto, vel cum Honorio, *in sigillo*, aut aliis recentioribus illa detorquere. Si quid tamen placeret, placeret illud Hailgrini, respondere verbis Angeli, *Ecce concipies & paries filium*: ac si dicat, omnino me exspoliaui omni sollicitudine sæculari, quomodo iterùm iis me implicabo, & nupta cogitabo quæ sunt mundi, & quo pacto placeam viro? maximè quia prorsus *ablui pedes meos* votiua virginitate ab omni carnis affectu, & concupiscentiæ sorde, an viri copula iterum eos inquinabo? His consentanea adfert Alanus. Sed nec hoc videtur solidum: sciebat virgo sapientissima, posse Deum illam etiam in coniugio immaculatam seruare.

Hailgrinus. a Luc. 1. 7. 31.

ANACOGE.

§. 5. *Honorius.* ONIVNGAM aliquot versiculorum sensum sublimiorem ex Honorio; *Dilectus manum mittit*, quando hominē dolore mortis tāgit; sed *venter ad tactum eius tremit*, quia de minimis peccatis, quæ per fragilitatem carnis committit, mecum: *surgit* tamen, vt *ei aperiat*, quia visionem eius, quæ sursùm est, exoptat: *manus myrrham stillant*, quia opera pro quibus hîc est mortificata CHRISTO repræsentat, vt pro his æterna præmia recipiat. In sequentibus Anagoge deficit.] Sic Honorius.

Igitur Anagogen deinceps ex eo non adscribemus, donec ille resumat.

VVLG.

VVLG. EDIT.	*EDIT. LXX.*	
Dilectus meus misit manum suā per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.	*Fraternus meus emisit manum suam de prospectu, & venter meus conturbatus est super ipsum.*	Vers. 4.

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE. *Theodoretus.*

QVIA sponsa tardior fuit, eam sponsus (inquit Theodoret.) excitat alia ratione, non ampliùs *pulsans* exteriùs tantùm, sed etiam *manum* per quandam rimam iniiciens. *foramen* autem intelligit sensum tactus. *manū* verò, diuinam Dei actionē, quam vbi sponsa persensit; clamat; *Dilectus meus*. Intelligimus ergo quomodo tergiuersationes sponsæ pertæsus dilectus, conetur ipse *pessulum* ostij remouere: quod animaduertens sponsa corde turbata, non sustinuit illum diutiùs foris relinquere. hunc esse sensum satis fons Hebræus declarat. Qui putant [a] sponsam manu sponsi cōtactam, fontem non consuluerunt: nec cōsiderant, sponsæ thalamum non adeò contiguum fuisse portæ, vt ad eum sola manus, immissa per seram, posset pertingere. quis credat tam amplum foramen alibi ad lectum in pariete relictum fuisse?

a *Sic videtur velle Rupert. Hono. & quidam alij.*

MANVM] partem toto significat, nempe digitum. loquitur enim de foramine seræ, cui clauis immittitur. confirmat valdè Hebræorum mos, quem hîc Luisius Legionensis refert; quorum seræ videntur huiusmodi fuisse: ab interiori ianuæ parte pessulum ligneum foribus indebant, cauea lignea inclusum, supernéque dentatum instar ferræ: in hos dentes ab exteriori ianuæ parte immissa clauis ferrea, ac versata, prout vsus posceret, pessulum vel dextrorsùm, vel sinistrorsùm impellebat, quoad occlusura clauis pessulum insereret annulo item ligneo, qui alteri è foribus infixus erat; vel reclusura eundem annulo huic eximeret, atque retraheret. Qui intra domum erant, claue non egebant, sed ad pessulum remouendum sola manu vtebantur. qui foris erant, vel claue opus habebant, si fortè robustiorem pessulum digitus non moueret, aut foramen esset arctius; vel solo digito vtebantur, quando propter clauis crassitiem foramen satis amplum.

Mos ianuæ claudendæ apud Hebræos.

Universidad de Deusto
Biblioteca

plum erat, nec in remouendo pessulo magna difficultas. Tales ferè solebant esse Arabum Bæthicorum in Hispania; has feras claue reserare vocabant Arabes IAPHTAR; sine claue digito aperire, TALHOR, deducto vocabulo fortè ab AHOR Hebræo, quod hîc habemus. Nocturno tempore, qui domi erant, fibula seu festuca pessuli partem anteriorem traiiciebant, ne quiret manu clauéve retropelli. Experitur itaque hoc loco sponsus digito, an per incuriam, vel oblitionem id fuerit à sponsa prætermissum.

הוור *hacher.*

VENTER] Hebr. MEHA per *Ain*, significat quicquid corporis à collo ad pubem vsque exteriùs interiúsque continetur, ipsa scilicet viscera: hinc in sacris litteris, *venter*, pro corde solet vsurpari (vt benè Cassiodorus & VVilleramus hoc loco) non vt viscus quoddam est, sed vt est receptaculum & sedes affectuum; iræ, timoris, amoris, tristitiæ, misericordiæ: quod vt clariùs explicaret Symm. vertit, τὰ ἐντερά μου ἐταράχθη, *viscera mea conturbata sunt*, vel *expauerunt*. Sic sumsit „ Iobi amicus; *venter meus quasi mustum absque spiraculo* [a]. sic Dauid, *conturbatus est in ira venter meus* [b]. Item, *conglutinatus est in terra venter meus* [c]. & Salomon; *Inuestigat omnia secreta ventris* [d]. Habacuc; *Audiui, & conturbatus est venter meus* [e]. Esaias; *Venter meus ad Moab, quasi cithara, sonabit* [f]. In ceteris nulla interpretum differentia est, apud Habacuc plerique vertêre; κεφάλια μου. Noster etiam infrà v. „ 14. *Venter eius eburneus*, de quo ibi. Hoc ergo loco profitetur cor „ suũ æstuasse, palpitasse, & quasi fremere, ac tumultuari cœpisse, ipsa- „ que desidiæ, inclementiæ, & ingratitudinis accusasse. Hebræũ AMA, significat instar maris concitati fremere & tumultuari; quod est probè expressum à nostro generali *conturbandi* vocabulo, *hic & Ierem. 31. v. 20.* Illud Theodotionis, *calefactus* est, etsi Theodoreto placuerit, nequeo satis probare, nisi pro æstu illo animi sumpserit, vt suspicor.

מעה

a c. 32. v. 19.
b Ps. 31. v. 10.
c Psal. 43. v. 26.
d Prou. 20. v. 27.
e Habac. 3. v. 16.
f c. 16. v. 11.

AD TACTVM EIVS] LXX. vt Hebr. *super eum*, hoc est, ipsius gratia. cùm cernerem tam laboriosè niti digitulo amouere pessulum, cor meum commotum fuit, non potui ferre illum, sic irrito labore frustrari. sensu ergo noster cum aliis conuenit. Non placent, qui malunt reddere, *super me*: quibus Nyssen. Theodoret. Psell. Ambrosius, & reliqui vet. repugnant, vt & correctiora exempla Hebræa. nam & Hebræi codices hîc diuersi, teste Mercero.

§. 2. MENS VERBORVM. *g Philo, D. Gregor. Beda, Anselm. Alcuin. & alij. Perfectionis status contemnit damna temporalia.*

Perfectionis status contemnit damna temporalia, & corporis afflictiones: ideò nollem manum Dei, cum Iusto & Aponio, de istis accipere. Sequor potiùs alios, qui notant g etiam in bonis & ardenter Deum amantibus quiddam, quamdiu in hoc versantur salo, residere, quod diuinæ aliquantulum voluntati reluctatur, quod ab homine nequit penitùs subingari: sæpiùs victum resurgit, & vires nouas assumit, opus itaque semper copiosiore, promptiore, & efficaciore Dei gratia nobis, contra hunc internum hostem tam irrequietum. Huius pugnæ hîc exemplum in Ecclesia cernimus; quæ in membrorum suorum persona loquitur. Quis (vt ad tempora post Constantinũ oculos conuertamus) non meminit, quàm grauatè sanctissimi homines, Basilius,

Basilius, Naziãzenus, Chrysostomus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Magnus; & similes ad animarum regimen vocati, paruerunt?

Cùm ergo Deus videret primam illam vocationem (*aperi mihi*) non sufficere, vt hos athletas Ecclesia in aciem educeret: acriùs institit, & *Manum suam* ipse *misit*; infudit cœlestis gratiæ lumen maius, quo clariùs illustrata Ecclesia, apertiùs contuens diuinæ prouidentiæ suauitatem protectionisque securitatem, omnem animo timorem expelleret; cernens virium propriarum imbecillitatem, animo non efferretur; cernens quæ & qualia pro illa sponsus pertulisset, nihil eius ipsa nomine sustinere, aut aggredi vereretur, aut moraretur. Hanc *manum immisit per foramen* obedientiæ & fidei, vt *pessulum* proprij amoris (qui se vanis illis excusationibus ingesserat) planè remoueret, & iam tandem se sponsa penitùs totam sponsi arbitrio permitteret. Hunc sponsæ *pessulum* nunquam libuisset amouere, nec verò per cæcam huius vitæ noctem satis potuisset: nisi gratia sua (h. *manu*) sponsus priùs amoliri cœpisset. Ad huiusmodi namque opera heroica; quale est tyrannis, se obiicere, & cum euidenti periculo necis, munus prædicationis susc ipere; plena admodùm & singularis Dei gratia necessaria est. Quàm potens est hæc *manus Domini*! desidiam sponsæ in miram alacritatem, torpens frigus in ardorem audaciæ & charitatis flammas, mortis horrorem in pariendi amorem commutauit. Audite quid illa, iam non illa, subiungat vers. sequ.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius.*

MORAM facientibus contemplatiuis, quod hîc dicitur, accidit. vt enim perpendit Honorius, cùm vocanti CHRISTO anima tardat aperire, quia proximorum regimen suscipere formidat; sponsus ei opus obedientiæ suæ perfectissimæ ante oculos proponit; vt perterrita faciat pro proximis, quod Deus fecit pro inimicis. *Manus* sponsi est opus obedientiæ illius, & per manum opus manuum exprimitur. *foramen* cubiculi, est auris corporis, quod est animæ cubiculum. *Manum per foramen mittit*, quando per auditum memoriæ ingerit mysterium passionis suæ; quo pacto de gloria cœlestis regni egressus huius exilij labores subiuit, & inimicis tuis tanto labore & periculo pœnitentiam & regnum cœlorum prædicauit; vt hoc permota exemplo torporem discutiat, & animam pro proximis ponere non extimescat.

Prouidentiæ quoque & tutelæ Dei magnitudinem, certitudinemque ante oculos ponit, qui (vt benè Philo) benè olentes rosas inter spinas, & triticum inter zizania nouit conseruare, ne lædantur. qui *nullum vnquam in se sperantem deseruit* [a]. Nyssenus autem eò retulit, quòd mortales diuini verbi naturam dumtaxat per opera manuum eius, (hoc est, creaturas) quasi per tenuem rimulam possint cognoscere: idem placet Psello.

Philo.

a Iudith 15. v. 17. *Nyssenus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tres Patres. Longè aliter tres illi Patres Græci, qui sic interpretantur; Dilectus meus demisit à Patre, procedentem ab eo, Spiritum ipsi consubstantialem; cuius tanquam manu peragit diuina gratiarum munera, per mentem meam, velut per foramen aliquod, & pariente me *intuitum sapientiæ, timorem* dilecti mei, tanquam iudicis, gulæ ventrisque corripitur vitium, vnde genus omne nascitur intemperantiæ.]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Nyssenus. SECVNDA interpretatione Nyssenus per *sponsa domum*, vult intelligi totam vitam humanam: & conditricem illam rerum omnium *manum*, quasi peregrinatione susceptra in hominum vitam exilem, ac nullius momenti (*per foramen*) se ipsam velut arctiùs contraxisse. Itaque posteaquàm ad nos accesserit, consternationem quandam, & admirationem rei nouæ in animis excitasse: quî fiat, vt Deus in carne manifestè conspiciatur: quî VERBVM illud fiat caro? quî partus in virginitatem, virginitas in matrem cadere possit? quî cum tenebris lux misceatur, cum morte vita temperetur? quî pusillum vitæ foramen possit continentem vniuersum hoc manum capere, quæ cœlum omne metitur, terram omnem, & omnem aquam complectitur? Quare consentaneum est Euangelij gratiam per manus ænigma nobis à sponsa, quasi vaticinante significari. Quo enim tempore conspectus in terra Dominus, & inter homines versatus est; puritatem & pulchritudinem sponsi expertem rerum crassarum, itémq; VERBI diuinitatem, & veri luminis splédorem per manum illam effectionum cognouimus. *Manum* enim intelligimus vim miraculorum perfectricem, &c.] Sic ille; potissimùm tamen effectricem mysterij maximi incarnationis & resurrectionis.

Mirandla in Christi incarnatione quæ in ea accederint.

Phil. Romerus. Ad Domini resurrectionem hæc retulit Philo Carpathius; ad incarnationem breuissimè Honorius; *Dilectus meus*, Deus quem elegi præ omnibus, *misit manum suam*, filium suum in mundum; *per foramen*, per me (ait Deipara) quæ facta sum ei ad homines venienti foramen, per me, humilitate angustũ, castitate lucidum, & ideò illi soli peruium: *& venter meus intremuit*, obstupuit ad tactum, ad ingressum illius.

Guilhelmus. a Rom. 10. v. 17. Guilhelmus autem vberiùs; quia (vt ait Apostolus [a]) *fides ex auditu, auditus autem per verbum* CHRISTI; Sacramentum à sæculis absconditum electæ ad hoc virgini, per fidem & non libidinem concipiendæ, per Angelum mysterij conscium debuit prædicari, quomodo enim illa crederet sine prædicante? porrò vox prædicantis inaniter auribus obstre-

obstreperet, nisi intùs ad fidem eorum, quæ dicerentur, animus tangeretur. Ideò nunc virgo sodalibus hoc mysterium explicans, ait; non tantùm foris pulsando, sed & intùs mouendo ad fidem, dixit mihi; *Aperi, & ad tactum eius venter meus tremuit.* Quandoque dilectus electos suos in benedictionibus dulcedinis præuenit, id est, per gratiam omnia merita præueniẽtem visitat; tunc ingreditur ianuis clausis: illo verò ad nos per gratiam præuenientem ingresso, benè meredo aperimus ei, vt per gratiam subsequentem retineatur, maneatque nobiscum. Similiter cùm nullo foris admonente, & omni sensu carnis soporato, salubria nobis inspirare dignatur: tunc vniuersis foraminibus clausis *immittit manum suam*, & tangit cor. Cùm verò sensu aliquo corporeo foris haurimus, id quo intus docemur, tunc *mittit manum suam per foramen*, & tangit cor nostrum, *& venter intremiscit.* *Venter* animæ memoria est, in eo quippe recondimus, quæ suo tempore per cogitationem quasi mũda animalia ruminemus. *ad* hunc *tactum* dilecti memoria nostra obstupescens expauescit; eo quòd ad tãtam circa nos dignationem diuinam nihil in se condignum recolit.

Gratia præueniens, & gratia subsequens.

Sic potuit etiam sponsus sine foramine intromittere manũ suam, potuit cor virginis tangere, nullo foris annunciante, &, sensu carnis otioso, per internæ inspirationis operationem intimare, quod vellet; sed maluit *manum mittere per foramen*; per aurem virginis sono prædicationis Angelicæ illabi in mentem eius, ad eliciendam, quæ diuino mysterio cooperaretur, fidem: Ad manus huius suauissimæ contactũ, memoria Virginis obstupuit & expauit, pro cautela votiui propositi sui. Expauit memor & quid Deo vouisset, & quæ esset lex humanæ cõceptionis; parata semper Deo & Angelo credere; sciebat tamẽ, quòd *qui citò credit, leuis est corde, & minorabitur* [a]: ideò adhuc duxit quærendũ; *Quomodo fiet istud, quoniã virum non cognosco?* vt verò audiuit, *Spiritus sanctus superueniet in te*: iam secura, quod non per ostium carnis seminante viro, sed per ostium fidei operante Spiritu sancto dilectus ingrederetur; non diutiùs fidem suspendit, sed pia fidelitate surrexit, vt aperiret dicens; *Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum.* cur demum ad secundam hanc vocem? quia iam dilectus eam intùs retigerat efficaciùs: ita vt iam tremor & pauor ille non esset metuentis voto, sed diuinæ gratiæ & bonitatis magnitudinem admirantis. hoc volueret animo virginalis humilitas: Quænam ego, vt *hæc faciat mihi Deus*? dignabiturne altissimus nasci de ancilla paupercula? ecce tota memoria mea corã me, & nihil in ea tantæ dignationi cõdignum. faciat, *faciat quod bonum in oculis suis, quoniã bonus, quoniã in sæculũ misericordia eius*: faciat in me, & de me quod vult. *ecce ancilla*: præsto sum: *oculi mei in manibus Domini mei.* hoc est, quod sequitur; *surrexi vt aperirem dilecto meo.*] ita ferè Guilhelm.

Eccles. sanct. hæc Guilhelmus capit. Nã vult potuisse liberũ ab ea consensum impetrari sine ea, (quod impiecaret:) sed vult tantum potuisse verbũ in ea carnem assumere, fiat Angelica annunciatione, & ad ei verbis facta virginis responsione: quod sequentia verba clar. simè commonent.

[a] Eccles. 19. v. 4.

Hailgrinus. Consentit Hailgrinus. *dilectus* (inquit) id est, Deus pater, *misit manũ suam*, id est, filiũ suum, *per foramen*, id est, per aurem meam. Vnde canit Ecclesia, *concipies per aurem Deum: paries & hominem.* Et *venter meus*, propter reuerentiam tanti hospitis, *intremuit ad*

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ *tactum eius*, cùm me scilicet tetigit; & de carne mea separauit car-
„ nem, quam sibi in corpus formauit humanum. Non longè hinc rece-
dit eôdem illa referens Alanus.

Alanus.

ANAGOGE.

§. 5. *Rupertus.*

Possis huc referre duas reuelationes fœlicis illius animæ, quas hoc loco recenset Rupertus, de experimento huius tactus; quas meritò quis suspicetur sancto viro-met contigisse, sed humilitatis causa, aliis eum adscripsisse.

***

VVLG.

Surrexi vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.

VVLG. EDIT. *EDIT. LXX.*

Exsurrexi ego aperire fraterno meo: manus meæ stillauerunt myrrham: digiti mei myrrham plenam super manus pessuli. „ Vers. 5.

LITTERA.

§. 1. *Concil. Spalense.*

PATRES concilij Spalensis secundi Act. vlt. tribuunt hæc verba CHRISTO sponso, sed sensu dumtaxat accómodatitio: sequamur Patres omnes alios, Græcos Latinósque, qui adscribunt sponsæ. Deinde quod B. Nyssenus *hom. 13.* (eam enim hic inchoat) *myrrham* hãc vult non à sponso, sed ex ipsa tantùm sponsa manasse, id explicãdum, vt mox subiiciemus: nam, de manu, digitis, & myrrha ipsa non dissentit. *Nyssenus.*

Recentiores nonnulli [a] volunt sponsam sese myrrha inunxisse, vt sponso placeat: id mihi non placet, cur non vnctionem hanc memorauit, vt & lotionem: si se inunxit, postquam statuit aperire, nimis certè otiosa, cuius cor ita æstuabat. Si nolebat aperire, cùm inunxit sese, vt quid perditio hæc? a *Guidacerius & Namur.*

Alij [b] censent cùm surgeret, tulisse secum onycem myrrhæ, quo spõsum perfunderet, & aiunt id in more Hebræis fuisse. scio in conuiuiis; in thalamo nescio. Addunt festinanti vasculum cõfractum, atque ita super manus & seram vnguentum penè effusum. Id dicunt, quia distinctionem Massoretarum nostræ versioni præferunt. Immeritò quidem. nam Rabbini illi videntur, vel non intellexisse, vel non attendisse ad consuetudinem Hebræorum idiotismi; qui *transiēs* nominant, id quod in vnoquoque genere lectissimum est. Sic monetam probatam vocant HOBER (per *Ain*) transeuntem [c], quia in mercatorum commerciis, non commeat nisi probatissima moneta. Eadem ratione, quia quæ myrrha est optima, eadem maximè vendibilis, b *Ludouicus Legionens.* *Massoreta redarguuntur.* עובר c *Gen. 23. v. 16.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

lis, de manu in manum faciliùs & sæpiùs transit; ideò probatissimam myrrham, HOBER appellant a etiam alibi, vbi noster *primam* reddidit, & vtrobique LXX. eodem sensu, *plenam*: ad hoc minùs attenderunt Massoretæ, & ideò volunt *myrrham transiuisse*, seu diffusam vsq; supra pessulum; quod miror etiam placuisse tribus Patribus, & Pſello apud Theodoret. & ipsi Theodoreto; quos secuta versio Latina LXX. interpretum Romæ edita. Vix tamen dubito veram lectionem LXX. esse illam, quæ in ipso textu Græco Romæ edito (à quo versio non debebat dissentire) continetur, nostro cõsentanea, quam codex Complut. & Regius confirmat; *κλῆδες μου σμύρναν ὠλκὴν. ἐπὶ χεῖρας τῶν κλῆθρων ἤνοιξα*, &c. cui lectioni suffragantur Philo & Nyssen. *hic*, & D. Ambros. *in Psal. 118. Serm. 12.* Minus ergo concinnè Grammatici accentum Grammaticum *sophpasuk*, adscripserunt post manubrium seræ, seu pessulum seræ, velut sententiam ibi finiẽtem: cùm, si ponendus ille fuit, certè debuerit potiùs sententiam ad sequentem versiculum transmittere, & lectori dependentiam illam indicare, hoc modo verbo tenùs; *digiti mei myrrham transeuntem: super manubria sera aperui.* quod factum 2. Paralipom. 30. v. 18. obseruatum ex Camio fuit hoc loco à docto viro Genebrardo; cum quo etiã quàm simplicissimè interpretor verba sponsæ; cùm sponsus seræ digitum inserui, sola attrectatione pessulum, cum sera liquore myrrhæ electæ sic imbuisse: vt sponsæ quoque manus & digiti solo contactu cùm pessulum recluderet, vnguine hoc suauissimi odoris fuerint delibuti.

a hic & v. 13.

§. 2. MENS VERBORVM.

Quod necessarium fuit, sponsam CHRISTVS excitauit; quæ non erat sufficiens ex se quasi ex se [b], surgere & aperire, hoc est prædicationis munus obire (*sic Beda, Haym. Alcuin.*) poterat per se sponsus aperire, hoc est, conuertendos Iudæos ac Gentiles, sine opera sponsæ, vel per Angelos aliquos, conuertere; poterat etiam occultiore aliqua ratione per sponsam ignaram vel nolentem id facere; & sic amouere pessulũ cordis illorum; sed ad meritum sponsæ voluit per eam volẽtem scientemque id fieri, deferens libertati arbitrij, vt sponte cooperaretur gratiæ in se operanti. Vult enim Deus cum Ecclesia operari, & vult Ecclesiam secum operari, vt possit illa dicere; *laboraui, non ego* autem sola, *sed gratia Dei mecum* [c]. Dei enim adiutrix fui [d]. Sic tangens sponsus pessulum, amouerat leuia illa impedimenta, discusserat tricas tellanas, quæ dilectam morabantur; imbuerat eam ardenti & copioso jugis mortificationis, & pro sponso grauissima, necem quoq; perpetiendi desiderio. hanc *myrrham digiti manũs*, sponsæ tam largè imbiberant, vt eius iam imbres copiosi in sponsæ membra defluerent; adeò vt nihil illis esset optatius, quàm toto mortificari die & quiduis subire, dum quàmplurimorum corda aperirent. Dicuntur autem non *manus* tantùm, sed & *digiti distillare*; quia non in prædicatione tantùm, sed in omnibus eius magnis minutisque actionibus, mortificandæ carnis studiũ se prodebat, non in virili modò sexu, sed & in muliebri, nõ in perfecta modò ætate, sed in crescẽte, & penè exacta. Quot enim Ecclesia nouos mox in VVandalorum, Dunami, & aliorum

b 2. Cor. 3. v. 15.

Deus vult Ecclesiam operari, & secum cooperari.

c 1. Cor. 15. v. 10.

d 1. Cor. 3. v. 9.

aliorum Iudæorum, hæreticorumque persecutionibus, Martyres & Confessores, omnis sexũs, ætatis, conditionis germinauit? Præeunt ad hanc explicationem *D. Hieronymus* [a] & alij Patres.

a *Hiero. epist. ad Principiã explanat. in Psal. 44. Ambr. d. hom. 12. & de Isaac, c. 6. Inst. Gregor. & Honor. hic.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

MORTIFICATIO membrorũ quanti facienda sit, & quatis esse debeat, hoc loco nos à sponsa doceri vult Gregorius Nyssenus, præclarè admodũ de hac virtute differens. Non posse (inquit) alia ratione fieri, vt sponsus ille purus & incorporeus maneat in nobis, qui per immortalitatem & sanctitatem animã sibi copulat, nisi quis necãdo membra sua terrena, carnis cortinam sustulerit, atque ita *ostium aperuerit*, per quod animã ingrediatur. hoc sponsam, hoc Apostolum docere. Sponsam hoc loco; quæ dicit *se surrexisse*, propterea quòd sepulta fuerat cum sponso per baptismũ in mortem. Nec enim resurrectio quidquam efficacitatis haberet, nisi voluntaria mortificatio præcessisset, voluntarij autem indicium est, copiosum illud *stillicidium myrrhæ ex manibus & digitis.*

Hinc incipit oratio 12. Nyssen. Mortificatio membrorum quanti sit facienda.

Manuum appellatione motus animi, qui actionum sunt effectores, denotat; *digitorum* verò, singulas eorum conatuum species, qui in cultu virtutis à nobis instituuntur, certa ratione & consilio seu bono fine susceptι. Et quidem omnes digitos intelligi, non vnum aut alterum vult. Quia videre est eos, qui non perfectè virtutem colunt, vni quidẽ illos animi morbo mortuos esse, sed in ceteris viuere: v.g. tẽperantię studere, sed ambitionẽ animo non expulisse, vel aliud vitium alere, animæ pernicioſum; talium *digiti myrrham* vberem non *stillant*, nec sponso aperiunt: sed illi tantùm, qui cunctis vitiis mortui, in omnibus studiis & actionibus mortificati fuerint. Propterea D. Paulum [b], rectè intellecta Domini de grano frumenti voce, dixisse; *Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi priùs moriatur*; vt doceat debere priùs ante vitam præcedere mortem, nec vitam posse in homine esse, nisi per mortem ingrediatur. Dupliceem enim in nobis esse naturam, vnam terreã & crassam & grauem; alteram intelligendi vi præditam, ac leuem ac subtilem. & in harum vtraque peculiarem impetum esse, & alteri contrarium. Leue illud sursum tendit, quod graue est semper deorsum vergit. quare cùm motus natura contrarios habeant, fieri nequit, vt vnum rectè habeat, nisi alteri sit malè; viuat vnũ, nisi alterũ moriatur. corruptio ergo vnius est generatio alterius.

b 1. Cor. 15. v. 36. & seq. 12. v. 24.

Duplex in nobis est natura, terrea & spiritualis.

Occidit autem & viuificat, quam vult partem, stans in medio inter vtramque electio, & libertas illa arbitrij nostri, quod cui se vult parti adiungit, & cui se adiunxerit illa præualet. Hanc partem esse *seruum illum bonum & vigilantem* [c], *qui heri familiam aluit*, & aduersaria necat, nempe prauos affectus animi; quorum nex est vita meliorum: contrà *nequam sit seruus, si vitiis dedita, familiam domini vexet & vexet.* nam verè virtus vapulat, quando vitia florent. Ideò rectè a

Arbitrij libertas quid faciat.

c Matth. 24. v. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» facturi sumus, si cum Dauide maturinam nobis horam constituamus
a Psal. 100. v. 8. » *ad interficiendum omnes peccatores terræ* [a], & ad tollendum è ciuitate
» Dei (h.e. anima) omnes rationes facientes iniquitatem, quarum inte-
» ritus bonorum studiorum vita est. Ita per mortem viuimus, cùm ea
» quæ sunt in nobis partim viuunt, partim emortua sunt. Sic Paulus
» mortuus viuebat, & infirmior vires habebat, vinctus cursum persi-
b 2. Cor. 6. v. 9. 10. 11. Anima mortua quomodo viuat. » ciebat, *paupertate pressus dives erat* [b]; *nihil cum haberet omnia habebat;*
» *semper mortificationem* IESV *in corpore suo circumgestabat*, & semper vi-
» tam eius in se declarabat. sic anima per mortem resurgit. si non mori-
» tur manet mortua, nec vitæ capax est: sed moriendo vitâ consequitur
» mortalitate depositâ.

» Sed quomodo nos mors ex morte suscitat? initiò mors nulla in
» homine fuit: erat enim æternæ illius vitæ homo simulacrum & simi-
» litudo, carens mortis charactere. *In medio paradisi Deus arborem vitæ*
c Gen. 2. v. 9. » *plantârat* [c]; mortis arborẽ nullam. Erat quidem *lignum scientiæ boni &*
» *mali in paradiso*; sed illud nondum erat lignum mortis: factum est li-
» gnũ mortis per peccatum. Ex quo namque de fructu eius comeden-
d Gen. 3. v. 6. » do homo peccauit, immortalitatis dono spoliatus fuit [d], & sic pro
» vitæ ligno mortis lignum ipse sibi plantauit. Hæc mors transiuit in
» totam humanam naturam. Sic homo dum vitæ illi priori & veræ
» moritur, in mortuam hanc vitam incidit: ita cùm huic mortuæ bru-
» tæque vitæ moritur, vicissim æternùm viuenti vitæ restituitur; &, vt
» quis moriatur bono, necessũ est viuat malo; vt quis resurgat ad bonũ,
» necesse est vitiositati totus moriatur.] Hæc est summa dictorũ à Nys-
» seno. Sic etiam Psellus, & tres alij Patres Græci, & Philo *myrrham* ad
» castigationem mortificationemque corporis retulerunt.

Gregorius. » Optimè D. Gregorius Magnus; Per *myrrham* quidem mortifica-
» tionẽ carnis; per *manum sponsæ* opus prædicationis; per *digitos*, discre-
» tionem, qua vtendum, & singula suo tempore proponenda, intelligit.
» Sic enim duritiam mentis dissolui, & aditum in cor sponso pate-
» fieri, vt sequitur.

Guilhelmus. » Confirmat hanc explicationem Guilhelmus, nisi quòd mortifica-
» tionem vocat continentiam. Et notat non dici os myrrham distillasse;
» sed manus & digitos. Plus enim exempla operum, quàm admonitio-
Rigorem continentiæ prædicare, quibus conuenit. » nes verborum, mouere solent. Rigorem continentiæ frustrà quis
» prædicat, nisi eam in moribus habeat, vel habere credatur. Potest lin-
» gua de continentia disputans aërẽ inaniter verberare: sed, nisi manus
» etiam stillent, nõ potest lingua myrrham vtiliter distillare. Nec enim
» vtiles sunt admonitiones, nisi exemplis fulciantur. Manus in digitos
» finduntur, & virtutes omnes per discretionem operantur. *digiti myr-*
» *rham stillant*, quando bona discretè, hoc est, bene, aguntur: tunc *myr-*
» *rha probata* pleni sunt digiti, quando continentia siue mortificatio
» sui discretione dirigitur, vt prosit, & non obsit cuiquam.] In hanc
sententiam ille.

Rupertus. Addit Rupertus, non esse myrrham hanc probatam, nisi propter
Deum, & videntium ædificationem, effundatur.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

Honorius. SACRA virgo (ait Honorius in sigillo) *ostium* fuit, per quod CHRISTVS in mundum introiuit: *pessulum* autem erat moles peccatorum hominũ, quod ideo ab ea *apertum* dicit, quòd à Spiritu sancto præseruata, non sicut ceteri in peccato creditur concepta: insuper & sanctè viuendo peccata declinauit: sicque dilecto ingressus patuit, quia per ipsam ipsa misericordia in Ecclesiam venit. Quotidie etiam pessulum peccatorum remouet, & per eam ingressus gratiæ CHRISTI ad nos venit.] Sic ille.

NOTA DE CONCEPT. MARIÆ, *illud creditur. B. V. in peccato non creditur concepta.*

Guilhelmus. De myrrha Guilhelmus in hanc sententiam: neminem putare debere B. Virginem ad singularem matris Dei prærogatiuam suauiter, & deliciosè viuendo peruenisse; quia *sapientia non inuenitur in terra suauiter viuentium*, [a] sed virtutes animæ, quæ illi pro manibus erãt ad benè agendũ, nõ mel, sed *myrrhã distillauerũt*: quia cũctis salubris cõtinentiæ exẽpla præbuit; quæ continẽtia per *myrrhã* significatur, quia hominẽ interiorẽ amaricat, ne à pessimis vermibus (id est, vitiis & cõcupiscentiis) corrũpatur; & quàm suauiter redolet, tàm amarè sapit. ideò multi eam laudant, pauci gustant. Hanc suasit exemplo suo plurimis Deipara, non operando tantùm, sed & discretione summa cuncta opera sua moderando, ideò & *digiti pleni* dicuntur *myrrha*, non vt aliorum probata tantùm, sed *probatissima*, hoc est, Deo commendatissima. *non enim qui seipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat* [b]. illud ergo probatissimum, quod Deus maximè commendat.] cuius autem continentiam Deus per Ecclesiam, tot hymnis, tot festiuitatibus, tot miraculis, tot prædicatorum vocibus, tot piorum scriptis, tot sodalitiis magis aut sæpiùs, quàm piæ matris commendauit?

a Iob. 28. v. 13. *Continentia per myrrham denotatur.*

b 2. Cor. 10. v. 18.

Rupertus. Rupertus etiam consentit de mortificatione vitiorum in operibus cunctis, & virtute discretionis; idque non, de adhibita ad gloriam aut commodum suum, sed Dei gloriam & proximi commodum, interpretatur. Sic etiam Hailgrinus & Alanus.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.6. „ Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.	*Aperui ego fraterno meo: frater nus meus transiit: anima mea egressa est in sermone eius. Quæsiui eum, & non inueni eum: vocaui eum, & non obaudiuit me.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

POSSVNT etiã Hebræa sic dispũgi, vt cũ versionis nostræ dispũctione conueniant; על-כפות המנעול פתחתי אני *hal cappoth ammanhul patahti ani. Super cardines pessuli aperui ego*, subauditur, ponens manum. LXX: *ἐπὶ χεῖρας τοῦ κλίθρου, &c. super manus seræ.* & idem subaudiendum. sensus enim: admotis ad pessulũ manibus aperui, vt introducerẽ. eodem recidit quod alij vertunt *ἐπὶ θύρας, super ostia.* Quid significent Hebræa, CAPPOTH & MANHVL certant recentiores. quidam prius volunt significare capulos seu manubria, alij volas, alij cardines, in quibus sera voluitur: posterius, alij pessulum, quidam seram seu claustrum. Vt vt est, noster sententiam clarè expressit.

כפות מנעול

DECLINAVERAT] Hebr. HAMAK, per Heth in prin. LXX. præterierunt: Aq. vertit vt noster, *ἐλάσας*, cur ergo malunt recentiores, *circuierat* (sic Montan.) vel *verterat se?* (sic Pagnin.) quomodo declinarit, explicat Symm. nam reddidit *ἀνατείνας παρῆλθεν, renuens præterijt*, subduxerat se auersatus vocantem, quæ illum non admiserat pulsantem.

חמק

LIQVEFACTA] magis ad verbum LXX. & Symm. qui *egredi* voce vtuntur. Noster sensu idem dixit. hoc enim vult: vt sponsi vocem agnoui, deseruit me animus, & ad sponsum auolauit; nimio amore soluta sum, & vt cera solet liquefacta. Vtitur eadem metaphora in Pharmaceutria Virgilius. Deliquij huius multiplex causa fuit. prima, quam dixi, Amor: secunda mœror, quod me fugeret: tertia dolor iustus & indignatio in me ipsam, quæ mihi mora mea mali totius

totius causa. Postquam igitur ex hoc deliquio ad me redij, & hanc perturbationis caliginem remoui, triplici illo amoris, mœroris, doloris, flagello:

Mox agor, vt per plana citus sola verbere turbo:

prosilio, & me domo proripio, per cæca noctis & ignota viarum diuortia dilectum quæro; interdum audacior intenta voce illum vocare non verita (hoc de Creusa, vt magni amoris clarum indicium, poëta finxit) sed hæc omnia, væ miseræ, frustrà fuêre, imò & maioris mali occasio.

Aponius. בדברו *Bedabbero.*

VT LOCVTVS: cùm loqueretur, illo loquẽte. Symm. λαλοῦντος αὐτοῦ. hæc vis idiotismi, *in loquendo ipsum.* Sed quid locutus? Aponius & Rabbini volunt sponsum minatum se abiturum, nec inuentu postea facilem futurum. Sed potes commodè referre ad priores illas voces; *Aperi mihi*, &c. vers. 2. vt refert Honorius. Non tam commodè tres illi Patres Græci referunt ad dicta cap. 1. *Si ignoras te, &c.*

§. 2. MENS VERB. *Christus adest Ecclesiæ, sed abesse videtur quandoque.*

CHRISTVS quidem semper præsens est Ecclesiæ; aut potiùs ei inest, & in eius inhæret sinu; aliquando quidem dumtaxat ea, quæ oportet credere & operari inspirans, & simul vt possit auxilium largiens, & hæc eius præsentia quodammodo latere Ecclesiam potest, quia sensu præsentem non percipit; & ideo excitatur, vt quasi absentem quærat: Interdum verò præterea spirituali quadã voluptate inenarrabili sic eam replet, vt de præsentia sponsi nullus dubitandi sit locus: tunc *adesse* CHRISTVS; sed quando iterùm deficit ista sensus suauitas, *abire*; quando reuertitur denuò, *redire* sponsus & *inueniri* dicitur. Hac secunda præsentia solet afflictos Deus consolari, paruulos ac debiles allicere & fouere: prima verò vti ad tepore m, ac tarditatem, quæ adhuc in fortiorum ac perfectiorum mentibus reliqua est, puniendam; vel ad eos, quos animi robore præditos nouit, quosque confirmauit probandos, vt aurum in fornaculis solet. Sic spõsam hoc loco videmus erudiri, quæ tarditatis specimen *v.* 3. dederat, & tamen ad perfectionis culmen & ætatem statam adoleuerat. *(vide quæ diximus suprà c. 3. v. 1.)*

Reiectis igitur impedimentis illis & remotis, pessulum dilecta remouerat, & sponsum suum secundo illo illapsus modo in cor parabat intromittere: sed hanc ei præsentiam sponsus subtraxit, aridam & anxiam valdè permittens: illa tamen vocationis & iussionis sponsi, quam audiuimus, *suprà v. 2.* recordata, cœpit desiderio succendi, & ad sequẽdum quem diligebat, igne amoris acta, currere[a]. Cœpit vocem instar tubæ exaltare: sed surdis canebat auribus, nec tamen propterea desit, ne plagis quidem multata, vt sequitur.

a *Sic D. Gregor. lib. 4. Moral. c. 39. & hom. 25. in Euang.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. DVPLEX hîc est interpretatio, vna referentiũ hæc ad animam, quæ Deum conatur intelligentia comprehendere; altera referentiũ ad animam, quæ conatur Deum amore cõprehendere. Vtraq; præclara est. Prioris auctores sunt tres Patres illi & Psellus, & D. Nyssenus, à quo ceteri sumsere. *Nyssenus.* Vnũ » esse modũ percipiẽdi potestatẽ illam omni mente sublimiorẽ, si non » subsistamus in iis, quæ perceperimus, sed semper vlteriùs tendentes » ampliùs aliquid quæramus, eo quod comprehendimus. Nã sic spon- » sam hoc loco manib. myrrha plenis, mortificatis iam vitiis aperuisse » ostium regni, *manus*, hoc est, opera admouisse & *appositisse clausiro* fi- *Per fidem & opera clauis regni nobis pa ratur.* » dei; per hæc enim duo per fidem (inquit) & opera (*verba sunt Nyssen.*) » clauis regni nobis paratur.]

Sic ergo aperuit sponso ostium, sperans se illius faciem visuram. Hoc fuit Mosis desiderium summum; cui tot collata à Deo beneficia; tantùm honoris, tantùm potestatis; non sufficiebant, nisi & Dei faciem videret: hoc petiit; nec obtinuit. nam qui tanti eum faciebat *Exod. 33. v. 13.* Deus, in petra illum præteriit, & tantùm posteriora videre permisit; vt doceamur eum qui Deum videre cupit, desiderij compotem fieri semper sequendo. Nónne sic dilecta hîc *surgit, aperit*, & dum superat complecti, *ille declinauit*? at hæc egreditur, non ampliùs manens, in quibus erat, sed sponsum sequens ad vlteriora ducentem. ô fœlicem animæ egressum! hunc Deus verè custodit. Egressum hunc ex eo in quo sumus, consequitur ingressio ad bona supra nos posita. Hoc pollicitus sponsus; *Ego sum*, dicens, *ostium. per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur, & egredietur, & pascua inuenet* [a], ita tamen vt *a Ioan. 10. v. 9.* nunquam ingrediendi & egrediendi finem faciat, sed semper proficiendo superiora ingrediatur, & quærere non desistat.

Quæsiui, ait, *& non inueni*. quo pacto inuenias (ô anima) in his creaturis, quem res nulla creata potest exprimere? non forma, non color, non qualitas, non quantitas, non substantia, non locus, non tempus, non similitudo, non coniectura, non scientia, non proportio, denique nihil quod non sit ipsemet. frustrà omnis cogitatio & omnis ratiocinatio incomprehensibilem comprehendere nitatur. *Vocaui, & non respondit mihi*, quia proprio illum nomine non vocaui. nec enim Deo *Nullum nomen Deum potest exprimere.* nomen vllum dare norunt creaturæ, quod Dei essentiã, vti est, queat » perfectè indicare. Excogitaui cum Mose & Dauide nomina, *miseratior, misericors, longanimis, iustus, verax, patiens, fortis, robur, firmamentum, » refugium, adiutor, cornu salutis, vita, spes mea*, & alia innumera; sed hæc » omnia superat eius dignitas, nec vlla vis orationis veritatem potest adæquare. Ideò ille non habens quid adderet, exclamat, *Quàm admi- b Psal. 8. v. 2. & 10. Esai. 9. v. 6. » rabile est nomen tuum in vniuersa terra* [b]? Ideò apparens Manue respondit, *nomen* eius frustra quæri, *quod est admirabile* [c]. Propterea hæc *c Iudic. 13. v. 19.* anima

anima vocat sponsum quantùm potest, nec potest tantùm quantùm vult: quippe quæ ne tantùm quidem velle potest, quantùm velle vult, ideóque tantùm vult, quantùm toto animi studio velle potest. Itaque cùm qui vocat adsequi studio vocatum non potest, dicit; *vocaui eum & non audiit me.*

Latini verò Patres, cum Gregorio Magno, & ex Græcis Philo de meliore illa & vtiliore nobis Dei comprehensione sic differunt: *Pessulum* ostio nos *inducimus*, quando per voluptates carnis aditum cordis sponso obduramus; *pessulum* verò *remouemus*, quando depulsis illis voluptatibus, cor nostrum sponso, vt ingrediatur, aperimus. Quod vt facere non cessemus, & ne nobis cõfidamus; quando labore nostro apprehendere eum putamus, *transit & declinat*; ne de plena eius apprehensione (vt nobis videretur) superbiamus. fingit se longiùs ire (sicut quando discipulos in Emaus euntes comitabatur *) vt rogetur impensiùs, studiosiùs inquiratur, diligentiùs conseruetur. Sed vt recessit, mox redit, ne diutiùs anima sancta à dilecto alienetur; ideò se verbo inspirationis suæ desideranti animæ infundit, & infundendo *liquefacit*, quia omnem cordis duritiem dissoluit: & rapit interdum ad cœlestium illorum gaudiorum contemplationem, fruendorũ dũtaxat; sed quorũ tamen vel cogitatio intensior adeò potẽs est, adeò efficaces amoris flammas exhalat, vt anima huic corporeæ moli inclusa nequeat perferre, sed relabatur deorsum, & tanta perfundatur lacrymarum copia: & spiritus suauitate, vt quod intus sentit, id capere non valens, & auidiùs haurire conata, iam sentire desinat, quod sibi modò iucũdissimè possidere videbatur. Quarè sollicitior fit ad quærendum; legendo, meditando, & varia charitatis opera exercendo: nec tamen Deus vult eam, quod quærit, inuenire, quia vtilius sæpè negatur, quod ignari quid expediat, auidissimè petimus. Ideò ter petenti Paulo respondit; *sufficit tibi gratia mea* [a]. & aliis; *Nescitis quid petatis* [b]. sic sponsa cuperet assiduè gustata illa suauitate perfrui; sed conditio huius vitæ caducæ id non permittit. Vocat; sed ad votum, quod inuocat, non occurrit. Pergit ergo quærere.

Philo & Gregorius.

* *Luc. 24. v. 28.*

a 2. Cor. 12. v. 9.
b Matt. 20. v. 22.

Solus Rupertus *pessulum* vult esse virtutem silentij. *Pessulum ostij* (ait) id est, clausuram oris mei. Quid namque per pessulum, nisi si- « lentij signatur firmamentum? Pessulum ergo ostij dilecto meo *aperi-* « *tur*, cùm indictum ori silentium propter CHRISTVM resoluitur, vt « audientes ædificentur. Et quàm pulcher, quàm rationabilis & disci- « plinatus ordo loquẽdi? Priùs *myrrha stillat* de manibus, & priùs *myr-* « *rha probatissima manus plena* monstrantur, ac deinde pessulus ostij « dilecto aperitur: id est, priùs vita laudabilis in exemplum præpa- « rat, & deinde doctrina, fidem quærens audientium, palàm profer- « tur. Hinc de ipso dilecto scriptum est, quia *cœpit priùs facere, & deinde* « *docere* [c].]

Rupertus.

c Act. 1. v. 1.

Guilhelmus autem notat discrimen inter corporalem liquefactionem & spiritualem: quod res corporeæ cùm per calorẽ extrinsecum liquefiunt, in semetipsas resoluuntur: animæ verò cùm per calorem

Guilhelmus.

" intimum liquefiunt,non in semetipsas resoluuntur, sed in resoluen-
" tem. Resoluuntur à semetipsis, sed non in semetipsas. resoluuntur
" igne Dei ab amore sui in amorem sponsi cœlestis. Hoc D. Paulus
a 1.Cor.6.v. 17. " insinuans, *Qui adhæret* (inquit) *Domino vnus Spiritus est* [a]. & suam
" animam hoc modo liquefactam indicans; *Viuo* (inquit) *ego, iam non*
b Gal.2.v. 20. " *ego, viuit autem in me* CHRISTVS [b].]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§.4. Guilhelmus.

" PERSISTENS in mysterio incarnationis Guilhelm. *ostium*, MARIÆ non fuisse tantùm clausum notat; sed & *pessulo* intùs obfirmatum. habebat sacer iste hortus ostra duo: *ostium* carnis & ostium spiritus. *Ostium* carnis immobili virginitatis perpetuæ proposito obfir-
B.V. fuerunt duo ostia, carnis & spiritus. " marat. ad ostium carnis sponsus non pulsauit, quia hoc ostium perpetuò clausum manere volebat, in conceptu, & in partu matrem iuxta virginem & inuiolatam relinquere filium decebat. hunc *pessulum* virgo non remouit, quia votum hoc nunquam animo, nec re mutauit. Sed sponsus ad *ostium* spiritus *pulsabat*, quia fidem & consensum virginis in futuram incarnationem postulabat. *Ostium* animi quoque odio libidinosæ corruptionis intùs clauserat, & pessulo propositi votiui obfirmarat, ne vnquam in concubitum consentiret: non aspernabatur bonum prolis, sed malum libidinis, sine qua non contingit bonum prolis. statuerat non esse mater, ne esset mulier, illarum
c Matth. 11. v.11. " vna, de quibus postea dictum: *inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista* [c]. Ad hoc ostium animi sponsus Angelo interlocutore pulsauit, vt antè diximus: At sponsa illud forti pessulo clauserat, quia odio defllorationis, amore virginitatis, mater non fieri statuerat. verùm vbi intellexit, virginitate salua id futurum: quia non vereret illam ignis malus, vt gigneret peccatorem; sed inflammaret eã ignis diuinus, vt germinaret saluatorem: apertura per fidẽ, *pessulum remouit*, eõsentiens fieri mater. Sic semel ad ingressum Principis, de quo scriptum; *vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater*
d Esai.9.v. 6. " *futuri seculi, princeps pacis* [d]; aperta est porta Ezechielis [e] consentiendo in partum; amplius nec per consensum quidem aperienda; quia
e Ezech.44. v.2. " post huius magni Principis ortum, nunquam amplius consensit in partum. Portam verò carnis idem Princeps, vt clausam inuenit, clausam reliquit, & ea, in honorem Principis, nunquam aperta, semper clausa permansit.

" *Pessulum* ergo animi remouit, dicendo; *Ecce ancilla Domini*, &c. de carne sua carnẽ dilecto ministrans ad salutem filiorũ Abrahæ, populi Israëlis.

Israëlis. Quippe Angelus cùm annunciaret ei, quòd pareret IESVM, ad populum illum videbatur salutem restringere, dicens; *Et dabit illi Deus, sedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis* [a]. Porrò ipse dilectus parum iudicans esse, salutem Iudæorũ, etiam super gentes *cogitabat cogitationes pacis, & non afflictionis* [*]. Sic ille dũ mater aperit; *declinauerat atque transierat*. intellexerat mater ex verbis Angeli, pro gente Israëlitica incarnandum: sed filio reuelante mox cognouit, non hîc illius misericordiam hæsisse, sed pio proposito ad salutem vsque gẽtium se contulisse, & statuisse immobili dispositione, in plenitudine gratiæ ad gentes transire. Nimirum hæc mystica sententia erat verborum Angeli. nam soli electi veri sunt *filij Abrahæ*; neque *qui filij carnis hi filij Dei, sed qui filij promissionis in semine æstimantur* [b].

a Luc.1.v.33.

* Iere. 29.v. 11.

b Rom.19.v. 8.

Sic inspirando dilectus *misit ignem in ossibus* dilectæ, quia *ignitum eloquium eius vehementer* [c]; hoc emolliuit cor eius ad consensum; & *emolliuit* vsque ad liquefactionem, propter stupendam nunciatæ rei nouitatem. Humana ratio diuinæ auctoritati perfectè cessit. Quæ liquefiunt, salua substãtia formã propriã per resolutionẽ amittunt: vt in mente virginis fides mysterij formaretur, humana ibi ratiocinatio informis quodammodo facta est. Etenim quia *magnum* illud *pietatis Sacramentum* [d] non contra, sed supra rationem est: fide eius ratio in mente virginis non est perempta; sed, stupore miraculi, quasi resoluta, saluaque substantia formam propriam per liquefactionẽ quasi amittens; vt iam non humanæ ratiocinationis scientia, sed diuina fides totam occuparet. Animalis quoque sensus, fortiter & suauiter exardescente illo ignẽ, qui non est ad consumptionem, calore Spiritûs sancti elanguit, vt iam nihil, nisi spirituale & mysticum, perciperet. Homo eius interior magno illo Spiritus sancti superuenientis incendio resolutus, in semetipso elanguit, vt fortiùs vigeret in Deo; formam quodammodo suam amisit, vt formam Dei acciperet. A semetipso resolutus, sed non in semetipsum; sed in amorem illius, quem concipiebat, vnus cum illo Spiritus excellenter effecta.

c Psa.118.v. 40.

d 1.Tim.3.v. 16.

O grande miraculum! In quem transformata erat, cum quo vnum erat; hunc quærebat; sed ecce magis stupendum, hunc non inueniebat. Quid ô pia mater, quid illum quærebas, quem in vtero te habere sciebas? verè (ait) etiam tum *quæsiui*: cùm esset in vtero, cùm habebam præ oculis, cùm adpectorabam, cùm dissuauiabar, tum etiam tã sedulò quærebam, quem ardenter diligebam; & quem sic quærebam, non inueniebam. *Quæsiui* per fidem, suo tantùm tempore inueniendum per speciem: *Quæsiui* faciem non carnis eius, sed diuinitatis eius, de qua Prophetæ; *Quærite faciem eius semper* [e]. Sed aliud quærendi, aliud erat tempus inueniendi. Tunc etiam assiduè *vocaui eum*, sed non *respondit* votis meis. In votis mihi erat, *inebriari ab vbertate domûs Dei, & torrente voluptatis eius satiari* [f]: sed nondum tempus erat. Priùs maternæ pietatis officiis ad annos vsque viriles mihi perducendus erat: priùs mihi iuxta crucem eius standum, &

e Psa.104.v. 4.

f Psal.31.v. 9.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ gladio compassionis animus meus erat transuerberandus : vt postea
„ clarificatus à patre, me sibi conglorificaret, & iam inueniretur, & iam
„ votis meis plenè satisfaceret.]

Idem. Idem Guilhelm. tenerrimam quoque aliam huiusce loci interpretationem adiungit (quæ tamen non cohæret præcedentibus, neque sequentibus) matre infantulum alloquente, & nominatim compellante *priusquam sciret vocare matrem, aut patrem*; post etiam cum balbulo suauiter balbutiente.

Rupertus. Rupertus refert ista ad desiderium filij, qui in cœlum adscenderat: *Fuere mihi* (sic inducit matrem loquentem) lacrymæ meæ *panes die ac nocte* [a], *dum diceretur mihi quotidie; vbi est Deus tuus*, filius tuus, siue cùm ego dicerem; Me dimisit in hoc exilio meo filius meus, propter me de me incarnatus, talia taliter pro me vidente me passus. Quale mihi erat commemorare verba coram me morientis, maximè commendantis præceptum charitatis, mandatum dilectionis, à cœna nouissima vsque ad verbũ illud dulceamarũ; *Mulier, ecce filius tuus* [b],
„ Ibi ignis, ibi gladius; ignis amoris, gladius doloris: at anima mea vi-
„ ctima erat holocausti; quam & ignis accendit, & gladius pertransiuit.
„ Vnde sicut adeps sacrificij liquescit ab igne; sicut fluit sanguis de gla-
„ dij vulnere: sic *anima mea liquefacta est*, non ibi tantùm, sed & postea
„ quoties locutus est in meritories sensi profundo corde, vulnerata mẽ-
„ te, *declinasse illum atque transisse*, memoria semper suggerente ipsum
„ iam non adesse, visibiliter non comparare. *Quæsiui*, iugiter meditan-
„ do; *Vocaui* semper orando. Hei mihi! sic quærens *non inueni*, sic *vocaui*
„ *non respondit*. Dulce lumen & delectabile est oculis videre Solẽ: mihi
„ dulcius fuit, videre in carne mea viuentem; dulcius fuit, videre facie
„ ad faciem viscera, quæ genueram mea. *Quæsiui* itaque vlterius, quem
„ sciebam ad dexteram patris præ cunctis splendidiùs resplendentem.]

[a] *Psal. 41. v. 4.*

[b] *Ioan. 19. v. 26.*

Honorius. Paucis in eandem fermè sententiam Honorius: *animam* virginis vult *liquefactam* in compunctione, vt ei dilectus locutus fuit de mira, & desiderabili patris visione; *quæsisse* illum cogitando; *non inuenisse* carnis grauatam nubilo; *vocasse* valdè desiderando, *non respondisse* maiestatem diuinitatis suæ demonstrando.

Hailgrinus. Hailgrinus animaduertit vix ista cuncta posse satis commodè eidem tempori accommodari; ideò in prioribus consentiens cum ex-
„ plicatione illa Guilhelmi, quem fortassis legerat, sequentia suo
„ Marte interpretatur. Tunc (ait) dilecto *aperuit*, cùm consensit, vt
[c] *Luc. 1. v. 38.* „ intraret dilectus & conciperetur in ea, dicens, *Fiat mihi secundùm ver-*
„ *bum tuum* [c]. Et quia voluntas cordis interior, oris consensum rese-
„ rare debuit, aut firmare; tanquam *pessulum* ipsa mentem aperiens
„ ad consensum oris, *aperuit ostium* ad expressionem consensûs di-
„ cendo, *fiat mihi*, &c. *At ille* quidem *iam declinauerat atque transierat*,
„ nam nisi intrasset, atque in ipsam inclinasset Dominus per inhabitan-
[d] *Phil. 2. v. 13.* tem gratiam, ipsa nec surgere, nec ostium aperire potuisset. *Deus* est, qui *operatur in nobis, & velle & perficere pro bona* [d] *voluntate.*

Postquam

„ Postquam dilectus locutus est ei per Angelum, *anima* eius exarsit &
„ *liquefacta est*, vt sicut metallum liquarum formam acciperet, quam
„ Spiritus sanctus artifex vellet.

Quod sequitur ad illud tempus respicit, quando parentes [a] quæ- [a] *Luc. 2. v.* rebant CHRISTVM in templo remanentem. Tunc mater *quæsiuit* *45.* *eum in comitatu & inter notos*, & non inuenit. Vocauit eum & dixit; *Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce ego & pater tuus dolentes quærebamus te?* ipse verò non respondit vt filius materno satisfaciẽs affectui; sed ait; *Quid est quod me quærebatis? nesciebatis, quod in iis, quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Non respondit mihi, quia quod respondit non intellexi. Verbum verò quod sequitur, vult referri ad tempus passionis.]

Hæc illi mihi non videtur incongruè hæc etiam ad Deiparæ somnium posse referri; nec enim dubito, quæ tam ardenter filium amabat, etiam in somnis sæpè visam videre, & amplecti absentem, & dum conatur amplecti euigilasse, & sensisse sibi absentis nihil nisi desiderium supereſſe.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.7. „ Inuenerunt me custodes,	*Inuenerunt me custodes, qui circumeunt in ciuitate ; percusserunt me , vulneraueruntme ; tulerunt theristrum meum. à me custodes murorum.*
„ qui circumeũt ciuitatẽ:	
„ percusserunt me,& vul-	
„ nerauerũt me: tulerunt	
„ pallium meum mihi cu-	
„ stodes murorum.	

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

SICINE parum frustrà *vocasse*, frustrà *quæsisse*? insupérne malè misellam sauciari? incidit in vigiles & circitores. hi turbari nocturnam quietem, & nocte intempesta clamores intempestiuos cieri,non ferentes,malè acceptam, pessimè multant plagis. Vapulat illa,sed non deterretur. frigida hæc adfusa, oleum flammæ fuit. magis inardescit; oppido pererrato, mœnia petit, vt vel ibi latentem inueniat, vel se muris demittens,per agros & siluas, per valles & montes, vbique scrutetur. Belli tempore noctu muros conscendere graniore pœna militaria iura vindicant. Inuasêre ergo illam ferociter murorum stationarij, compacturi in carcerem conantur comprehendere: sed cùm se celerrimè versùs vrbem iterum reciperet, arreptam; quam neglectim sibi penulam iniecerat, illa retentante, vi lacerant & eripiunt. Verùm, quia murorum stationem deserere non audebant, sic illam *κατοδύτας* semineccm & nudam effugere permiserunt.

רדך

§. 2. MVRI VERBORVM. a *Myssen. Philo, Gregor. Angelom. Cassiodorus, Willeri. Honor. Alanus, Anselmus Beda, Hugo, Alcuin. Rupert. & Decan. Ambianensis hic, & Gilbert. hom. 45.*

CVSTODES] vide sup.c.3.v.3.

VVLNERAVERVNT] flagellis, vel fustibus cæsam. Aqu. *ἐμαλάστησάν με*.

TVLERVNT] abstulerunt.

MIHI] à me.

PALLIVM.] Sic etiam D. Ambros.Schol. Græca *κάλυμμα*, operimentum. Sanè REDID Hebræis: significat operis ductilis peplum seu velum,passum, candidum,nitidum ac purum, testibus Abenezra & innominato Rabbino. LXX. *Theristrum*, quod Philo scribit etiam *Maphorium* vocari; id mihi videtur ab aliquo adsutum.

Plerique veterum custodes in bonam partem accipiunt [a], vel Sanctos, vel Doctores, & Concionatores Ecclesiæ, qui gladio verbi diuini ad compunctionem vulnerant,& velo ignorantiæ ac sæcularium desideriorum

desideriorum spoliant. Verùm id minùs placet. primò quia simile est v.3.c.3. deinde quia in hoc supremo amoris gradu consistenti sponsæ parum conueniunt,vel illa à peccatis recens auulsio,ac gemitus, vel ignorantia,vel sęcularia desideria. Tertiò quia nihil mirandum foret, si tali vulnerum genere, talique spoliatione à quærendo non sit deterrita:magis mirandum, si destitisset. Rectiùs itaque ceteri sumunt custodes in malâ partẽ:sed iidem vel malè, vel parũ plenè exponunt. Malè,qui ad Nabuchodonosor & Antiochũ confugiunt [a]. nec enim hîc sponsa est Synagoga,sed Ecclesia Catholica. Parùm plenè,qui vel referunt ad solum dæmonem(*vt Aponius*)vel ad tyrannos tantùm sęculares(*vt Iustus,Angelom.& Theodoret.*)vel ad malos dumtaxat Ecclesiæ prælatos,*vt Tuelmann.& Luisius.*

a *Tres Rabbini & Guidacerius.*

Custodes quinam hi sint.

Quare *custodes* accipio, quælibet diaboli præcipua membra,& quasi Principes partiariorum. Primò tyrannos & Principes sęculares hæresi imbutos,vt fuêre Valens, Theodoricus, Leuigildus, Hunericus,& alij tam Imperatores, quàm Gotthorum, VVandalorumque Reges;qui hæreses fouerunt & regna circumeuntes sua,Ecclesiæ Catholicæ grauissima vulnera inflixerunt;potissimùm,quia veri concionatores & doctores, sponsum quærere, & inclamare non desinebãt. Sic multata in membris confugiebat sponsa ad Ecclesias particulares,in quorum statione locati erant Episcopi, tanquam superintendentes & speculatores, dicti, *ἀπὸ τῆ ἐπισκοπῆν*: sed cùm isti magna pars cum circitoribus illis malis consentirent (sic enim legimus Arianos,Donatistas,& alios hæreticos,se cum persecutoribus coniunxisse:vt hodierno tempore Angli & alij Caluiniani, qui Anglis fœderati,Turcam in Pannoniam & Germaniam concitarunt) cùm inquam isti speciem pietatis præferentes rem abnegarent; maiorũ malorum causa fuerunt, & inconsutilem CHRISTI tunicam per schismata & hæreses sciderunt;& priscam Ecclesiæ gloriã obtenebrantes, pudicitiæ atq; integritatis vestimentũ sponsæ eripuerunt. Nónne tales Dioscorus, Nestorius, Paulus Samosatenus, & multi alij; quos referre non est necessarium? Euasit tamen viua manus istorum; & fidei,ac morum puritatem prædicare perrexit.

TROPOLOGIA.

§.3. VIDEAS aliquando animas sponsi inueniẽdi cupidas,ex peccatorũ emersas cœno CHRISTVM quærentes: videas mox alios,qui aridam & mare circumeunt,vt mundo proselytos colligant linguæ iaculis missellas inuadere, & omni conatu à bono proposito auertere conari;modò per blãditias,modò per calumnias& opprobria. Videas illas confugere ad animarũ medicos;si in non probos incidant, deteriùs sæpè accipi,& vel per imperitiam, vel per malitiam,& improbitatẽ,non raro à proposito deterreri; certè vix effugere pallio relicto,sicut Ioseph effugit. Remediũ his, alios adire meliores,& à sponso quærendo non desistere. Væ illis circitoribus, væ istis custodibus.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Hailgrinus.*

NEQVE Honorius, neque Rupertus, neque Alanus quidquam, quod huic loco satis conueniat. Hailgrinus; Pontifices (ait) Scribæ & Pharisæi, qui ex officio debebant custodire ciuitatem, apprehenso vero custode filio meo, inuenerunt me in ipso; percutiētes eum, percusserunt me; & vulnerantes eum, vulnerauerunt me; abstulerunt quoque pallium gaudij, & dederunt pro eo spiritum mœroris.] sic inducit Deiparam loquentem.

Guilhelmus.

Possis etiam ad reliquum vitæ tempus referre cum Guilhelmo, » sic meditante: Cùm dilectus in publicum egressus salubria prædica- » ret, & mira patraret, gaudebat populus in vniuersis, quæ gloriosè fie- » bant ab eo, & dicebat, *quia Propheta magnus surrexit in populo, & quia* a *Luc 7.v.* » *Deus visitauit plebem suam* [a]. Non latebant hæc piam matrem, quæ ad *16.* » audienda bona de filio arrectas semper aures habebat, & frequentib. » nuntiis opera filij audiebat; & quia tam glorioſa dicebantur de eo, au- » ditui eius dabatur gaudium & lętitia. gloria filij ad matrem redun- » dabat. dicebatur matri; *benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus* b *Luc.1.v.* » *ventris tui* [b]. dicebatur filio, *beatus vēter qui te portauit, & vbera quæ su-* *42.* » *xisti* [c]. Sic qui talia dicebat, quātum in ipsis erat; dabant MARIÆ co- c *Luc. 11. v.* » ronam non cinerem, oleum gaudij non luctum, pallium gloriæ non *27.* » spiritum mœroris. Verùm interea Pharisæi & Scribæ, qui multam, in » populo, vtpotè doctores legis, auctoritatem habebant; cœperunt de » gloria noui doctoris grauiter anxiari, & fortiter malignari; multam ei » inuidiam conflantes, & disseminantes in populo, quia *in nomine Beel-* » *zebub principis dæmoniorum operaretur* [d]; multique eorum senten- d *Luc.11.* » tiam secuti, iam malè sentiebāt de eo, & irreuerenter blasphemabant *v.15.* » eum. Quod audiens pia mater (neque ipsam latere id poterat) ob im- » piā filij dulcissimi sugillationem piis exulcerabatur angoribus. Nam » & in ipsam calumniæ & maledicta redundabant, dicentibus non » paucis; Maledictus venter qui seductorem illum portauit, & vbera » quæ illum lactauerunt.

» Denique clarificato iam filio sodales eius familiariter alloquens, » & benignè exponens eis, quæ circa eam aute filij passionem euene- » rant; *inuenerunt me*, inquiebat, *vigiles*, &c. scribas & Pharisæos ironi- » cè vocans *vigiles ciuitatis & custodes murorum*; quod ipsi vtique arro- » ganter se esse credebant, quasi per eos & propter eos terrena illa Ie- » rusalem salua & secura consisteret: quasi per eorum industriam opti- » mè regeretur, & propter eorū iustitiā tanquā Sodoma non subuer- teretur.

teretur. Quia hoc credebant, eorum superbiam pia mater insinuans, « quod se esse putabant, eos appellat. *Inuenerunt me*, hoc est, occasioni- « bus nequiter exquisitis filium meum vnicum lacessendo; impegerunt « etiam in me; *percusserunt me* non leuiter, non virga & baculo conso- « lationis, sed gladio. *vulnerauerunt me. Exacuerunt vt gladium lin-* « *guam suam* [a] *firmauerunt sibi sermonem nequam*. infamauerunt nefandè « a *Ps.63.v.* filium meum apud populū, & salubertimum *odorem* eius *coram multis* « *4.6.* *fœtere fecerunt* [b]. Eo ipso quo famā dilecti mei gladio linguæ suæ tam « b *Exod.5.v.* crudeliter lancinauerunt, maternum in me affectum inflictis dolo- « *21.* rum vulneribus consauciarunt. Præterea, quod potuere, expoliaue- « runt me *stola gloriæ meæ*, pallio laudis, quo operiebar, cùm diceretur; « *Beatus venter qui* magistrum bonum *portauit, & vbera quæ* sugere di- « gnatus est: hac gloria me nudantes, quantùm potuerunt, induc- « runt me *diploide confusionis* [c], infamando me tanquàm « c *Ps.108.v.* matrem pestilentissimi seductoris. Sed euasi ho- « *29.* rum manus: nec filius meus passius « est amplius eos in me « fœuire.] «

Universidad de Deusto
Biblioteca

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers 8.	„ Adiuro vos filiæ Ieruſa- „ lem, ſi inueneritis dile- „ ctum meum, vt nun- „ cietis ei, quia amore lan- „ gueo.	*Adiuraui vos filiæ Hieruſalem in virtutibus & viribus agri: ſi inueneritis fraternum meum; quid annunciabitis ei? Quoniam vulnerata charitatis ego ſum.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSÆ.

VEHEMENTER languebat, quæ nihil aliud cogitare aut loqui poterat vel volebat. Occurriſſe quidem alia multa dicenda rectus Hebræus innuit: nam inducit quaſi ſubdubitantem, quid potiùs dicat, aut ſanè quaſi immemorem; *quid indicabitis etiqua ægra ego amore*, quod optimè LXX. expreſſerunt. Hi idem addunt formulam iuriſiurandi ex prioribus capitibus; *in virtutibus & viribus agri*; editio quinta autem, *per capreas & hinnulos agri*, ſed neutra formula hîc. in Hebræo fonte habetur. Ad clamores ſponſæ multiciuium euigilarant, & trepidi, quid ageretur in publicum concurrerant: in hos è muris relicto theriſtro euadens incidit, nec abſimile vero eſt multas in hac multitudine mulieres fuiſſe ad muliebrem vocem excitas. has alloquitur plùs in illarum miſeratione ſpei collocans: & alloquitur, vt ſolent odio vel amore perturbati; qui ceteris prætermiſſis id vnum in ore habent, quod paſſio illa extorquet. noſtra nihil ſe à ſponſo fruſtratam queritur: nihil de cuſtodum iniuria lamentatur: nihil excuſationis prætexit, quod fœmina iuuenis, & honeſta, ſic noctu vagetur, clamet, ciuium turbet ſoporem: cuncta hæc illi vis amoris excuſſerat. Vnum explicat, quod ſponſo placando maximè idoneum, quod illi ceteris gratius futurum, ſe amoris ardore liquefieri & conſumi. Idipſum ſic narrat, vt mentis æſtum ante oculos clarè proponat. Non docet quæ vel ipſa ſit, vel quis ſponſus, cui hoc velit renunciatum: vel quare tam importunè tam inopportuno tempore ab ignotis hominibus id fieri poſtulet.

SI id eſt, *cùm* vel *quando*, vt optimè explicat Gillebertus *Serm. 46.* vel etiam poteſt accipi tanquam dubitantis, pro; *ſi fortè*, vt explicat Guilhelmus. prior explicatio conuenit omnibus, poſterior tantùm imperfectioribus.

LAN-

LANGVEO] quo pacto deſideriis dilatis animus deficiat, amor tamen inualeſcat, docetur egregiè à D. Ambroſ. *in Pſ. 118. Serm. 11.* & Gilleberto *d. Serm. 46.* idem dixit *ſupr. c. 2. v. 5.*

§. 2. MENS VERBORVM.

Tanquam in agone certans Eccleſia, *ſpectaculum* facta fuit *Deo, Angelis & hominibus*, hoc eſt, ſponſo ſeſe occultanti, & ſodalibus ſponſi, ſponſæque accurrentibus. Nonnulli de militantis tantùm Eccleſiæ filiabus accipiunt, de perfectioribus quidem Iuſtus, Caſſiod. Beda & Anſelm. de imperfectioribus autem Theodoret. Guilhelm. Rupert. & Honorius: alij de triumphantis Eccleſiæ membris, vt de Angelis Pſellus, de hominibus beatis Philo & Aponius; de ſimul omnibus Angelis, hominibúſque viuis, & defunctis D. Greg. & Haymon. quos ſequor. Omnes ergo ad clamores matris ſuæ quiritãtis occurrerunt. cunctorum ſe precibus illa cõmendabat: à cunctis poſtulat, vt quando dilecti ſui præſentia fruuntur vel fruentur; illi clara viſione, hi verò obſcuriore per contemplationem, lectionem, aut aliam reuelationem; ei amoris ſui vehementiam, conſtantémque fidelitatem, nullis periculis, iniuriis, vulneribus labefactatam, denuncient. Loquitur autem præcipuè de amore ſuo in ſponſum, non de amore in ipſos ſodales; ne quem tres Patres illi fallant: ſed amor in ſodales tantùm conſequitur ex illo in ſponſum amore.

TROPOLOGIA.

§. 3.

ANIMA languens rerum terrenarũ tædio, & cœleſtium deſiderio; ne ab imperfectioribus quidem dedignatur diſcere virtutem, pulchritudinem & opera dilecti; & cũctos interrogat, qua via ad eum queat peruenire; gnara Deum aliquando *reuelare paruulis, quæ abſcondit à ſapientib⁹* [a]: omniũ quoq; precibus cupit cõmẽdari, quæ ſe omniũ deterrimã, & maximè indignã humiliter fẽtet. Humilitas hæc firmũ eſt roboris fũdamẽtũ, facilè ſuperat iniurias, eripit ſe periculis, ſollicita eſt, feruẽs eſt, & indefeſſa: nihil illi gratius quàm & amare, & amorẽ hũc ſuũ tũ ſpõſo, vt redamet; tum ſodalibus eius, vt imitẽtur, notũ facere.

a Matth. 11. v. 25. *Humilitas virtus qualis.*

Multis Nyſſenus de iurenrando diſſerit, & formulam illam LXX. diſcutit *hom. 13. quam hîc exordiatur*; vnumq; ſuggerit non prætermittendum. Bona eſſe dilectionis vulnera è Prouerbiorum libro didicimus, qui ait; *optabilia ſunt amici vulnera, hoſtis autem oſcula mala ſunt* [b], vbi verus & certus amicus innuitur is, qui nos etiam cùm hoſtes eſſemus, diligere non deſiit: hoſtis autem immanis, & cum quo nulla coiri amicitia poteſt, ille eſt, qui nullare à nobis læſus, morti nos ſubiecit. Vulnus eſſe putabant protoplaſti interdictum de vitando pomo [c], quod Dei mandato cõtinebatur: vulnus eſſe opinabãtur: abigi ſe à re iucunda; oſculũ verò, eſſe exhortationẽ ad id quod eſſet ſuaue, aſpectuque pulchrum. Verùm experientia demõſtrauit; quod ea quæ exiſtimarentur eſſe *vulnera profecta ab amico*, longè tum vtiliora, tum optabiliora.

Nyſſenus.

b Prou. 27. v. 6.

c Gen. 2. v. 17. & 3. v. 4. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" optabiliora *hostis oſculis* eſſent. Quia itaque nobis dilectionem ſuam
" probauit dilectus,& præclarus animarum ſponſus; qua pro hoſtibus
" mori non dedignatus fuit: ideò ſponſa viciſſim amore erga illum, à
" quo præuenta fuerat,incenſa, demõſtrat his verbis amoris telum imo
" in pectore latens, nempe diuinitatis ipſius communicationem. nam
a 1. Ioa. 4. v. 16. " *Deus eſt dilectio* [a], quæ per fidei viuæ cuſpidem in cor penetrat: no-
" men autem teli (D. Paulo teſte) *eſt fides per dilectionem efficaciter ſe de-*
b Galat. 5. v. 5. " *clarans* [b].] Sic ille. Declarat autem ſe per dilectionem,quando cona-
" tur anima omnes alios etiã in Dei amorem abripere, & ad hoc eas ad-
" iurat, & iis optat vti internunciis & interceſſoribus. abeſt enim Ze-
" lotypia & inuidia omnis ab anima charitate plena.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. ERAT in Dei genitrice ſummũ deſiderium ſalutis proximorum, quod hoc loco ſignificari paucis Rupertus ſignificat; ſed pluribus piè & ingeniosè Guilhelmus,

Guilhelmus. " *filias Ieruſalem* vocat, propter electionem (ait) gratiæ,
" quæ paullo antè,ira Dei manente ſuper eas fuerant filiæ
" Babylonis; & hæc *mutatio dexteræ excelſi* [c]. In eo tamen quod non fi-
c Pſal. 76. v. 11. " lios, ſed *filias* vocat,mollitiem notat. *filiæ*,quia molles & delicatæ: *fi-*
" *liæ Ieruſalem*, quia fidei lauacro renouatæ. Sic vocans pariter oleum
" blandimenti,& vinum improperij infundit, vt non exaſperentur, nec
" exulcerentur aſperitate vini, nec inſoleſcãt aut diſſoluãtur olei blan-
" dimento. Sic non cõtemptim, ſed conſultè loquitur *æmulans eas Dei*
d 2. Cor. 11. v. 2. " *æmulatione* [d], & cupiẽs eas feruore charitatis nubere *vni viro* CHRI-
" STO; quem corporaliter genuerat, & cui ſpiritualiter ipſa nupſerat.
" non enim poteſt mater bonitatis vexari ſpiritu Zelotypiæ, vt ſpon-
" ſum ſuum aliis inuideat;quin potiùs vaſta beneuolentia, quantùm in
" ipſa eſt, omnes ei vult nubere, & ſuauiſſimis amplexibus per ſancti
" amoris incrementum propiùs arctiusque copulari. Quin & ad hoc
" etiam nos præclaro exemplo ſuo incitat, & vt vehementiùs accenda-
" mur,pia nos æmulatrix adiurare non ceſſat.

" *Adiuro vos, &c.* Dicit, *ſi inueneritis*, vtilem metum incutiens, vt
" cautè & impigrè quærant. q. d. bonis initiis ſponſum quæritis ado-
" leſcentulæ, cui nubendo in Reginas aſſumamini: ſed quia ad hanc
" gloriam multo labore & variis tribulationũ experimẽtis pertingitur;
" vereor ne rudis adhuc & minùs robuſta intẽtio,difficultate tãta fran-
" gatur. Opto vos inuenire ſpõſum, ſed quãtùm hoc opto,tantùm me-
" tuo,ne fortè tentet vos Satanas propter mollitiem veſtram,& bonum
propoſitum

propoſitum impediat. Propterea ſcrupulosè dico; *Si inueneritis*. Si " contigerit vos eum inuenire: quod laudabiliter in votis& ſpe habe- "
tis, ſed tamen metu vacuos vos eſſe non oportet;*nunciate ei*,non qua- "
ſi ignoranti, nihil enim ei incognitum eſt: ſed quia gaudet, quæ no- "
uit de dilecta, etiam ex aliis intelligere. *nuntiate ei, quia amore illius* "
langueo, id eſt, amore illius languere, exemplo meo,*nuntiate*;quid ego " a Philip. 2. v. 1.
ſentiam ſenſu veſtro. *Sentite in vobis quod ego in* illo [a]. Langueo in "
amore mei,præ amore ſponſi cœleſtis. Amor eius languidum & re- "
miſſum in me facit amorem mei ipſius. Meo amori mortua, *viuo ego* " b Gal. 2. v. 20.
iam non ego,ſed viuit in me [b] ſponſus:me namque amo nõ amore mei, "
ſed amore ſponſi,qui me amat. Non amo me in me, ſed me in ipſo,& "
ipſum in me. *Nuntiate ei* quod langueam, languendo vt ego. Ante- "
quam eum inueniatis,non poteſtis ei languorem meum nuntiare:do- "
nec creſcatis in amore eius,non poteſtis mecum languere. Sic ergo "
non deficientes langueſcite,ſic in amore ſponſi mecum adoleſcite.] " Hailgrinus.

Cardinalis Hailgrinus ita explicat:Introducitur hoc loco mater lo- "
quens ad mulieres,quærentes Dominum in ſepulcro, dicens:*Si inue-* "
niatis dil. meum,ô *filiæ* cœleſtis *Ieruſalem,adiuro vos*,dicite ei, *quia pro* "
amore illius ex dolore paſſionis *langueo*.] "

Non placet ad dolorem paſſionis referri,nec ad inuentionem in ſe- "
pulcro;ſed potius ad vehementiam amoris, & ad inuentionem in ar- "
dore contemplationis cum Honorio;vel claræ viſionis, cum Ruper- " Rupertus.
to,qui vult hæc dici à B. Virgine fidelibus cum ipſa tum degentibus, "
quando & filius iam in cœlum aſcenderat, & ipſa nondum aſſumpta "
in cœlum fuerat.q.d.ô *filiæ Ieruſalem*, quæ verè eſtis filiæ Abraham, "
ſemen Iuda,filiæ quoque Dauid ſecundum fidem; credendo in eum, "
qui eſt rex ſupernæ Ieruſalem, factúſque eſt filius Dauid ſecundum "
carnem; *adiuro vos* per hanc ipſam fidem, qua filiæ Ieruſalem factæ "
eſtis;*ſi inueneritis* ante me,vt ſæpè fit,diſcipulæ ante magiſtrã, exeun- "
tes de corpore,intromiſſæ ad conſpectum eius, *vt annũcietis ei, quia* "
amore langueo,præ magno faciei eius videndæ deſiderio,vitæ tædium "
patior,& vix præſentis exilij moras ſuſtineo. Quorſum hîc adiurat? "
Nónne dilectus cuncta nouerat,& in his amorem ſponſæ amantis? ſi " c Ioan. 21. v. 16.
Petrus dixit;*tu ſcis*, *quia amo te*:quanto magis ô dilecta,tam prudens, "
tam fidelis per temetipſam abſque internunciis dicere poteras dile- "
cto,& frequenter ſine dubio dixiſti:dilecte,nullum tibi abſconditum "
eſt cor,nullius occultus amor:tu ſcis quia amore tui langueo: quor- "
ſum igitur tendit hæc adiuratio?nónne,vt percuſſa percutiat; vt vul- "
nerata vulneret?vt audientes filiæ tantùm in matre,vitæ futuræ, quæ "
non videtur, deſiderium;in mente perſentiant & ipſæ talem eſſe di- "
lectum, vt iure propter ipſum quęuis faſtidiat hoc præſens ſæculum, "
iámque inter moras præſentis vitæ, magis ac magis cupiant eum a- "
gnoſcere, ſaltem *per ſpeculum,ſaltem in ænigmate* [d].] Sic Rupertus ad " d 1. Cor. 13. v. 12.
ANAGOGEN aſſurgens,quæ hoc loco alia non traditur. "

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. IV.

SECTIO IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 9. VERBA SODALIVM SPONSI SPONSAEQ. „ Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima „ mulierum? qualis est di- „ lectus tuus ex dilecto, „ quia sic adiurasti nos?	*Quid fraternus tuus à fraterno, pulchra in mulieribus? Quid fraternus tuus à fraterno; quia sic adiurasti nos?*

LITTERA.

§. 1. TALIA loquentem audientes sodales, & ex habitu corporis & verborũ efficacitate vehementiam ardoris perspicientes admiratione & misericordia commotæ, benevolè respondent.

QVALIS EST, &c. non ignorantes, nam & ipsum & ipsam plerique probè nouerant: sed vt ipsa auditione, & illa commemoratione laudum, maiorem perciperent iucunditatem, quasi prorsùs ignaræ & noscendi auidæ interrogant; non quis, sed qualis ille sit, quibus virtutibus ornatus; vt quem ex notis ab ea propositis plenius recognouerint, diligentiùs inuestigent, & quæ mandarat ei, queant accuratiùs nuntiare: simul vt sic ei laudandi occasionẽ præbeant. Pulcher sit, inquiunt, oportet, quem tu mulierum pulcherrima sic depereas, & propter quem nos tam sanctè, tam seriò fueris obtestata; quin igitur delineas eum nobis, *dilectum ex dilecto*. Indica nobis quantum & quale illud, propter quod ceteris omnibus, qui amore digni, hunc vnum prætuleris; & da notam aliquam eum ab aliis discernendi peculiarem.

מן MI in Hebræis significat *ex*, sed vim habet sæpenumerò comparatiui, *præ, inter, &c.* vt hoc loco accipitur. ideò non admodùm solida est speculatio[a] quorundam, hinc colligentium; quæri tantùm de diuina generatione sponsi, eo quòd dumtaxat dicat *ex dilecto*, & non etiam *ex dilecta*. Meliùs longè, qui de vtraque putant agi, vt indicabit ipsius proxima responsio. Sicut etiam, qui simpliciter explicant; quid amicus tuus singulare habet præ aliis amicis, seu inter alios, quo excellit?

a *Guilbrim & Honorij in vigilio.*

§. 2. MENS VERBORVM. *Electis laudatio suauissima omnibus.*

Cunctis Ecclesiæ filiis tam Angelis, quàm hominibus; tam beatis, quàm viatoribus, suauissima est crebra CHRISTI Saluatoris nostri laudatio: ideò hac interrogatione stimulant sponsam, hoc ipsum facere gestientem: vt miris præconiis dilecti pulchritudinem extollat.

Vocant illam *pulchriorem* ceteris mulieribus; scilicet templis Gentilium, Synagogis Iudæorum, latibulis hæreticorum, Academiis Philosophorum; quia illæ mulieres meretriculæ; hæc mulier, sed simul virgo: mulier tot filiorum parens, virgo quia illibatæ fidei. Nec fine causa bis repetunt illud *dilectus ex dilecto*; sed vt vtriusque naturæ spõsi confessionẽ insinuent. prima interrogatione respiciunt ad æternam generationem, qua Patri consubstantialis est & coæternus, *Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero*; secunda verò, ad temporariam generationem, qua filius est Deiparæ virginis, *filius dilectus, in quo sibi pater benè complacuit*[a]. sic rectè Nyssen. Philo, Honor. Anselm. hic & Gillebert. Serm. 47.

Christi generatio duplex.

a *Matt. 17. v. 5.*

TROPOLOGIA.

§. 3. DECET ista interrogatio animas CHRISTI amãtes; in quibus verè semper crescit desiderium perfectiones sponsi sui cognoscendi. hæ *quò plùs sunt potæ, plùs sitiuntur aquæ.* « de *hac* enim *aqua* viuente *qui bibunt, semper sitiunt*, donec « *ab vbertate domus Dei inebrientur*, donec *torrente voluptatis in cœlis ex-* « *pleantur*. Iuxta Honor. in hac interrogatione & sequẽti responsione, Tropologia pertinet ad mẽbra CHRISTI, nimirũ vt ea capiti suo cõformia eoque non indigna fiant per fidam imitationis similitudinem.

Honorius.

Hoc loco monemur à Philone, vt hac inflammati interrogatione, per assiduas orationes atque lacrymas, qualis sit ipse spõsus & quantus (quoad patitur humana fragilitas) fidelissimè agnoscere contendamus: ne dum hic per ignauiam animi atque socordiam, auctorem nostrum discere negligimus, tunc ab eo miserrimi iustissimè repellamur, cùm eum maximè agnouisse vellemus; quãdo iuxta Apostolum, *qui ignorat ignorabitur*[a].

Philo.

a *1 Cor. 14. v. 38.*

Tres Patres apud Theodoret. docent animæ magnum periculum esse, ne fallatur in contemplando vèl in agendo: ideoque debere semper eas sequi notas & indicia, quæ illi Ecclesia præscribit, vt sponsi indicia & notas: alioquin futurum vt contemplando, loco sponsi, eum qui se lucem simulat, cùm sit tenebræ meræ, & mendacium pro veritate, amplexa, suscipiat; item vt perturbationibus in agendo per virtutis excessum decepta, & rebus secundis pellecta, pro bono malum complectatur. Idcirco duplici hac illi opus orationis interrogatione.

Tres Patres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Rupertus.*

CVM tot in Ecclesia circa CHRISTI duas naturas iam ab initio Ecclesiæ (vt notat Rupertus) ortæ sint hæreses; & quàm facilè tam periculosè hac in re quis aberret à veræ fidei placitis; ideò necessarium est eis qui vel meditaturi, vel docturi, concionaturíve de his sunt, imitari has filias Ierusalem, & Deiparam instanter orare: vt, quæ optimè nouit, nos quoque, quid de filio sentiendum, & quo pacto loquendum sit, docere dignetur. Vnde apparet, quàm laudabilis sit Catholicorum concionatorum multorum consuetudo initiò cõcionis Deiparam salutandi, & opem eius implorandi.

Guilhelmus. " Ex Guilhelmi prolixa hoc loco commentatione hoc notatu dignum; verè *pulcherrimam mulierum* vocari quæ *speciosum forma præ filiis hominum* peperit; non quod ex ipsa filius pulcher, sed quia ex filio pulchra ipsa: *Mulierum* quoque vocabulum hîc non defloratio-" nem, sed sexum denotare, vt intelligamus non tantùm inter virgines, " sed inter matres eam esse pulcherrimam; nempe matrem matrum, & " virginum virginem. Denique hîc interrogationem geminari, " vt hæc inculcatio nos doceat in virgine matre adoranda " persistere debere. nam qui alacriter & instanter " orant, hi demum exorant. ANAGOGE hîc quoque deficit. quia beati iam facie ad faciem eum intuentur; & vident eum perspicuè etiam in membris eius.

SECTIO

SECTIO V.

SECT. V.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.	*Fraternus meus candidus & rubicundus, electus è decem millibus.*	" Vers. 10. " "

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE

IN hac pulchritudinis sponsi descriptione, omnes Græcos, Latinosque poëtas longè noster superauit. ideò iure quàm optimo Rupertus, illud vetus hîc vsurpat; sed paullulum immutatum,

Tale tuum carmen nobis diuine Propheta; "
Quale sopor fessis in gramine, quale per æstum "
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo. "

In artificiosissima sanè & accuratissima quadam tabula videor mihi depictum cernere, dum hæc lego. Generatim primò tribus verbis sponsi decoram speciem nobis proponit, quam postmodùm aptissimis similitudinibus membratim explanat. frustra quæritis (ait) cur meus, aut qua sui parte inter formosos sit formosissimus: omnes enim sic oris habitu totiusque corporis dignitate superat, vt latere inter alios non possit. Nam animum si possetis cernere, videretis niuem sine fuco, videretis rosam pudore & honestate suauiter rubentem: & vt in florum floris iconographia florentissima nonnihil etiam efflorescat & poëtetur oratio;

Et color in niueo corpore purpureus:
Vt iuueni primiem virgo deducta marito
Inficitur teneras ore rubente genas:
Vt cùm contexunt amaranthis à puella
Lilia, & autumno candida mala rubent.

Vel, si mauis;

Vt Mæotica nix minio si certet Ibero,
Vtq; rosa puro lacte natant folia.

Vel denique;

Iudum sanguineo veluti violaueris ostro

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si quis ebur, vel mista rubent vbi lilia multa
Alba rosa.

צח — CANDIDVS] SAH, (per *Sade* & *Heth*) significat clarum, serenum, purum, hoc est, instar sudi Solis meridiani pulchrum: vt patet ex illo
a c.18.v.4. Esaiæ, *sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis* [a]; Symm. hoc loco vertit λαμπρὸς, quasi dicas, præ candoris excellentia & albedinis congestione resplendens, vt niues solent, vel togæ cretatæ à sole ictæ; quales erant locupletum in conuiuiis, & sacrificiis, & honorum peritione togæ. D. Iacob. in Canonica; ἐν ἱματίῳ λαμπρῷ,
b c.2.v.2.& 3. vbi vulgata similiter vertit, *in veste cādida* [b], & mox id explicat dicens, *eum qui indutus est veste præclara*. Tali etiā *candida* veste CHRISTVM induit Herodes. nam apud Lucā legimus [c], περιβαλὼν αὐτὸν ἱματίον λαμπρὸν, *indutum vestem splendidam*; vbi noster *album* vertit,
c c.23.v.11. *album* pro splendido solitus non rarò ponere; vt cùm agit Euangelid c.24. v. 4. sta de splendido Angelorum amictu. nam cùm D. Lucas [d] tribuerit illis *vestes fulguris instar fulgentes*, ἐν ἐσθῆσιν ἀστραπτούσαις, hoc no
c Io.20.v.12. ster vertit *fulgentes*; sed idem cū Ioannes [e] descripsisset ἀγγέλους ἐν λευκοῖς, reddidit, *Angelos in albis*; vt & apud Marcum [f], *stolā candidam*, στολὴν λευκὴν: quemadmodum & apud Matth. in quibusdā codicibus:
f Mar. 16.v. 5. nam in aliis vox, *album*, & λευκὸν deest [g]. Vnde illud dicimus, *splendidum* seu *candidum*, & *album* ab Euangelistis solere pro iisdem poni;
g Mat.28. v.3. & frustrà niti, qui in domo Herodis CHRISTVM alio quàm candido colore circumdare nituntur: sed de hac re nonnulla dicentur vberiùs *in explicatione Dominicæ Passionis*.

דגול מרכבה *dagul merebabah.* — RVBICVNDVS] ad cutem referendum, non ad comam; de qua sequitur v.11.

ELECTVS] Hebr. ad verbum, *vexillatus myriade*. sensum noster optimè reddidit. nam nostram versionem omnes veteres confirmant. Aquila ἐκλελεγμένῳ, Symm. ἐπιλεκτῷ, LXX. ἐκλελεγμένῳ: volunt etiam recentiores Hebræo sermone, quicquid in suo genere excellit, id DAGVL, hoc est, *signiferum* significare. *Electus* ergo idem quod *antistans & princeps*.

רבכה רבב — EX MILLIBVS] REBABA numerale est, id LXX. exponunt myriades, seu *decem millia*, quod placet Rabbinis recentioribus. deducitur à radice RABAB *multiplicare*: ideò noster, sciens sumi pro quauis maxima multitudine, amat indefinitè vertere *millia*. Vide Gen.24.v.60. Numer.10.v.36. Iosue 22.v.14.& 21. Ezech.16.v.7.

§. 2. MENS VERB. *Ischius.* h *lib.4.in Leuit.* *Guilhelmus.* *Christus fuit candidus & rubicundus.* — Ischius planè litteralem sensum deseruit, ista referens ad nouum & vetus Testamentum [h]: cæteri Patres rectè de CHRISTO Domino dici contendunt: sed eorum alij ad solam restringunt humani-
» tatem; vt Guilhelmus; qui sic differit: *Candidus*, id est, sine macula
» peccati; *rubicundus*, id est, occisus propter peccata nostra. ita *candidus*,
» quod non candidatus; ita mundus, quod non mundatus: non illi ma-
» culæ ablatæ sunt vllæ, à quo contractæ sunt nullæ. Non tantùm *can-*
» *didus*, sed *& rubicundus*: ne solū esset *candidus*, rubuit sanguine pas-
» sionis, vt in eo lauētur, & supra niuē dealbētur, qui ad vitā sūt electi,
&

& sic candidi fiant, sed ex atris candidati, solus ipse *candidus* & non candidatus, per quem & in quo alij candidantur. Solus in seipso est singulariter *candidus*, qui ad candidādos alios salubriter est *rubicundus*: & ideò salubriter *rubicundus*, quia singulariter *candidus*. Nam *quæ vtilitas in sanguine eius* [a] esse potuit ad exhauriēdum peccata mul-
a Psal.29.v. 10. torum, si & ipse fuisset de numero peccatorum? Inaniter ergo pro nobis martyrio rubuisset, nisi etiam singulari naturæ & vitæ munditia canduisset. Quippe sine peccato non tantùm conceptus & natus, sed & inter homines conuersatus, & propterea expiationi aliorum idoneus. His duobus insigne illud opus humanæ redemptionis expleuit. quia *candidus*, redemptioni perficiendæ suffecit; quia *rubicundus*, eandem potenter perfecit. neutrum sine altero sufficisset, propterea vtrumque hic dicitur. Verùm quia rubor ille non potuit esse salutaris, nisi & candor ille fuisset singularis: ideò adiicitur *electus ex millibus*. *Omnes* enim *declinauerant, simul inutiles* [b] *facti* fuerant, nec
b Psal. 13. v. 1. erat qui magnū illud *bonū* redēptionis facere posset. planè *nō erat vsq. ad vnū*, diuinæ bonitatis proposito in salutē hominū ex millibus electū, ex humano genere vniuerso vnū vnicè præparatū.] Sic Guilhelm.

B. etiam Gregor. Nyssenus hæc omnia censet referenda ad gene- *Nyssenus.*
rationem in tempore, & his duobus coloribus ipsam carnis temperaturam, *malo*, cui sponsum comparauit, non absimilem, vult significari. fauent Cassiodorus quoque, V. Villeramus, Philo, Greg. magnus,
& Rupertus; qui inter cetera quærit; cùm candor sanctitatem *Rupertus.*
& innocentiam vitæ significet; rubedo verò passionem & mortem; si *candidus*, cur *rubicundus*? hoc est, si innocens, cur occisus? videri hoc idem mouisse Dauidem, vt postquam de CHRISTO dixerat; *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non steti, & in cathedra pestilentiæ non* [c] *sedit*; subdat Psalmo sequentē admirabundus; *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduersus Dominum & aduersus* CHRISTVM *eius*? cùm fuerit prorsùs immunis ab omni nigredine eius, *in quo omnes peccauerunt* [d]; erant enim in lumbis peccantis, cùm *abiit in consilium impiorum cogitando malum & stetit in via peccatorum*, transgrediendo mandatum, & *sedit in cathedra pestilentiæ*, defendendo peccatum; & illud hæreditarium in posteros transfundendo: cùm inquam tam *candidus* & immaculatus omnino fuerit; cur sic contra illum conuenerunt, & sic eum suo sanguine rubicundum fecerunt? Mouit hoc etiam Angelos apud Esaiam, vt quærerent; *Quare ergo rubrum est indumentum tuum & vestimentum tuum sicut calcantium in torculari* [e]? præmiserat enim; *Ego qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluandum* [f]. quod est verè esse *candidum*, verè immaculatum. Si sanctus, quare passus? Respondent amici veteres & noui, pro illis idem Esaias; *Quia vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra* [g]. respondet pro nouis Paulus, *proprio filio non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum* [h]. Respondet pro se ipse dilectus dilecti; *propter scelus populi mei percussi eū* [i].

c Psal.1.v.1. Psal.2.v.1. d Rom. 5.v. 12. e Isai. 63. v. 2. f Ibid. v.1. g Esai. 53. v.5. h Rom. 8.v. 32. i Esai. 53.v. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christus sectandus & imitandus ex candidis & rubicundis, Gilleberto. Anastasio Sinaita.

Egregia sanè cõsideratio,& Tropologiæ eliciẽdæ aptissima. Litteræ tamen nõ minùs,fortè magis,cõsentanea est interpretatio aliorum Patrum;qui *candidum* referunt ad diuinitatem Verbi, *rubicundum* ad humanitatem & carnem,quam assumpsit. Sic Gilleberrus hîc, cuius hoc loco sermones terminantur,sic Iustus & Aponius:sic D.Ambros. *lib.1.de virginib.& in Psal.118.Serm.5.*sic Theodoret.hîc. & Anastasius Sinaita *lib.4.de opere sex dierum*;qui CHRISTVM Soli comparat,eò quòd Sol constet ex antiqua & primitiua luce (quam vult prima die conditam)& igne,qui postea factus,& in æthere interceptus, vt mundo Sol luceat:ita CHRISTVM diuina generatione,lucem esse æternam,de æterna luce;sed postea ad hunc candorem etiam accessisse ignem;sic ille vocat humanam carnem;& sic vult per *candidum* significari Deum,per *rubicundum* hominem seu Adam.

Vbi miror cur interpres τὸ πυῤῥὸν amet semper vertere *flauum* potiùs, quàm *rubicundum*, contra Hebræi fontis,& veterũ omnium auctoritatem; contra quàm fecerat in Theodoreti versione, quasi verò in ignis flamma non sit cernere purpureum colorem. Priùs ponitur candor, quàm rubedo. Deus enim semper fuit (vt ait Theodoretus) *Theodoretus.*
" factus autem est homo,non dimittens id quod erat,sed addens, quod
" non erat; non conuersus in hominem, sed hominem induẽs siue
" humanitatem assumens. Ipse *lux erat illuminans omnem hominem ve-*
a *Ioa.1.v.9.* " *nientẽ in hunc mundum* [a];& quidem in principio;sicut *in principio ver-*
" *bum erat apud Deum*. ipse *candidus* sicut pater totus candidus nobis
b *Daniel.7.* " describitur à Daniele [b].] Quoad humanam quoque generationem
v.9. " filius est Dauid; dilecti Deo, & similis quoque Dauidi patri;qui erat
c *1.Reg.16.* *rufus* (hoc est, rubicundus.sic accipiendum de cutis colore, quia vox
v.12. Hebræa eadem est illic,& hoc loco) *& pulcher aspectu, facieq; decorus*.
Anastasius. " Et vt vestimentum diuinitatis candidum, sic vestimentum humani-
" tatis erat rubicundum: λευκὸς erat (ait Anastasius) Deus, πυῤῥὸς
" erat Adam.] alludit ad etymum, quod volunt rubrã terram, seu san-
guineam significare. *Rubicundus* ergo etiam ipsius carnis humanæ ratione. *Candidus* Deus, quia Deus lucem habitat inaccessibilem, pulchritudo eius nullis oculis corporeis adspici,nullis comprehendi potest; candor disgregat visum. Sed *rubicundus* est, quia talis caro:quatenus homo *speciosus præ filiis hominum* [d],*formosus gradiens in stola sua* [e]. " Rubedinem ergo secundo Adamo, tribuit terra, candorẽ cœlũ.Ideò de terra ascẽdentẽ Angeli interrogant; *Quis est iste qui venit de Edõ* [f]?

d *Psal.44. v.2.*
e *Esai.63.v. 1.*
f *Ibid. v.1.*
אדם
בצרה
Bosra.
g *Ibid.1.*

Adam cum *Edom* litteris Hebraicè conuenit, & significatione, quæ terrenum, rubrum, sanguineum designat. Quis ergo ex Edom veniens iste Adam, ruber de rubro populo? *Rubor vestiũ eius de Bosor*? vt vertunt LXX. vt noster autem ; *tinctis vestibus de Bosra* [g]? eodem res recidit. nam radix est eadem,& vtraque vox significationis analogia pressuram, siue vindemiam significat. Quàm aptè Angeli interrogant? verè enim sicut botrus in torculari fuerat expressus, atque ita à vindemiæ pressura rubricatus vestimentum, nempe corporis pulchritudinem vuæ sanguine aspersus,sicut solent vestimẽta calcantium

tiũ in torculari. Quã aptè etiam CHRISTVS veniens,seu ascendens de pressura vindemiæ respondet? *Torcular calcaui solus,& de Gentibus non est vir mecum* [a]: non enim angelus, nec legatus, nec alius,sed ipse a *Ibid.v.3.*
Dominus saluauit nos: ipse ascendit triumphans, & dicens; *calcaui eos* "
in furore meo, & in ira mea conculcaui eos; & aspersus est sanguis eorum "
super vestimẽta mea,& omnia indumenta mea inquinaui. Ecce duplicem "
sanguinem,duplicem rubedinem. vnus sanguis ipsius Domini,quem pro nobis fudit: hîc expressus in passionis torculari: hoc sanguine non coinquinatus fuit CHRISTVS, sed speciosus ; & sicut propter innocentiam se *lilio conuallium*; sic propter hanc purpuram;ex purissimæ virginis conchylio à Spiritu sancto lectam,& charitatis igne decoctam, se *rosæ* comparauit [b]. hæc dibapha, hic sanguis splendidè per vulnerum notas & cutem corporis glorioſam rutilabat. Sed de hoc non loquitur apud Esaiam; loquitur de altero sanguine Metaphorico, hostium quos debellarat; mortis,mundi,peccati,dæmonis, hos in ira & furore conculcarat, & ex ipsorum strage atque internecione, quibusdam quasi guttis conspersa & collutulata vestimenta referebat; translatione à victoribus sumpta, qui non indecoro necatorum sanguine sordidi ex prælio redire consueuerunt. b *supr.c.2. v.1.*

Sed his fortassis aliquis obiiciat, CHRISTVM Dominum secundùm carnem despicabilem & deformem,non formosum fuisse; quod non probè recentior quidam voluit [c] persuasum omnibus, ex nonnullis sacræ scripturæ & Patrum testimoniis, non benè intellectis. nam loca illa S.S*æ*. & P.P*m*. nihil aliud efficiunt, quàm despectum & vltimum virorum, & vix humanæ pulchritudinis, visum tempore Passionis, ob dolorum, plagarum, vibicum, vulnerum, magnitudinem, multitudinémque.docuit hoc solidè & vbertim Fran.Soarez *in 3.p.q.14.d.sp.32.Sect.2.* Sequitur. c *Mich. Medina lib.2. de recta in Deũ fide.*

ELECTVS EX MILLIBVS.] indicatur vtraque CHRISTI dignitas. habitus quidam corporis toto (vt dici solet) vertice,sicut de Saule Regum historia narrat, Israëlem excedentis [*]: formositatis huius corporeæ index est, imago D. Lucæ;quoad infantulum;quoad virili iam robore statam ætatem, Nicephorus *lib. 1. Hist.cap.vlt.* à quo petere licebit. ideò à Dauide *speciosum præ filiis hominum vocari*, censent multi Patrum [d]. ideò nobis eum graphicè depinxit, auctor ille lib.4. Ezdræ c.2.v.43. agens enim de sanctorum in cælis coronatione; *Et in medio* (inquit) *eorum erat, iuuenis statura celsus, eminentior omnibus illis,& singulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur : cùmque interrogarem, qui visionem videbat, Angelum, ille iuuenis quis est,qui eis coronas imponit,& palmas in manibus tradit: respondit accepit ab Angelo,ipse est filius Dei, quẽ in seculo confessi sunt.* Ideo etiã de CHRISTO loquens Ecclesiasticus dicit; *virũ de mille vnum reperi* [e]. quippe,*mille*, totius humani generis intelligẽda perfectio est. in quo Saluator tãquã passer est vnicus in ædificio, vt ait Petr. Damianus [f]. * *1.Reg.10. v.23.* d *Theodor.& Iust. hic. D. Hieron. ad Principiam. D. Aug.in d. Ps.44.* e *c.7.v.29.* f *Petr. Damianus. Epist.3.c.4.*

Secũdò quia solus & vnigenit[g] est Dei filius: ideò quoad candorẽ, *electus* ex omnibus: quia verò *solus torcular calcauit, & hominum nullus* g *Ioan.1.v.14.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

a 1. Pet. 2. v. 22.
b Sic Philo. Gregor. Walteram, & Honor. & Alcuinus.
d Apoc.
c Esai. 51. v. 17. 18. 20.

cum eo fuit, nullus cum eo satisfecit, nec satisfacere potuit, quippe *qui solus peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius* [a]; ideò alios præseruans & iustificans [b], solus Dei & hominum mediator [c], solus potens diabolum debellare [d]. hoc nobis egregiè etiam expressit Esaias, apud quem cùm de vniuersitate sanctorum, quæ vna ciuitas est, & in Adam cecidit, præmissum fuisset; *Eleuare, eleuare, consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces* [e], protinùs subiungit, quanta sanctorum infirmitas fuerit; *non est qui sustentet eam ex omnibus filiis* » *quos genuit; & non est, qui apprehendat manum eius, ex omnibus filiis* » *quos enutrinit.* Et ipsam, quæ corruerat, alloquens addit; *filij tui proie-* » *cti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus, pleni* » *indignatione Domini & increpatione Dei tui.*

Rupertus.

» Verè magna (ait Rupertus) infirmitas sanctorum millium, *qui* » *nō* solùm *non potuerunt sustentare Ierusalem, aut apprehēdere manū eius:* » verùm etiam ipsi *proiecti fuerunt, & dormierunt in capite omnium via-* » *rum*; *sicut* fera illaqueata, illaqueati peccato originali, & ob hoc *pleni* » *indignatione & increpatione Dei*, hoc est, secundùm animam mortui, & » secundùm corpus mortales effecti. Væ miseris, nisi in ELECTO vna » illis spes residua fuisset; quemadmodum confestim idem sermo pro-

f Ibid. v. 22.

» pheticus [f] repromittit; *Hæc dicit Dominator tuus Dominus & Deus* » *tuus, qui pro populo suo pugnant. Ecce tuli de manu tua calicem soporis,* » *fundum calicis indignationis mea. Non adicies vt bibas illum vltra, & po-* » *nam illum in manu eorum, qui te humiliauerunt.* Hoc est opus *electi* fe- » cisse, quod nullus facere potuit, nempe sententiam mortis animæ &. » corporis abstulisse de genere humano.] Sic Rupertus.

Denique *electus*, quia hic est quem pater *elegit*, *& in quo sibi benè complacuit* [g].

g Luc. 3. v. 22. Theodoretus, Cassiodor. & Vvilleram.

TROPOLOGIA.

§. 3. Anima candida & rubicunda quæ sit. Is. Iacob. v. 10.

ANIMA quæ vult Deo placere, necesse est fide *candida* sit & immaculata, & operib. charitatis *rubicunda*. nam *fides sine operibus mortua est* [h], & opera *sine fide Deo non placent*. Ambo si concurrant, anima quæ talis, *electa* est *ex millibus*, quia si damnatos conferas cum electis, plùs illi quàm mille pro vno saluando. Quota pars hominum fidem Christianam profitetur? quota profitētium pars verè est Catholica? quota Catholicorum portio, *declinat à malo, & bonum facit* [i]?

h Iacob. 2. v. 20.

i Psal. 33. v. 14. Tres Patres.

Tribus Patribus; *candidi* sunt, qui ab omnibus peccatorū sordibus sunt purgati; *rubicundi*, qui in varias incidentes tētationes, ex illis per patientiam, vt aurum ex fornace probati, resplendent: *electi ex decem millibus*, qui per abstinentiam & tolerantiam mundati, nullum in se ipsis vitium reperiunt, nec tamen excidunt ab humilitate. Nempe quī cum Apostolo dicunt, *nihil mihi conscius sum, sed non tamen in hoc iustificatus sum.* 1. ad Corinth. 4

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

NVNC interpretationi, quando pia mater filium commēdans, non se, sed ipsum describit, parùm aut nihil est loci. Tantùm licet nobis cogitare filio virtutibus animi matrem simillimam fuisse. Possumus etiam adnotare, quæ ad matris laudem Patres pertinentia speculantur, vt quæ hoc loco Nyssenus, *electum ex decem millibus* explicans: Inter omnes, inquit, hominum myriades ex quo illi esse cœperunt, & quousque nascentur, solus hic noua partûs specie in hanc lucem prodiit; cui ad nascendum natura non est cooperata sed seruiit: cuius natiuitas de duorum coniunctione orta non est; partus minimè inquinatus, nisus doloris expers; thalamus, altissimi potestas, quasi quædam nubes virginitatem ipsam inumbrans; fax nuptialis, Spiritus sancti splendor; cubile, vitiorum expers conditio; nuptiæ, puritas incorrupta; nec voluptate cœpit existere, nec cum dolore in lucem prodiit. Matrem mortis decuit propter peccatum in dolore concipere & parere: matrem vitæ vtrumque dedecebat, quæ *gratia plena* fuit. Sic *electus* vocatur propter partum omnis doloris expertem. Ille *primogenitus omnis creaturæ* [a], ex patre genitus sine dolore. ille regenerationis *primogenitus*, per baptismi aquam renatus sine dolore. Ille *primogenitus* resurrectionis *ex mortuis* [b], natus ex sepulchro sine dolore. Sic in omnibus generationibus suis partus expers doloris. Et sic optimè dicitur, *electus ex millibus.*] In hanc ille sententiam. Deficit *Anagoge.*

Nyssenus. Christi singulares titul.

a Col. 1. v. 15.

b Ibid. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 11. Caput eius aurum optimum: comæ eius sicut elatæ palmarum, nigræ quasi coruus.	*Caput eius aurum Cephaz: cincinni eius elatæ, nigri tanquam coruus.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE. זהב

HEBRÆI *aurum* multis nominibus exprimũt, primum est ZAAB (per *Zain*) quo significatur generatim omne aurum, vndecunque allatum, purum, impurum, rude, signatum.

אופיר
a *Psal.* 44. v. 10.
b 3. *Reg.* 9.
c *Iob.* 28. v. 15. *in* 24 *LXX. lib.* 8. *Antiquit.*

Alia nomina, loca indicant vnde petebant; quod purius credebatur, vt est OPHIR[a], sic dictum aurum ab ophir regione aurifera, de qua sacræ Scripturæ[b] & Iosephus[c]. Et video à LXX. apud Iobum vocari *Sophir*, quam in Cathena fol. 355. Olympiodorus collocat in Africa, sed fol. 391. apud Indos. Iosepho dicitur aurea terra; Symmachus aurum eius *primum* hoc est præstantissimum vocauit. exstat de Ophira liber Gasparis Varerij, & disputatio alia in Thesauro Geographico Abrahami Hortelij: hoc ergo secundum est nomen.

אופז
d *Ierem.* 10. v. 9. *Daniel.* 10. v. 5.
e d. v. 5.

Item OPHAZ, quæ vox ipsa quoque locum notat, vnde aurum lectissimum[d]. arbitror aurum *ophaz* idem esse cum auro *ophir*. nam id me docuêre noster interpres apud Danielem[e], & Paraphrastes Chaldæus[f], quorum loca conferte cum fonte Hebræo. Deinde etiã arbitror id per abbreuiationem solitum vocari quoque *aurum* PHAZ, vt occurrit tum hîc tum alibi[g]. Dubito verò quo pacto illud Graci vocarint, videntur vocasse κεφὰς per contractionem, quasi καὶ ἐφὰς. nam *Cephaz* hîc legêre Philo, Rheticius, Ambrosius & alij Patres. & omnia exemplaria confirmant[h] & illi tres *Cephaz* explicant, firmum solidumque instar petræ, quam sic Syri nominant. vnde & hunc locum de B. Petro sunt interpretati, qui Ecclesiæ petra: quod vehementer displicuit D. Hieronymo[h]; displicuit, inquam, non quòd magnoperè dissentiret de significatione *Cephaz*; sed quia non placebat hunc locũ, qui clarè loquitur de CHRISTO, trãsferri ad Apostolum; sponso adiuni laudem, vt sodali conferretur. Hebræus etiam fons non facilè

f *hic & d. v.* 9. *& Ps.* 18. *v.* 11.
פז
g *hoc loco & d. v.* 11. *Psal.* 18. *& v.* 4. *Ps.* 20.

h *Epist. quæ dã ad Marcellam. Hieronym.*

cilè illam interpretationem admittit: nec satis intelligo, cur LXX. nouam hîc vocem *Cephaz* voluerint inserere.

Dicas, D. Ambrosium *in Ps.* 118. *Serm.* 15. innuere Aquil. & Symm. CEPHAZ legisse: sic enim scribit: *vnde & Aqu. Petrum aurum dixit, & Symm. lapidem aureum* locus meo iudicio mendosus, & corrigendum, *petram auri*. nam verterat, λίθ& τ῀ χρυσ῀. *Ambrosius.*

Sed occurro: illos non vertisse CEPHAZ, nec legisse. Sed attendisse ad PHAZAZ, radicem vocis PHAZ, & petram, lapidémve vertisse, quia petræ soliditas & stabilitas est propria. Physica quoque ratio subest. nam aurum quoddam in fluminibus nascitur, cuius fortè mentio *Gen.* 2. cùm de Phison aurifero agitur: quoddam pulueris instar inter arenas, *de quo* 4. *Esdr. cap.* 8. quoddam denique inter lapides & saxa, de quo *Iob.* 28. & hoc aurum Phaz vocatum videntur sua versione censuisse Aqu. & Symm. fors & LXX. Si CEPHAZ hoc loco legerunt פז *Cephaz*: verùm hoc nimis incertum. פז

B. Paulinus epist. 4. legit, *Aurum* PAZ; & explicat his verbis; quo nomine probabilius & purius aliquod aurum significari puto, sicut illud de terra Euilath.) Quid? quod Nyssenus expressè asserit Hebræã vocem de industria retinuisse, eo quod purum & sincerum aurum significarit? si retinuerunt Hebræam vocem, quæ PHAZ est; ergo Nysseni codex non κεφὰς, sed φὰς continuit. Vnde non abs re olim suspicabar LXX. hoc loco scripsisse χρυσίον ἐκ φὰς, *aurum ex Phaz*, & procliui mutatione, ἐκ φὰς in κεφὰς degenerasse. nec enim valdè diligentes fuêre illi regularum Grammaticarum, vt propter sequentem consonantem ἐξ non ἐκ dicerent. huiusmodi titiuillos passim spernunt: & vox eadem alias quoque in eorum codicibus deprauata reperitur. apud Ieremiam μόφας pro ὠφὰς, apud Danielẽ ὠφὰξ pro ὠφὰς, vt illic Aquilam legisse idem Hieronymus testatur: fauet huic nostræ cõiecturæ Theodoretus, nisi Latina versio fallit. confirmat quod illi Patres, qui solidum, firmúmque interpretantur, perspicuè ad radicem perspexerunt, PHAZAZ; roborauit, fortificauit. sed tunc in hac voce Hebraismum agnoscas, fortè pro bono & vtili. fortitudo ista auri in eo posita est, vt sit quàm maximè lentum, & ductile, & splendens, & rutilans instar ignis, ipsóque igne expurgetur potiùs, quàm depereat. Probat Plinius his verbis; *rerum vni nihil igni deperit, tuta etiam in incendijs voráque auarae materia. quin imò quo sæpiùs arsit, proficit ad bonitatem. Auri, experimento ignis est, vt simili colore rubeat quo ignis, atque ipsum* obryzum *vocant, &c.* *Paulinus.* *Locus LXX.* *a lib. 33. c. 3.*

Innuit cum multis, *obryzum* dictum quasi obruffum, quia quod optimum tali colore. sunt qui deducant ab obrussa, qua auri & argenti perfectio Ciceroni, Senecæ, Suetonio exploratur: sunt qui à Græco, quasi ἄβρυζον, purũ sincerúmque, vt Hermolaus: rectiùs qui primam ipsius etiam obrussæ patriam Iudæam censent, *obryzon* ab *ophir* dici, quasi *opherizon*. D. Hieronymus[a] *obryzon* dictum censuit vel ab *Ophir* insula, vel à colore optimo, sic vtramque sententiam complexus: posterior præponderat Isidoro in his verbis; *obryzon au-* *a Epist. 140. ad Principiã.* *Isidorus.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum dictum, quòd obradiet splendori, est enim coloris optimi, quod Hebræi
Plin. 16. cap. 17. ophax, Græci καίρον vocant [a]. repone primum *ophaz*, deinde πόφορ. nam optimus codex m. sthuius collegij Louaniensis habet *piron*. certè non sunt hoc loci oculo puro, qui καθαρὸν; melius qui κίφορον: sed tamen κίφος & giluus tantùm, πόφος & auri probatissimi & flammicantis rubedo.

זהב Vltimum vocabulum auri qualitatem denotans est, HETEM (cum *Heth* & sex punctis) quod cum PHAZ vel OPHIR solet coniungi: de cuius significatione multi multa: locis S.S^r perpensis, putauerim significare aurum artificiosè ad formam aliquam perfectam redactũ, & pictum (quod vocant Hispan *as-maltado*) vt quemadmodũ PHAZ & OPHIR significant aurũ essentiæ ac materiæ ratione excellens: ita HETEM significet aurum arte & opere pretiosum: & quia forma rotũda ceteris est perfectior, ideò crediderim potissimùm denotare aurum purum, quod adfabrè rotundatum; vel in diadema vel in coronam, vt capitur Psal. XLIV. vers. 4. vt ibi D. Hieronymus longè melius, quàm Aqui. vel Symm. vel alius quispiam fuit interpretatus, vel in torquem seu monile aureum, cui inclusæ margaritæ, vt capitur à Salomone *Pron. 25. v. 12.* vel in sphæram seu globum aureum politissimè tornatum, sicut hoc loco Iarrhius intellexit. Ex his omnibus elicio, per HETEM & PHAZ significari *aurũ auri*, vt loquuntur Hebræi, hoc est, aurum omnino optimum. significari ergo hoc loco caput sponsi, pulchrius & pretiosius esse purissimi & splendidissimi auri sphæra artificiosissimè polita, picta, & rotundata. nostrum verò vsum duntaxat voce *auri optimi*, vt indicaret aurum, cui nec bonitas materiæ, nec artis dignitas quicquam queat adiicere. Græcos autem & Latinos, *aureum*, pro valdè pulchro solitos vsurpare, docui Aduersariis in Senecæ Tragœdias.

COMÆ Iadmodùm concinnè à capite progreditur ad comas, quæ capiti inhærent & ab eo dependent: & optimè confert *comas elatis palmarum*. Duplex hìc scopulus nos retinet. primus est de voce *palmarum*, quam nonnulli tollendam, vt à sciolo quopiam ingestã rentur: eo quòd nec in Græco, nec in Hebræo contextu habeatur. Addo multos veterum non videri agnouisse, ex Græcis Nyssenum, Maximum, Psellum, & Nilum; ex Latinis D. Ambrosium [b]. Huic tamen obiectioni respondeo, Hebræam vocẽ THAL significare aggestum seu aceruum, & quiduis elatũ coaceruatione: geminata vox THALTHAL fortassis denotat non quemcumque huiusmodi aceruum, sed inclusum, vt in vaginis elatarum. Cur non id credam, LXX. & nostro sic accipientibus? quia nimirùm sciebant THAL vocem communem esse cuiuis coaceruationi: & vt constaret, cui quarum rerum coaceruationi comas cõparârit, ideò meritò LXX. interpretes *palmarum* nomen addidisse, & meritò hoc nostrum amplexum fuisse. nam in multis codicibus Græcis id olim exstitisse, patet ex Theod. Philon. Apon. & (quẽ Beda hìc citat) Iulian. Pelag. qui omnes sũt secuti versionem LXX. & explicarunt, cur de *palmarũ elatis* sponsus loquatur.

b *lib. 2. de Spiritu sancto, & Serm. 15. in Psal. 118.*

תל תלתל

c *lib. 12. c. 28.*

Altera difficultas est, quid sint *elatæ* istæ? Plinius scribit [c], *Elatem* arborem,

arborem, à Latinis *abietem* nuncupari, ab aliis *spathen*, vel *palmam*] perspicuo errore ἐλάτην arborem cum *elatis palmarum* confudit; & ipsam *palmam* ἐλάτην putauit vocari. Vtrumque falsum. decepit tamen D. Ambros. & B. Paulinum, & causa fuit, cur ille hoc loco verteret *abietes*; cùm in exemplaria Græca incidisset, quibus vox *palmarum* deerat. Hinc alij longiùs progressi, cùm iudicarent indignã esse comparationem comarum sponsi cum abietibus; cõmenti sunt id accipiendum, non de comuni illo *abietum* genere, sed de quâdam arbore aromatica, cui nomen *abies*: ita primus (quod sciam) Cassiodorus ille, & post eum Beda, Honor. Haymon. & alij, harum rerum nõ satis periti æstimatores, (quod ingenuè de se Beda fatetur.) Dei est nouas species producere arborum, non scriptorum. hanc *abietem* nullus recentiorum, vel veterum, qui harum rerum diligentissimi, nouit. *Elate quid sit.*

VVilleramus *elatas* modò vertit *thyrsos*, modò *spathulas palmarum*. « *VVilleramus.*
Cassiodorus præter illam priorem sententiã, aliã quoque adfert; *elatæ* « *Cassiodorus.*
sunt (ait) *palmarum rami productiores & excellentiores, interdum aureosi* « *Rupertus, Theodoretus.*
coloris crispantes, & semper ad excelsa tendentes, & nunquam virorem «
suum amittentes. Rupertus vult *elatas* esse folia palmarum, sic dicta eo «
quòd contra deprimentes eleuentur. credidit esse vocem Latialem «
Theodoret. *infr. ad cap. 7. 2. v. 8.* Sunt autẽ *elatæ* (ait) *marium palmarũ* «
fructus, qui fœminis palmis impositi fo mos & maturos earũ fructus efficiũt. «
Hoc facilè crediderim Theodoreto: cetera quæ Latini illi, non æquè.

Sed his hallucinationibus prætermissis, sciendum, *Elatam* esse nomen Græcanicum, significans germen palmæ nouellum Galeno [a], Hesychio, & aliis; seu, vt explicant clarius Dioscorides, Aetius, Oribasius; est inuolucrũ instar calcis seu vaginulæ, fructuum palmæ florentium. cõparationis vis in eo posita est, quòd hæc vagina seu siliqua oblonga, magna, crassa, & corticosa calore hiascit: mox ea diffissa, & in longũ se pandente, prorũpunt flosculi numerosi, modicè densis & lõgis villis appensi, botri magni instar coaceruati. figuram exhibet Dalechampius in hist. stirpium, quam Rouillius edidit [b]. huic ergo *elatæ* sic sua filamenta diffundenti, & flosculos ostentanti capillos cõparat sponsi; qui Nazarenus erat, coma humeris inuolitãte decorus. Capilli eius à radice modicũ leniter satis assurgebant, quasi nonnihil hirti; deinde pondere suo deorsùm voluti dependebant: sed rursùm in imo, more flosculi relicini, caput versùs, per cincinnulos cirratos se retorquebant: & sic (quod palmæ propriũ) negabant prorsùs deprimi. quoniã verò *elatæ* huius cortex niger est, & aliquãtulùm subfuluus; ideò addit capillos nigros esse instar corui, hoc est, nullis canis adspersos, quia perpetua sponso iuuenta est, nõ fuliginosos, sed nitidos refulgentesq;, & soli obuersos, auri palloré referẽtes. Sic enim quãdo Sol aduersus irradiat coruorũ nigredini, aut corui ad solẽ corpus obliquãt, in extremis pẽnis aureũ nescio quid rutilat. ideò veteribus capilli *niger*, nõ postrema pulchritudinis nota fuit. Vnde Lyric[us].

Et Lycum nigris oculis, nigroq;
Crine decorum. . . . Non arbitror tamen sponsam affirmare

a *Galen. lib. 8. simplic. Hesych. in lexico, Oribasius lib. 12. collect. Aetius Tetrabib. 1. Serm. 1. Dioscor. lib. 1. c. 116.*
b *lib. 3. Histor. Plãtar. c. 28.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

prorsus nigros fuisse instar coruorum inumbratorum. Nam si vera Nicephorus prodidit [a] qui se ab antiquioribus accepisse ait: IESV *caesaries subflaua fuit*, hoc est, vt ex hoc loco interpretor, nigra, sed in extremitatibus castaneo colore nonnihil rubescens; non admodùm densa & leniter incrispata: barba quoque eiusdem coloris erat, non multùm demissa, & bifurcata. Sed capitis coma longior, vtpote nunquam rasi nec attonsi.

a *Niceph. lib. 1. Hist. c. vltimo.*

CORVVS] Latina editio, quæ Romæ excusa est, interpretum LXX. nimis aperto mendo; *currus*, habet, pro, *coruus*.

Caput CHRISTI diuinitas iuxta Apostolum [b]; quæ purissima & perfectissima supra omnem naturæ, artisque perfectionem ac puritatem: ab hac omne bonum, perfectum, & purum, vt ex fonte profluit (*sic Honor. Beda, Grego. & alij communiter*) *comæ* hinc dependentes & nascentes, sunt sanctissimæ Domini cogitationes & studia, quæ nullis potuerunt viribus, conatibusq; hostium opprimi vel impediri (en *palmam*) omnia quoque reflectebantur in Dei, à quo manabant, honorem ac dilectionẽ. nulli hîc inerant cani, quia non inueterascit *nec anni eius deficium* [c], CHRISTVS *heri & hodie, ipse & in sæcula* [d]. *Nigræ* dicuntur quoniam *consilia Dei abyssus multa* [e], & CHRISTI cogitationes, diumaque sapientia, cunctis mortalibus erant abscondita, quib. illa *lux* erat *inaccessibilis*. Nigror est Symbolum incõprehensibilitatis Theod. Apon. & Ruper. Præterea fuit, dũ in hoc sæculo agebat, irrisus, contemptus ac mille satiatus opprobriis: in his tamen tenebris, oculis eorum quibus veritatis sol illuxerat, aurum sapientiæ & charitatis eius copiosè effulgebat; ipsius solis, hoc est, *capitis* illius *aurei*, radiorum, nempe diuinitatis eius, occulta quadam repercussione, resplendens. Secutus fui communiorem sententiam, & (vt puto) litteræ magis consentaneam.

Caput Christi diuinitas eius §. 2.

MEMBRORVM.

b 1. Cor. 11. v. 3.

c Psal. 101. v. 28.

d Hebr. 13. v. 8.

e Psal. 35. v. 7.

Longè aliter Guilhelmus. Notat dilectum hîc considerari non in seipso tãtùm, sed in suis quoque mẽbris, pro quibus de cœlo clamabat, *Saule, Saule quid me persequeris* [f]? & de quibus in fine sæculi est dicturus; *Esurini, & non dedisti mihi manducare* [g], *&c. Caput* membrorum est, humanitas ipsius; *caput* hominum, homo CHRISTVS IESVS. nam secundùm sacrosanctas primitias illas ex humano genere in opus redemptionis assumptas, hominibus præsidet, vt caput. In auro verò regia dignitas designatur. ait, *aurum optimum*, insinuans eum in assumpto homine non esse simpliciter Regem aut vnum Regum, sed *Regem Regum & Dominum dominantium* [h]. Secundum *caput* hoc; id est, humanitatem suam, regnum immortale atque immensum habet. Vnde Daniel scribit quod *antiquus dierum dedit filio hominis potestatem, & honorẽ & regnũ*; & consequẽter adiungit, *& omnes populi & tribus, & linguæ ipsi seruiẽt; potestas eius, potestas æterna, quæ nõ auferetur, & regnum eius, quod nõ corrumpetur* [i]. *Comæ* autem eius sunt Apostoli, qui inter homines conuersati fortitet, quasi fixis radicibus ei inhæserunt. Vnde & audierunt ab eo; *Vos estis qui permansistis mecũ in tentationibus meis, & ego dabo vobis* [k], *&c.* quasi diceret, Vos mihi tanquam

f *Actor. 9. v. 4.*

g *Matt. 25. v. 42.*

Caput hominum homo Christus Iesus.

h *Apoc. 19. v. 17.*

i *Dan. 7. v. 14.*

k *Luc. 22. v. 28.*

capiti

capiti in tribulationibus meis fortiter adhæsistis, & propter hoc etiã regnanti mihi inseparabiliter conregnando adhærebitis. Addit non solùm illis, sed & omnib. Apostolicæ gratiæ viris, *comarum* CHRISTI nomen conuenire, quatenus ei firmiter excellentérque adhærẽt. Esse quoque has comas similes *elatis palmarum*, propter virorem gratiæ nullo tempore marcescentem, & non se demittentem ad peccati infimam vilitatem: & *nigras* esse *quasi coruum*, eo quòd homines similes aliis passibiles, & cõtentes se peregrinos & hospites esse super terrã, *similes* sint *elatis palmarũ*, quia in renouatione interioris hominis *portant imaginem cœlestis* qui dixit; *confidite quia ego vici mundum* [a] (in palma enim insigne victoriæ est:) *nigri* sunt *sicut coruus*, quia portant *imaginem terreni* in vetustate carnis. sunt *sicut elatæ palmarum*, quia *non regnat peccatum in eorum corpore mortali* [*]: sunt *nigri sicut coruus*, quia peccatum inest in eis, quod tamen non regnat in eis. sicut *elatam palmæ* se Paulus esse ostendebat cùm diceret, *condelector legi Dei secundùm interiorem hominem* [b], sed tamen se nigrum sicut coruum indicabat, addens; *video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.*

a *Ioan. 16. v. 33.*

* *Rom. 6. v. 12.*

b *Rom. 7. v. 22. & 23.*

Sed quis ille *coruus*, cui similes hæ *comæ*? primus peccator, & parens nostri generis. Non potuit coruus ille gignere nisi coruos, & ita genus humanum, quod egressum est de lumbis eius, factum est genus coruinũ. Coruus est, & niger quasi coruus, quicunq; seminali ratione de coruo illo nascitur. Vnus sponsus, *qui non ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri natus est* [*], non est inuentus vnus coruorũ; quamuis secundùm aliquid, hoc est, *in similitudine carnis peccati*, inuentus est *niger quasi coruus*. Nos propter carnem peccati corui, & nigri vt coruus: ille propter *similitudinem carnis peccati* [*], non coruus; sed dispensatoriè tantùm *niger sicut coruus*, alias *speciosus præ filiis hominum* [*]. Ceterùm qui solus non coruus ortus est de coruo illo; filios corui, qui verè per naturã existunt *vt coruus*, fecit *quasi elatæ palmarum* per gratiam. Sic tamen eos induit decorem, vt non omnino ademerit paternam nigredinem. Voluit enim eos paternum in vetustate seruare nigrorem, vsque ad tempus. *Nam vanitati omnis creatura* (vt etiam in filiis Dei) *est subiecta non volens* [c]: sed *suo tempore* secundum Apostolum *liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Ab hac seruitute nec se, nec alios Apostolos excipit, non solùm *omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc*; sed & *nos* (ait) *primitias spiritûs habentes.*] Hæc est sententia traditorum hoc loco à Guilhelmo, quibus æquum non fuit (bone lector) te fraudari.

* *Ioa. 1. v. 13.*

* *Rom. 8. v. 3.*

* *Psal. 44. v. 3.*

c *Rom. 8. v. 20.*

Ruperto, *comæ* sunt, omnes scripturæ veritatis, eo quòd diuinitùs inspiratæ, de verbi plenitudine sint acceptæ, & omnes suo capiti CHRISTO testimonium perhibeant, & hæ omnes nõ vt hominum scripta, terrã aspiciant; sed sursùm tendant, & quæ sursùm sunt quærant & æternæ sint, *quia cœlum & terra transibunt* [d], *verba autẽ* sponsi *non transibunt. nigræ* sunt, quia *tenebrosa aqua in nubibus aëris* [e]. hoc est, occulta est admodùm scientia sacræ Scripturæ.

Rupertus.

d *Luc. 21. v. 33.*

e *Psal. 17. v. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Nyssenus.

OTAM de CHRISTI DOMINI humanitate hãc laudem interpretatur Nyssenus,& eum cõsiderat, vt caput Ecclesiæ; quo commodiùs cetera membris eius, iustis hominibus,accommodet. *Caput* ergo Ecclesiæ CHRISTVM dicit Nyssen. *aureum* vocari, & quidem ex puro & sincero maximè auro, quia ipsas primitias communis massæ, naturam nostram induit, sedditam immaculatam,& ab omnibus adhærentibus carni naturaliter vitiis expurgatam. quia *peccatum nullum fecit,nec inuentus est dolus in ore eius* [a]; *tentatus per omnia ad similitudinem naturæ nostræ, excepto peccato* [b]. *Cincinnos eius* esse,illos quos superiùs dixerat [c] *plenos* esse *rore & guttis noctium*; qui à vatibus *nubes* [d] appellãtur, à quibus doctrinæ salutaris imber ille funditur, qui agros animatos rigat ad agriculturæ diuinæ fertilitatem; nempe Apostolos; qui aureo capiti suo inhærentes, non parùm sponsi pulchritudinem augent, ab aura Spiritus agitati: sunt immaculati capitis fertum pulcherrimum, illud ambitu suo ornantes. Etenim de his accipi illud vaticinium potest, *Posuisti: in capite coronam de lapide* [e] *pretioso. Nigri* tamen *sicut coruus*,respectu vitæ præcedẽtis;quãdo vnus erat publicanus,alius persecutor, ceteri tenebricosi ignoratione &peccatis;consimiles coruo illi nigro, carniuoro, oculorum effossori, qui oculos configere conatur,vt quos excæcauit,eos in escã præparet filiis aquilarũ. Sic præclarè Nyssenus.

a 1. Pet. 2. v. 22.
b Heb. 4. v. 15.
c supr. v. 2
d Isai. 60. v. 8.
e Psal. 20. v. 4.

Philo. Gregorius.

De Apostolis etiam accipit Philo:de cunctis fidelibus Gregorius; qui quamuis vt palma virtutib.se in cœlum erigant,tamen semper se peccatores esse cognoscunt; & ideò in oculis suis *nigri* sunt *vt coruus*.

Lib. 14. Moral. c. 7.

Idẽ in moralibus [f] notat *auri* varias esse mysticas significationes,aliquãdo significare claritatẽ diuinitatis,vt hoc loco;aliquãdo splendorem supernæ ciuitatis,sicut cùm Ioãnes eã vocat *aurũ mundum* [g]; aliquando charitatẽ,sicut *in Zona qua* Angelus ille *præcingebatur* [h]; aliquãdo nitorẽ gloriæ temporalis,vt *calix* ille *aureus*,sed lethalis Babylonis [i]; aliquando pulchritudinẽ sanctitatis,vt quando Propheta lamẽtatur,*obscuratũ esse aurũ,& mutatũ colorẽ optimum* [k]. Idẽ *coruorũ* nomine docet plebẽ Iudaicã significari,& *pullos coruorũ*, vocari Apostolos: lege eum *in c. 38. Iobi* ad illud; *Quis præparat corno escam suam, &c.*

g Apoc. 21. v. 18.
h Apoc. 1. v. 13
i Ierem. 51. v. 7.
k Thren. 4. v. 1.

Ambrosius.

D. Ambrosius *d. Serm. 15. corpus* CHRISTI dicit esse Ecclesiam; huius *caput* aureum,viros iustos & prudentes;*capillamentum* esse profundam doctorum prudentiam, quæ potest obscura reuelare, & alta sensuum aperire: his pullis coruorum dare Deum cibum,quia pascit illos cœlestibus Sacramentis.

Honorius.

Honorius, de *capite* sentit cum Nysseno, de *cincinnis*,seu *coma* ferè cum Gregorio Magno: verba eius sunt. CHRISTVS est *caput* Ecclesiæ; quia sicut à capite omnia membra reguntur, sic omnes electi à CHRISTO reguntur, quod *caput* est *aurum optimum*, hoc est obryzum:

zum:quia sicut illo auro alia metalla deaurata auri fulgorem induũt; sic iusti omnes, CHRISTI nomine *Christiani* dicti, in regno eius vt sol fulgebunt.*Comæ capitis eius* sunt fideles ad cœlestia per victoriam virtutum tendentes;qui virorem fidei nunquam amittunt, quando per arctam viam ad vitam pergunt.Sunt *nigræ quasi coruus*, quia iusti despecti sunt in hoc mundo, sicut fuit CHRISTVS. *Coruus* significat peccatores.CHRISTVS [a] dicitur *coruus*,quia inter peccatores est reputatus à dicentibus; *Nos scimus,quia hic homo peccator est* [b]: Et iterum;*si hic non esset malefactor,non tibi tradidissemus eum* [c]. *Comæ nigræ sunt, sicut coruus*,quia fideles despiciuntur ab impiis, de quibus dictũ, *hi malefici & seductores sunt. Coruus* etiam pullos dissimiles sibi non pascit:sic & CHRISTVS Christianos sibi dissimiles abiicit.]

a Malè dicere,CHRISTVS comparatus coruo,vel, reputabatur à malis coruus.
b Ioan. 9. v. 24.
c Ioan. 18. v. 30. Tres Patres.

Tres Patres illi Græci tradunt ad horum experientiam, quantùm humana patitur infirmitas,cõtemplando nos peruenire. Ad *caput aureum*,quando fidei nihil præponimus,sed pro ea tuenda, vt pro capite,totum corpus exponere non dubitamus: ad *cincinnos* istos,quando per charitatis opera ad diuinam illam sublimitatem tendentes, eius bonitati inhæremus, & mentis oculos contemplatione imperuestigabilis rationis diuinorum iudiciorum roboramus. nam vt color albus visum disgregat,ita niger confirmat.

Paulinus.

Sed omnes superat,floridæ eloquentiæ, & suauis pietatis Scriptor, B. Paulinus *epist. 42* cuius verba non subtrahenda duxi legentium deuotioni:Hoc *aurum* (ait) forma sanctorum est, qui in *capite* corporis vt lumina micant,& sunt *aurum ignitum* Deo. Quia videlicet eos per examina passionũ in huius mundi fornace cõflatos,*inuenit* (vt scriptum est)*dignos se*;& in his sacram imaginis suæ percussit monetã,imprimens cordibus & linguis eorũ veritatis suæ verbum, eosdémq; ipsos statuens nummularios, vt secundùm suam formam probabiles Domino euderent nũmos,& abolita de nobis figura Cęsaris, viuũ regis æterni numisma signarent;vt spiritu redẽptionis inscripti, ceruice iam iugo libera,& salutis titulo præmunita frõte,caneremus: *signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Sũma itaque ope enitamur in nos comparare,vt *diuini capitis* (quod nobis per gratiã Dei CHRISTVS est) *crines*,& *aurum*,esse mereamur. Ex ipso enim capite pullulat illa *Cæsaries*,de qua scriptum est; *capillatura eius vt greges caprarũ*.Et bene illorũ potissimùm animaliũ nomine designantur greges CHRISTI,quorum maximè vsus in lacte est:quia omnis qui credidit Deum CHRISTVM, totam Trinitatis plenitudinem in eo, quẽ pater vnxit Spiritu sancto,fide pietatis amplectitur. Et ideò ipsa mater viuentium omnium;CHRISTI corpus,Ecclesia,succo pietatis exuberat,& *bona vbera eius super vinũ*.In quo opinor significari,quod dulcior sit libertas gratiæ in lacte misericordiæ; quàm in vino iustitiæ,Legis austeritas.*Littera enim occidit*(vides censuræ merũ) *spiritus autem viuificat*: vides vberum munus & lactis effectum. Sed hoc, vt tu mauis intelligi,semen detur,quo prima nascentium multa coalescit.*Bona* igitur *vbera*,quæ *Pastor bonus,qui pro ouibus animã suã posuit*,

Sap. 5.
Psal. 4.
Cant. 4.
Qui credit Iesum Christum Deum, credit in S. Trinitatem totam.
2. Cor. 3. v. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesaiæ 53. Psalm. 8. v. 3. 1. Cor. 3. v. 2.

„ illis immulsit *infantibus, de quorum ore perfecit laudem sibi, vt destrueret inimicum* boni *& defensorem* mali: Ex harum caprarum gregibus „ erat ille vir gregis, qui paruulos CHRISTI nondum aptos solidiori „ cibo, teneris lactabat alimentis, quibus dicebat: *Lacte vos potaui, non „ esca, nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis.*

„ Cùm autem huius lactis alimonia creuerimus, firmatis primùm „ fidei conceptione vestigiis, adolescemus in robur iuuentæ, & confir- „ mata per fidem charitatemque patientia leuabimus manus nostras „ in actionem robustiorem, operibusque virtutum velut cibo solidiore „ viuemus, vt efficiamur & illi *crines*, de quibus scriptum est; *crines „ eius abietes nigræ, sicut corax*, id est, coruus. Sed bonus iste coruus, nec

a Gen. 8. v. 6.

„ ille ad Arcam reuertendi immemor [a]: sed ille pascendi Prophetæ „ memor [b]; cui benè comparantur illarum *abietum* æmuli crines, de

b 3. Reg. 17. v. 6.

„ quibus dicit, *abietes bonæ & nigræ adducentes naues Tharsis*. Vnde nunc „ *Corax* iste non noctis, sed luminis coruus est, cuius coloris speciosi

c 1. Pet. 2. v. 9.

„ crines sunt. Ideò sancti, *genus regale & Sacerdotale* [c], quibus diuinum „ caput, vt ostro gloriæ suæ purpurat, quia & iuuenilis gratia in huius „ præcipuè coloris capillo florentem vestit ætatem. Non dissimulan- „ dum tamen, quod auis ista, interdum forma peccati in scripturis, in- „ terdum gratiæ species inuenitur. Videtur enim esse mortifera, cùm „ ad supplicium producitur impiorum; quia *mala* (sicut scriptum est) Psal. 77. Prou. 30. „ *per malos Angelos mittit Deus*: vel cùm in vltione maledicti dicitur, „ *oculum qui irriserit patrem & matrem, effodiant eum corui de conuallibus*. „ Laudabilis autem eadem auis, vel cùm Propheram, manè panibus, „ & ad vesperam carnibus alit: vel cùm *pulli coruorum inuocant nomen „ Domini*. Sed & color eius aliquando in sanctis, aliquando in impiis

3 Reg. 17. Psal. 146. Cant. 1. Psal. 17.

„ dicitur. Sponsa nãque CHRISTI dicit se *fuscam & decoram*; & Do- „ minus *tenebras posuit latibulum suum*. & rursùs è contrario ab Apo- „ stolo commonemur, *ne nos tenebræ comprehendant* [d]. Veruntamen illæ „ *abietes nigræ & bonæ adducentes naues Tharsis*, secundùm eius formam „ sunt, quæ *fusca* pariter *decora* est. Ipsius enim & membra sunt sancti; „ qui sicut & *palmæ florentes & cedri multiplicabiles* [e], ita & *abietes nigræ „ & bonæ* sunt, quia in Ecclesia (hoc est, Dei monte) verticibus meri- „ torum eminent, vt abietes in suis montibus. Et sicut illæ aptæ nau- „ bus contexendis: ita illi Principes populi de monte legis, vt à Libano „ excisi, Arcam Domini siue nauem (hoc est, Ecclesiam) per huius „ mundi diluuia nauigaturam, edolatis verbo Dei gentibus texuerunt; „ & in compagem charitatis, fide stringente coniunctam, fluctus mun- „ di istius imputribiliter secare docuerunt. Sed & nunc eruditæ ad fi- „ dem Apostolicam animæ, *abietes* sunt *nigræ & bonæ*: *nigræ* verò iam „ non de peccato, vt puto, magisque adhuc vel de inhabitatione corpo- „ rea, vel de exercitationis internæ quasi bellico puluere vel puluerulento sudore nigrantes: *Bonæ* tamen propter spiritalem, etiam in no- „ ctibus, corporum exercitationem.] Hucusque specimen charitatis „ Paulinus.

d Christus hoc dicit Isa. 12. v. 15.

e Psal. 91. v. 13.

Notet hæreticus, illud, in Ecclesia; & illud, meritorum.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Hoc loco deficit, vt dictum superiùs. §. 4.

ANAGOGE.

HANC nobis suggerit Honorius, his verbis; Notandum quòd sicut decem ordines electorum per decem „ membra corporis, id est, per *caput, comas*, &c. describuntur: ita virtutes eorum per decem res, id est, „ per *aurum elatas*, &c. exprimuntur, quæ denario „ vitæ remunerabuntur, qui anagogæ assignatur. „ Primus ordo est prælatorum, qui per *caput* notantur, cuius opera vt „ *aurum* fulgent, quia sapientia & charitate splendent: quod *aurum* est „ *optimum*, quia charitas & sapientia omnibus virtutibus superemi- „ nent. Secundus est ordo subditorum, id est, obedientium, qui per *comas* exprimitur, cuius actio „ *palmæ* vel *coruo* assimilatur, quia studio bonæ actionis, vt *palmæ* nitet; tribulatione, vt *coruus* mundo sordet.] „

§. 5. *Honorius.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 12. "Oculi eius sicut columbæ " super riuulos aquarum, " quæ lacte sunt lotæ, & " resident iuxta fluenta " pleniſſima.	*Oculi eius sicut columbæ super plenitudines aquarum, lotæ in lacte, sedentes super plenitudines.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

יונים

IN Hebræo fonte,& ipſa verſione vtraque, nimis quàm apertum eſt; *oculos* ſponſi non comparari tantùm *oculis colũbinis*, ſed ipſiſimet *columbis* totis lacte lotis,ſicut & ſponſus ſponſam totam,*columbam* vocarat.nam in Hebræo plurale eſt IONIM,&vt puto accipiendũ in recto, ſicut LXX.περιστεραὶ,ideò malè, qui vertunt *columbarum*:& παρεπεραι ſunt hoc loco, quæ vel Luiſius de Palæſtinarum columbarum ocellis abluendis (vt vereor)comminiſcitur, vel quæ de ſingulis oculorum partibus & humoribus Nannius,& Genebrardus ſpeculantur.

SVPER]Hebraiſmus pro *iuxta*,vt mox explicat.Niſi dicas,priore loco comparari columbæ volitanti ſuper riuulos, & ſic ſplendore ac repercuſſione ſolis & aquæ pulchrioris; & quod ſequitur indicare ipſam crebram lotionem ac nitidarionem, cò quòd habitet & continuò verſetur iuxta fontes aquæ viuæ ac limpidæ.

RIVVLOS]aquis plenos & profuſos.ideò LXX.*plenitudines*, Aquila verò vertit, *effuſiones*.

LACTE LOTÆ]tam candidæ,quaſi forent paſtæ & plenæ lactis, ciúſque colore totæ tinctæ & imbutæ.albis columbis comparat,quia hæ pulchriores.vnde Pſalmiſta [a] *pennæ columbæ deargentatæ* poſuit, pro pennis columbæ pulcherrimæ, & quodammodo ſactæ, Deoq; dignæ.Nam in tanto pretio apud Palæſtinos hæ fuêre, vt inuiolabiles duxerint, teſte Tibullo,

Quid referam vt volitet crebras intacta per vrbes
Alba Palæstino ſancta columba ſuo?

Vides cur *alba columba oculus* ſponſæ comparatur, quia formoſus,caſtus,purus, & ſanctus.Vide etiam vim phraſis;*lotum lacte*,idem quod *lotum niue*,hoc eſt,mundiſſimum, & nitidum,candidũq; inſtar niuis,

[a] Pſ.67.v.14.

niuis, fruſtrà quærunt alios ſenſus in illo Iobi [a], *ſi lotus fuero quaſi aquis niuis*; nam ipſe explicat mox, *& fulſerint velut mundiſſimæ manus meæ*.Et ſanè docet experientia,vt lac propter pinguedinem(notat hoc ſcortũ Imperatorium Poppæa) ſic & niues ſolutas in manibus, propter acrimoniam quandam, optimè ſordes deſtringere. eandem ob cauſam *lauare nitro*, vſurpabant, pro accuratè lauare [b]. nam nitrum vehementer abſterſorium eſt. Et illud nota, in his phraſibus ea memorari,quæ ipſa quoque candida ſunt natura ſua.

[a] Iob.9.v.30.

[b] Ierem.2.v.22.

RESIDENT IVXTA FLV.] hæ formoſiores re ipſa,quia ſæpiùs ſe aquis abluunt & nitidant; & opinione quoque adſpicientiũ, quoniã limpidarum aquarum repercuſſu,& reflexione pulchriores videntur.

FLVENTA] hoc additum à noſtro explicationis cauſa. Hebraicè dumtaxat eſt, *plenitudinem*: quod nonnulli recentiores explicant, velut in pala; cui gemma includitur; collocati.q.d.nec nimiùm prominentes extra caput, nec nimis demerſi; ſed ſic in foſſula ſua collocati, ſicut pretioſi lapides à perito aurifabro ſolent. Verùm noſter *plenitudinem* non retulit ad *columbas*; ſed ad *riuos aquarum*.

§. 2. MENS VERBORVM.

Scribit Nicephorus CHRISTI ſupercilia nigra fuiſſe, oculos verò acres, ſubflaueſcentes, & valdè gratioſos. Sanè CHRISTVS ſolus,vt docui, *lacte lotus* dici poteſt,quia ſolus cãdidus & albus in ſe, & alios dealbans ac candidans, à nullo tamen niſi à ſe ipſo dealbatus,vt aliàs dixi. Puto tamen *oculorum* nomine ſignificari CHRISTI prouidentiam in genus humanum;quam per ſpeculatores ſuos, nempe Prælatos, Doctores, Concionatores exercet,qui iure optimo vocantur *oculi* [c].primò quia vult illos acutùm cernere,recto & ſimplici oculo eſſe, corde fido,manſueto, ac patienti. deinde dicit *lacte lotos*, hoc eſt, in baptiſmo ſimplicis affectus immaculata ſinceritate imbutos [d]. Omnium enim liquorum lacti hoc eſt peculiare, vt cùm ſit liquida, clara & lucente ſuperficie, nulla tamen obiectæ rei ſimulacra repræſentet, vt ſolent ſpecula, aquæ,& oleum: atque ita vt in lacte,ſic in his oculis quodammodo nuda, & ſola rei veritas cernitur [e]. *Reſident iuxta flumina* aquæ viuentis de ſponſi ventre fluentia aquæ refectionis, quibus animæ rigantur, potantur,& omni genere virtutum fœcundantur. hæc ſunt; Oceanus ille diuinæ ſapientiæ (libros dico Scripturæ ſacræ) iuxta quem aſſiduæ ſunt hæ columbæ, vt accipitris aduolantis(diaboli) impetum & inſidias præcaueant; & vt ſe,alioſque ab omni ſorde expurgent [f].

[c] Sic Nyſſen. Philo. Iuſtus. Caſſiod. Beda & alij.

[d] Sic diuus Ambr. in Pſalm. 118. Serm. 15. & 16.

[e] Nyſſenus.

[f] Ioſ. Beila, Angelomus, Caſſiodorus, Guilhelmus.

Conſentit Guilhelmus de prælatis & ſuperioribus iſta dici, ſed ſingula longè vberiùs & fœlicius, quàm ceteri, elucidauit, hoc modo: *Oculi* Eccleſiæ ſunt(ait) inſignes in Eccleſia viri,per quos nitiſponſus videt, dum per eos membris inferioribus prouidet. Ideò enim in facie ſunt locati (id eſt, in dignitate poſiti) vt quaſi de loco ſuperiore ſubiectis melius valeant proſpicere. Verè *oculi*, propter acumen prudentiæ ſerpentinæ, quæ ſi fortè deſit illi qui præeſt, ad ſuam proculdubiò & aliorum perniciem in alto locatus eſt. *Cæcus enim ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadent* [g]. Sed prudentia ſerpentina

[g] Matth.15.v.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» serpentina non sufficit, *quia filij huius sæculi* etiam inueniuntur *prudentes sicut serpentes*, imò & *prudentiores filiis lucis in generatione sua* [a]. » Ideò simul adiungenda simplicitas columbina, neutra sine altera sufficit, imò alterutra sine altera multùm officit. Nempe vt crebris experimentis didicimus, altera sine altera ad bonum subiectis in modico prodest, ad malum verò plurimùm obest. Vnde veritas magistra, cùm discipulos, *oculos*, in facie Ecclesiæ collocaret, dicens [b]; *Ecce ego mitto vos, sicut oues in medio luporum*; vt vtramque virtutem simul iungendam ostenderet, adiunxit; *Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*. Necessarium vobis est vtrumque, vt delegatum officium rectè, & plenè obeatis, alioquin erit vobis in iudicium. Non dignatur cœlestis sponsus in corpore suo, quod est Ecclesia, ita oculos habere, vt habent *simulacra* gentium *opera manuum hominum*, de quibus scriptum est; *oculos habent, & non vident* [c]. Sed nisi serpentina prudentia calleant, *oculi* non sunt: quod si *prudentes* sint *sicut serpentes*, verùm *simplices* non sunt *sicut columbæ*; oculi esse videntur, sed oculi sponsi non sunt, quia oculi nequam sunt, ideò dictum *oculi eius sicut columbæ*. Qui in Ecclesia præsunt, si subditis suis sollicitè cautèque prouideant de omnibus, *oculi* sunt: si non libidine excellendi, vel dominandi, vel propter quæstum id faciant, aut fauorem humanum, sed purè propter Deum, *simplices sunt* eorum *oculi, sicut columbæ*. Solet multòties serpentina prudentia in Prælatis magis obesse subditis, quàm prodesse, deprehensa fortè superbia eorum vel auaritia.

» Porrò, quia secundùm illud Apostoli Iacobi; *in multis offendimus omnes* [d], etiam magnis Ecclesiæ Prælatis, de consuetudine vitæ huius, quædam veniales sordes quotidie quasi furtim solent obrepere; quæ negligendæ non sunt, cùm dicat vir sapiens; *qui modica spernit, paulatim decidit* [e], propterea quãtalibet quis sinceritate hîc viuat, opus habet quotidianæ compunctionis lacrymis expiari. Ideò additur, *super riuulos aquarum*, hi sunt piarum quotidiana profluuia lacrymarum, ne quotidianæ sordes per negligentiam coaceruentur & inolescant; & ad pietatis quoque satisfactionẽ; dum aliena malitia siue miseria piè deploratur. Ieremias se colũbam super riuulos aquarum esse insinuans, ait; *diuisiones aquarum deduxit oculus meus* [f]. *Lactæ* sunt *lotæ* columbæ rationales & spirituales, quæ diuinæ clementiæ suauitate confotæ sunt.

» Etenim duo mala contraximus ab Adam, peccatum & infirmitatem: duo itidem lanacra nobis propitia diuinitas indulsit, vnum purgationis, alterum fomentationis; illud contra sordes peccati, hoc contra morbũ infirmitatis; parũ quippe est, si ab innatis, & abditis sordibus expiemur, non autẽ pro cauendis iisdẽ sordibus cõtra innatũ infirmitatis morbũ adiutricis gratiæ fomentis cõfortemur. Sed cùm à peccatorum sordibus emundamur, quasi diuinæ clementiæ aqua perfundimur: cùm verò cõtra insitæ infirmitatis morbum fouemur, eiusdem gratia, *quasi lacte* lauamur, cuius *lactis* suauitatem expertus erat, qui dicebat, *Tu Domine, suauis, & mitis, & copiosus in misericordia* [g].

[a] *Luc.16.v.8.* *Prudentia cũ simplicitate coniungenda.*

[b] *Matt.10.v.16.&17.*

[c] *Psal. 113. v.5.*

[d] *Iac.3.v.2.* *In hac vita veniales quædam culpæ quotidie obrepunt.*

[e] *Eccl.19.v.1.*

[f] *Thren. 3.v.48.*

Duo mala contraximus, duo remedia accepimus.

[g] *Ps.85.v.5.*

De

De his fluentis plenissimis inundantis gratiæ scriptum est; *Flumnis impetus lætificat ciuitatem Dei* [a]. Et quidam dum in corpore mortis huius morantur, flentes *sedent super flumina Babylonis* [b]; sed tamen nihilominùs cum hilaritate residen iuxta fluuium *aquæ salientis in vitam æternam* [*]. Sedent non *iuxta* sed *super flumina Babylonis*, fluxa in semetipsis desideria prementes atque frenantes. Nam qui sæcularia in se desideria minimè cohibent, profectò non sedent *super* flumina Babylonis, sed in iis potiùs naufragantur. Sed illic sedentes, flent cum Paulo flente atque dicente; *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius* [c]. & de huiusmodi flentibus veritas dicit; *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis* [d]. qui autem in fluminibus Babylonis naufragantur, mira demẽtia gaudent & rident, sed *risus eorum in luctum conuertetur, & gaudium in mœrorem* [e]. Quia veritas eadem dicit; *Væ vobis qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis* [f]. Et quantò quis firmiùs sedet *super flumina Babylonis*, id est, terrena desideria constantiùs premit, tantò propius & diutius *iuxta* fluenta plenissima residens, copiosius de ipsis bibit, & bibit vsque *ad sobriam ebrietatem*, non sibi tantùm, sed & aliis, vt fecerat ille, qui dicebat [g]; *desidero videre vos, vt aliquid vobis impertiar gratiæ spiritualis.*] Vide quàm artificiosè tres sensus, litteralem, tropologicum & anagogicum commiscuerit, solidam & fœcundam, non vnius tantùm concionis, materiam suppeditans.

Rupertus qui per *comas nigras* S. S^am^ intellexit, etiam per *fluenta aquarum* hîc eadem interpretatur. Sed esse *fluenta aquarum*, quoad spirituales intellectus; *nigras vt eorum*, quoad litteram occidentem. Verùm hæc sunt nonnihil violenta.

Præstat Nyssenum audiamus, cuius dicta poteris ad morum propriam eruditionem haud difficulter referre. Considerat præclaram in hisce oculis laudem esse, expertem malitiæ simplicitatem eorum qui viuunt, & ambulant spiritu, & mundo sunt corde propriam: tales per *columbæ* speciem exprimi. Siquidem etiam Spiritus sanctus visus sit à Ioanne in tali specie super aquam volare [h]. Aquas autem multiplices esse: nempe singulas virtutes, quæ vitij alicuius lippitudinẽ aptæ sunt abluere: fontem vnum esse temperãtiæ, alium humilitatis, alium iustitiæ, alium fortitudinis, & sic ceterarum: omnes autem in vnum confluentes alueum miram *plenitudinem* efficere. *Lactis* verò mentionem fieri, quod expers est simulacrorum: nam vana simulacra rerum, quæ verè non sunt, sed tantùm apparent, plurimùm spirituali oculo obstruere. Doceri nos itaque, qui fieri oculus mentis pulcher possit; nimirum si omni labe careat, ad exemplum *candidæ columbæ*; si instar naturæ *lactis*, ab erroribus & fraudibus vanarum opinionum immunis sit, & nullo rerum non subsistentium errore delusus: denique si constanter & assiduè diuinarum litterarum, & virtutum fluentis assideat, instar *ligni quod plantatum ad riuos aquarum* [i], nusquam loco suo dimouetur. Sic enim & fructus suo tempore proferetur, & rami eleganter virentibus foliis perpetuò florentes conseruabuntur,

[a] *Ps.45.v.5.*

[b] *Ps.136.v.1.*

[*] *Ioan.4.v.14.* *Nota quòd hæc distinct. super & iuxta, repugnat Hebraismo, quẽ dixi §.1.*

[c] *Rom.7.v.24.*

[d] *Luc.6.v.21.*

[e] *Iacob.4.v.9.*

[f] *Luc.6.v.25.*

[g] *Rom.1.v.11.*

Rupertus.

Nyssenus. *Simplicitas quorum sit propria.*

[h] *Matth.3.v.4.*

[i] *Ps.1.v.3.*

" auris eius circumstrepentibus. At nunc plerosque ad flumina Baby-
" lonis miseros desidere; & *cisternas* sibi *veteres, ac foratas deligere, quæ*
a Ier.2. v.13. " *continere nequeunt aquas* [a]; nempe qui vel auaritiæ sibi lacum fodiunt,
" vel in vanæ gloriæ lapidicinis versantur, vel similes errorum puteos
" studiosè scrutantur; qui tamen aquas à quærentibus tantoperè expe-
" titas perpetuò continere non valent; sed semper huius vitæ honore,
" potentia, gloria vnà cum ortu suo defluentibus, vix inanis operæ ve-
" stigium vllum deceptis derelinquunt. In hanc sententiam ille ora-
" tionem XIII. concludens absoluit.

Philo. Denique Philo hos sponsi oculos vult esse Spiritus sancti septē charismata, & noto testimonio Zachariæ 3. vers. 9. ad id probādū vtitur.

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius. NEscio an melior esse queat illa D. Nysseni, quam modò legistis, accipite tamen & aliorum. *Honorius* sic scribit; " *oculi* sponsi sunt sapientes eum corde intuentes, & per " quos alij eum intuentur. Hi sunt *vt columbæ* simplices, " innixi super scripturas diuino spiritu fluentes, quæ columbæ *lacte* " *sunt lotæ*, id est, dulci doctrina à terrenis mundatæ, & *residentes iuxta* " *fluenta plenissima*, id est, morantur circa Spiritus sancti abundantissi-
" ma. *Rivi* sunt Scripturæ veteris testamenti: *fluenta plenissima*, copiosa
" & exuberans Euangelij doctrina. Solent columbæ iuxta fluenta resi-
" dere, vt volatum auium in aqua videant per vmbram, & sic vngues
" virent: sic Sancti in Scripturis fraudes dæmonum perspiciunt, & ex
" deceptione quam attendunt, quasi ex vmbra, hostem agnoscunt &
" fugiunt, quæ *fluenta plenissima* dicuntur, quia de quibuscunque
" consilium in S. S^a quæritur, per illam ad plenum inuenitur.]

Tres Patres. Tres Græci Patres Nysseno concinunt. Honorius à Gregorio Magno desumpsit, quæ diximus; & eadem in Philone reperiuntur.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Vide suprà v. 10. §. 4.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. HONORIVS; tertius ordo est doctorum qui per *oculos* figuratur, cuius opera *columbis* & *rivis* comparantur, quia
" simpliciter viuunt, & doctrina fluunt.] Meministis illum de Beatorum ordinibus seu choris loqui.

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Genæ illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis. Labia illius lilia distillantia myrrham primam.	*Maxillæ eius sicut phialæ aromatis germinantes vnguentaria: labia eius lilia stillantia myrrham plenam.*	Vers. 13.

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE. בערוגת

GENAS pro mallis seu maxilis poni ex Hebræo patet: de reliqua tūvocū significatione nō æquè expeditū sit iudicare. Pro, *sicut areolæ*, Hebr. est CAHARVGATH, quod recentiores explicāt, *sicut lineæ sulci*, & sic Aqu. sulci πρασιαι: noster multò clariùs. nam *lineæ sulci* distinguunt, & termināt areolas. LXX φιαλαι. vt puto ad rotunditatem attendentes malarum. ideò nostrum puto comparare areolis circinatis seu rotundis, omnes vnguentorum odores spirantibus. ideò LXX. φυσαι μυρεψικαι pro eo quod nos habemus, *consitæ à pigmentariis*; valdè peritus linguæ Hebrææ Fursterus, secta Lutheranus, hoc loco vertit, *turres longinquitatum*, eo quòd MIGDAL *turrim* significet supra Cant. 4. v. 3. *Sicut turritum*, eo quòd MIGDAL *turrim* significet supra Cant. 4. v. 3. *Sicut turris Dauid collum tuum*: & Cant. 8. v. 10. *Vbera mea sicut turris*: & apud Esaiam & passim: & vult MIGDAL esse speciem aromatis, quod à longe fragrat. Dicerem potiùs omne aroma complecti, eo quòd odor aromatum instar turris in altum feratur, & ex remotis adferantur locis: noster sensum benè reddidit. Sanè sequens vocabulum, MERKAHIM non significat *longinquitates*, sed pigmentarios seu vnguentarios, eo quòd vnguenta temperent. nam RAKAH *condire*, Cant. 8. v. 2. R. Abraham id confirmat, Kimchi quoque; & ceteri, nisi quod pro *turribus* Fursteri, quidam, *circulos*; alij, *flores*. His, est comparatio hortensis, areolarum consitarum floribus inter aromata crescentibus, & quasi turritis; & proinde forma, colore, & odore simul oblectantibus. גנדל מרקחים רקח

Ego puto simul aliam latere similitudinem propinquiorem: considerari apothecam instructissimam diligentis & diuitis pigmētarij: in qua plurimæ phialæ, (sic vertunt LXX) calathisci, parthecia, pixidulæ, alabastra, pyrgi, seu turrita vascula; variis vnguentis, odoramentisque aromaticis plena; quæ vascula sint purpurisso, & aliis coloribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

bus decenter variegata,(vt fieri solet)locisque suis in certos ordines, & quasi sulcos, areolarum florentium & opere topiario detonsarum instar, ordinata; quæ vt spectatores ordine & colore; sic, cùm aperiuntur,nares odore oblectant. tales genas, hoc est,eam quæ ab oculis descendit, & auribus, naribus, ore, mentoque terminatur faciei partem, dicit esse; tum propter speciosam & nigro flauam barbæ lanuginem; tum propter suauem animam oris; tum propter concinnam quatuor quasi colliculorũ leniter assurgentium tumorem, duarum quæ sub oculis genularum, & duarum infra, malarum seu buccarum, paulò adhuc magis eminularum; quæ videntur similes quatuor thorulis horti floridissimi;tum denique propter faciei totius cutem, quæ (teste Nicephoro [a]) similis maturo tritico tincto candore & rubore, vt dictum v.10.

a Lib. 11. c. 11.

LABIA] Docet ea non esse pallida (quod in vitio) sed rosea; nec immodicè resupinata, vt broccis, sed modicè relicina; vt purpureis liliis, quæ in Syria laudatissima [b]. addit exspirasse halitũ suauissimũ, instar myrrhæ probatissimæ fragrantem. Nonne hæc aptissima omnes ad colloquium & osculum pellicere? profectò mala pestis fœtulenti oris,ex interna corruptione, vel intemperie proficiscens, omnes abigere consueuit.

b Dioscor. lib. 3. c. 99 & Plin. lib. 21. c. 5.

§. 2. MENS VERBORVM.

PRIMAM] Symm. πρωτόκλητον, Aqu. electam, ἐκλεκτὴν. D. Ambrosius vt LXX. *plenam*, aliàs explicui *supr. v. 13.* non tamen damno illos qui vtrobique *transeuntem* explicant, maximè fragrantem,cuius odor in omnem partem celeriter & vehementer diffundatur.

c Beda, Angelom. Honor. Alcuinus, Haym. & Decanus Ambianensis.

RECTÈ Patres plerique c, per *genas* intelligunt CHRISTI seueritatem mansuetudine, lenitatem maiestate mixtam,& horum comites, pietatem, probitatem, hilaritatem bonæ conscientiæ, pudorem,honestatem & totius animi ingenuitatem; quæ intrinsecùs latentia, solent se in genis prodere. Pudoris & hilaritatis sedes Plinio [d] *gena*. In CHRISTO fuisse hæc omnia satis indicat historia sacra. Esaias; *Non* » *clamabit,neque accipiet personam,neque audietur vox eius foris. Calamum* » *quassatum non conteret, & linum fumigans non extinguet: in veritate* » *educet iudicium. non erit tristis neque turbulentus* [e]. D. Paulus; *Obsecro* » *vos per mansuetudinem & modestiam* CHRISTI [f]. & nónne ipsemet » sponsus dixit; *Discite à me quia mitis sum & humilis corde* [g]? Scimus autem has virtutes non fuisse in sponso casu coaceruatas, sed à Spiritu sancto peririssimo pigmentario, diligenti cura temperatas,& ordine commodissimo dispositas, vt & aspicientibus exempli pulchra specie, & audientibus odore famæ, non possent non maximè placere, vt Rupertus perpendit.

d Lib. 11. c. 37.

e Esai. 42. v. 2.

f 2. Cor. 10. v. 1.

g Matth. 11. v. 29.

Rupertus.

Subiungitur postea de suauiloquentia sponsi, *in cuius labiis gratia fuit diffusa* [h]: de quo hostes immanissimi, ad comprehendendum missi, & irrito conatu reuersi, fatebantur, *nunquam sic homo locutus fuit* [i]. Quid mirum, si Petrus negauit eum se deserere posse, qui *verba æternæ habebat* [k]? docuit, quæ qui non crederet, saluari non poterat: præcepit,quæ obseruantibus salutem præstabant.

h Psal. 44. v. 3.

i Ioan. 7. v. 46.

k Ioan. 6. v. 69.

Ideò

Ideò rectè *myrrham* vocari, vult Nyssen [a]. quã in omnibus loquebatur;erat quidẽ audiẽtibus increpatis amara, sed mortis corruptionem arcebat:ad hoc proderãt efficaces illæ ad pœnitentiam & mortificationẽ adhortationes: hìc resistebãt carnis putrefactioni;& in futuro à vermis corrosione præseruabant [b]. Quæq; tũc ore proprio,ea nũc per sinceros cõcionatores (*labia* sua) noscitur adimplere [c]. Quid nisi *myrrha* sunt hæ voces; *Si quis vult post me venire, abneget semetipsũ, & tollat crucem suam* [d]. Itẽ: *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suam, non potest meus esse discipulus* [e]. Item; *Qui non relinquit patrem & matrem, & vxorem, & agros, & vineas, propter me, non est me dignus* [f]. Item; *Si vis perfectus esse, vende quæ habes, & da pauperibus, & tolle crucem tuam, & sequere me* [g]: & cetera meram & continuam docentia mortificationem. Hanc *myrrham distillabant labia*, quæ propter IESVM tota die mortificabantur.

a Nyssen. Orat. 14.

b Psal. Theod. Apon. Beno. & Alcuin.

c Philo, Psell. Gregor.

d Matth. 16. v. 24.

e Luc. 14. v. 26.

f Mat. 10. v. 47.

g Mat. 19. v. 21.

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

HONORIVS; *Genæ* sponsi, sunt prælati pudibundi, quos pudet turpia audire, nedum facere; qui habent in se multarum germina virtutum; quæ *areolæ* sunt *consitæ à pigmentariis*; sũt Scripturæ ab Apostolis, vel quibuslibet præcedẽtibus Patribus relictæ. *Myrrha prima* est optima, & intelligitur mors CHRISTI, quæ fuit optima, quia fuit totius mundi redẽptio. *Labia* CHRISTI sunt aperientes voluntatem eius; quæ sunt *vt lilia* virtutibus cãdida *distillantia myrrham*. qui docent verbo & exemplo amaritudinem nostris CHRISTI. Sic ille

Sed videte homo homini quid præstet, in vno eodémque conceptu, Guilhelmus hæc ita exornat; In *genis* sedes verecundiæ est, quia igitur verecundia corporales genas solet insigniter colorare,& in eis maximè declarari, ideirco verecundi in corpore CHRISTI, quod est Ecclesia, genarum locum habere videntur. Quia verò gratissima virtus verecundia, cererarum virtutum ornamentum & decus exsistit,& sicut corporales genas,sic,imò insigniùs,virtutes animi honestare videtur: benè inquit, *gena illius sicut areolæ aromatum consitæ à pigmentariis*. Summus pigmẽtarius componit areolas istas: sed filij eius minores pigmentarij, de mãdato sui patris, conserunt easdem aromatibus. de summo illo ait Iacobus; *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desuper est, descendens à Patre luminum* [h]. Minores pigmentarij sunt Apostoli & omnes boni *dispensatores multiformis gratiæ Dei* [i]. Summus ille componit areolas aromatibus conferendas, quia ad suscipienda virtutum semina, quorum vult corda, per gratiam præparat. Minores illo, compositas à patre areolas, id est, præparata iam corda,

Guilhelmus. Verecundi in corpore Christi sunt genæ.

h Iac. 1. v. 17.

i 1. Pet. 4. v. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» per verbum prædicationis exhortationisque, virtutum aromatibus
» conserunt. Si enim super terram inculram & incompositam semen-
» tem verbi iacerent, in vanum laborarent, excepto eo quòd pax eorum
» ad ipsos reuerteretur. Denique sicut *nec qui plantat, neque qui rigat est*
» *aliquid*; *sed qui incrementum dat Deus*[a]: sic nec ille, qui serit est ali-
a 1. Cor. 3. v. 6. » quid, sed qui areolas componit Deus.

» Sanctos quoque Angelos, quoniam virtutum odoramentis abun-
Angeli sunt pigmentarii. » dant, rectè *pigmentarios* dixerim. Quia dum pro officio suo frequẽter
» & hilariter, occulta operatione cordibus hominum pias cogitationes
» immittunt, areolas à summo pigmentario compositas, aromatibus
» conserunt. nam nec ipsi, licet inuisibiliter & supra modum sensum-
» que humanum subtiliter operẽtur, *areolas aromatum componere*, id est,
» corda hominum ad capienda virtutum semina parare & ordinare
» possunt; sicut nec eadem semina propagare. Quid autem decentius?
» quid speciosius? quid odoratius areolis sic consitis? ideò genas sponsi
» illis comparat, vt verecundiam eis ostendat similem esse areolis con-
» sitis. Nec enim sancta verecundia aliis potest esse incomitata virtuti-
» bus, quæ ceterarum virtutum ornamentum & decus exsistit.]

Idem. Græci Patres, quia *Phialas* legunt & explicant, exiguo hic nobis
vsui sunt. pergamus sequi Guilhelmum; nã & ipse ad sinceros euan-
gelicæ doctrinæ dispensatores ista retulit, & liliorum suaui nos ne-
» ctare pascit; *In labiis* (ait) *sponsi* aptè intelliguntur viri excelsi in ver-
» bo gloriæ, per quos vtique redemptrix veritas mundum dignata est
b 1. Cor. 5. v. 18. » pacificè alloqui, & piè osculari. Vnde Apostolus[b], cùm dixisset, *re-*
» *conciliauit nos sibi Deus per* CHRISTVM, adiunxit; *& dedit nobis mini-*
» *sterium reconciliationis*: quoniam quidem *Deus erat in* CHRISTO
» *mundum reconcilians sibi, non reputans delicta ipsorũ illis, & posuit in nobis*
» *verbum reconciliationis*. q.d. per nos tanquã per labia propria loquitur
» Dominus, *pacem in plebem suam*, & osculum reconciliatorium porri-
» git eis.

» Benè hæc *labia* sponsi *lilia* dicuntur. In liliis tria notanda sunt, au-
» reus color intùs, candor foris, atque odor eximius: sic proculdubiò
» viri Apostolicæ gratiæ, intùs fulgent, foris nitent, & redolent. Intùs
» vbi solus Deus videt, fulgẽt auro sanctæ deuotionis: foris nitent can-
» dore bonæ actionis, & dum cautè se abstinent ab omni specie mali,
» suaueolentiam bonæ opinionis latiùs dispergunt. Quomodo subsi-
c Matt. 6. v. 28. Luc. 12. v. 27 » stunt *lilia* ista, [c] *quæ neque laborant, neque nent*, & tamen *nec Salomon*
» *in omni gloria sua coopertus fuit, sicut vnum ex ipsis*? Non laborant, ne-
» que nent, quia didicerũt à Magistro suo non sollicitari de crastino, di-
» cerunt non euangelizare vt manducent, sed manducare vt euange-
» lizent: nunquam cum anxia sollicitudine dicunt; *Quid manducabimus,*
d Matt. 6. v. 31. » *aut quid bibemus, aut quo operiemur*[d]? sed cum alacritate prædicant ver-
» bum Dei; *& hæc omnia adiiciuntur eis*, in tantùm, vt nec delicatissimus
» Salomon coopertus fuerit, sicut vnum ex liliis istis, quia ille in sua af-
» fluentia nunquam dicebat, *sufficit*: sed semper dicebat, *Adfer, Adfer*[e]:
e Prou. 30. ver. 15. » at verò lilia ista, eo quod sciant abundare, sciunt & penuriã pati, siue
in

in abundantia, siue in penuria nihil norunt dicere, nisi *sufficit*. Melius « ergo pascuntur & operiũtur quàm *Salomon in omni gloria sua*. Et hæc « quidem extrinseca eorum. Cetera internam eorum iucunditatem « quis queat explicare? Quantis putas deliciis affluunt ruminando iu- « giter panem vitæ; *in quo omnis sapor est suauitatis*[a]? fidenter dixerim, « quia nec ille studiosissimus deliciarum venator, Salomon, tantum « iucundari potuit in omni gloria sua, quantum iocundabatur vnus ex « istis liliis, qui dicebat; *Infelix ego, quis me liberabit de corpore mortis hu-* « *ius*[b]? deliuare fortè videor dicendo hæc, sed ei qui nondũ didicit de- « lectari in Domino; & sancti amoris, quo in Dominum sancti flagrãt, « delicias in semetipso expertus non est. «

a Sap. 16. v. 20.

b Rom. 7. v. 24.

Itaque lilia ista mirè affluunt deliciis, & tamen circumferunt cor- « pus mortis: sunt inclyta, decorem induta melius quàm Salomon, & « tamen *distillantia myrrham*, sed *myrrham primam*. nam myrrha se- « cunda ad eos non pertinet. *Myrrha prima*, est mors prima, de qua di- « citur, *per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum* « *mors*[c], *& ita in omnes homines pertranssit*. Myrrha verò secũda, est *mors* « *secunda*, de qua dicitur; *qui vicerit non ladetur*[d] *à morte secunda*. Item; « *incredulis & execratis, fornicatoribus, & omnibus mẽdacibus, pars illorum* « *erit in stagno ardente igne & sulphure: quod est mors secunda*[e]: quod dici- « tur in omnes homines pertrãsisse mors; id si dicam redundare ad lilia, « parum est: quia redundat ad lilium liliorum ipsum redemptorem no- « strum. nam & ipse, non peccatum, sed *stipendium peccati*[f], traxit ex A- « dam, missus à patre *in* meram *similitudinem carnis peccati, vt de peccato* « *damnaret peccatum in carne*[g]: vt per susceptionem mortis primæ, libe- « raret nos à debito mortis secundæ. Piè ergo dignatus est amaritudi- « nem myrrhæ primæ in seipso experiri, vt amaritudinem myrrhæ se- « cundæ à nobis potenter clementérq; auerteret. Denique & ipse stil- « labat *myrrham primam* dicens; *Tristis est anima mea vsque ad mortem*[h]. « Itaque in lilio liliorum myrrha prima, fuit susceptio piæ dignationis: « sed in aliis est transfusio iustæ damnationis. Eadem myrrha, sed dis- « similis valdè in illo & in istis. In illo stipendium peccati sine peccato; « in istis stipendium peccati cum peccato: in illo mors indebita, in istis « mors debita, &, quantùm in se est, pertrahens in mortem secundam. « Quantùm in se est, dico: quia quod hoc in prædestinatis ad vitam « æternam non efficit, ex indebita morte redemptoris prouenit. Ex alio « quoque myrrhata sunt hæc lilia, ex alio lilia sunt. *lilia* sunt in eo *qui* « *de tenebris ea vocauit in admirabile lumen suum*[i]: *myrrhata* verò sunt ex « eo, propter cuius peccatum mors prima in mundum intrauit. «

Hæc significatio primæ myrrhæ non conuenit literali sensui.

c Rom. 5. v. 12. d Apoc. 2. v. 11.

e Apoc. 21. v. 8.

f Rom. 6. v. 23.

g Rom. 8. v. 3

h Matth. 26. v. 38.

i 1. Pet. 2. v. 9.

Porrò *Labia* sponsi non *distillant*, quòd lilia sunt sicut sponsus: sed « quòd myrrhata sunt, sicut & ceteri filij Adam. Non distillant quòd « lilia sunt, quia suã excellentiam siue iustitiã minimè prædicant: quip- « pe humiliter de se sentiũt; & quod in eis de dono Dei eximium atque « sublime est, humili, quãtum in ipsis est, silentio contegunt, non ambu- « lãtes in magnis & mirabilibus supra se, sed iuxta se. Vnde Apostolus, « cùm ingẽs ei materia se prædicãdi suppeteret: *Parco*[k] (inquit) *ne quis* « *me-*

k 2. Cor. 12. v. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ *me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me.* Sed san-
„ cti viri *myrrham primam distillant*; quia dissimulata humiliter excel-
„ lentia sua, communem sibi cum omnibus filiis Adam naturæ morta-
„ lis conditionem deplorant. Siquidem, vt scriptum est, *Graue iugum*
a Eccl. 40. v. 1. „ *super filios Adam*[a], à die *exitûs de ventre matris ipsorum, vsque in diem*
„ *sepulturæ in matrem omnium.* Denique cùm Paulus esset adeò insignis
„ inter *lilia*, labia sponsi; vt fiducialiter diceret in se loqui CHRI-
„ STVM, *myrrham primam* distillans cum gemitu dicebat; *Infœlix ego*
b Rom. 7. v. 24. „ *homo; quis me liberabit de corpore mortis*[b] *huius?* huius, inquam, cuius
„ myrrham primam quamdiu hîc viuimus miserè experimur. Denique
„ hæc de *comis, oculis, genis, labiisque dilecti* maximè ad contemplatiuos
„ pertinere videntur; quæ sequuntur, ad actiuos.] *Sic ille.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Petenda à §. 4. v. 10. supr.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. HONORIO, in cælis quartus ordo est religiosorum, qui per *genas* demonstratur; cuius actus sunt *vt aromata*, quia redolent vita & fama. Quinctus ordo est magistrorum, qui per *labia* designantur, & *myrrhæ* ac *liliis* comparantur, quia præeminent cordis munditia, & carnis mortificatione.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Manus illius tornatiles aureæ, plenę hyacinthis. venter eius eburneus, distinctus sapphiris.	*Manus eius tornatæ, aureæ, impletæ Tharsis: venter eius pixis eburnea super lapidem sapphirum.*	« Vers. 14. « « «

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE. תרשיש *Tharsis in Scriptura quid significet.*

HEBRÆVM vocabulum THARSIS, quid significet non satis constat: ideò LXX. nomen retinent. recentiores inter se non consentiunt. D. Hieronymus *Epist. ad Marcellam, comm. in Ionam, Esaiam, & Daniel.* docet, *Tharsis*, & mare, & lapidem significare. vtrumque verissimum. nam primariò sic dictum mare; à mari lapis nuncupatus ob colorem. De mari patet ex 3. Reg. 10. vers. 22. 3. Reg. vlt. v. 49. 2. Paralip. 9. v. 21. ex Iosepho lib. 9. antiqu. c. 1. (apud quem corrige καὶ τὰ ἐπὶ Θαρσεῖς ἐμπόρια, pro; quod hodie mendosè exstat, ἐπὶ Θρᾴκης) ex Psalmis etiam idem probatur Psalm. 47. v. 8. & Psalm. 71. vers. 11. Esai. 2. vers. 16. vbi hoc LXX. confirmant, & Paraphrast. Chaldæus, & apud Ion. c. 1. vers. 3. cuius ratione tolle pertinax mendum ex Prudentio, *in Hymno ieiunantium*, & rescribe;

Tellano latenter vertit in Tharsis fugam.

Iosephus.

Prudentius.

Ionathamus in Ionam, pro D. Hieronymo stat. nam *Tharsis* exponit IAMMA. Sic idem in Thargo sentit, Esai. cap. 23. in prin. & Ezechiel d. v. 16. Ex quibus cunctis locis illud elicio; *Tharsis* absolutè significare mare omne, à depauperando (vt indicat radix RASAS) quid enim magis homines depauperat, quàm mare naufragos? quid citiùs fallit, deserit, destruit, quàm ingenij eius ignaros *placidi pellacia ponti?* pro materia tamen, de qua differit sacra Scriptura, consueuit illam significationem ad mare Indicum, Tyrium, Mediterraneum, restringere. Iosephus videtur vocem ad Tharsum Ciliciæ restrinxisse, hoc D. Hieronymus reprehendit constanter, sed commentarius eius in Daniel. c. 10. mendo inquinatus, ita debet corrigi: *& Ionae fugere cupiebat, non in Tharsum vrbem Ciliciæ, vt Iosephus putat, literam ponens pro litera; vel Indiæ regionem, vt plerique existimant: sed absolutè in pelagus.*] Sic ille scripsit: nimis autem liuidus fuit, qui crassum errorem Beato illi, quàm librariis, maluit imputare.

רשש

Hieronym.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tharsis nomē est Topazius.

Diximus secundo loco *Tharsis* significare lapidem: quem tamen, incertum est: & fortè plures sic vocati, eo quòd plures ex mari collecti, & cyanei. Noster hoc loco *hyacinthum* vertit, secutus Symm. sexta editio *chrysolithum*. Exod. 28. v. 20. noster *chrysolithum*: cum LXX. & Aqu. & Symm. *hyacinthum*, vt hic, Daniel. 10. de domino seu sponso nostro legimus *v. 6. corpus eius quasi chrysólithus*, vt noster vertit, illic Symm. & Theodotion retinuere THARSIS. hodie quoque sic legitur in LXX. sed Hieronym. testatur eos appellasse, mare: ex Theodoreto tamen etiam significatur eos *Tharsis* retinuisse, sic enim legit. Eudoxius etiam vertit *chrysolithum*, ita nihil certi est: nisi significare lapidem cœruleum, cui tamē vt marino cœrulo candoris & ruboris aliquid permixtum. Marbodæus indicat *Dactylotheca c. 37.* hyacinthorum tres esse species: primam præstantissimam rubeo colore, & vocari *granatos*; secundam cinerei coloris, & dici *cutimos*; tertiam cœrulei, & vocari *venetos*. Non defuit qui Tharsis putarit esse Turcosiam nostram. Parùm verisimile est quod scribit D. Nyssen. significare rem corporis coloriſque expertem, quæ intellectu tamen concipi queat; nisi fortassis mysticam significationē proponere voluerit.

Marbodæus.

Cassiodorus.

Cassiodorus sibi ipsi repugnat, cum scribit, *hyacinthus lapis est aërei coloris, hoc est, cœrulei, nam aëris color est nullus*] si nullus, quomodo *aëreus* est idem quod cœruleus? sed corrige, *cœrulus*, pro *nullus*. idem tradit etiam *calchedonium* vocari. fallitur. nunquam sic vocatur *hyacinthus*, sed vocem, *Tharsis* quidam *calchedonium* vertunt. Sed ista sufficerint. Certè hoc vult sponsa dilecti sui *manus digitósque* (de his præcipuè loquitur) pulcherrimos esse, & adfabrè factos. VVilleramus;

Villeramus.

Testudo manuum tornatile tales, vt aurum.

Satis obscurè. Dicit tornatiles videri, hoc est, pyramides illas digitorum ad perfectam rotunditatem, æqualiter, perinde ac si torno elaboratæ forent, & carneis annulis circuncirca, quasi cinctas, micare. Esse *aureas*, quia nihil illarum cute pulchrius nitidiúsve: esse *plenas hyacinthis*, quoniam vngues digitorum videantur tum pelluciditate, tum colore; vt, quando exardescit animus; leniter purpurare, quando verò timore, vel mœrore sponte susceptò percellitur, citrino vel cœrulo imbui, & sic auro inclusis hyacinthis assimilari. alij exponunt manus similes esse annulis aureis, qui repleti sint lapidibus pretiosis, similibus hyacintho. eodem res abit.

VENTER] Quid vox Hebræa notet, *vide sup. v. 4.* breuiter ait; totum corpus sponsi quod à collo ad imum ventrem interiacet, candore, nitore, æqualitate simile esse pixidi eburneæ, affabrè, inclusis ei sapphiris exornatæ. Cùm *ebori* comparat, significat has partes esse castissimas, mortuas libidini, & expertes prorsus cuiuscunque fœdæ motionis, dissolutionis, aut corruptionis. *nam Ebur* (res nota) *est animantis casti os incorruptibile*, ait Iustus. Et aptè *sapphirum* adiunxit, qui lapis castitatis fertur amantissimus. falluntur Alanus, Abenezra, & eum secuti; qui coloris roseí, vel crocei putant. Certum enim colorem cœli sereni referre, vt affirmatum ipsi Moysi, cùm ait: *Et viderūt Deum*

Iustus.

Deum Israël; & sub pedibus eius, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est [a]; vt noster vertit; seruans Hebraismum. nam (&) eo loco explicat, quod præcessit, vt sensus sit; hoc est, quasi cœlum, cùm serenum est. tale nimirum significat opus lapidis seu lateris sapphirini fuisse, quale cœlorum corpus, quando sudum est; nobis esse videtur. Hæc Patrum [b], hæc Plinij quoque sententia est de *sapphiri* colore. Marbodæus denique *libro Dactylotheca c. 52.*

Sapphiri species, digitis dignissima regum,
Egregium fulgens, puroq; simillima cœlo.

& post multas eius laudes tandem subdit;

Sed qui gestat eum, castissimus esse iubetur.

Philo Iudæus *lib. 1. Allegoriar. legis*, cum *prasino* confudit, Plinius, & [c] ex eo Isidorus, docent *cœruleum* esse, sed cœruleo mixtum ruborem, & inspersos puluisculos aureos, nec vnquam pellucere: quæ si vera sunt: *sapphiri* nostri, cum Plinianis parùm conueniunt.

Quoniam in S. S. per *manus* opera signi ficari solent [d]; ideò plerique sancti & antiqui Doctores [e], hoc loco intelligūt præclaras sponsi in hac vita actiones, & miraculi plena opera: dicuntur *manus tornatiles*, quia nihil illis ad perfectionem defuit: omnem CHRISTVS iustitiam impleuit, omnia in pondere, numero, mensura perfecit; *aurei* dicuntur, quia plenæ vtilitatis & honestatis, *omne opus eius confessio & magnificentia*, ait Psalmista [f]. hoc est magnificū est, & laude dignum; vtpote natum ex aurifodina illa suppositi diuini; *rubeum* charitate, *candidū* puritate, *cæruleum* sapientia, *cinereum* humilitate; vt aurum, & hyacinthi species omnes visū desiderabile: nullū fuit eorum, quod non nos ad spem & amorem calidè excitaret; ideò (ait Angelomus) *plenas hyacinthis* dici. Nónne meministis vocis populi, vocis veræ? *benè* (hîc optimè more Hebr.) *omnia fecit* [g]. tam benè quàm nullus vnquam homo potuit, poteritve; & talia tantaque, vt clarè iis doceatur, eum illum ipsum esse, qui cœli terræque conditor, *vidit quod cuncta quæ fecerat, erant valdè bona* [h], ex quibus Diuinitatem eius Iudæi credere tenebantur, vt ipsemet apud Ioan. testatur; *si non facio opera Patris mei, nolite mihi credere. Si autem facio, & mihi non vultis credere, operibus credite; vt cognoscatis & credatis, quia Pater in me est, & ego in Patre* [i].

Egregiè Rupertus; nemo quippe alius manus in faciendis signis atq; prodigiis ita *tornatiles*, & ita *aureas* habuit, id est, nemo ita velox & potēs exstitit in huiusmodi, ex omnib. quicunq; mira in hoc mundo sunt operati. Qui torno operatur, faciliùs, citiùs, atque perfectiùs operatur; sic iste dilectus, multò faciliùs, longè citiùs, valdè perfectiùs mira, quæ voluit, operatus est, quàm aliquis ex operariis virtutum, quicunque à sæculo fuerunt. Illi námque multo sudore, multis orationū atque ieiuniorum impendiis, multo clamore cordis & oris, aliūde siue ex Deo, acquirere & obtinere meruerūt cuiuslibet (quam vtiq; in semetipsis, vel ex semetipsis nō habebāt) virtutis effectū: hic autē solo nutu, sola voluntate, solo imperio, interdum & taciturnus,

[a] *Exod. 24. v. 10.*

[b] *Nyssen. Theodor. Philon. Pselli, Cassio. Bedæ, cæteror. hic.*

§. 2. MENS VERBORVM.

[c] *Plin. lib. 37. c. 9. Isidor. lib. 16. Orig. c. 9.*

[d] *Deut. 12. v. 7. & 28. Gen. 5. v. 29.*

[e] *Theodoret, Angelomus, Cassiodorus, VVilleram, Gregorius, Expatius hic.*

[f] *Psal. 110. v. 3.*

Angelomus.

[g] *Gen. 1. v. 31.*

[h] *Gen. 1. v. 31.*

[i] *Ioan. 10. v. 37.*

Rupertus.

Christo torno operari qui de eius sit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod voluit operatus est. nam natura conditoris sui tacitum nutum sentiens, promptè obtemperabat. Ipse námque erat, & est, antiquus tornator, qui tornauit cœlum, & terrã, & sphærica solis & lunæ cunctarúmque stellarum corpora torno suo, id est, imperio velocissimo.

Rupertus (meo Patrũ, qui ad vulgatam tantùm adspiciebant) tornatiles, non pastinè, sed affinè capit, cõtra fontem Hebræum & LXX. & rectè quoque Latinitatem. In sequẽtibus etiam verbis substantiam vsurpat pro hypostasi seu subsistentia.

Sed vnde *manus* eius adeò *tornatiles*? nimirum, quia sunt *aureæ*? quid enim est aureæ, nisi diuinæ? substantia nempe verbi incarnati verè aurum est, vera diuinitas est. Et vnde, quod ita velociter operantur manus eius? quia quamuis infirmitate carnis obtectæ fuerint, nihilominùs tamen *tornatiles*, vt erant, perseuerauerunt, & in nullo infirmiores, siue tardiores effectæ sunt. Adde & hanc sapientiæ laudem, tanto præconio fortitudinis siue velocitatis; quia *plena hyacinthis*: quinam sunt illi hyacinthi? nimirùm mirabilium, quæ fecit, cœlestes causæ; quas internis præ oculis habuit sensûs interni, sensûs pulcherrimi; quos, dum exteriori cum opere coniungit; dum clarè intelligit; dum opportunè eloquitur, nimirũ hyacinthos tum pulcherrimos auro optimo superadditos ostendit. Exempli gratia, vt illuminaret cæcum à natiuitate; [a] *expuit in terram & fecit lutum ex sputo, & linuit super oculos eius, & dixit ei; vade & laua in natatoria Siloë, &c.* nónne tunc celerrimè, & sicut Deus omnipotens opus fecit planè diuinum? Adiunge nunc causas quare tali id modo fecit, cùm posset dicere, sicut aliis dixit: *respice, fides tua te saluũ fecit* [b]. Considera causas, & videbis manus *plenas hyacinthis*. Quæ ergo sunt illæ causæ? illæ profectò, quas vsque in hanc diem sancta Ecclesia diligenter obseruat in catechumenis suis, priùs liniendo oculos eorum fide vel doctrina incarnationis eiusdem dilecti filij Dei, in qua quasi sputum oris Dei pulueri terræ sese indidit; & vnus idemque Deus & homo ad illuminandũ genus humanum processit ex vtero virginis; & deinde mittendo eos in fontem baptismi, quo per Spiritum sanctum totus homo illuminatur, & videt.]

a *Ioan. 9. v. 6.*

b *Luc. 18. v. 42.*

Ad omnia sanè CHRISTI opera hoc referri posse non est dubitandum: maximè tamen pertinet ad opera inuestigabilia illa incarnationis & passionis. ad hoc vltimum non incommodè retulit Philo ille Cyprius; Iam manifestè (inquit) sponsa ex diuinæ scripturæ sententia omnia sua bona à salutifera nece diuinissimi sui spõsi prouenire testatur, cùm per *manus eius tornatiles, aureaas ac plenas Tharsis* passionem eius ostendit. Tunc enim CHRISTI manus *tornatiles* factæ sunt, cùm eas pro salute nostra crudelissimis clauis in vitæ ligno perforatas extendit; quæ quidem ob diuinissimam puritatem & innocentiam, admirandaque eius opera, iurè *aureæ* prædicantur; *Plenæ* verò *Tharsis*, propter gentium ad se conuertendarum plenitudinem. THARSIS enim conuersio gaudij interpretatur. Cùm enim IESVS in cruce manus suas extendit, tunc ad ipsum summa cum lætitia se conuertit Ecclesia, dicens; *In velamento alarum tuarum sperabo* [c]: & rursùs; *In velamento alarum tuarum protege me* [d]. Et; *Venite exultemus Domino* [e]. Manus enim suas sponsus, vt auis ad pullos suos protegendos à rapacitate bestiarum, ne diutiùs ab ingluuie

Philo.

Non satis vera Etymologia hæc, nisi deducas à THARSA, quod nõ placet.

c *Ps. 60. v. 5.*
d *Ps. 62. v. 8.*
e *Ps. 94. v. 1.*

ingluuie dæmonum immanissimorum deuoraremur, expandit.]

Sicut per *manus* opera; sic per *ventrem*, quæ corporis pars mollissima, & corruptioni maximè obnoxia est; potest intelligi humanitas CHRISTI, fragilitas, & mortalitas, quæ tamen nec in sepulcro putrefactioni obnoxia fuit; nec vllo vnquã peccato contaminata. Quia sicut serpens æneus in deserto à Mose exaltatus*, figuram quidem serpentis habuit, sed malitia veneni (verba sunt Cassiodori) caruit: sic caro CHRISTI *caro peccati* videbatur, peccari tamen nulla labe fuit adspersa. Ideirco *venter eburneus* vocatur, nam ebur candidum est & solidum; elephas verò, cuius dens est ebur, animal est fortissimum & castissimum. Ideò rectè hic *eburneus venter sapphiris* exornatur, nempe cœlestibus virtutibus, & diuinis actionibus, Deum in homine latere ostendentibus [a]. Cetèrum non dicitur *plenus*, sed *distinctus sapphiris*, vt possit inter sapphiros ebur apparere, siue vt in ebore sapphiri cernerẽtur. Qua sic CHRISTVS, quâ Deus, operabatur ea quæ diuinitatis erant; vt nihilominùs nõ omitteret, quâ homo, quæ humanitatem decebant. Sic post Cassiodorum VVilleramus explicat his versiculis;

Munera naturæ sua dispertiit vtrique;
Quippe quod esurit, sitiit, lassusq; quieuit;
Signa patent cæcis, vitam dare funera passis,
Imperitare mari, vim dæmoniis minitari,
Ferre medelam ægris; insignia sunt Deitatis.

Præclarè meo animo Hailgrinus notat, his verbis carnem seu humanitatem CHRISTI comparari etiam, imò & præferri, non tantùm hominibus, sed & Angelis. *Venter* cæterorum terreus est, in quo per luxuriam repit ille serpens, cui dictum fuit; *super pectus tuum gradiêris* (Gen. 3. 14.) & ideò corruptibilis est. Sed CHRISTI *vẽter eburneus* est, cum cuius carne nata est virginitas candidissima, sicut cum ebore candor purissimus, CHRISTI venter non terreno luto aspersus, sed *sapphiris*, hoc est, angelicæ naturæ notis decoratus. In angelis enim est, virginitas incorruptibilis, Dei contemplatio iugis, & obediẽtia nunquam à Dei beneplacito dissidens, tali etiam decore humanitas CHRISTI insignita fuit, Angelicæ conformis excellentiæ. Immo & secundùm vers. LXX. illam superans & excedens. nam illi verunt, *venter eius pixis eburnea super lapidem sapphirum*. h. excedens & superans angelicam dignitatem.

Christi venter quid sit.

* *Num. 21. v. 9. Cassiodorus.*

a *Greg. Honorius. Beda, Haym. Cassiod. & alij.*

VVilleramus.

Hailgrinus.

Christi venter cur sit eburneus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Nyssenus.

BGregorius Nyssen. *Tharsis* mystica notat significata: Aliquando in malam partem sumi; vt cùm Ionas dicitur *fugisse in Tharsis* [a], & cùm audis *à spiritu vehementi* (hoc est, Spiritu illo [b] qui Apostolis cum sonitu vehementi in linguis igneis apparuit) *contritas naues Tharsis* [c]. his enim locis sonat vitiositatem. Aliquando verò in bonam partem docet accipi, & virtutem connotare: vt cùm vni ex diuinis illis spectris Ezechiel hunc colorem tribuit; *Et species eius, quasi species Tharsis* [d], & hoc loco. censet itaque hîc *manus* CHRISTI vocari *tornatiles*, *aureas*; eos qui bona Ecclesiæ ad publicos vsus administrantes, id faciunt ex præscripto CHRISTI, hoc est, iustitiæ & sinceritatis, quasi torno quodam abradentes omnem curam hominibus placendi, auaritiam, ambitionem, voluptatem, aut commoda propria; ita *vt*, quod vnum in administratoribus Paulus requirit, *fidelis quis inueniatur* [e]. Simile aurum aureo suo capiti. Quàm dissimilis tali manui Iudas erat, qui de loculis Domini sibi furabatur [f]? Præterea dicit esse *manus impletas Tharsis*, lapidibus nempe pretiosis, cœlico colore, & à quibus opera lapidariorum omnis terrestris portio, quæ splendorem impediebat, detrita & absumpta est: sic ait talium fidelium dispensatorum manus seu dispensationem, omninò remotam animo à cura desideriorũ terrenorum, debere tãtùm respicere ad cælestia & æterna, quæ sub aspectum non cadunt. *Ventris* verò appellatione censet significari coitum, vt in tabulis lectissimis & cãdidissimis, pulcherrimo charactere, nempe *sapphiri*, non atramento, sed spiritu Dei viui inscripta sit lex CHRISTI. Sic enim *venter* sumi apud Prophetas [g], & ab ipsomet CHRISTO [h]: de his *tabulis cordis*, & his litteris dictum ab Apostolo; *Epistola* CHRISTI *estis, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed tabulis cordis carnalibus* [i]. tabulis puris, fulgidis, læuigatis. talem enim conuenit esse hanc animi præcipuam partem, vt & clara minimeque confusa diuinorum oraculorum memoria imprimatur, distincta litteris cœlestibus. Etenim *sapphiri* splendor cæruleus est: quo monemur, vt cor nostrum, ea quæ sursùm in cœlis sunt, respiciat ac velit; & isthic oculos oblectet, vbi thesaurum suum habet recõditum. Adspectus sapphiri traditur oculos oblectare, & reficere: sic nos cœlum adspicientes, spes præmij illic repositi haud dubiè non sinet defatigari in mandatorum Dei obseruatione; sed fouebit & recreabit, nouamque alacritatem assiduè in animo generabit. Hactenùs decerpsi ex Nysseno.

a Ionæ 1. v. 3.
b Act. 2. v. 2.
c Ps. 47. v. 8.
d Nota hoc esse ex Dan. 10. v. 6.
e 1. Cor. 4. v. 2.
f Ioan. 12. v. 6.
g Ierem. 4. v. 17. Ezech. 3. v. 3.
h Ioan. 7. v. 38.
i 2. Cor. 3. v. 3.

Longè aliter ista membris CHRISTI accommodant Honorius & Guilhelmus; quorum neuter adhuc typis vulgatus fuit, ideò (quod soleo) dicta illorum ferè verbo tenùs exhibebo omnia.

Honorius.

Honorius igitur, *Manus* exponit operantes: *ventrem* coniugatos.

Manus

Manus tornatiles aureæ, hoc est, (inquit) bona operantes sunt irreprehensibiles coram hominibus; vt aurum lucentes; quæ manus *plenæ* sunt *hyacinthis*, quia sola spe & desiderio cœlestium sunt laborantes, *hyacinthus* quippe lapis est aërei, vel viridis coloris, & cum aura mutatur: tales sunt sancti in virtutibus virentes, & cœlestia appetentes, & mores pro temporibus mutantes. *Venter* CHRISTI sunt, *habentes vxores tanquam non habentes*, fidem castitatis coniugibus seruantes. Elephas namque, cuius os est ebur, castum est animal, & adeò frigidæ naturæ, vt super os eius, id est, ebur, posito gracillimo panno, & super pannum posita pruna, exstinguatur pruna illæso panno. *Venter* talis *distinctus est sapphiris*; quia similes coniugati, imbuti sunt cœlestibus disciplinis.] prætermisi quædam quæ de elephanto addit non consentanea experimento.

Hoc de viridi colore unius ex tribus verbum est, quod de aura.
1. Cor. 7. v. 29.

Nunc dabo quæ Guilhelmus; *Manus* sunt ei, qui piis actionibus insistunt, *operantes bonum quoad omnes, maximè quoad domesticos* [a] *fidei*: agit enim in eis, & per eos sponsus. Minùs idoneis contemplari, periculosum est otiari. Cùm ergo oculi *, vel labia sponsi esse nequeãt, sint saltem manus sponsi, & *ab auditione mala non timebunt*.* Non enim pertinebit ad illos, quod otiosis dicetur; *Ite maledicti in ignem* [b] *æternum, esuriui & non dedistis mihi manducare, &c.*

Guilhelmus.
a Gal. 6. v. 10.
* Ps. 111. v. 7
b Mat. 25. v. 41.

In manibus autem sponsi tria notantur. *Tornatiles* sunt, id est, rectè & probè circinatæ, sine tortuositate, asperitate, aut angulis; id est, non tantùm piè, sed iustè, ac purè agentes. Ita enim circa indigentium necessitates releuandas desudant; ne, dum illis prospiciunt, per vim, aut dolum aliis noceant. Si alios defraudant, vt aliis consulatur; si fœnerantur, vel furantur, quod in vsus pauperum expendant; torræ & angulosæ manus sunt, & proinde CHRISTI *manus* non sunt, quia *tornatiles* non sunt. Præterea debent esse *aureæ*, hoc est, apud Dominum in cunctis actionibus auro charitatis præfulgidæ. Tertiò debent esse *plenæ hyacinthis*, hoc est, decenti & quasi gemmea quadam actionis specie etiam foris coloratæ. Duo enim sunt quæ maximè actionem commendant, animus agentis, & exterior species actionis. Bona intentio commendat opus apud Deum, honesta operis superficies commendat illud apud homines. Quãdo nihil est à pietate charitatis alienum, in radice intentionis, & nihil indecens in superficie actionis; tunc *manus* est non tantùm *aurea*, sed etiam *plena hyacinthis*, cærulei coloris, quia tunc innotescit hominibus talium conuersationem esse in cœlis, & in eorum operib. sic glorificatur pater cœlestis.

Manus sponsi quæ sint.

Sequitur. *Venter eius, &c.* Quid in corpore ventre mollius est? mollis autem est venter propter mollitiem viscerum, quæ continet. In ventre ergo sponsi spirituali signari & commendari videntur, de quibus ipse ait, *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequẽtur* [c]. Venter itaque sponsi sunt, quotquot per viscera misericordiæ molles sunt, cùm aliàs robusti solidique sint. Vnde & venter eius non carneus, sed osseus dicitur. *Venter eius ebureus.* Ebur os elephãtis est, in quo potissimùm duo notantur, cãdor & soliditas. Nõ aliter enim,

c Matt. 5. v. 7.
Venter sponsi qui sint.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» qui se fratribus molles per opera misericordiæ exhibent, *venter* sponsi
» sunt, nisi se aliàs præstent morum nitore candidos, & virtute animi
» solidos. Quid autem te, ô quicunque aliis misericordiam impen-
» dens, & in teipso vitiis eneruiter * defluens; quid inquam putas,
» aut iactas te esse ventrem sponsi, eo quòd visceribus misericordiæ
» mollescere videris? fortè propter mollitiem viscerum, *venter* dicen-
» dus es; sed, fidenter dixerim, *venter* sponsi non es, quia *eburneus* non
» es, id est, nec conuersationis munditia nitidus es, nec animi soliditate
» robustus. Quid enim prodest tibi, quod ad alios viscera habes, cùm
» ad te ipsum ea non habeas? quod in alios pius es, in te ipsum crude-
» lis existas? *Quis sibi ipsi nequam* [a], *cui bonus*? Ergo à te ipso incipiens,
» *miserere animæ tuæ placens Deo* [b], vt ad alios ordinatè possis miseri-
» cordiam extendere, & *diligas proximum sicut teipsum* *. Nam si teipso
» neglecto incipias proximis misericordiam impendere, planè nec dili-
» gis eos, nec teipsum, cùm scriptum sit; *qui diligit iniquitatem, odit ani-*
» *mam suam* [c]. Si tui rationem habes, misertusque animæ tuæ, proxi-
» mo misereris; tu eris *venter* sponsi, quia eris *eburneus*. Sed audi, ille
» quoque est *distinctus sapphiris*. Sapphirus gemma pretiosissima est co-
» loris, quasi cœli purioris. Vnde scriptum est, quod *seniores Israël vide-*
» *runt sub pedibus Dei, quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cùm*
» *serenum est* [d]. Venter itaque sponsi est *eburneus*, eo quòd in se nito-
» rem & soliditatem habet, & ad summum decorem *ornatur sapphiris*,
» quia exemplar cœli nobis exhibens, cœlesti colore gloriosè refulget.
» Exemplar cœli exhibet discipulos admonens. *Estote misericordes, sicut*
» *& pater vester cœlestis misericors est* [e]. quasi dic. mollescendo
» viscеribus pietatis, estote quasi venter meus, & ad cœ-
» leste exemplar, cuius ego specimen vobis præ-
» bæo, vos quoque sapphiris fulge-
» te.] *Sic fere ille.*

* Sic perspicuè in mss. codice legitur.

a *Eccl.* 14. v. 5.
b *Eccl.* 30. v. 24.
* *Matth.* 22. v. 39.
c *Ps.* 10. v. 5.
d *Exod.* 24. v. 10.
e *Luc.* 6. v. 36.

* * *

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. VERBA sunt DEIPARÆ filium laudantis. mater filio similis; quia quæ de filio dicta, etiam matri optimè conueniunt.

ANAGOGE.

§. 5. PERGIT Honorius cœlestium animarum choros recensere: Sextus (ait) ordo est militum Ecclesiam armis defen- « *Honorius.*
dentium, qui per *manus* ostenditur; cuius opera *auro* & « *hyacintho* assignantur, quia tempore pacis puritate, tem- « pore belli discretione decorantur. Septimus ordo est coniugatorum, « qui per *ventrem* intelligitur; qui *ebori* vel *sapphiro* similis scribitur, « quia pudore & cœlesti desiderio insignitur.] Quisquis ergo (verba « sunt Philonis) CHRISTI IESV munerum & gloriæ particeps esse *Philo.*
desiderat, is sapphiro lapide quoad fieri potest se honestissimè adornet, vt vel in hac corruptibili carne ea omnia sanctissimè operetur, quæ quasi eburnea opera cœlesti regiæ futura sunt ornamento, nec vnquam sunt peritura.

Universidad de Deusto Biblioteca

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.15.	" Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sũt " super bases aureas: species " eius vt Libani, electus " vt cedri.	*Crura eius columnæ marmoreæ fundatæ super bases aureas: species eius, vt Libanus, electus sicut cedri.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SIGNIFICATA.

A Capite, membrorum summo, tandem ad pedes eorundem imum descendit. *Crurum* nomine tibias & femora complectitur, eáque laudat à candore, robore, plena succo soliditate; pedes autem à munditia, & parendi promptitudine, ac facilitate. in lapidibus enim, nihil marmore solidius, plenius, robustius; & albo, nihil candidius: in metallis, nihil auro purius aut ductilius. Singulorum postea membrorum descriptioni, laudem totius corporis adiũgit, pulchritudini illius vniuersæ ante oculos proponendæ accommodatissimum.

COLVMNÆ] subaudi, *vt*; quod frequentissimum.

MARMOREÆ] loquitur de Alabastrite, vel alio albo; quale ex Paro insula. Sanè Aquil. & Symm. vertunt, *Pario*, sic ille Poëta albo vultu quandam ornat,

Caduntur Pariis qualia saxa ingis.

quod de Pario marmore verũ ex Plinio, Sidonio & alũs, olim docui *Comment. in Hippol. 1. Senecæ.* Heb. hoc loco est SES, cum gemino SIN; quod suspicor album candidúmve significare. sed nostrum id materiæ candidæ accommodare, quæ rei de qua agebatur magis conueniat. nam Gen. 41. v. 32. & Prou. 32. v. 22. *byssum* vertit, hîc autem *marmor*, vt & Esther 1. v. 6. optimè.

שׁישׁ

FVNDATÆ] innixæ.

AVREAS] auri optimi. PHAZ. vt suprà.

פז

SPECIES EIVS] MARE significat aspectum passiuè. Dicit itaque totum vultum & corporis habitum, instar Libani montis aspectu iucundissimum esse; & decorè procerum præ ceteris hominibus: sicut cedri reliquis eminẽt arboribus. Nam Hebræis *electus* significat procerũ; sicut *bonus*, pulchrũ. Sic in Regum Historia Saul dicitur *electus* &

פרא

& bonus:[a] & additur ratio, quia *ab humero sursùm eminebat super omnem populum, & non erat in Israël eo melior*. hoc est, corpore pulchrior & robustior. nam certè animo melior tunc Samuel erat, fortassis & alij. Sicut ergo BAHVR (per Heth) *electus*, procerum; sic TOB, *bonus*, pulchrum denotat: vt apud veterem poëtam,

[a] 1. Reg. 9. vers. 2.

בחור טוב

Quem bonũ facit barba. h. pulchrum. Porrò, distinctio illa peculiaris Nysseni; *species eius vt Libanus electus, vt cedri*. ceteris Patribus & versioni nostræ, & fonti, non conuenit. Nicephorus docet staturam CHRISTI Domini fuisse palmorum septem, nec arduo vel extento nimis corpore fuisse: quæ circũfertur mensura valdè proceros homines æquat, me quidem fermè palmo superat. Vide quæ dicta super v. 10. §. 2. ad illud, *Electus ex mill.*

§. 2. MENS VERBORVM.

Per *crura*, cum Theodore. & Hailgrino censeo significari geminam virtutem sponsi, nempe fortitudinem atque perseuerantiam; quæ, sicut *tibiæ* corporis, sic istæ omnium virtutum ac operum sanctorum compagem sustinent. fortitudinem illam mirè exhibuit in seipso; diabolum & mundum vincendo, & exhibet quotidie nobis, quibus dixit; *confidite quia ego vici mundum* [b]. Perseuerantiam totius vitæ, laboribus, incõmodis, iniuriis maximis æquanimiter perferendis, ostendit. Ideò meritò *columnis marmoreis* comparat, iisque *albis*; propter sinceritatem ab omni hypocrisi prorsùs alienam.

[b] Ioan. 16. v. vlt.

Deinde obserno dissimilẽ esse statuæ [*], quam vidit Nabuchodonosor, cuius pedes erant testacei, sicque in peius desinebat, quod proprium omni mundanæ gloriæ, terrenæque potentiæ: contra tibiæ sponsi *marmoreæ* fulciebantur *pedibus aureis* (hos *bases* vocat) hoc est, innitebantur sapientiæ & charitati puræ putæ; quibus legislationis, & prædicationis suæ munus alacriter obiuit; quam etiam Apostolis, & ceteris membris suis largitus fuit, & commendauit. fortitudo fundatur in sapientia, ne se præcipiter. Perseuerantia fulcitur à charitate, ne concidat, & deficiat.

[*] Dan. 2. v. 31.

Tertiò totus quantus est, vita, moribus, virtutibus, operibus, similis est virenti, florido & amœno *Libano*. [c] Et sicut vnus Libanus materiam suppeditauit corporali Salomonis templo; sic templo spirituali, quod Deus cœpit condere, iam ex quo primum hominem creauit, omnem materiam vnus Saluator noster IESVS suggerit. vnus hic producit, alit, sustinet, & perficit, quicquid ad hanc structuram necessarium est, vt docet B. Paulus *toto cap. 4. ad Ephesios, maximè v. 15.* cùm scribit; *veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, « qui est caput* CHRISTVS: *ex quo totum corpus compactum & connexum « per omnem iuncturam subministrationis, secundum operationem in mensu- « ram vnius cuiusq; membri, augmentum corporis facit in ædificationem sui « in charitate.*] Item sicut in Libano innumera sunt arborum genera, si quis vnam ex illis videat, putat eam esse præstantissimam; sed mox incidit in aliam præstantiorem, & sic vltra procedens semper maximè admirandas inuenit arbores: sic in sponsi virtutibus, & operibus vsu venit.

[c] Placet hæc expositio vtrique Greg. Pbilom, Iusto ac alijs.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Postremò additur;*electus vt cedri*, quia sicut cedrus alias arbores Libani excedit celsitudine,rectitudine, bono odore, & incorruptibilitate; sic sponsus omnes Ecclesiæ militantis & triumphantis angelos,sanctósque superat meritis,gloria, conuersationis sanctitate, intentionis puritate.soli enim *ipsi gratia ad mensuram data non fuit* *. * Io.3.v.35.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Ambrosius.*

D. Ambrosius *serm. 5. in Psal. 118. crura* hæc interpretatur præcipua CHRISTIANÆ doctrinæ fulcra;*columnas* Ecclesiæ Apostolos;*bases* verò sanctum Dei timorem,in quo fundati illi erant.Paulus enim dixit de Petro, Ioanne, & Iacobo,eos visos esse *columnas Ecclesiæ* [a], sicque vult Ambros. quicumque hoc sæculum vicerit,eum fieri *columnam* Dei *, quam confirmat,qui dicit;*ego confirmaui columnas eius* [b]. Basim verò *aurcam* esse timorem disciplinæ,*qui initium sapientiæ est* [c]. mox multis confirmat hunc sanctum timorem esse basim ceterarum virtutum. eum lege si lubet. De columnis illud à Nysseno mutuatus fuit.

a *Gal.2.v.9*
Crura Christi quæ sint.
* *Apoc.3.v.12.*
b *Ps.74.v.4.*
c *Ps.110.v.10.*

Nyssenus.

Sed Nyssenus *basim* illam *auream*, ipsáque *crura*, luculentiùs adhuc interpretatur.ostendit enim vnũquemq; fidelium posse CHRISTIANÆ Ecclesiæ corporis *crura* fieri, *fundamentum* Ecclesiæ *nemo potest* (ait Apostolus) *aliud ponere, præter id quod positum est,quod est* CHRISTVS [d]. Christus autem (ait Nyssenus) veritas est, in qua crura fundantur. Multæ quidem sunt columnæ, singulæ videlicet virtutes, lege & Prophetis comprehensæ: sed tamen duæ columnæ huic ædificio sustinendo sufficiunt;illæ nẽpe à quibus ipse sponsus dixit *legem & Prophetas pendêre* [e], charitatẽ Dei & proximi. Perinde enim est dicere aliquid ab alio sustineri, atque aliquid ab alio dependere. Sponsa nunc significat ab iisdem illa sustentari. Quod etiam D.Paulus confirmat, dum quasi domum, quæ CHRISTVM excipiat magnum illum Timotheum [f] exstruit; duas in illo columnas statuit,alteri *fides* nomen, alteri *conscientiæ* indit;per fidem,intelligens primum illud præceptum magnum, dilectionem Dei; per cõscientiam,alterum illi simile, dilectionem proximi. His ergo duab. columnis fultam esse Ecclesiam;has autem *aureo* illo *basis fundamento* inniti; quod fides est; immobilem immutabilitatem & constantiam in omni bono animis indens. Et has omnes laudes summatim, quasi paucis verbis repetere, quãdo vniuersã eius pulchritudinem, *Libano eúsq; cedris* comparat.] Multa mox subdit Nyssenus de duplici Libano,vno reprobo, alio electo:illum docet esse Satanam, hunc verò Deũ verum.illa meditatio inde orta,quòd adiectiuum *electus* coniungebat cum *Libano*;non verò cum *cedris*:quæ distinctio, vt est ei peculiaris, ita minimè probanda videtur.

d 1.Cor.3.v.11.

e *Mat.22.v.40.*
Columnæ Dei quæ sint.

f 1.*Tim.1.v.19.*

Leuicula quoque est etymologia crurum à currendo hoc loco, quam

quã tradit Guilhelmus;sed ea prætermissa, grauis est tropologia,qua docet per *crura* significari eos,in quibus,vt in membris suis,sponsus *currit ad brauium supernæ vocationis* *. Ipse vt Deus, est *brauium* benè currentium;ad quod dum currũt eius membra; ipse vt homo currit in eis.Brauium quidem vnum est,quia Deus vnus est, sed tamen non est vnius.Non enim sicut *in stadio* sæculari *omnes quidem currunt* [a], *sed vnus*, qui primus ad calcem peruenit, *accipit brauium*; ita fit in stadio, quod Deus mensus est nobis,in quo vult omnes benè currentes accipere brauium,etiamsi alius alium subsequatur. Paulus enim ad crura sponsi se pertinere insinuans ait;*Ego sic curro, non quasi in incertũ* [b]; & quia volebat omnes homines esse sicut seipsum, aliis quoq; dicebat;*Sic currite vt comprehendatis* [c]. Quid est,*sic curro*,&,*sic currite*?vt ego constanter & directè curro,sic vos nec cursum abrumpite,nec à recto deuiate.hoc decet *columnas marmoreas*. quid columna rectius?quid marmore fortius? Qui per diuerticula currunt, vel in cursu lapsi aut desides subsistunt, nonnisi difficulter, & serò ad metam perueniunt:Electi ergo currunt indefessè & indeflexè.

* *Guilhelmus.*

* *Phil.3.v.14.*
Brauiũ æternũ quale, & vt ab alius differat.

a 1.*Cor.9.v.24.*

b *Id.c.9.v.26.*

c *Id.v.24.*

Harum columnarum *basis aurea* est diuina prædestinatio;cui proculdubio humana iustitia siue fortitudo innitens, ad perpetuam soliditatem,stabilitatémque fundatur.Vnde Apostolus,*diligentibus* (inquit) *Deum, omnia cooperantur in bonum,his qui secundum propositum vocati sunt sancti* [d]. Porrò si hanc basim auream columnæ, proceræ quantumlibet,robustæque, non habeant;ad hoc tantùm surgunt,vt cadant,

Diuina prædestinatio columna.

d *Rom. 8. v. 28.*

Tolluntur in altum Vt casu grauiore ruant.

Est quidem vna basis, super quam omnes columnæ non ruituræ fulciuntur: & tamen plurium numero *bases aureæ* dicuntur;quoniam basis eadem ita singulas columnas fulcit, vt vniuscuiusque columnæ basis non communis,sed propria ac sua videatur.Ita vna eadémque gratia prædestinatrix singulis prædestinatorum suorum robotandis & conseruandis intendit, quasi singulis propriè deputata, & relictis aliis, vnicuique illorum tota foret collata.

Sequitur *Species eius vt Libani,electus vt cedri.*] Eximia planè species eius est tam in se quàm in mẽbris.In seipso est *speciosus forma præ filiis hominum* *;in mẽbris autem,*species eius vt Libani*. Libanus mons Phœnicum altissimus, qui interpretatur candor vel thus, personam nostri redemptoris significat;qui nimirum altissimus est, per singularem excellentiam;mons candoris,per singularem natiuitatis, & conuersationis munditiam;& mons thuris, per singularem virtutũ fragrantiam.In seipso est Libanus,quia excellenter cãdidus,& mundus; ita vt nec candidatus,nec mundatus.In membris eius *species* est *vt Libani*; quia si CHRISTVM consideres in membris,ita mundus est,vt mundatus;ita candidus,vt candidatus;est *vt species*, quia ad similitudinem eius membra eius respondent quantùm possunt,& eatenùs eius membra sunt, quatenùs sui capitis similitudinem trahunt, & eatenùs candida sunt, quatenùs de plenitudine candoris eius accipiunt,

* *Psal.44.v.3.*
Christus est Libanus.

" piunt;eatenùs membra singulariter candida sunt,quatenùs candidan-
" tur.*Species* ergo *eius vt Libani*,hoc est, species membrorum eius, vt
" species eius ; quia in membris eius decentissimè exprimitur species
" eius,non quidem ad æqualitatem ; *quis* enim,vel *in nubibus æquabi-*
a *Psal.88.v.7.* " *tur* [a] *Deo*? sed ad quandam conformitatem.

Cedri qui sint. " Vnde subditur,*electus vt cedri*,in seipso quidem,vt dictum est,*ele-*
" *ctus ex millibus*;in membris autem;*electus vt cedri*. Quid aptius per
" proceritatem & impurribilitatem cedrorum,quàm magna illa sublimi-
" tas,& stabilitas sanctorum innuitur Angelorum:has enim cedros
" Propheta notabat;cùm de Rege Assyrio in figura præuaricatoris an-
b *Ezech. 31. v. 8.* " geli aiebat;*cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei* [b]. Mons Liba-
" nus profert cedros,quia nimirum ab illo est omnis sublimitas,de quo
" Apostolus;*in ipso*(inquit) *condita sunt vniuersa,visibilia & inuisibilia,*
" *siue throni,siue dominationes, siue principatus, siue potestates* [c], & paulò
c *Coloss. 1. v. 16. & 18.* " pòst,*omnia*(inquit)*in ipso,& per ipsum creata sunt,& ipse est ante omnes,*
" *& in ipso omnia constãt,& ipse caput corporis Ecclesiæ*. Spõsus igitur cœ-
" lestis,qui seipso est *electus ex millibus*,id est,ex omnibus tam Angelis,
" quàm hominibus, vt præclarum illud humanæ redemptionis opus
" patraret,in membris suis est *electus vt cedri*: quia nimirum eos, quos
" elegit ex genere humano,ad æqualitatem & consortium Angelorum
" elegit. Nam in Euangelio illos, qui digni habebuntur sæculo illo, &
" resurrectione ex mortuis, *Angelis* dicit *æquales futuros* [d], ita enim
d *Matth.22. v.30.* " membra eius per gratiã trahunt similitudinem capitis sui,vt per eam
" non ipsi,sed sanctis Angelis coæquentur in fœlicitate perenni.] Hac-
ctenus ex Guilhelmo Tropologia ad Anagogen vsque perducta.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§.4. Nondum hîc alia se offert,quàm qualis *vers.14.§.4.*

ANAGOGE.

§.5. *Honorius.* HONORIO in cœlis *octauus* ordo est agricolarum,qui per *crura* notatur, & *columnis* vel *marmori* comparatur, quia rectitudine & stabilitate hominum fulcitur : *nonus* ordo est,virginum,qui per speciem,id est, pulchritudinem exprimitur, qui *Libano & cedro* adæquatur, quia candore castitatis, & odore actionis adornatur.

Nyssenus. Possemus etiam pauxillula mutatione,quæ de Libano Nyssenus disseruit,

disseruit,ad Anagogen trãsferre; & dicere CHRISTVM Dominum *Libano* conferri, per *Libanum* autem significari regnum cœlorum; propter sanctorum Angelorum ordines diuersos, & sanctorum quoque turmas,æternùm illic virentes& florentes:verùm quia CHRISTVS Dominus præcipua cedrus Libani cœlestis est,& tamẽ *Libanus* dicitur : ideò etiam diabolus mali Libani cedrus præcipua est, & tamen ipse quoque *Libanus* vocatur. Malus ille Libanus, Princeps superborum, in vltimo iudicij die *perinde ac vitulus vnà cũ cedris suis, confringendus est*, teste Dauide[a];tunc *Libanus* ille vnà *cum sublimibus suis corruet*, teste Isaia [b] ; tunc *exibit ignis, & deuorabit* [c] *cedros Libani*: omnes nempe, quos in vita *operuit* mali illius *Libani iniquitas* [d] ; hoc est,quotquot diaboli vestibus & syntheſi fuerint ornati. Cõtrà quotquot Libanũ nostrum CHRISTVM induerint;illi *sicut cedrus Libani* [e] *multiplicabuntur* gloria& benedictione;& *species* illorum futura *sicut Libani*, vt hîc dicitur;*gloria Libani dabitur eis* [f]. Videte nunc ex Nyssẽno, quomodo malus ille sit etiam Libanus. CHRISTVS verus & propriè dictus est Rex : tamen malus ille, mundi dominus, rector tenebrarum,regium sibi nomen vindicat. Legiones Angelorum sunt apud verum Regem; & malorum item geniorum legiones apud hunc tyrannum. *Principatus, virtutes, potestates* [g] subsunt Regi regum, & Domino dominatorum:item&alter ille(quemadmodum docet Apostolus) [h] habet *principatus, potestates, virtutes*,quæ abrogabuntur;cùm malum in nihilum redigetur. Apud Esaiam sedet Rex gloriæ sublimi ac eleuato in solio [i]: itidem ille *solium* suum *supra cœli sidera collocaturum* se profitetur [k], ita *vt sit similis Altissimo*. Habet vniuersi Dominus in ampla domo sua *vasa electionis* [l]: itidem ille *vasa iræ* habet *comparata ad interitum*. Vitam denique & pacem bonis per Angelos suppeditat Angelorum Dominus : etiam ille furorem, & iram, & afflictionem per Angelos scelratos immittit: & in fine sæculi, vnà cum sceleratis suis Angelis, *in stagnum ignis & sulphuris* immittetur [m].

* *
*

Libanus diabolum etiam designat.

a *Psal. 28. v. 5.*
b *Isa. 10. v. 34.*
c *Iud. 9. v. 15.*
d *Abac. 2. v. 17.*
e *Psal. 91. v. 13.*
f *Esa. 35. v. 2.*
Qua ratione Christus & diabolus per Libanum designentur.
g *Coloss. 1. v. 16 & 2. v. 11 Ephes. 1. v. 21.*
h *Rom. 8. v. 38. & 1. Cor. 15. v. 24.*
i *Isa. 6. v. 1.*
k *Isai. 14. v. 13.*
l *2. Tim. 2. v. 20. 21.*
m *Apoc. 20. v. 9.*

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.16. » Guttur illius suauissimum, » & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & » ipse est amicus meus, filiæ Ierusalem.	*Guttur eius dulcedines: & totus desiderium. Hic fraternus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

Corporis habitu ad vocem transit, denique per anacephalæosin concludit descriptionem sponsi; & sic artificiosissimam sponsi imaginem sigillatim ostensam iterùm inuoluit. Per *guttur*, non partem ipsam corporis, sed vocem & eloquium significari fatentur omnes; quæ in CHRISTO supra *mel & fauũ* [a] dulcia fuêre. Hebræus efficaciter; *palatum eius dulcedines*. CHEKH, (per Heth & CAPH) propriè palatum significat, sed sumitur pro gutture. sensus est; singula verba, singulæ syllabæ, quidquid loquitur, melle & venustate redundat; est dulcissimum auditori ruminanti.

a *Psal.* 18. *v.* 11. חיך

מחמדים *machamedim.*

TOTVS DESIDERABILIS] Hebr. est; *totus desideria*. q. d. frustrà singulis immoror, nihil in eo reperias, quod non omnium amores conciliet, & desiderium excitet, quia totus est gratia. D. Hieronymus *lib.* 1. *contra Iouinian.* vertit; *gustus eius dulcedines, & totus concupiscentia*. gustum dicit alludens ad illud; *gustate, quia suauis est Dominus* [b]. concupiscentiam dixit; vt energiam vocis ἐπιθυμίας, melius explicet: noster vocem hanc vitauit; quæ solet in malum capi. de re verò, sic Nyssenus; quia eius fruitio cupiditatem satietate non immi- « nuit, sed multò magis desiderium, per expetitorum participationem, « alit: propterea dixit, nihil esse aliud, quàm *desiderium*, quasi quadam « definitione pulchritudinẽ quæsiti hac voce describens. Quàm beata « sunt illa membra, per quæ totum nihil nisi desiderium sit; quæq; per « absolutã in omni bono perfectionem, efficiant amabilem quãdam ex « omnibus temperatã venustatẽ? ita vt vniuersum nõ modò quod ocu- « los attinet, quod manus, quod cincinnos; sed etiam propter pedes, « crura, guttur denique sit desiderabile: neque membrũ vllum, in hac « pulchritudinis excellentia, deteriore sit conditione quàm cetera?]

b *Psal.* 33. *v.* 9.

Nyssenus. Christi species eximia.

sic

ac ille. nónne meritò vt caput, sic totum quoque corpus, sphæræ auri obryzi comparemus?

TALIS]eum igitur, quem tam impotenter amo, poteritis hisce notis, & indiciis dignoscere à ceteris. cogitate num indignus sit quem tam sollicitè quæram, & cuius graria mihi vestram operam impendatis.

§. 2. SENSVS VERB.

Per *guttur*, nouum testamentum intelligunt tres illi Patres apud Theodoretum; Philo quoque, & Gregor. in hoc aiunt, nobis loqui CHRISTVM, & verba illius intelligenti saccaro omni & dulciariis esse dulciora, eo quòd continuam contineãt promissionem, adoptionis filiorum Dei, iustificationis, remissionis peccatorum, admissionis & introductionis in regnum cœlorum. Quale illud; *Iugum meum* « *suaue est, & onus meum leue* [a]; & illud; *venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos* [b]; & illud; *sinite paruulos venire ad me* [c]. & « illud; *confide filia* [d]. & illud; *Ego orani pro te, vt non deficiat fides tua* [e]; & « illud; *volo, sanare* [f]: & illud; *tolle grabatum tuum* [g], & denique cuncta « CHRISTI verba talia fuêre etiam hostibus fatentibus, *nunquam sic locutum esse hominem* [h]; confirmante muliere, quæ exclamauit; *Beatus venter, qui te portauit, & vbera quæ suxisti* [i]: & attestante Beato Petro, *quia verba vitæ habes* [k]. Deinde nónne *totus desiderabilis*; qui, vt Deus, est omnium creator & conseruator, pater & nutritor: vt homo redemptor, saluator, magister, legislator, pastor, ostium vitę, panis viuus, & quid non? Sanè vocatur à Prophetis, *desideratus cunctis gentibus,* « *& desiderium collium æternorum*, Agg. 2. v. 8. Gen. 49. ver. 26. Est ipsa suauitas & desiderabilitas: quia quicquid suaue aut desiderabile; id, tale vt esset, ab eo mutuatur, &, nisi ab eo sumeret, tale non esset: quicquid ab eo seiunctum est, in quocunque suauitatis eius inest nihil: id quoque nihil in se habet, propter quod amari, vel appeti mereatur.

a Matth. 11. ver. 29.
b Ibid. 28.
c Matt. 19. v. 14.
d Matth. 9. ver. 22.
e Luc. 22. v. 32.
f Mat. 8. v. 3.
g Ioa. 5. v. 8.
h Ioan. 7. v. 48.
i Luc. 11. v. 27.
k Ioan. 6. v. 48.

De CHRISTO agens D. Ambros. [l] de quo alio (inquit) potuit Ecclesia dicere, *Fauces eius dulcedines, & totus desiderium*? & *epist. XI. ad Irenæum*, quot in vno sponso nobis bona sint, quàm ille sit desiderabilis, multis ostendit.

l *libr.* 3. *de fide cap.* 5. *Ambrosius.*

AMICVS] nisi transposita sunt verba Ruperti, videtur significare, priore loco legendum *amicus*, quàm *dilectus*: non tamen hoc vult: sed tantùm, fuisse priùs amicum, quàm dilectum, sed dilecti vocem præponi, quia illæ interrogarant: *qualis est dilectus ex dilecto*? quod mihi nimis subtile videtur, nec satis solidum: nec fauent, vel fons Hebræus, vel versio LXX. verùm quidem, nos dilectione & amore à sponso præuentos: sed vt prior amauit, sic etiam prior dilexit.

Rupertus.

Christus nos prior amauit, & prior dilexit.

Guilhelmus ista lautiùs accepit, & confert *guttur* CHRISTI cum eloquio hominum ceterorum. Moses (ait) & ceteri Prophetæ nihil « æternum promittebant, & ideò *guttur suauissimum* non habebant. « Sobriis quippe, atque prudẽtibus animis exigua poterat esse suauitas « in pollicitatione rerum post modicũ amittendarum: & propterea fa- « cris verbis Moysis & Prophetarum languidè alliciebantur, dicebánt- «

Guilhelmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» que; Num pro talibus ſeruiendũ eſt Deo? *anima noſtra arida eſt, &*
» nihil aliud audiunt aures noſtræ, niſi promiſſionem rerum tempora-
a *Num.* 21. » lium. *anima noſtra vauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo* [a]. Aſt *vbi venit pleni-*
v. 5. » *tudo temporis* [b], miſſus in mundum Dei filius; mellito gutture *eructa-*
b *Gal.* 4 *v.* 4. » *uit verbum bonum* [c], verbum vitæ, quod tot iuſti audire voluerant, &
c *Pſal.* 44. » non audiuerant: verbum, ſobrias piaſque mentes afficiens, & alli-
v. 1. » ciens, oblectans, atque demulcens, & ob hoc verè *guttur illius ſuauiſ-*
» *ſimum.* Nullus audiuit eum aliquid tranſitorium, ſicut nec Moyſen
» aliquid æternum, in præmij taxatione ponentem: ſed tamen, ne ter-
» rerentur infirmi, nihil de corporalibus ſubſidiis audientes, ea quæ
» Moyſes poſuerat in præmio, ipſe poſuit in adiectione; quæ Moyſes
» promiſerat deuotioni & labori, quaſi mercedem reddendam, promi-
» ſit ipſe ſaluo redemptionis pretio pro tempore adiicienda; *quærite* (in-
d *Matt.* 6. *v.* 33. » quiens [d]) *primùm regnum Dei, & hæc omnia adijcientur vobis.* In pro-
» miſſione ergo æternorum exhilarabat pietatem, in verbo autem adie-
» ctionis temporalium conſolabatur infirmitatem. Denique audientes
» hæc homines, quorum tangebat Deus corda, cum hilaritate aiebant;
e *Ioan.* 7. *v.* 48. » *Nunquam ſic locutus eſt homo, ſicut hic loquitur* [e]. Nunquam, quia nec
» magnus ille Moyſes, quicquam huius ſuauitatis eructauit. Dicatur
» ergo propter honorẽ Moyſis, quod guttur eius ſuaue ſit; verùm gut-
» tur ſponſi ſuauius, imò ſuauiſſimum, quod *eructauit verbum bonum*,
» (hoc eſt, ex idiotiſmo, optimum.) Et ne minutatim tantùm commen-
» det, ſubdit quid vniuerſum.

Deus & homo non ſunt partes Chriſti

» *Et totus deſiderabilis.* Totus CHRISTVS, Deus & homo eſt. non
» ita totus, vt ex partibus, non enim Deus & homo partes ſunt CHRI-
» STI: ſed totus CHRISTVS, Deus & homo, quia in vnitatem perſo-
» næ, ſemper plenæ atque perfectæ, pro ſalute multorum, aſſumptus
» eſt homo. *Totus* ergo eſt *deſiderabilis*, id eſt, in diuinitate ſimul & in
» humanitate. Quippe in humanitate, plenitudo redemptionis & ſalu-
» tis eſt, in diuinitate verò eius plenitudo diuinitatis. *Omnis itaque ſuffi-*
F 2. *Cor.* 3. *v.* 5. » *cientia* [f] *noſtra* in ipſo: & propterea nihil deſiderabile præter ipſum,
» deſideratur in eo quòd homo, ad ſaluté: deſideratur verò in eo quòd
» Deus, ad beatitudinem, deſideratur in humanitate ad remedium: de-
» ſideratur verò in diuinitate ad præmium. *Solus* igitur *deſiderabilis* eſt,

Chriſtus totus, deſiderabilis.

» ſed *totus*; quia pleniſſimè ſolus ſufficit, ſed non niſi totus. quippe in
» eo quod homo, ſufficiens hoſtia eſt pro peccatis; in eo quod Deus,
» pleniſſima merces pietatis; in eo, inquam, quod homo, purgatio pec-
» catorum; in eo quod Deus, finis bonorum deſideriorum.

Chriſtus eſt magis amicus, quã dilectus.

» *Talis eſt dilectus meus*, in ſe & in membris, qualem vobis depinxi.
» ſed nunquid dilectus meus, & non ego dilecta eius? abſit. *Dilectus*
» *meus*, & ipſe eſt diligens meus, *ipſe eſt amicus meus filiæ Ieruſalem.* di-
» ligitur à me, & diligit me, & non ſolùm reſpondet dilectioni meæ,
» ſed etiã longè ſupergreditur eam diuina dilectione: vnde nec audeo
» dicere me amicam eius, cùm fiduciali ter dicam eum amicum meum.
» Nomine quippe amicitiæ non quilibet, ſed excellens amor nota-
» tur; & nomine *amici* vel amicæ, non quilibet vel quælibet, ſed excel-
lenter

lenter amans, ſciens itaque quod ipſe ſuperexcellenter me amet. lon-
gè impar ſum in amando; & ad memoriam diuinæ eius circa me di-
gnationis ſtupore expaueſcens, ipſum quidem hilariter amicum vo-
co, me autem humiliter amicam taceo; quo ipſe tamen ſæpiùs me in
in hoc carmine nuptiali appellare dignatur. Verùm quia in conſcien-
tia mea abundantius eſt, quod erat in conſcientia Petri dicentis; *Do-*
mine tu ſcis, quia amo te, [a] quamuis me amicam non audeam appellare, a *Ioan.* 21. *v.*
amantẽ tamen pia fiducia dixerim, ideóque ipſum qui *eſt amicus meus*, 15.
dilectum appello meum, non ſimpliciter dilectum à me, ſed *dilectum*
meũ: quod vtique vim eximij amoris magis inſinuat.] *Hactenus Guil-*
helmus.

Rupertus quoque de ſponſi formoſitate multis diſſerit, & Moyſi Rupertus.
eum præfert, & diaboli picturis, hanc imaginem noſtram opponit,
verba eius ſunt; Quo potuit modo ſermo deſcripſit; virũ, amabilem,
dilectum, deſiderabilem. Non talis pictura hæc, qualẽ aſpexit illa non
mater noſtra, illa Ieruſalem terrena, imò non Ieruſalem, ſed Ooliba
ſoror eius, quæ dicebatur Odolla, de qua ſic ſcriptum eſt in propheta
Ezechiele; [b] *cúmque vidiſſet viros depictos in pariete, imagines Chaldæo-* b *Ezech.* 23.
rum expreſſas coloribus, & accinctos baltheis renes, & tiaras tinctas in capi- *v.* 14.
tibus eorum, formam ducum omnium, ſimilitudinem filiorum Babylonis,
terræq; Chaldæorum, in qua orti ſunt; inſanuit ſuper eos cõcupiſcentia ocu-
lorum ſuorum, & miſit nuncios ad eos in Chaldæam. Non inquam talis
pictura hæc: veruntamen æmulamini in melius viſum illum, & con-
cupiſcentiam illam. *Humanum dico*, ait quidam amicorum [c], *propter in-* c *Rom.* 6. *v.*
firmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire im- 19.
munditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra
ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Et ego vobis dico, ſicut illa non Ie-
ruſalem, ſed Ooliba exhibuit oculos ſuos videre viros depictos in pa-
riete, videre imagines Chaldæorum expreſſas coloribus, videre bal-
theos eorum, tiaras eorum, & formas eorum: ita nũc exhibete oculos
veſtros, oculos interiores, videre dilectum hunc, videre aureum ca-
put eius, nitentes oculos eius, reuerendas genas eius, candida & gra-
tioſa labia eius, tornatiles & aureas manus eius, eburneum & ſapphi-
ris diſtinctum ventrem eius, rectiſſima crura eius, & tangite ſuauiſſi-
mũ guttur eius, iuxta illud; *Guſtate & videte, quia ſuauis eſt Dominus* [d]. d *Pſ.* 33. *v.* 9.
De omnibus iuſtum iudiciũ iudicate, videlicet quòd iſte multò me-
lior ſit Moyſe: hoc enim poſtulabat ipſe cùm diceret Iudæis; *ſi cir-*
cumciſionem accipit homo in Sabbato, vt non ſoluatur lex Moyſi: mihi indi-
gnamini, quia totum hominem ſanum feci in Sabbato? Nolite iudicare ſe-
cundùm faciem, ſed iuſtum iudicium iudicate [e]. Nam illi quidem locu- e *Ioan.* 7. *ver.*
tus eſt Deus, & ex collocutione Dei facies eius ſplenduit [f]: ſed 23.
non *caput aureum*, non *manus aureæ*, *& tornatiles* habuit, id eſt, non f *Exod.* 34.
Deus & homo, ſed tantùm homo fuit: & hoc ipſum, quòd ſplendida *v.* 29.
facta eſt facies eius, quod aliqua operatus eſt qualibuſcunque mani-
bus; *de plenitudine* huius accepit, ſicut & omnes alij [g].] g *Ioan.* 1. *v.*
16.

TROPOLOGIA.

§. 3. Nyssenus.

NYSSENVS; Partem (ait) quæ sub mento est, *guttur* appellare consueuimus: à quo sonum conformari tradũt, dum allabitur huc quadam cum illisione spiritus ex arteria. Quare cùm faui mellis sint præclari sermones, & sermonis sit instrumentum vox, cuius ortus est è gutture; fortasse ministros & interpretes sermonis, in quibus CHRISTVS loquitur, hac voce, qui significari cogitat, à vero non aberrabit. Nam & magnus ille Ioãnes, rogatus quis esset; *vocem* se appellauit [a], quippe qui VERBI præcursor esset: & B. ille Paulus *documentum* [b] *edebat loquentis in se* CHRISTI; cui, quia vocẽ suam locauerat, nihil nisi dulcedo erat per ipsum loquens. Omnes itidem vates, quia spiritui sonum in eis edenti membra sua vocalia concesserant, nil nisi dulcedo erant, mel diuinum è gutture suo, velut è quodam fonte, promentes; quo quidem & Reges, & priuati homines salubriter vtuntur; cuius fruitio cupiditatem, &c.] vt superiùs §. 1. adscriptum.

a *Ioan. 1. v. 23.*
b *2. Cor. 13. v. 3.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Vide v. 14. §. 4.

ANA

ANAGOGE.

§. 5. *Ruperti.*

SEQVENTIA Ruperti continent aliquid anagogicum. *Gutiur* dilecti experimentum est diuinæ dulcedinis, quæ nondum apparuit: sed in futuro reseruatur, in remunerationem præsentis fidei ac dilectionis, quemadmodum ipse dilectus dicit: *Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum* [a]. Guttur eius *suauissimum* dicit, & non dicit quàm suaue, vel cui simile sit. ceterorum singulis quædam similia apposuit, videlicet capiti *aurum optimum*, comis *elatæ palmarum*, oculis *columbæ super riuulos aquarum*, genis *areolæ aromatum*, labiis *lilia*, manibus *tornum & aurum cum hyacinthis*, ventri *ebur distinctum sapphiris*, cruribus *columnæ marmoreæ cum basibus aureis*: porrò *guttur* (vt iam dictum est) nulli rei simile; sed tantummodò *suauissimum* dixit: vt per hoc recogites ineffabilem atque inæstimabilem esse internam dulcedinem diuinitatis, vt meritò dictum sit illud, *quod Deus diligentibus se præparauit, quale* [b] *nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit.* Sed quia nec ceterorum, de quibus iam dictum, similitudines sufficientes sunt; vno dicto supplere contendit defectum totius sermonis dicendo; *Et totus desiderabilis.* Verè *totus desiderabilis*, & semper desiderabilis, quia cùm habetur, tunc magis desideratur, éstque visio eius in desiderio, desiderium in visione; sicut scriptum est; *in quem desiderant Angeli prospicere* [c].] Et nos id ardenter non desideremus? cur, nisi si animales, non spirituales, sumus? nisi quia *animalis noster homo non sapit quæ spiritus sunt* [d]?

a *Ioan. 14. v. 12.*
Deus quæ præparauit diligentibus, qualia sint.
b *Esai. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9.*
c *1. Pet. 1. v. 12.*
d *1. Cor. 2. v. 14.*

Honorio Augustodunensi *Decimus* ordo est continentium, vel orantium: qui per *guttur* ostẽditur, & suauitati assimilatur; quia munda vita & sancta orationis suauitas Deo comprobatur. Et neminem moueat (ait) quod idem sensus scripturæ, nunc illis, nunc aliis asscribitur, quia per hoc maximè vnitas Ecclesiæ commendatur; cùm nunc de Prælatis ad subditos, nunc de subditis ad prælatos, vel ad alios transfertur. Præterea notandum, quòd superiùs Ecclesiæ in persecutione militanti, septem ordines electorum per septem membra corporis adscribuntur: huic verò Ecclesiæ in pace degenti, decem præscripti ordines assignantur: quia & illa septem donis sancti Spiritus armata, contra persecutores pugnauit; & ista decem præceptis legis armata contra vitia, pro denario vitæ dimicauit.]

Honorius.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECTIO VI.

SECT. VI.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Verſ. 17. VERBA ADOLESCENTVLARVM, SODALIVM SPONSÆ. Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus? & quęremus eum tecum.	*Quò abiit fraternus tuus, pulchra in mulieribus? quò respexit fraternus tuus? & quæremus eum tecum.*

LITTERA.

§. 1.

ABIIT. LXX. ἀπῆλθεν. Aquila, ἐπεστράφη. Symm. ἀνεχώρησεν. sed pro eodem sumenda, *abiit, aut, recessit.* Quod verò sequitur; *declinauit*, LXX. ἀπέβλεψεν, *alio oculos conuertit, te adspicere desiit, auertit abs te oculos, videre te desiit*; eodẽ recidit quò nostrum *declinare*; quod mihi magis placet, quia est quasi lenitio dicti prioris, *Quò abiit?* non dicimus (aiunt) in perpetuũ abisse, sed ad modicum aliò declinasse mox te inuisurum.

ET QVÆREMVS TECVM. affirmatio est; si nobis locum indicaris, confestim eò nos vnà. quare distinctionem illam còdicum: *quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?* omnino mutandam censeo, & scribendum; *quò declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.* Vt agilis flãma, si in vicina loca, vel leui vento deferatur, solet proxima quæque corripere; sic qui amare cœperunt, vel amare cupiunt: laudibus amabilis obiecti, vel recens, vel magis accenduntur. hoc nunc incendium adolescentulas hasce & reliquos qui accurrerant ad sponsæ clamorem, eámque audiuerant sponsi notas docentem, inflammauit. hinc enim fit; vt tam ardenter operam suam & suppetias sponsæ polliceantur: Nos, inquiunt, sine mora te comitabimur sponsum quæsituri. age, vnde incipiemus? quo tibi verisimiliùs loco videtur latitare? huc nos primùm conferamus. Non quærunt ab illa certum locum indicari; sed dumtaxat solita, & frequentiora sponsi loca. Nam si certum illa nouisset, non ipsas sic adiurasset.

§. 2. MENS VERBORVM. *Ecclesiæ singulæ pulchræ, pulcherrima vniuersalis.*

Videte in his verbis feruorem fidelium; qui temporibus illis schismatum, & hæreseon, pars in fide constantes perstiterant, pars ad rectam ex diuerticulis viam redierant, cum matre sua CHRISTVM, » in animabus reliquorũ lucrifaciendis inuestigantium. *Pulcherrimam* » vocat, quia pulchræ sũt singulæ sanctorũ Ecclesiæ; sed *pulcherrima* est vniuer-

vniuersalis (Catholica) per totum orbem diffusa.] sic Angelomus. «

Honorius perpendit duos in Ecclesia ordines, vnum docentium, « *Haberius.*
alterum discentium; & illum ab hoc ista interrogari. Ecclesiæ dictæ «
sunt (ait) *mulieres*, quia pariunt filios spirituales. *Pulchra* est, quæ ca- «
ret labe hæresis; *pulchrior*, quæ etiam floret studio bonæ actionis; *pul-* «
cherrima, quæ insuper fulget instãtia prædicationis. Dicunt ergo im- «
perfecti ad perfectos, carnales ad spirituales, actiui ad contemplatiuos, «
subditi ad prælatos, indocti ad doctos; *Quò abiit*, &c. q.d. ô Ec- «
clesia spiritualium, fide & opere maximè placens Deo inter Ecclesias «
spiritales partus edẽtes, doce nos; quomodo quæras quasi absentem, «
quem prædicas vbique præsentem? &, si præsens est, qualiter sit vi- «
dendus? &, si absens est, qualiter sit inueniendus? & quæremus eum «
tecum fide & deuotione. Aliud est abire, aliud declinare. ille abit, qui «
in longinquum vadit: ille verò declinat, qui æstum deuitans ad pro- «
ximum locũ in vmbram secedit. CHRISTVS corporaliter iuit, cùm «
videntibus discipulis in cœlos ascendit; spiritualiter verò *declinauit*, «
cùm de synagoga per gratiam in Ecclesiam venit. Hic inueniendus «
credendo est, quærendus orando, inueniendus benè viuendo.] Ad «
ascensionem Dominicam etiam retulêre Guilhelmus & Rupertus,
sed aliter sunt interpretati, vt ostendam § 4.

Subdit Honorius duas quæstiunculas; quarũ prior est, *cùm scriptum* a *Ier. 23. v.*
sit; cœlum & terram ego impleo[a]; *quomodo Deus dicatur adire vel abire?* *24.*
Respondet, sciendum est, quòd tres motus sunt. vnus localis & tem- « *Triplex mo-*
poralis, qui propriè est corporis, quod de loco ad locũ per tẽpus mo- « *tus.*
uetur. alter est temporalis & non localis, qui propriè est spiritus, qui «
per tempus, & non per locum mouetur cogitando præterita, vel futu- «
ra. tertius est nec localis nec temporalis, sed æternus, qui propriè est «
Dei, cùm mouetur volendo, ad id faciendum, quod æternaliter statuit «
fiendum. Dicitur ergo Deus *abire*, cùm indignis gratiam subtrahit: «
dicitur *adire*, cùm gratiam suam largitur his, quos dignos gratia sua «
fecerit, & ibi non fit mutatio loci vel temporis. «

Posterior quæstio est: cùm Deus vbique sit totus, quomodo dicatur totus esse
alicubi? quod. n. est totũ alicubi, illius pars nulla est alibi. omne quippe quod
loco continetur, tribus dimensionibus (scilicet longitudine, latitudine, altitu-
dine) per spacium distenditur, & sex circumstantiis (videlicet supra & in-
fra, dextra & sinistra, antè & retrò) circumscribitur; sed omnis dimen-
sio & circumscriptio longè à Deo remouetur, qui spiritus b *esse scribitur.* b *2. Cor. 3.*
Resp. sciendum, quòd tribus modis dicimus esse aliquid; nempe esse *v. 17.*
in loco localiter, aut esse in loco illocaliter, aut extra locum esse il- « *Tribus modis*
localiter. In loco localiter est corpus, quod locum sua mole occupat, « *aliquid esse*
& aliud eodẽ tẽpore ibi esse non sinit, vbi illud est, v.g. vinũ in vtre « *dicitur.*
si totum spaciũ occuper interiùs, non potest acetum ibi infundi, nisi «
vinum effundatur. In loco autẽ illocaliter est anima in corpore, quòd «
nullum locũ occupat ibi, sed illud illocaliter viuificat & sensificat, & «
nõ est opus vt recedat dãs locũ cibo vel potui, vt introeat. Extra locũ «
verò illocaliter, est Deus in seipso, simpliciter omnia loca continens «

Universidad de Deusto
Biblioteca

» æqualiter, & omnia tempora circuncludens præeminentialiter. Igi-
» tur vbique est totus, quia est substantia, & ratio, & causa, locus, spa-
» cium, & terminus omnium.] Hæc ille: quæ solùm scripsi ne fragmen-
tum pereat.

» Porrò prudenter dicunt discipulæ; *quæremus tecum.* Nam qui sine
» Ecclesia duce CHRISTVM quærit, ex filiabus non Ierusalem, sed
» Belial est. *(sic Beda)* errare, currere, fatigari potest, proficere, aut inue-
» nire non potest. *(sic Cassiodor. & Haym.)*

TROPOLOGIA.

§. 3. Hic incipit sermo vlt. Nysseni.

NYSSENVS notat studium animæ perfectioris; in adducendis aliis ad sponsi cognitionem: & cupiditatem animæ imperfectæ, sed diligere incipiētis. Quemadmodum Andreas quidem per vocem Ioannis [a] ad agnum illum deductus est, *(ait)* Nathanaëlus autem à Philippo ad lucem ductus, &
» à cingente ipsum vmbra legis digressus ad verum lumen peruenit: sic
» etiam hæ iuuenculæ, ad inuentionem indicati eis boni, anima, pul-
chritudinis perfectionem adepta duce vtuntur, eamque sic compel-
lant. *Quò abiit, &c.* fideli enim animæ (vt notat Philo) dum sponsi
amore flagrat, nihil iucundius esse potest, quàm cum matre Ecclesia
de CHRISTO IESV, cōmentari ac loqui, & subinde scisciatari, quo-
nam modo quæri, & inueniri debeat; ad hoc adhortante S.S. *videant*
pauperes & lætentur, quærite Deum & viuet anima vestra [b]. & iterum,
quærite Dominum, & confirmamini, quærite faciem eius semper [c]. Quæ-
» rendus autem est actione simul & contemplatione, *(ita hoc loco tres*
» *Patres illi Theodoreti* vel fide & operibus, *(ita Honorius, in sigillo.)*
» Notandum & illud Cassiodori; quasi ad tempus *declinat*, dum
» quæritur, vt maius ad se quærendum desiderium excitet. Ad hoc
» enim plerumque differt vota & orationes Sanctorum, vt ardentiùs
» eum desiderare incipiant. Sicut & quondam Magdalenæ quæ-
» renti non statim se ostendit, sed in specie hortulani [d]
» apparens, tandem, quod ipse qui quærebatur esset,
» ostendit. Exaudit CHRISTVS semper ele-
* *ita corrig.* » ctos suos, sed * sæpè quasi *decli-*
nat, cùm non statim po-
stulata concedit.]
Sic ille.

Philo.

a *Ioan. 1. sub fin.*

b *Ps. 68. v. 33.*

c *Psal. 104. v. 3.*

Cassiodorus.

d *Ioan. 20. v. 15.*

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 5.

LÆTARE & exulta cor meum, iam licet tibi post tam diuturnam moram meditari de Domina tua: licet illam humiliter, verbis deuotorum eius seruorum adfari. Inprimis *Iustus* hanc interrogationē retulit ad ineffabile mysterium Verbi incarnati in Virginis vtero: *Declinauit* quodammodo (inquit) « *cùm in forma Dei esset, non rapinam* [a] *arbitratus esse se æqualem Deo, sed* « *& semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinem hominum* « *factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit se vsque ad mortem, mortem* « *autem crucis.* Igitur qui excelsum quæsierit in forma Dei; non eum « reperiet, nisi credat in formam serui, in qua se idcirco humiliauit, vt « nos iacentes erigeret.] «

Iustus.

a *Philip. 2. v. 6.*

Psellus, Nondum (ait) cognitam habent Verbi incarnationem, « quam ineffabili ratione in terram descendens induit; cuius quidem « incarnationis mysterium, ne Angelis quidem ante verbi ascensionem « ad Patrem fuisse exploratum docet Angelorum in Psalmis interro- « gatio [b]. Sed vt ante ascensionem sic & post illam, non possumus de « dilecto vtiliùs quemquam interrogare, nec à quoquam fideliùs doce- « ri; quàm à sacratissima Dei genitrice. «

Psellus.

b *Psalm. 23. v. 8. & 10.*

Ne quærentes curramus incassum, & ne in deuia incidamus, insi- « nua nobis (ô Domina) quò currere debeamus, vt *quæramus eum te-* « *cum.* Ibimus, ibimus te duce securi, nec metuemus, quod iuxta iter » est scandalum, te gradiente nobiscum, te dirigente iter nostrum. *Quò* » *abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum?* talem te vocamus, quoties » speciosum præ filiis hominum genuisse fideli & pia deuotione cogi- « tamus. *Quò dilectus tuus abiit*, in eo quod homo; *quò declinauit*, in eo « quod Deus? scimus quidem quod *homo* ille *nobilis abiit in regionem* « *longinquam accipere sibi regnum, & reuerti* [c]: quod CHRISTVS, quate- « nus homo, *ascendit in cœlum & sedet à dextris Dei super omnem princi-* « *patum & potestatem* [d], *virtutem & dominationem*: inde nimirum *suo* « *tempore reuersurus ponere rationem cum seruis suis.* scimus etiam & cre- « dimus, quod *declinauerit* quatenus Deus maiestatem suam adeò, vt « dicat Apostolus; *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, in simi-* « *litudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo* [e]. Et eo ipso « quod Deus inclinatus est in homine, sublimatus est homo in Deum; « & ob hoc suo tempore, peracto humanæ redemptionis negotio, *abiit* « *in regionem* illam *longinquam*, regionem scilicet viuorum, regnum « sibi

Guilhelmus.

c *Luc. 19. v. 12.*

d *Coloss. 2. v. 10.*

e *Philip. 2. v. 6.*

Deus inclinatus homo sublimatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» sibi accepturus,id est,in dextera Patris sessurus.]

Hactenus Guilhelm.addens adolescentulas hæc nõ quærere,quòd ea ignorent;sed incitatas à pia matre ad inuestigandum dilectum,sibi hoc modo eius poscere ducatum. Et prudenter,quòd sibi diffidentes ducatui confidunt MARIÆ. Notat denique priùs illas ordine præpostero quærere,*quò abierit* dilectus, & posteà, *quò declinauerit*. priùs enim *exinaniuit semetipsum formam serui accipiens*: postea verò *ascendit in cœlum, & sedet à dextris Dei*. verùm animo adolescentularum, vt assolet, priùs occurrit clarificatio capitis nostri, quàm ratio clarificationis(effectus,quàm causa.)Ideò.n.in CHRISTO vsque ad consessum Patris est eleuata humanitas, quia in ipso CHRISTO priùs fuit vsque ad susceptionem formæ seruilis inclinata diuinitas. Ideò tam excelsus est homo,quia tam humilis Deus.Quanta dignitas eius in vno,tanta & dignatio eius in altero.dignatio præcessit dignitatem, vt caussa effectum: sed solet effectus primùm se cogitationi offerre, & caussæ inuestigatio subsequi. Ideò priùs interrogant de claritate assumptæ in Deum humanitatis;& posteriùs, de dignatione inclinatæ in hominem diuinæ Maiestatis: & quia quoad vtrumque insufficientiam suam prudenter considerant, per prædictam interrogationem comitatum, ducatúmque sacratissimæ Virginis ardenter implorant.

Rupertus. Similiter Rupertus notat de ascensu in cœlum hanc interrogationem accipiendam;vt patet ex verbis quæ sequenti cap.§.4.v.1.exhibebo.

Alanus. » Alanus breuiter in hæc verba; Abire est longiùs ire. *Abit* ergo, » quando requirentibus se, multùm tardè aduenire videtur. *Declinat*, » cùm citiùs ad se quærentes redit. Sed *abit* & *declinat* ad tempus; vt » maius ad se quærendum desiderium excitet.Benè autem dicitur,*quæ-* » *remus eum tecum*: quia sine glorioſæ Virginis fide, qui CHRISTVM » quærit errare potest,proficere non potest.]Sic ille.

Hailgrinus. » *Hailgrinus*,aliter;Duas(inquit)quæstiones proponũt, sed ad prio- » rem,scilicet *quò abiit*:non respondet *pulcherrima mulierum*. quò enim » abierit CHRISTVS egrediens de sepulchro, vbi quieuerit per illos » continuos quadraginta dies, in quibus per vices discipulis ipsis ap- » paruit, ipse scit: sed Scriptura non nouit. Ad secundam verò quæ- » stionem,quæ est;*quò declinauit*,ipsa respondet sicut sequitur.]

Verùm enimuerò *abire*, & *declinare*, ad idem Mysterium referre, *Honorius.* propiùs ad litteræ mentem accedit. Ideò consultiùs Honorius paucis explicat; interrogari Deiparam; an eius filius, qui vbique est totus, & quem nullus locus capit, in aliquo veniat electorum familiariùs; vt eo cognito, ipsam fide & opere imitando, vnà cum ipso simul quærat.

* *
*

IN

IN CAPVT SEXTVM CANTICI CANTICORVM.

QVIS credat VVilleramum Abbatem contra vulgatam versionem, & Cassiodori; (quem solitus sequi) & omnium Patrum (excepto Nysseno) consensum, cum Rabinis hoc loco sentire, & caput istud à præcedentis capitis vltimo vers. ordiri? fraus ista potius & corruptela censenda est hominis nõ Catholici, qui VVilleramum edi curauit. Nouatoribus illa distinctio placet;mihi vinum vetus,nam nouum hic drama instituitur.

SECTIO I. SECT. I.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis,& lilia colligat.	*Fraternus meus descendit in hortum suum ad phialas aromatum,pascere in hortis & colligere lilia.*	» Vers.1. » Vox Septuag. » »..

LITTERA.

§. 1. POST illam chori interrogationem,multa vltrò citrò- que verba hinc inde commearant: mox aurora oriente memor sit sponsa,se sponsum frustrà per vicos & plateas quærere,quem in horto vbi vicino faciliùs sit inuentura,vbi ille frequentior.reprehendit ergo seipsam stuporis,quæ priùs id non cogitarit;nec non tacitè sodales inuitat,vt eò secum properent. fingit hæc Ierosolymis agi, dicíque; quæ quòd essent,vt Pergama,in edito;vtitur *descendendi* voce.

ARELAM.]eodem modo vertit sup. *c.5.v.13.*Hebr.Vox significat, *sulcorum lineas*, hoc est, sulcorum hinc inde exstantes tumulos,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ערוגה
Ierugath.
מרקחת
Archoth.
a de Anst. Vit. V.

Sic autem illi *areolas* exprimunt benè concinnatas. Symm. & Aquila vt noster *πρασιάς*, vtrobique LXX. *φιάλας*.

§. 2. SENSVS VERBORVM. *Ecclesia Catholica hortus Christi.*

VT PASCATVR] Hebræum complectitur actiuum & passiuum, ad verbũ *ad pascendum*, & sic Symm. Aqu. & Sex. editio, *τοῦ νέμεσθαι*. LXX. *ποιμαίνειν*, hoc est, vt vertit D. Ambr [a]. *pascere*. Sensus itaque illum in hortis pasci, & pascere.

Sponsi hortus est Ecclesia vniuersalis & catholica, quem descripsit suprà *c. 4. v. 12. c. 5. v. 1.* hortus variis plantarum generibus consitus, variis floribus exornatus, plurimorum aromatum spiritualem odorem diffundens. In hunc de celso solio suo *descendit*, & vt optimus olitor, hunc hortum excolit, & rigat fluentis doctrinæ & gratiæ, & sæculo pœnitentiæ expurgat, quando peculiari cura particulares aliquas Ecclesias inuisit; quæ sunt velut areolæ aromatibus refertæ. *Descendit* autem, *vt* ibi *pascatur*, quia quasi pabulum ei est habere in Ecclesia pascua vberrima bonarũ conscientiarum, & præsepia plena bonorum operum: & nihilominus ibidem *pascit* bonus pastor ouiculas suas. Scilicet *pascit* vt pastor, *pascitur* vt agnus & hinnulus. *Descendit vt lilia colligat* bonorum desideriorum, & operum fama, vt liliorum odore recreetur *(sic Nyss. Theod. Beda.)* & perfectos ac probatos iam homines de vita succidat *(sic Iust. Cassiod. Greg.)* & Angelis associet *(sic Hongr.)* Igitur (quod acutè Honorius) quid (ait sponsa) vagor foris? intra me est, hîc latet, quem quæro: me scrutabor, in me reperiam.] Nimirum instinctu aliquo interiore sponsi aduentum præsentiebat.

[a] Sic LXX. Interpretes.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius.* HONORIO, hortus est anima fidelis per pœnitentiam purgata (lacrymis rigata) studio religionis complanata, spirans bonorum operum aromata, quibus sponsus pascitur hic; dum viuunt, & iisdem postea *(vt Philo inquit)* thalamus æthereus adornatur, in quo castissima sponsa singulari ardens charitate diuino sponso inseparabili contemplatione inhæret, nec ab eo vnquam diuelli potest.

Philo.

Nyssenus. Sed optimè B. Nyssenus; ostendit locum vbi sit, & præterea quid spectet, & velitita vt ex paucis verbis totum Euangelij mysteriũ discamus. Nimirum quod Deus, qui ideirco manifestatus est in carne, quia ortus ex Iuda, gentibus in *caligine, atque vmbra mortis sedẽtibus* * illuxit; *Cognati* nomine appellatur à desponsata sibi ad æternam coniunctionem, quòd ea populi ex Iuda orti *soror* esset. Verbum verò *descendit*, significat propter eum, qui Ierosolymis Ierichuntem descendit, inque latrones incidit [b], etiam ipsum descendisse, quo significatur facta ex ineffabili maiestate ad humilitatem naturæ nostræ demissio. Ex *horti* ænigmate discimus, verũ illum agricolam de integro aruum suum plantare. Etenim nos homines *agricultura eius sumus*, vt loquitur

* *Esa. 9. v. 2.*

[b] *Luc. 10. v. 30.*

loquitur Paulus [a]. Itaque cùm ipse sit, qui rerum initio plantationem humanæ naturæ, consitam à Patre cœlesti, excoluit in Paradiso; *aper autem singularis & immanis* [b] hortũ illum, nimirum nos depraedatus sit, aruúmque diuinum vastarit: *descendit*, vt hunc hortum rursùs per virtutum consitionem ornaret, puro ac diuino doctrinæ fonte, ad plantas huiusmodi fouendas, per quosdam quasi riuos sermonum, deducta. *Phialæ* autem *aromatis* hactenùs in descriptione pulchritudinis sponsi ad maxillarum encomium fuerunt accommodatæ; quibus cibi spirituales ad vsum pascendorum comminuuntur. Hîc verò pro loco sumuntur, vbi sponsus degat. Vt inde discamus, non versari sponsum ea in anima, vbi virtutum quædam sit solitudo; sed quæ aromatis est phiala, & vnguenta profert. Qui talis est, is sapientiæ *crater* factus, diuinum & incorruptum vinũ in sese recipit, quod qui recipit exhilaratur. Quæ porrò sequũtur indicant cuiusmodi pascuis ouiariæ præclari illius Pastoris pinguescant. Non enim ille deserta quædam ad loca spinosaque abigit oues, vt gramen decerpant: sed cibi loco eis hortorum aromata proponit, & pro gramine *lilia*: quod quidem ipsum ait à pastore ad alendas oues *colligi*. Quibus verbis significatur sanè, quàm sapienter naturam illam ac potestatem, quæ vniuersa complectatur, & contineat, locum & spatium sibi constituere illorum in puritate, qui ipsum recipiant, & in quibus multipliciter virtutibus excultus hortus liliorum floribus vigeat, aromatúmque fructus copiosos fundat. Nam *lilia* quidem, splendoris & puritatis in mente quoddam ænigma sunt; *aromatum* verò fragrantia significat adfectionem à peccatorum fœtore abhorrentem. In his ergo versari iubet eum, qui ratione præditis ouiariis præest; pascentem in hortis, & lilia decerpentem, colligentémque in vsum ouium: quæ quidem ipsa ouibus Pauli opera proponit, qui de diuino penu cibum hunc ex liliis congestum nobis obiicit. Nam lilia putari debent,

quæcunque vera sunt, quæcunque honesta, quæcunque pura, quæcunque iusta, quæcunque amabilia, quæcunque boni nominis, si qua virtus, & si qua laus [c]. Hæc ille, cui Nilus & Maximus consentiunt.

[a] 1. Cor. 3. v. 9.

[b] Ps 79. v. 14.

"Christus non versatur in anima virtutibus destituta.

[c] Phil. 4. v. 8. *Nilus. Maximus.*

* * *

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Psellus.*

ARCANA (*inquit Psellus*) ratione *descendit*, sicut *imber super lanam*, sicut *ros in vellus* [a], in vterum puræ atq; immaculatæ Virginis, vt in *aromatum* diuinorũ mundam *Phialam*: vnde sine semine progrediens, eo quidẽ modo, qui ei soli est cognitus; in animas hominum puras influxit. & Iustus Orgelitanus; *Areolam aromatis* ipsam sanctam MARIAM Virginem intelligendam accipimus, ex ea quippe nobis odor iustitiæ ortus est Dominus noster CHRISTVS IESVS.] accipit ergo vterque hunc descensum de VERBI incarnatione in vtero virgineo, vt & magni Basilij frater Cæsarius *Dialog. 4.* Alanus & Cassiod. & Angelom. & VVilleram, & Guilhelm. & Hailgr. hic; quorum interpretatio magis mihi placet, quàm Philonis & Aponij; de descensu CHRISTI ad inferos; vel Hieron. Osorij, de ascensu CHRISTI in cœlum.

Iustus.

Cæsarius Cappadox.

Guilhelmus.

" Guilhelmi verba sunt; A solio paternæ maiestatis, venit in vterum
" virginis singulariter præparatum sibi atque dicatum: à solio Patris
" *descendit* in vterum Virginis Matris, qui nimirum factus est *hortus*
" *irriguus*, & locus quidam voluptatis eo ipso, quòd sponsus illuc de-
" scendit. ibi erat *areola aromatis* caro illa, quam in hostiam humanæ re-
" demptionis assumpsit. Caro illa non erat *areola aromatis*, antequam
" assumeretur à VERBO; sed *aromatis areola* facta est, postquam diuini-
" tati singulariter finit sociata. Nam & decentem videtur habere com-
" positionem, quia sine opere concupiscentiali concepta est; atque in-
" de odorem suauissimum spargere, quia in Deum assumpta est. Sed
" quare incarnari dignatus est? *Vt pascatur in hortis, & lilia colligat. Horti*
" sunt mentes piorum imbribus diuinis irriguæ, atque illius assiduè
" fructus feraces, de quo ait Apostolus; *fructus spiritus est, charitas, gau-*
" *dium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, mansuetudo, fides,*
" *modestia, continentia, castitas* b. hunc fructum sponsus esurit. hoc sua-
" uiter pascitur, & pastus gratias agit, dicens; *Esurini, & decisti mihi*
" *manducare* c. *Pascitur* sanè *in hortis fons hortorum*, ad hoc rigans eos
" vtique, vt pascatur in eis. non quod ei, qui *bonorum nostrorum non e-*
" *get* d, aliquid beneficij possit impendi, cùm scriptum sit; *quid prodest*
" *Deo, si iustus fueris aut quid confers ei, si immaculata fuerit vita tua* e?
" sed bona nostra esurit, cùm nos vult facere bona; & bonis nostris pa-
" scitur, cùm ei placent iam facta. Vtrumque autem esurien & refe-

Quædam hic omisi, quæ addiderat ex sententia sua: quia putabat B. Virginem tantum incarnatione filij sanctificatã, quæ opinio hodie prorsus reiecta à Doctoribus videtur.

[a] *Psal. 71. v. 6.*

[b] *Galat 5. v. 22.*

[c] *Mat. 25. v. 35.*

[d] *Psal. 5. v. 2.*

[e] *Iob 21. v. 3.*

fectionem eius, Apostolus contextim insinuare volens, cùm iussisset " obsecrationes fieri pro omnibus hominibus, pro regibus, & omni- "
bus, qui in sublimitate sunt, adiunxit: *Hoc enim bonum & placitum est,* "
coram Saluatore nostro Deo, qui vult omnes homines saluos fieri [a]. non er- " a 1. Tim. 2.
go indignus, sed pius esurit bona nostra, & pascitur eis. pascitur in " v. 3.
hortis, & pascit hortos. quantùm pascit, tantùm pascitur, & hoc so- "
lùm quod tribuit refunditur. nullus enim supererogare potest, vt "
ei aliquid de proprio largiatur. denique propria nostra, non nisi vitia " *Propria nostra sunt vitia & peccata.*
& peccata. Hominem autem inaniter gloriantem & putantem, quod "
possit aliquid *superimpendere* Deo, id est, de suo aliquid adiicere, re- "
primit Apostolus, dicens: *Quid habes, quod non acceperis? si autem acce-* "
pisti, quid gloriaris, quasi non acceperis [b]? Pascitur ergo sponsus in hor- " b 1. Cor. 4.
tis, sed nonnisi de suo, quia hoc solùm ei refunditur, vnde pascit " v. 7.
ipsos rationales, *vt viuant & fructum faciant, & fructus eorum ma-* "
neat [c]. Inde enim pascunt horti, vnde pascuntur: quia non aliunde " c Ioan. 15.
placent ei; quàm de donis ipsius. pascunt pascentem se, qui placent " v. 16.
ei, qui dedit vt placeãt, & vnde placeant. Sic pastus *lilia colligit*, id est, "
animas vitæ mũditia nitidas, cùm ei placuerit vsque in finem ad cœ- "
leste regnum assumit. Eædem animæ sanctæ *lilia* sunt, quia à malis "
mũdæ; & *horti* sunt, quia bonis fœcundæ: vtrumque esse pariter, Psal- "
mista monuit, dicens; *Declina à malo & fac bonum* [d]. *Declina à malo*, vt " d Psalm. 36.
sis lilium per nitorem munditiæ, & vt suo tempore à liliorum legulo " v. 27.
colligaris; *& fac bonum*, vt sis hortus per fructum iustitiæ, & pascas "
eum, qui dignatur pasci in hortis.] *ita Guilhelm.* "

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

MONORIVS; Ecclesia est *hortus* CHRISTI à simili. quia " *Ecclesia est hortus Christi.*
sicut hortus profert varios germinum flores, ita Ecclesia "
profert diuersos virtutum sectatores. *In* hunc *hortum dilec-* "
tus descendit, cùm CHRISTVS fidelibus in Ecclesia per "
misericordiam condescendit, aut dona Spiritus sancti largiendo, aut "
peccata remittendo, aut petita tribuendo. *Areola* est, terra in horto "
æquis lateribus hinc inde composita solerti * fossatorio creberrimè " * *alter M. S.* fossorio.
reuersata, superfluis graminibus expurgata: & intelligitur vita clau- "
stralis, confessione & pœnitentia à vitiis purgata, regularibus disci- "
plinis, semini verbi Dei & virtutibus adaptata: in qua crescunt *aro-* "
mata virtutum, quorum odore CHRISTVS delectatur.] Sic Hono- "
rius, qui deinceps sæpè.

ANAGOGEN ET TROPOLOGIAM omittit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 2. „Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.	*Ego fraterno meo, & fraternus meus mihi, qui pascit in liliis.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSAE.

a 1. 2. v. 16. *Guilhelmus.*

„ DVM hortum cogitat, ex editiore loco videt sponsum ad se properantem: quare tota præ gaudio exsiliens, vt in re solet inopinata, in hæc verba erumpit, quæ superiùs explicata [a]. Guilhelmus; defectuosa (ait) locutio est, & af„ fectum indicans vehementem, qui plerumque se fortiùs erumpit „ verborum negligentior.]

EGO DILECTO] nota superiùs conuerso dictum ordine; *Dilectus meus mihi & ego illi.* nã ille dilectã amore suo prior dignatus præuenit amando: nunc dilecta vicem reddit, Ego me quoque tibi totam permitto, sicut tu te mihi; tua sum tota, sicut tu totus meus. Apud Hebræos quando possessionis vel dominij mentio, solet DatiuusGenitiui vim habere.

PASCITVR] confirmat hanc versionem Six. editio, quæ τῷ νεμομένῳ. Symm. apud Theodoret. *qui pascit flores.* nam & eos qui facti sunt lilia, pascit; & eos qui digni sunt, inter lilia pascit. Noster *pascitur*, quia hinnulum ceruorum vocarat: ceruus autem amat inter lilia versari. docet Nemesianus .... *en aspicis illum*

Candida qui medius cubat inter lilia ceruum.

Sensus ergo, non pabulum illi terra præstat, vt serpentibus; non siliquæ vitiorum, vt suibus; non cicutæ, vt salacibus capellis; sed nitidissimi & odoratissimi flores, vt hinnulis ceruorum, & apiculis mellilegulis. Quidam simplicissimè exponunt, qui tanta est morum suauitate & amœnitate, perinde ac si inter lilia pasceretur.

§. 2. MENS VERBORVM. *Iustus.*

Ecclesia cognito sponsi aduentu tota præ lætitia inopinato gaudio percellitur, & exsilit clamans; Ego regnum CHRISTI, CHRISTVS rex meus. ego corpus eius, ipse caput meum (ita Iustus:) Nihil me separet ab eo, cuius in me fidum & ardentem amorem tam repentino, & opportuno aduentu experior. quid me beatius, quæ talem possideo, & possideor à tali? possideo totum, totaque possideor.

Guilhelmus. „ *Pascitur inter lilia*] Guilhelmus; non tantùm (inquit) colligit lilia, sed

sed agri lilia, lilia agri electi homines sunt, lilia cœli electi Angeli sunt. Vtrique enim nitent & redolent. Sed Angeli puriùs nitent, & suauiùs redolent, donec lilia agri manu sponsi collecta cœlestibus liliis socientur. nempe qui colligit ea cœlestium illis liliorum, non tantùm societatem, sed & æqualitatem promittit. Nec cessat vsque in finem sæculi colligere *lilia agri*, cùm tamen iugiter inter cœli lilia pascatur. Denique *pascitur inter lilia*, & pascit ipsa lilia, pascit & pascitur *mediator Dei & hominum Deus & homo* IESVS [a]. *pascit* quia Deus, *pascitur* quia homo. *pascitur* humanitas eius perennibus deliciis diuinitatis eius: seipso Deo pascit seipsum hominem, & sanctos Angelos secum. Itaque pascit lilia, & pascitur inter lilia, qui ab hoc agro huius mundi colligit lilia, vt & illa pascat & pascatur inter illa.] Sic codex M.S. Guilhelmi corrigendus videtur.

« *Lilia agri & lilia cœli qui sint.*

a 2. Tim. 2. v. 5.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Philo. Deum semper amare oportet.*

PHILO Carpathius, præclarè hinc colligit; Deum semper amare oportere, illique soli placere studendum. nam dum vni Deo placemus, nos satis & abundè omnibus facere. Tunc Deo cuncta nostra opera esse grata & planè iucunda, cùm illum integritate vitæ, & morum innocentia laudamus, colimus, veneramur, amplectimur. Nam & ille nobis non modò vicissitudinem laudum, verùm etiam omniũ rectè factorum præmia vberrimè rependit. *Ecce* [b] *enim merces ante faciem eius, & opus in conspectu suo*, vt gregem fidelium suorum semetipso pascat, & in brachio æternitatis suæ tueatur atque saginet: modò illi ipsi sanctissimè semper adhærere nitamur, nullisque incommodis vnquam, etsi grauissimis, ab eo deficiamus ad hostem. Nam vt ipse ait, *Quicunque in me consenserit coram hominibus, consentiam & ego in eo coram patre meo* [c], *& qui perseuerauerit vsque in finem hic saluus erit* [d]. Qui verò in hunc ipsum miserrimus consentire erubuerit, & ipse erubesceat in eum, damnabítque perpetuò. Sed quæ fidelis est illius anima & sponsa, quæ casta, quæ sancta, veluti lilium; cãdore virtutũ Deum pascit & pascitur, & nutrit & nutritur, almus & alumnus; & laudat semper & amat cœlestem sponsũ, & mutuò laudatur, & redamatur ab illo. sic Carpathius.

« b *Esai. 40. v. 10.*
« c *Matt. 10. v. 32.*
« d *Matt. 24. v. 13.*

Nyssenus.

Verùm præclariùs adhuc philosophatur hoc loco D. Nyssenus: scribit his verbis pauculis normam & finitionem quandam omnis in virtute perfectionis contineri. Nam ex his discimus (ait) nihil in nobis præter Deum esse debere, neque animæ purificatæ vllam ad rem aliam respiciendum esse, sed debere hanc se ab omnibus crassis tam rebus, quàm cogitationibus expurgare, vt tota translata prorsùs ad statum, quem mentis intelligentia percipimus, & qui omniũ crassarum rerum expers est, illustrissimum ex se pulchritudinis principis simulacrum efficiat. Vtque is, qui in tabula picturam videt accuratè confotmatam ad archetypum, vnam eandemque formam vtriusque

« *In nobis nihil præter Deum esse debet.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» esse pronuntiat, imaginis pulchritudinem ipsam esse archetypi pul-
» chritudinem dicens, & archetypum in simulacro clarè conspici: eo-
» dem modo etiam hæc, quæ ait; *Meus est cognatus meus, & illius ego*
» *sum*; pulchritudinem suam conformatam ad CHRISTI exemplar di-
» cit, postquam naturæ nostræ primam beatitatem recuperarit, quæ ad
» imaginem similitudinémque principis & vniceæ veræque pulchritu-
» dinis ornata erat. Ac veluti speculum artificiosè, & ad vsum idoneè
» comparatum, pura in superficie, incidentis faciei characterem accu-
» ratè refert: sic posteaquam anima seipsam idoneè coparauit, omném-
» que huius vitæ labem abiecit, puram incorruptæ pulchritudinis spe-
» ciem sibi ipsi imprimit. Quare verbum hoc à sæculo illo voluntatis
» electione prædito, atque animato profertur. Posteaquam toto orbe
» meo cognati faciem intueor, per hoc ipsum tota formæ eius venu-
» stas in me conspicitur.

» Atque has voces Paulus imitatur clarissimè, cùm ait se Deo vi-
» uendo, mortuum mundum factũ esse, solúmque CHRISTVM in se
a Gal.2.ver. 20. » viuere [a]. Nam cũ dicit, *Mihi vita* CHRISTVS, [b]; tantùm non clamat
b Philip.1.ver. 21. » iis verbis, nullam in ipso affectionem humanam, crassámque viuere,
» non voluptatem, non dolorem, non iram, non metum, non timidita-
» tem, non trepidationem, non fastum, non audaciam, non iniuriarum
» tenacem memoriam, non adfectionem animi ad vindictam, non
» auaritiam, non honoris, non gloriæ libidinem, non quidquam eo-
» rum, quæ animum quadam erga se adfectione polluunt: sed solus (in-
» quit) ille mihi supereſt, qui nihil est horum. Etenim abrasis quasi
» poliendo vniuersis, quæ ipsius in naturam non cadunt, nihil in me
» habeo, quod non in ipso sit, eáq; de causſa *vita* CHRISTVS *est*, vel
» vt sponsa loquitur, *Meus est cognatus meus, & ipsius ego sum*; qui est
» sanctificatio, & puritas, & immortalitas, & lumẽ, & veritas, & huiusſ-
» modi alia, quæcunque animam meam pascunt, nõ in gramine vel vir-
c Psal. 109. » gultis, sed *in splendoribus sanctorum* [c]. *Liliorum* enim natura cùm colo-
v.3. » re splendido sit ornata, huiusmodi quandam sententiam horum ver-
» borum esse significat.

» Itaque propterea gregem suum in prata liliorum ducit, *qui pascit in*
» *liliis*. Vt splendor Domini Dei nostri nobis contingat. Nam quod ali-
» tur, omnino ad eius speciem comparatur, quo vescitur: vt si quis (lu-
» bet enim hoc sumere) vas quoddam concauum è vitro factum ha-
» beat, in quod si quid iniiciatur pellucidum sit; quicquid tandem fue-
» rit, siue fuligo, siue quid purius atque splendidius. Itaque qui liliò-
» rum splendorem animis indit, etiam animas ipsas splendidas red-
» dit, indita illa specie pellucente ad exteriora. Vt autem illustrior ad-
» huc sit sensus, dicimus per virtutes animum pasci, lilia verò in ænig-
» mate virtutes appellari: quibus qui recta viuẽdi ratione satiatus est, is
» vita sua cuiuslibet virtutis speciem exprimit. Existimato purum esse
» lilium modestiam, & iustitiam, & fortitudinem, & prudentiã, & *quæ-*
d Phil.4.v.8 » *cunq; vera sunt* (vt ait Apostolus [d]) *quæcũque honesta, quæcunq; amabilia,*
» *quæcunq; iusta, quæcunq; pura, quæcunq; boni nominis, si qua virtus, si qua*
laus.

laus. Nam hæc omnia postquam in animum penetrarunt, per vitam « puram demonstrantur, simúlque ornant illum, qui ea continet, & ipsa « quid ornamenti à continente accipiunt.] Sic ille. «

Hanc sponsæ vocem etiam Rex ille propheta vsurpauit, cùm cecinit; *Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui* [a], quem vers. explicans D. Ambrosius [b], facilis vox (inquit) & com- « munis, sed paucorum est. Satis rarus est enim, qui potest dicere Deo, « *Tuus sum*. Ille enim dicit, qui adhæret Deo totis sensibus, qui aliud « cogitare non nouit. Ille hac voce vtitur, qui potest dicere Domino [c], « *Ostende nobis patrem, & sufficit nobis*. Numquid hac voce vtitur, aui- « dus pecuniæ, honoris, potestatis, &c. nam copiosis. & eloquentissi- « mè prosequitur, haud procul à sermonis illius fine.

a Psal.118.v. 94
b Serm. 12. in Psalm. 118. Ambrosius.
c Ioan. 14. v. 8.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Heilgrinus.

HÆc nulli meliùs sponsæ conueniunt. notat Hailgrinus, singulariter, significanter, & antonomasticè dici *Ego*, & *mihi*: non exprimi autem, quid vel ipsa sit dilecto, vel quid dilectus sit ei; quia istud *quid*, est tantum, vt ad ipsum explicandum verba deficiant.

Guilbelmus

Guilhelmus ipsum *quid* conatur explicare, & ad hoc ipsum virginem sic introducit loquentem; Rectè, ô adolescentulæ, à me potissimùm inquiritis, quò *declinauerit* dilectus meus, qui à solio Patris diuina dignatione *declinauit in hortum suum*, vterum meum. Nulli hoc « sacramentum æquè innotuit, vt mihi, nulli tantùm contulit, quantùm « mihi. *Ego dilecto meo* ex carne mea dedi carnis substantiam, & *dilectus* « *meus mihi* refudit singularem inter homines gloriam. Nempe ad cu- « mulum gloriæ mihi, quod sibi non tantùm de me, sed & à me carnem « sumere dignatus est. sumsit enim de Adam, vnde formauit Euam, « sed non ab Adam: non enim Adam de se dedit, quod illi nescienti « & dormienti detractum est. Porrò de me nesciente, & non consen- « tiente carnem sumere noluit, sed quod sumeret me per fidelem, hila- « remque consensum dare voluit: atque ideò Angelum, qui me ad fi- « dẽ mulceret, dignanter prouideque præmisit. Denique hilariter dedi, « quod de me dignanter sumeret, ipsa vtique dignatione sua fidei meæ « deuotionem amplè remunerans. Quid enim insignius præclarúsque « conferri mihi potuit, quàm vt mater VERBI fierem, & hoc tam ex- « cellenter, vt nõ tantùm de me, sed & à me in vsum redemptionis hu- « manæ carnẽ sumere dignaretur? Et hoc ipsum ad quantam gloriam « mihi

Virgo mater singulare quid Christo contulit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" mihi suo tempore reuelandam? Itaque *ego dilecto meo* ex me dedi cor-
" pus humilitatis; & *dilectus meus mihi* tribuit culmen excellentissimæ
" dignitatis. *Eadem mensura*, qua *ego* mensa sum *dilecto meo*, *dilectus meus*
a Matt. 7. v. 2. " *remensus est mihi*[a]. quia diuina sua dignatione fidei meæ desiderióque
" respondit, & adiecit plurimùm: quia dignanter accipiens mea carna-
" lia, copiosè mihi sua refudit spiritualia; planè *mẽsuram bonam & coa-*
" *gitatã, & confertam, & supereffluentem*, honoris & gratiæ *dedit*, *dabit-*
b Luc. 6. v. 38. " *que in sinum meum*[b], pro eo quod illi incarnando prompta hilarique
Hailgrinus. " fide aperui vterum meum. Sic *ego dilecto meo, & dilectus meus mihi*, ille
" *qui pascitur inter lilia*. supplendum est (ait Hailgrin. Cardinalis) mea.
" nam inter lilia virginis, id est, vitam & munditiam carnis ipsius, ipse
" CHRISTVS pascitur, & præcipuè iucundatur.

Rupertus. Aliter ista capit Rupertus *lib. 6. Ego* (inquit) *dilecto meo*, subaudi-
" tur *pessulum ostij aperui*, vocis meæ obsequium præbui, vt audirent, &
" non nescirent filiæ Ierusalem, qualis ipse sit: & dicitur, *dilectus meus*:
" subauditur vicem mihi reddidit laudationis, scilicet verborum se-
" quentium.

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. HONORIVS ista tribuit animæ sanctæ in cœlum aspi-
" ranti, ac dicenti, *Ego* quidem hic præparo locum *di-*
" *lecto meo* in me manendi humilitate, castitate, & dile-
" ctione: & *dilectus meus* præparat *mihi* apud se locum
" receptionis, *qui pascitur in liliis*, inueniendus illic, vbi
" delectatur in castis desideriis sanctarum animarum.

SECTIO

SECTIO II.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Pulchra es amica mea, suauis, & decora sicut Ierusalem: terribilis, vt castrorum acies ordinata.	*Pulchra es proxima mea, sicut beneplacitum, decora sicut Ierusalem: pauor, vt ordinata.*	" Vers. 3. " VOX " SPONSI. " " "

LITTERA.

§. 1. ADVENIENS sponsus, intellecta bona & prompta sponsæ voluntate, illam relaudat; non, vt priùs, ab agris, & re rustica petitis similitudinibus, sed à rebus nobilissimis & augustissimis. Primò pulchritudinem eius comparat vrbi Ierosolymæ, *ciuitati* (vt vocat Ierẽ.) *perfecti decoris*[a], totius Oriẽtis longè clarissimę, teste Plinio[b]: cuius frequentiam, diuitias, ornatum, maiestatem, munitiones mirificè commendant Iosephus[c] & Strabo; quæ Deo præ cunctis vniuersi ciuitatibus maximè fuit amata. Deinde comparat acici castrorum sub vexillis & ordinibus aptissimè consistenti.

a Thren. 2. v. 15. b lib. 5. c. 14. c Ioseph. lib. 2 belli Iuda. c. 1. & 3. Strab. Geog. li. 15.

SVAVIS] recentiores cum quibusdam Rabbin. THIRSA, vt nomen proprium capiunt vrbis, quæ postea sedes Regum Samariæ, dicta *Thersa*. Argumentis duobus vtuntur ad probandum, primò quia radix RASA significat placere, & acceptum habere, & inde THIRSA significet vrbem iucundam, & gratam Regi. Sanè huius amœnitatem nobis indicari non vno Regum historiæ loco[d]. Deinde quia in Hebræo legitur, CE THIRSA. quæ nota indicat alicui rei pulchritudinem comparari; hoc sensu; *Pulchra es a. m. vt Thirsa*: nec satis aptam fore sententiam; *pulchra es vt suauis*.

תרצה רצה

d 3. Reg. 14. v. 17. & c. 15. v. 21. & c. 16. v. 6. כתרצה

Verùm parui ista momenti sunt. Ad prius respondeo, Thirsam vrbem Salomonis tempore nondum tam celebrem fuisse, vt mereretur, vel Ierosolymæ adiungi, vel Ecclesiæ comparari. Imò & Thirsa post Salomonem celebrari cœpit, nec de amœnitate illius quidquam, locis illis quæ proferunt, reperio contineri. Ad posterius dici posset, nostrum; *Caph* similitudinis, vel non legisse, vel si legit pro otioso affixo habuisse, quod nouum non est. Hinc sequitur non satis solidè ex hoc loco nonnullos Adagium, *Thirsa pulchrior*, de muliere, cuius forma sit eximia, fabricari.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Præstare arbitror sequi veteres versiones, in quibus pro appellatiuo nomine THIRSA hoc loco accipitur LXX. ὡς εὐδοκίας, *vt complacentia*; Aquila, κατ' εὐδοκίαν, *secundum beneplacitũ*; Symm. quem noster propiùs secutus, εὐδοκοῦσα, *beneplacens*. Quincta editio, ἕως εὐδοκῶ, *donec*, vel *quandiu approbo*, ceteris obscuriùs: noster omnium clarissimè. nam *suauis*, idem, quod accepta & gratiosa, & vt ille dicebat *vna charitum*. Hebraicè videtur esse; *pulchra vt suauitas*, abstractum pro concreto, vt censent Iarrhius & Chald. Paraphrastes; sensus est, pulchritudo tua est ipsa gratia gratiosior, ipsa suauior suauitate; sed non ceteris, verùm soli mihi. nam subdit; TERRIBILIS] LXX. maluerunt abstractum, *pauor*, φόβος &. Symm. ἐπιφοβ&, propiùs ad nostrum. Mihi soli (vt probam addecet) pulchra es, & comis, ac gratiosa; reliquis, verenda & seuera. Vultûs maiestate horrorem quendam incutiens lasciuis omnibus, & impuris obtutibus. Sed & mihi tamen ipsi terribilis quoque, quia sagittis oculorum tuorum cõfigor; vitare cupio & nequeo; sed, vt papilio, ipse in flammam inuolo, qua cremer. Cunctorum corda, vt acies per vexillationes suas optimè disposita, expugnas, & iugo subdis amoris. Seciùs tres illi Patres apud Theod. accipiũt passiuè, de consternatione ipsius sponsæ, ceteri rectiùs actiuè. pro *castrorum acies ordinata*, LXX. ὡς τεταγμέναι, subaudi *acies*. Symm. τάγμα παρεμβέλλων, acies castrorum. noster Hebræum vt meliùs exprimeret addidit, *ordinata*; nam Heb. ad verbum *vt vexillata* h. sub signis castrorum acies distributæ ac stantes. fauent nostro Iarrhius & Abenezra, quin & Mercerus fatetur doctè conuersum.

§. 2. MENS VERBORVM EXPONI.

Verè gloriaris, sponsus respondet: totum me mihi eripuisti, sum iuris tui. quid ni? quam ad amoris culmen, vt in me planè, non in te viuas, video peruenisse. Omnium quoque virtutum & gratiarum ornamenta sic in te congessi: vt quid tibi comparem non inueniam, nisi Ierosolymam, Principem ciuitatũ. Tu *ciuitas* illa *supra montem* [a], imò *supra montes sanctos* [b] ædificata: in te, quicquid ad spirituale ædificium necessarium abundè inuenitur; annonæ copia, auri, argenti, gemmarúmq; plurimarum, munitiones & arma bellica hostibus repellendis, domus & palatia mirè Deo & Angelis placentia, artificia & artiũ genus omne, magistratus, leges, eloquentia, sapientia, & reliquæ laudes rerũpub. Est in Catholica, genuina & non fucata pulchritudo virtutum, & suauitas amoris veræ voluptatis; est Salomonis regia, est sedes pacis, non qualem mundus nouit; sed pacis, quam per CHRISTVM iustificati habent, primùm cum Deo; deinde, domitis passionibus, & conscientia tranquillata, secum; denique cum proximo, suum cuique tribuentes, & cum Apostolo *omnibus omnia in Deo* facti [c]. Hanc, quamdiu pacem conseruat, hostibus *terribilis* est, præualer portis inferorum, nihil eam à sponsi charitate potest separare; quæ nihil non ipsa potest superare; maximè feros animos, & ab omni humanitate & ciuilitate penitùs alienos quotidie domat, & casti atque pij amoris habenis moderatur. *Acies* in ea *ordinatæ*; Martyrum, Confessorum, Virginum, aliorum Iustorum, ex ea prodeuntium agmina

a Matt. 5. v. 14.
b Ps. 86. v. 1.
Catholica Eccl. proprie.
c 1. Cor. 9. v. 22.

agmina [a]: vel ordo charitatis, quam in sponsa CHRISTVS ordinasse paulò antè dicebatur, *sup. c. 2. v. 4.* [b]: vel acies sunt, prima Iudæorum initio Ecclesiæ conuersorum, secunda Gentium & Nationum, tertia reliquiarum Iacob, quæ in fine sæculi conuertẽtur. Ad hæc enim iam tempora Cantici vergere oratio incipit, vt hoc loco D. Gregorius insinuauit. hæc acies quamdiu charitate conferta ordines seruat, nullo hostili impetu potest perrumpi.

a Sic Instar.
b Sic Theodor.
Gregorius.

Fusissimè hoc explicat idem Gregor. *hom. 8. lib. 1. in Ezechiel.* vbi de efficacia & robore charitatis atque concordiæ multa habet præclara; sed ille exstat in lucem editus. Adscribam potiùs, quæ Honorius hic scribit, ex membranis eius adhuc latentibus. *Pulchra es* (inquit) *volũtate & desiderio, quia me quæris; & suauis* voce, quia alios ad quærendum me tuis collocutionibus excitas; *& decora*, quia bonorum operum exempla præbes. *Sicut Ierusalem*, id est, primitiua Ecclesia existens sub Apostolis in Ierusalem: vel sicut Ecclesia fecit, quæ nunc est in cœlesti Ierusalem; *terribilis* dæmonibus, hæreticis, & falsis fratribus, conuersatione & disputatione: *vt castrorum acies ordinata*, contra hostes armorum instructione. Acies castrorum est agmen militum. Ecclesia est distincta tribus ordinibus, qui sunt Doctores, Continentes, Coniugati; qui per Noë, Daniel & Iob sunt præfigurati. ex quibus Noë arcam rexit in vndis, Daniel continens in aula Regis fuit, Iob curam gessit coniugis. Qui etiam in Euangelio [c] notantur: vbi *duo in agro*, qui sunt Doctores, *duo in lecto*, qui sunt continentes, *duo in molendino*, qui sunt coniugati, scribuntur. In his singulis sunt *acies* virtutum armis instructæ in castris Domini, id est, in Ecclesiis, vel claustris, contra agmina vitiorum *ordinata*: dum Doctores hæreticos & dæmones disputando impugnant; continentes sobriè viuendo contra impudicos dimicant; coniugati fide coniugali & eleemosynis tela luxuriæ deuitant. Quæ acies sic instructæ sunt *terribiles*, quia vitæ iustorum videntur malè viuentibus horribiles. graues sunt enim eis etiam ad videndum, & horrent audire consilia eorũ. Castra Romanorum terribilia erant, quia totum mundum premebant; sed suauia non erant, quia veram pacem non habebant: in Ecclesia autem, nec terror suauitatem, nec suauitas aufert terrorem, quia in terra cœlestem vitam agit, & barbaros diuersarum nationum animos ad suum ritum trahere satagit. Per hæc etiam designatur, quòd Ecclesia, quæ persecutiones patientia deuicit, hæreses etiam sapientia superauit, ornatum quidem virtutum in pace induit; sed tamen armis spiritualibus iugiter inuigilat, quibus falsis fratribus resistat.]

Honorius.

Sic corrige. vnus in f. habet, tuis, alter, mutuis.

c Luc. 17. v. 34.

* * *

TROPOLOGIA.

§. 3. NITIVM huius; quia Græci Patres versionem LXX. sequentes *συγγενίαν* interpretantur; aliud apud illos, aliud apud Latinos est. Græci enim cẽsent priore mẽbro animam cõparari ipsi charitati & benevolentiæ CHRISTI erga nos. Nam si Deus (inquit Nyssenus) ille altissimus,

Nyssenus. " qui est in sinu Patris, declarandæ in homines benevolẽtiæ causa sanguini & carni miscetur, vt in terra pax nostra misceretur; quod ipso

* *Luc. 2. v. 14.* " nascente Angeli pastoribus nunciarunt *; planum est animam, quæ ad hanc charitatem suam pulchritudinem conformauit; suis præclaris operibus CHRISTVM imitari: quippe quæ aliis hoc sit, quod

Christi imitator Paulus. " CHRISTVS humano generi fuit. Quemadmodum Paulus ille " CHRISTI imitator faciebat, seipsum à vita velut exterminãs, vt cum " calamitate sua salutem Israëlis commutaret. Sic enim ait; *Optarim*

a *Rom. 9. v. 3.* " *anathema esse à* CHRISTO, *pro fratribus meis, cognatis meis secundum carnem* a. Eaque de causa talis est pulchritudo Pauli, qualis erga nos

* *Phil. 2. v. 6.* " CHRISTI benevolentia: qui *seipsum exinaniuit sumpta serui forma* *, " *& seipsum dedit pretium pro mundi vita*, & propter nos inops factus " est, cùm dives esset; vt nos in ipsius morte viueremus, in ipsius inopia " diuitias consequeremur, in forma seruitutis ipsius regnaremus.]

Maximus. Nilus. Similis etiam CHRISTO (vt notant Maximus & Nilus) ex eius bonitatis participatione; vtpote quæ voluntati eius, per quam ex nihilo facta est, minimè repugnat, sed ex ea tota pendet, imaginis & similitudinis eius decus conseruando. *Accepta* etiam & grata spon-

Theodoretus. b *Ps. 84. v. 1.* " so (vt ait Theodoret.) quia *Dominus probauit* b *terram suam, & con-* " *uertit captiuitatem Iacob, remisit iniquitatem plebi suæ, & operuit omnia* " *peccata eorum.*

Gregorius. Secundum nostram quoque versionem (vt docet B. Gregorius) amica, *pulchra, suauis & decora*, dicitur, quia dum sanctam Ecclesiam anima imitatur, quatuor Euangeliorum præcepta operatur; à quibus pulchritudinem morum accipit, vt placeat; exercitium sanctæ operationis colligit, vt in amicitia hæreat; suauitatem mãsuetudinis discit, vt permaneat; speciem decoræ conuersationis ostendit, vt per exemplum alios trahat. *Suauis* etiam propter spontaneam obedientiam, vt

Philo. benè Philo Carpathius.

Nec suauis tantùm, sed *& decora*; nec simpliciter decora, sed decora

c *Gal. 4. v. 26. Theodoret.* " *vt Ierusalem*; non hæc inferior, sed superior illa, de qua Paulus; *Quæ* " *autem sursùm est Ierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrũ* c. Illi similis est anima (secundum Theodoret.) si Angelicam viuendi rationem imitatur; si meditatur in terra, quæ sunt cœlestia; si in carne ambulans, non militat secundùm carnem; si secundùm propositum persequitur ad brauium æternæ vocationis; *si quæ sursùm sunt quærit, vbi* CHRISTVS *est in dextera Dei sedens* d; si (vt aiunt apud eumdem alij Patres) habitum omnis perturbationis expertem in seipsa

d *Colos. 3. v. 1.*

conser

conseruans; IESVM patris pacem contempletur, qui eam Patri concilianit.

Similis est Ierosolymæ magni Regis ciuitati, (iuxta Nyssenum) *Nyssenus.* quia comprehendit intra se non comprehensibilia, ita vt habitet, & ambulet in ea Deus; & sic per inhabitantem in ea pulchritudinem ornata, cœlestis Ierosolyma fit. Pulchritudo autem ciuitatis Regis & elegãtia, ipsius haud dubiè Regis est pulchritudo. Nam is est (quemadmodum in Psalmorum libro dicitur) ipsa elegantia & pulchritudo, quem & vates hoc modo appellat, *Elegantia tua & pulchritudine tua* " *dirige, prosperare, regna; propter veritatem, & mansuetudinem, & iusti-* " *tiam* a. Hi enim pulchritudinis diuinæ tres sunt characteres; quibus a *Ps. 44. v. 5.* anima ornata; fit *decora sicut Ierusalem*, venustate Regis cohonestata, " sequenti cum vltra mundana seu Angelica natura comparatione, maiestas sponsæ mirum in modum amplificatur. Nam Angeli sunt illæ copiæ instructæ; quippe vbi *virtutes* semper dominantur, vbi *dominationes* perpetuò rerum potiuntur, solidè fundati sunt *throni*, *principatus* in nullam seruitutem rediguntur; *potestates* sine intermissione *Ordines Angelorum plurimi.* faustis Deo vocibus acclamant; volatus *Seraphim*, non quiescit, & statio non progreditur; *Cherubim* sustinere sublimem illium eleuatúmque thronum non cessant; *ministratores* opus facere, & VERBVM audire non desinunt. Sicut illæ cœlestes acies æternùm inconfusæ & inuictæ manent, nulla malitia ordinem illum optimè constitutum euertere valente: ita quoque anima, quæ ad illarum imitationem ordine, decentérque facit omnia, cunctis est admirationi & terrori.

Theodoretus. Theodoreto ordinem anima retinet; quæ sponsum scit rebus omnib. anteponendum; & secundùm sponsum eos potissimùm obseruandos, qui ad eum proximè accedũt. Verè n. acies charitatis est, quæ facit animam insuperabilem. Nam, vt optimè D. Greg. hîc ait; Notum " *Gregorius.* expertis est, quod milites, cùm in procinctu contra hostes vadunt, si " strictim & concorditer gradiuntur, ab hostib. contra venientibus ri- " mentur: quia dum in eis aditum per scissuram non adspiciunt; quali- " *Concordia in bello quid præstet.* ter eos penetrent; hæsitantes non inueniunt: illisque hoc impenetra- " bile munimen efficitur, quod concorditer ordinati seipsis semetipsos " tuentur. Dum enim de seipsis sibi vallum efficiunt, intrandi ad se adi- " tum hostibus non relinquunt; & vt occidantur appetiti, ipsi faciliùs " occidunt. Sic in multitudine fidelium contingit; quæ dum contra " malignos spiritus pugnare non desinit, necesse est, vt pace charitatis " constringatur, quò salua sit. Si enim pacem tenet, *terribilis* hostibus " apparet: si per discordiam scinditur, vndique ab hostibus leuiter pe- " netratur.] "

Philo. Similia his in Philone, qui acies tamen tres agnoscit, fidem, spem, charitatem: quare, inquit; fides integerrima, spes firmissima, sincera " charitas necessariæ sunt sponsæ, & cuicunque fideli animæ, si victrix " aduersus callidissimos hostes, euadere contendit. fide itaque se mu- " niat, spe se vinciat, vt in se vnita, ducem suum semper exultans sine " confusione sequatur. sequitur Gregorium Rupertus. "

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA:

§. 4. Honorius.

BREVITER in sigillo Honorius, introducit ipsam Deiparam dicentem; sic blandè locutus est ad me. *Pulchra es*, in castimonia, & ideò *amica mea*; *suauis* per pia exempla; & ideò *decora* in cœlesti gloria; *sicut Ierusalem*, id est, sicut cœlestes Angeli, qui vident faciem Patris, & fruuntur pace Domini; *terribilis* contra vitia, *vt castrorum acies aduersùs* dæmones & hæreticos *ordinata*.]

Hailgrinus.

Nec fusior multò Hailgrinus; ô amica mea, *pulchra es* intentione mentis, *suauis* in eloquio, *decora* in operibus, tu mihi es *sicut Ierusalem*, id est, pacis visio, pacem faciens inter Deum & hominem. Tu es malignis spiritibus *terribilis*, tanquã *turris ædificata cum propugnaculis*, & quia tu es *sicut castrorum acies ordinata*, quã sicut reginam sequuntur omnes Sanctorum acies ordinatæ secundum status suos, & proprias dignitates, & merita, vt sub ipsa, & cum ipsa pro nobis contra hostem militent.]

Alanus. Virgo gloriosa est Ierusalem.

Alanus autem sic; *Pulchra* es fide, *suauis* spe, *decora* charitate. *Ierusalem* interpretatur pacis visio. Quid igitur verius *Ierusalem*, quàm gloriosa virgo, in qua pax pectoris, & pax æternitatis? Hæc est arca Noë, in qua dispositæ sunt bestiæ, quia in ea non fuerunt cogitationes inordinatæ. *Terribilis vt cast. acies ordinata*, quia in vita multis fretа virtutibus, & in morte Angelorum vallata agminibus. Virtutibus hæreticorum interimens errores, dæmonum suggestiones repellens, etiam in assumptione, eorumdem Angelorum fulta est præsidiis, & Sanctorum coronata choris.] ita doctor vniuersalis.

Guilhelmus

Sed longè vberiore mensura laudes MARIÆ deuotissimus eius Guilhelmus nobis hoc loco admetitur. *Vox dilecti* (scribit) est alloquentis dilectam. vox inquam pij IESV blandè alloquentis, lenitérque mulcentis piam matrem suam. Quippe nec assumptus in cœlum, sedénsque ad dextram Patris dulcissimus eam filius deserebat, sed ei iugiter à dextris & à sinistris assistens, diuino quodam secretóque susurro intùs cum materna conscientia differebat. Et quidem ipsa circa nouam eius plebem pia sollicitudine satagens, nunc cum sodalibus eius (id est, sanctis Apostolis) nunc verò cum filiabus Ierusalem (id est, nouitiis fidei) sacra & ædificatoria foris miscebat colloquia: interea illi intùs à filio dicebatur, *verbum absconditum*, & quasi furtiuè suscipiebat aure interiori venas susurrij eius, & gaudebat propter vocem

vocem sponsi dicentis. *Pulchra es*, &c. *amicam* appellat more solito familiariter blandiens, atque eximiam dilectionem, qua in eum illa flagrat, præclarè commendans. *Pulchram* dicit, & *suauem*, & *decoram*, & *terribilem*: quatuor sanè cardinalibus virtutibus, quibus benè viuitur, illam excellenter pollere insinuans. *pulchram* dicit propter iustitiam, *suauem* propter prudentiam, *decoram* propter temperantiam, *terribilem* propter fortitudinem. Quatuor virtutes Cardinales in B. V.

Pulchra inquam dicitur propter virtutem iustitiæ, quæ nimirum animi pulchritudo est; ea namque pulcher & gratus est animus oculis maiestatis, sicut propter iniustitiam deformis, & fœdus.

Suauis dicitur propter virtutem prudentiæ, quæ nimirum non tantùm sapienter, sed & suauiter, & tantò suauiùs, quantò & sapientiùs, operatur. Vnde sapientiæ specialis & præcipua laus est, quòd *disponat omnia suauiter* [a].

[a] Sap. 8. 7. 1.

Decora dicitur, propter virtutem temperantiæ, quæ castigat animæ simul & carnis motus indecoros, quantùm per illam anima est decora, hoc est, immunis à dedecore carnalium voluptatum, tantùm sine illa est indecora, & plena dedecore, & turpiter diffluens.

Terribilis dicitur, propter virtutem fortitudinis, quæ dum hostiles impetus constanter tolerat, hostilem audaciam potenter frenat, iuxta illud Apostoli Iacobi, *Resistite diabolo & fugiet à vobis* [b]. Dicitur, non simpliciter, sed *sicut Ierusalem, pulchra, suauis, & decora*, & nihilominùs *terribilis sicut castrorum acies ordinata*; ad illarum distinctionem animarum, quæ pulchræ, suaues, & decoræ sunt, sicut Babylon; quæ dicitur quoque vt Ierusalem pulchra, suauis, & decora. Nam sicut ista ciuitas Dei, sic & illa ciuitas sæculi, habet prudentiam suam, fortitudinem suam, temperantiam & iustitiam suam, & à ciuibus Babylonis naturalis plerumque æquitas custoditur, & ab ipsa naturali æquitate ductis legibus viuitur, siue metu ipsarum legum pœnã transgressoribus intentantium, siue appetitu gloriæ popularis; siue respectu cuiusdam non ad suum finem (id est, CHRISTVM) relatæ, & ob hoc falsæ honestatis. Sed quia tam naturalis, quàm datæ legis finis ad iustitiam CHRISTVS est, constat, quod hæc Babylonica iustitia, vera iustitia dici non debeat. Plerumque etiam, iuxta sententiam veritatis, *filij huius sæculi prudentiores inueniuntur filiis lucis in generatione sua* [c], id est, filij Babylonis filiis Ierusalem: habent & illi quandam prudentiam suam. habent etiam quandam temperantiam suam. nam & huiusmodi plerumque inueniuntur temperãter viuentes, & quodammodo crucifigentes carnem suam cum vitiis & concupiscentiis, siue ob popularem fauorem, siue etiam contemplatione cuiusdam falsæ, & vt ita dicam inhonestæ honestatis. Ecce huiusmodi animæ pulchræ, suaues & decoræ sunt, sed sicut Babylon, & ob hoc veraciter tales non sunt. Quia illæ ipsæ virtutes Babylonicæ, eo ipso virtutes veræ non sunt, quia Babylonicæ sunt, id est, non ad suũ finem relatæ. Nam virtutes Babylonis, & virtutes Ierusalem, non officiis, sed finibus distinguuntur. Vtrisque eadem fiunt, sed propter aliud,

[b] Iacob. 4. v. 7.

Babylon & Ierusalẽ duæ ciuitates in quo cõueniant & differant.

[c] Luc. 16. v. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» aliud, & aliud fiunt. Vt ergo dilectus demonstraret piam matrem,
» non Babylonicè, sed verè iustam, prudentem & temperantem esse,
» dixit eam esse *pulchram, suauem, & decoram sicut Ierusalem*, & vt osten-
» deret eam esse veraciter fortem, dixit esse *terribilem vt castrorum aciem*
» *ordinatam*. Qui fortiter agit non propter Deum, is tali fortitudine
» non fit hosti terribilis, sed potiùs amabilis, cui concordat peregrino
» fine actionis, quamuis ipsa actione ei resistere videatur: sicque resi-
» stendo non victum, territumque compellit in fugam, sed potiùs ita se
» illi turpiter subiicit. Veram enim fortitudinem, quæ fugat hostem,
» animamque illi facit terribilem, comparat *acies castrorum ordinata*; qua
» in rebus humanis nihil est terribilius; talem Propheta in sua oratione
a *Psal.58.v.* 10. » insinuans, *fortitudinem*, inquit, *meam ad te custodiam* [a]. Quasi dicat,
» tu dator es fortitudinis; & ideirco ad te, tanquam ad debitum finem,
» fortitudinem meam alligabo, propter te scilicet, & non propter aliud
» afortiter agens, atque ita resistens diabolo, vt victus à me refugiat.
» Amplius. *Pulchra es*, per conuersationis munditiam; *suauis*, per ani-
» mi clementiam; *decora*, per castitatis singulare decus: *sicut Ierusalem* il-
» la cœlestis, quæ est in Angelis. Quippe inter homines viuis Angeli-
» cè, & in carne adhuc moribunda cœlesti præluces castitate. porrò
» cùm mater mea sis, cùm genueris *terribilem & eum qui aufert spi-*
b *Psal.75.v.* 13. » *ritum principum* [b]; ipsa quoque *terribilis es* principibus tenebrarum,
» *vt castrorum acies ordinata*. Sanè Angeli quoniam intùs faciem ho-
» minis contemplantur, per *Ierusalem* (quæ visio pacis interpretatur)
» aptè signantur; quoniam verò foràs *mittuntur*, *propter eos qui haredi-*
c *Hebr. 1.v.* 14. » *tatem capiunt salutis* [c], per castrorum aciem ordinatam figurantur
» sibi sunt *Ierusalem*, nobis autem *castrorum acies ordinata*. Vnde Ia-
d *Gen. 32.v.* 2. » cob, sicut scriptum est [d], *obuiam* habens angelos, qui in eius adiu-
» torium mittebantur, *castra*, inquit, *Dei sunt* hæc. Nobis sancti An-
» geli sunt *castrorum acies ordinata*, id est, ad spirituale prælium contra
» aërias potestates, pro defensione hominum præparata. Nam (vt ait
» Apostolus) *non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem*; *sed*
» *aduersus Principes & Potestates, aduersus Principes tenebrarum, contra spi-*
c *Ephes.6.v.* 12. » *ritualia nequitiæ* [c]. Quo modo autè nos *caro & sanguis* possemus cõtra
» illos, nisi nostram infirmitatem *castra Dei* circumdarent? Vnde Eli-
» zæus ad conspectum hostium trepidanti puero; *Noli* (ait) *timere, plu-*
f *4. Reg.6.v.* 16. » *res enim nobiscum sunt, quàm cum illis* [f]. cumque orãte Elizæo aperuis-
» set Dominus oculos pueri, *vidit montem plenum equorum, & curruum*
» *igneorum* in circuitu Elizæi, nimirum hæc erant *castra Dei*, angelicus
» ille exercitus ordinatus, contrariis potestatibus pro defensione ho-
» minum semper oppositus. Tam terribilia sunt hæc castra Dei castris
» aduersariorum, vt nulla ex parte irrumpere audeant; nisi quantùm
» occultæ rationis dispensatione sinuntur. Dilectus igitur vt piam ma-
» trem demonstret cunctis malignis spiritibus vehementer terribilem,
» dixit eam *terribilem, vt castrorum aciem ordinatam*. q. d. Quia te sciunt
» aëriæ potestates esse matrem meam, matrem triumphatoris & spo-
» liatoris sui, cuius est signum in frontibus piorum depictum; veren-
tur te

tur te matrem *terribilis*, & *eius qui aufert spiritum Principum* [a], id est, « a *Ps.75.v.* 13.
destruit superbiam malignorum spirituum: tu quoque *terribilis* illis «
facta es, & non mediocriter, sed sicut est illis terribilis Angelicus «
exercitus, ad coërcendos eos ne supra modum homines infestent, di- «
uinitùs ordinatus.] «

ANAGOGE.

§. 5.

REGNI cœlestis laus verissima, quæ *pacis visio* est, hoc est, *Ierusalem*; *amica* Regi cœlorum, cui desponsata [b]; *pulchra*, quia ornata viro suo; *suauis*, in qua numerus tot *citharœdorũ citharizantium in citharis suis* [c]; vbi quæ *Agnũ sequuntur* virgines, *canunt canticum* illud suauissimum *quod aliis nemo canere potest* [d]. vbi canit Ecclesia, aliud melodum carmen ac dulce,

b *Apoc.21.*
c *Apoc.5. 14.15.& 18.*
d *d.c.14.v.3*

Omnis illa Deo sacra
Et dilecta ciuitas,
Plena modulis, in laude,
Et canore iubilo.

Audi etiam, quàm *decora:*

Noua veniens è cœlo
Nuptiali thalamo,
Præparata, vt sponsata
Copuletur Domino:
Platea & muri eius
Ex auro purissimo,
Portæ nitent margaritis
Adytis patentibus:
Et virtute meritorum
Illuc introducitur
Omnis, qui ob CHRISTI *nomen*
Hic in mundo premitur, &c.

Quæ canit Ecclesia, ex Apocalypsi desumpta *cap.21. De acie castrorum ordinata* dictum §. præcedenti; & pulchrè hos exercitus describit Ioannes, *Apocal.c.19.v.14.*

* *
*

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 4. „ Auerte oculos tuos à me, „ quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut „ grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.	*Auerte oculos tuos è regione mei: quia ipsi auolare fecerunt me. Capillamentum tuum, sicut greges caprarum, quæ apparuerunt è Galaad.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

NON ausus fui diuidere hoc comma in duo membra scribendo, diuidam explicando. Vide (ait priore) quàm mihi ipsi fueris terribilis, luce illa splendoris, & quasi fulgure maiestatis; quæ me in vno cœperas oculorum tuorum, vt antè querebar [a], nunc prorsùs præstrinxisti. nequeo ampliùs in radiatum illud lumen tuum intueri. Qui solis aduersos radios non perferunt, manu oculum tegunt, & faciem aliorsùm auertunt: ita sponsus ait sibi nunc vsu venire, quia nequit geminum illud iubar sustinere; sed nimio splendore præstrictus, vratur & extra se rapiatur. Quare si dilecti vita, & oculi illi curæ sunt, petere, vt paululum oculos declinet, modicas inducias sibi largiatur, spiritui recuperando, & liquescenti animæ refocillandæ.

a sup. c. 4. v. 9

AME] LXX. *è regione mei*, quod Aqu. confirmat; verùm sententia est eadem.

AVOLARE FECERVNT.] quidam explicant, *oculi tui me extulerunt*, & interpretantur, ita me non alacrem tantùm, sed elatum, ferocem, insolentem reddidere, vt mei planè impotens vix penes me sim præ amore. Malo quod dixi, vt insinuet, qui priùs celeriter instar hinnuli accurrerat, nunc aucto amore cor suum fugitiuum, non celeri tantùm cursu ad sponsam contendisse, sed pernici alarum remigio, à se auolasse, & ad dilectam aduolasse. Hebraicè est, *me superare fecerũt*, noster secutus LXX. sensum reddidit idiotismi, sciens enallagen esse, pro, *me superarunt*; vel simpliciter poni, pro, *eleuari & euolare fecerunt*. D. Nyssenus hæc verba tribuit sponsæ; sed eius interpretatio non satis cohæret: ideò præstat reliquos Patres sequi, qui sponsum ista de se dicere contendunt.

Mirifi-

Mirificum est Anthropopathos, quo se Deus inuictus ab humana (quæ clementia eius est & bonitas) pulchritudine, nempe sincera intentione, & perfecta charitate, ac pura veritate conuersæ recens multitudinis fidelium, prorsùs victum vinctum amore faretur; & cogi quodammodo, vt incolatum iustorum absoluat, & mundi miseri huius, & perituri sæculi dies abbreuiet, quò plures salui fiant. Sic alibi Iacob Angelo luctanti [a], & Moses ipsi Deo prævalet irato [b], sic quotidie prævalet Ecclesia; cùm Deo, quasi inuito ac reluctanti, vindictæ flagrum precibus & lacrymis extorquet. Scio me, longè hoc loco à plerisque recedere: sed cordato lectori iudicium permitto. Communior expositio est, sponsam iuberi sapere demissiùs, cùm oculos ad sponsi beatitudinem contemplandam intendit; & moneri, eos auertere, ne scilicet eum se adspicere sicuti est, quantumcunque videat, arbitretur: ob idque sponsæ oculos eum auolare fecisse dici, quoniam quo quis acriùs eum intuetur, eo magis inuisibilis esse cognoscitur. Vide hanc prosequentes explicationem, Philonem, Theodoretum, & apud eum tres Patres illos, & ex Latinis Cassiodorum, Gregorium, Rupert. VVilleram. Cisterciensem, & alios.

§. 2. MENS VERBORVM. *Deus se ab homine victum fatetur.*

a Gen. 32.
b Exod. 32. v. 14. & 32. & Num. 14. v. 16.

Solus Iustus Orgelitan. insinuat alium sensum; Non me semper in corpore conspiciendum requiras, quem spiritu per fidem meliùs cernis. Idcirco enim in cœlum adscendi, vt non semper tibi localis appaream, qui sic omnia diuinitatis meæ præsentia repleo, vt vbique adsim, cunctaque contineam, & à nullo loco continear.] *Iustus.*

Honorius communem illam sequitur explicationem, sed ita vt nonnulla adiiciat Anagogen redolentia, ideò §. 5. exhibebo eius verba. *Honorius.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

MIRA communis illa interpretatio mera Tropologia videtur, nos admonens in diuinarum rerum studio & cõtemplatione sobrietatem & humilitatem adhibere. nam *scrutator maiestatis opprimitur à gloria* [c], & cùm *accedit homo ad cor altum, exaltabitur Deus* [d], eum fugiens. ideò nos monet sapiens; *Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere nõ poteris, quia facient sibi pennas vt aquilæ, & volabunt in cælum* [e]. Dũ verò *auertere* iubetur à sponso oculos anima, ad seipsam illos iubetur conuertere, & monetur sic altissimam diuinitatem contueri, vt ad memoriam reuocet infirmitatem propriæ conditionis, & scire, quia hoc ipsum, quod de Deo intelligit, non sui meriti, sed diuinæ gratiæ est. Vide in hanc sententiam plura apud D. Ambr. *lib. de Isaac. c. 7.*

c Prou. 25. v. 27.
d Ps. 63. v. 8.
e Prou. 23. v. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. HISTORICA interpretatio, quam proposui, optimè conuenit MARIÆ; communis verò, etsi Rupertus, & Hailgrinus, & Alanus accommodent, non videtur satis honorifica illi, cui admonitio talis minimè necessaria.

Guilhelmus. „ Melius Guilhelmus noster, Anglicus dicã, an Angelicus? eius verba „ sunt: Sãcta calliditate alludit piæ matri dulcissimus filius ad Patrẽ iã „ assumptus, q.d. Iã per inclytũ meę resurrectionis ascensionisque triũ- „ phũ cunctis malignis spiritibus, quos non ense, sed cruce perdomui, „ tanquã mater clarissimi triũphatoris, terribilis facta es. iã ribi ab An- „ gelis simul, & hominibus pleno ore acclamatur; *Benedicta tu in mu-* „ *lieribus, & benedictus fructus ventris tui* [a]. iam non est necesse tibi (ô „ pia mater) sollicitari, vt olim, quando me paruulum pannis inuolue- „ bas, sinu fouebas, lacte alebas; siue quando grandiusculum pane nu- „ triebas, & pro ætate vestiebas; siue etiam quando, in me iam adultum „ & virum factum, non desinebas materna pietate abundare, quamuis „ iam desiisses maternis pro ætate officiis ministrare: vnde etiam cùm „ agonizãti mihi pro hominum salute assisteres, & stares iuxta crucem „ meã, piaanima tua maternis perforabatur doloribus. Quia ergo vetera „ trãsierunt, & nouitas iucunda illuxit, noli me aspicere, ô pia mater, vt „ olim, vt mater; *auerte* à me maternos *oculos*; sed aspice me velut ami- „ ca & spõsa. Iã adscendi ad patrẽ, habeãt materni illi oculi vacationẽ, „ sed ad me: porrò ad mẽbra mea vacare illos nolo. *Auerte à me*, ad fra- „ tres & filios meos. Ne claudas illos, sed *auerte à me.* trãsfer maternam „ pietatẽ à me in meos. *A me*, quia iam assumptus ad patrẽ à matre non „ debeo amplius tenerè diligi: in meos autẽ cõuerte, quos oportet, me „ ab illis assumpto, maternæ tuæ pietatis teneritudine cõfoueri. Nõ er- „ go tepescat materna pietas tua, non exstinguatur, nec minuatur; sed à „ me in meos integrè trãsferatur. Illos iam tenerè, vt mater dilige: me „ iam intuere, vt spõsa & dilecta. In cruce pro salute hominũ agonizãs, „ vnũ tibi adoptaui Ioannem dicens; *mulier ecce filius tuus* [b]. porrò, cum „ triumpho resurrectionis adscendens ad patrem, multos tibi vice mei „ adoptaui & reliqui filios. *Mulier ecce* filij tui, quos diligas & piè con- „ foueas. Sic *auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt*, hoc est, „ propter ipsos auolaui à te: vt auertas oculos illos tuos maternos à me, „ ascendens in cœlum auolaui à te; vt à me in meos transferres teneri- „ tudinem maternæ pietatis.]

[a] *Luc. 1. v. 42.*

[b] *Ioan. 19. v. 26.*

ANA

ANAGOGE.

§. 5. HONORIVS Historicum sensum cum Anagogico & Tropologico miscens, ita scribit; cùm sponsa inuenti dilecti pulchritudinẽ insatiabiliter intueretur, & claritatẽ eius decoris stupefacta miraretur, dicit ei sponsus, *Auerte oculos, &c.* q. d. noli me in tantũ in turba intueri, quia in aulam ibo, & ibi aspectũ meum totum tibi fruendum præbebo. Scilicet cùm Ecclesia tota intentione dilectũ in Scripturis quærit, & cùm pariter in creaturis inuenit, eius miram sapientiam in speciebus & generibus rerum stupefacta miratur, & hãc perfectè magno desiderio cognoscere conatur: sed ei dicitur, *Auerte oculos tuos à me*, id est, intelligentiã & intentionem (oculos cordis) auerte à mea Deitate: *quia ipsi me auolare fecerũt*, hoc est, ipsi oculi cordis tui vidẽt, quantoperè omnem humanum & Angelicum intellectum excedam. q. d. sufficiat tibi quod me ex parte vides, in Scriptura & in visibili creatura: ne quæras me ex toto in hac vita videre, quod non poteris præ tua fragilitate: nec quæras hoc cõsequi in vita, quod tibi dabitur in patria. postea totũ me videbis, cùm ad me in aulam perueneris. Similitudo est ab aquila, quæ in alto vix videtur, sed altiùs volãs non videtur. Ita Deus cùm aliquantulùm in contemplatione cernitur, subitò ex oculis cordis eripitur, & omnem intellectum longè transcendere perpenditur. Oculos cordis in Deum figit, qui Trinitatem in personis, & vnitatẽ atque æqualitatem in essentia Deitatis perfectè cognoscere quærit, sed ipse ab oculis cernentis euolat, dum sibi incomprehensibile cernit, quod videre oculus desiderat. Oculos ergo ab eo auertit, & ad creaturam inflectit, dum hunc in operibus creatis contemplari satagit, quem in essentia sua videre non potuit.]

Honorius.

Oculos cordis in Deum figere quis dicatur.

Item *Thomas Cistercienſis*; vide ne hic maiestatem meam videre quæras. *Non enim videbit me homo & viuet* [a]. Itaque *auerte oculos tuos à me.* quia dum in carne constituta peregrinaris à perennibus bonis, me perfectè cognoscere non poteris. Igitur in via perenne præmium non quæras, quod non dabitur alicui viuentium nisi in patria.] sequitur;

Thomas Cisterciensis.

[a] *Exod. 33. v. 20.*

CAPILLI TVI SICVT GREX CAPRARVM QVAE APPARVERVNT DE GALAAD.

§. 1. VEHEMENTER miror cur VVilleramus, aut potiùs, qui illum ediderunt, hunc versiculum cum duobus sequentibus, prætermiserit contra fidem Hebræi, Græci, & Latini contextus; & auctoritatem Rabbinorum, & Chaldæi Paraphrastis, & omnium Græcorum,

VVilleramus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Latinorumque Patrum; ex quibus Aponius & Cassiodorus diserte testantur, ea non omittenda. Quamuis enim eadem habeantur cap. 4. initio, tamen nó sunt nouæ in hoc Cantico iterationes, nec amantes verbosa repetitione solent satiari. Deinde nec eadem in fonte verba sunt, d.c. 4. v. 1. habes MEHAR GILHAD *de monte Galaad*, hîc verò, MIN-HA GILAD, de Galaad. cetera vide d. vers. 1.

מחר גלעד
מן-הגלעד

APPARVERVNT. eodem sensu quidam, ἀνέβησαν, ascenderunt, *vide d. vers. 1.*

§. 2. Repetitio hæc instituta, vt intelligamus non minùs gratum & acceptũ Deo hoc vltimum Ecclesiæ agmen lauacro baptismi lotum, nempe conuersarum reliquiarum Iacob (de quibus apertè D. Gregorius accepit) quàm olim fuerat iucunda, & accepta Gentilium, & primitiarum Iuda conuersio.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Nyssenus.* CAPILLOS considerat Gregorius Nyssenus, vt habentes illud à reliquis partibus corporis peculiare, quod nullo doloris sensu, etiamsi totum corpus secetur aut vratur, vnquam moueantur. cumque iuxta Apostolum *gloria mulieris sit coma* a, quippe quæ cincinnis caput adornet, vult nos meneri Ecclesiæ gloriam seu capillos esse, qui sensus suos in potestate habent, qui non ex adspectu de bono iudicant, non gustatu bonum metiũtur, nõ olfactu, nó tactu, non alio sensus organo: sed, omni sensu domito, per solum animum oblata menti bona expetunt & amplectuntur; qui nec honoribus intumescunt, neque per abiectionem animi rebus tristibus in angustum coguntur; sed in aduersis casibus, capillorum instar, se doloris expertes declarantes, etiamsi vel sectio propter fidem in CHRISTVM, vel ad bestias, vel in ignem abiectio perferenda sit. Talis erat Elias ille, qui de Galaad sideris instar exortus est, in horrido squalidoque corpore caprinis pellibus tectus, ad omnes tyranni minas semper impauidus. Quicunque igitur ad imitationem generosi in hoc vate animi, seipsos supra mundum hunc vniuersum attollunt, egentes, pressi, afflicti in montibus, antris, cauernis terræ, quibus denique mundus non est dignus: hi gregatim circa vniuersi huius caput conspecti, Ecclesiæ gloria fiunt, ad cœlestem gratiam vnà cum illo Galaadita ascendentes.

a 1. Cor. 11. v. 15. *Ecclesia gloria, qui sint.*

3. Reg. 17. v. 1.

Capra qui aptè accommodantur.

Capram addit per saxa sine vlla pedum offensione tendere, & circa vertices montium versari, & per loca transitu difficilia, præruptaque fidenter incedere: idque iis aptè accommodari, qui præclarè asperam virtutis viam conficiunt. Sanè inter quatuor b illa *expeditè incedentia*, in ænigmatis libri Prouerbiorum, enumerari *hircum* ducentem caprarũ gregem, hunc hircum censet esse Eliam, eius imitatores fieri gregem caprarum eius; sicut quotquot inuentum aliquod nouum excogitarunt, vt Noë vitium ferendarum, Enoch in Deum sperandi, Cain

b Prou. 30. v. 32.

Cain agriculturæ, Abel vitæ pastoritiæ. Thubal fabrilis, eos omnes quasi gregem ducunt, qui eorum instituta sequũtur. Qui itaque Eliæ ex Galaad vitæ asperitatem, zelum, & libertatem, & innocentiam exprimere student, *capræ* sunt *de Galaad* in cœlum *ascendentes*, Nysseno.

Alij Patres apud Theodoretum per *capillos cogitationes*, de mente, vt ex capite prodeuntes, intelligunt: sic etiam Honorius, & multi alij.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.* CONNECTIT cum superiori commate Guilhelmus; Ideò volo te infirmioribus membris meis materna pietate confouendis intendere, quia exuberas meritis, & non tantũ actiones, sed & cogitationes tuæ, magnæ apud me pro quibuscunque volueris, propitiationes sunt. nã *capilli tui*, hæ cogitationes de arce hominis, mente, nascentes, sunt *sicut grex caprar.* de capris iuxta sacræ legis institutum fiebat oblatio pro peccato a; & fortè *de Galaad* exhibebantur capræ sacrificio aptiores. Cùm ergo dilectus gregi caprarum, *quæ apparuerunt de Galaad*, capillos piæ matris comparat; etiam simplices cogitationes eius excellenti gratia non modicas pro peccatis filiorum propitiationes ostendit.

a Gen. 4. v. 28.

Amplius. *Capra* est mundum animal, cornibus suis simul & barba insigne. Per cornua fortitudo, per barbam virilis prudentia seu grauitas signatur. Quia ergo grauitas virginis, & matris, tam piæ sanctæque cogitationes; nihil in se sordidum, nihil infirmum, nihil leue, aut fatuum habere poterant; rectè *capilli* eius capris, id est, animalibus mundis, cornutis & barbatis, comparantur. Sanè per hæc animalia sancti viri significantur, quia & munditiam habent in moribus, & per spiritum consilij barbati esse videntur, eò quòd virili prudentia & grauitate omnis in eis puerilis leuitas expirauit: per spiritum fortitudinis autem videntur esse cornuti, quia malignum hostem fortiter impetunt, & fugere compellunt, iuxta illud; *Resistite diabolo, & fugiet à vobis* b. Benè autem *capræ* non *capri*, quia licet barbam & cornua habeant, id est, spiritu consilij & fortitudinis polleant, naturalis tamen in eis mollities est, contra quam assiduè dimicant, *carne* in eis assiduè *aduersùs spiritum*, & *spiritu aduersùs carnem concupiscente* c.

Capra quid mysticè significet.

b Iacob. 4. v. 7.

c Gala. 5. v. 17.

Apparuerunt de Galaad, quod interpretatur, *aceruus testimonij*, CHRISTVM signans; *cui omnes Prophetæ*, sicut ait Petrus d, *testimonium perhibent, remissionem accipere peccatorum, per nomen eius omnes, qui credunt in eum*: Qui per fidem ei incorporatur, vt de ipso appareant, id

d Act. 10. v. 43.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est, in ipso, & per ipsum filij lucis fiant. Quamdiu extra ipsum erant, apparere non poterant, quia in tenebris erant: In ipso enim est lux, imò *ipse est lux* [a], & extra ipsum nihil nisi tenebræ: quotquot autem *de tenebris vocati sunt in admirabile lumen eius* [b], verè *apparuerunt*, id est, filij lucis esse cœperunt, quotquot, inquam, transierũt in Galaad, *apparuerunt de Galaad.* quotquot in CHRISTVM, quia *vera lux est*, cui omnes Prophetæ testimonium perhibent, transierunt; inde, non aliunde, vt filij lucis lucere cœperunt.

Denique non dicitur *capilli tui* sicut capræ, sed *sicut grex caprarum*, vt significet omnes electos *sollicitè seruantes*, secundùm Apostolum, *vnitatem spiritùs in vinculo pacis* [c], quasi vnum gregem esse, agentem sub Pastore vno, qui ait: *Nolite timere, pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum* [d].] Cogitationes capillis significari etiam Alanus prodidit.

Paulò aliter tres Patres, qui exponunt fideles ex impietatis & ignorãtiæ tenebris ad virtutis & pietatis lucẽ transmigrantes per Euangelium, quod iudicij futuri reddit testimonium.

a *Ioan. 1. 9.*
b *1. Pet. 2. v. 9.*
c *Ephes. 4. v. 3.*
d *Luc. 12. v. 32.*

ANAGOGE.

§. 5.

NOTA, quandocunque laudantur dotes aliquæ Ecclesiæ militantis, eas omnes laudes optimè conuenire Ecclesiæ quoque triumphanti. Quod semel hîc dixisse sufficerit.

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.	*Dentes tui sicut greges tonsarũ, quæ ascenderunt de lauacro, omnes geminantes, & infœcunda non est in eis.*	« Vers. 5. « VERBA « SPONSI. « « «

LITTERA.

§.*

SVP. c. 4. v. 1. *Sicut greges tonsarum*, & posteà; *inter eas*, habet pro *in eis*, pro *tonsarum* Symm. ἀμνάδων agnarum *gemellis fœtibus*; Aqu. διδυμοτόκων. LXX. διδυμεύουσαι. Hebraicè quoq; hîc est *ouium* seu *agnarũ* HARECHELIM, illic HAKKESVBOTH tonsarum. *Ascenderunt* scilicet recens lotæ, significatur candor dentium, vt & sequentibus æqualitas, integritas, fortitudo. *vide sup. d. v. 1.*

הרחלים
הקצובות

§. 2. MENS VERBORVM.

Vide §. 2. d. v. 1. Nec sanè immeritò viri fortes & Catholici Doctores comparantur oui, vel agno; quia ouis tota sancta, & vtilis erat in legemain vellus seruiebat hyacinthinis pellibus, caro erat victimæ destinata, cornua in buccinas assumebantur, crura ad tibias, intestina ad neruos cithararum, cutis ad tympanum: infideles cani similiores, ex quo nihil in vsu sacro assumebatur, vt ex Iarrhij stercore hoc aurum legamus.

Nyssenus.

Nyssenus quoque breuiter; Per *dentes* fortassis intelligendi ij qui Ecclesiæ corpus alunt (Doctores & concionat.) hos vult semper conspici puros; quasi digressos primùm à lauacro; & pilorum copia minimè grauatos esse, quasi recens tonsos & virtutum interim fœcunditate geminis fœtibus insignes, vt puritatis duplicis parentes fiant, tum quæ in animo, tum quæ in corpore conspiciatur: adeóque à dentibus his exterminetur, quicquid in fœtificatione boni & sterile.

Iustus.

Iustus optimè ad litteram, de his tribus commatibus: Hos * quatuor versus (inquit) bis in hoc loco constat esse descriptos; quos Deo donante iàm in superiore loco tractauimus, in quibus tamen Iudæorum & Gentilium populos conuertendos cum geminæ dilectionis fructu prædixit, & martyrum gloriam cum eorum meritis declarauit.]

« ** corrige,* « Hos quo- « que tres « versus. « «

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Tres Patres.*

RES illi Patres apud Theodoretum; Cogitationes, inquiunt, tuæ (ô anima) quibus corpoream legis crassitudinem in veros sensus extenuas, & ad spiritalé cibum idoneum redigis, instar ouium * quæ tonsæ sunt; veritate tantùm conseruata fallas omnes reiiciunt opiniones, & ab iis, tanquã in lauacro ablutæ, geminos virtutum edentes fructus, à terrenis rebus atque carnalibus ad spiritales atque cœlestes conscenderunt. Neque vlla inter eas inutilis est, aut infructuosa.]

* *Malè interpres*, caprarum.

Philo.

Vberiùs autem ista Philo; Addit, vt ex vera confessione suorum scelerum in ipso lauacro regenerationis toti mundati sint, & niue cãdidiores facti, veterem hominem cum omnibus malefactis suis atque cupiditatibus exuti; iámque interiori mentis cogitatu, atque acie diuinarum rerum salutares cibos, & arcana mysteriorum pabula, sibimetipsis conterunt ac mandunt, & proximo cuique fraternè ruminantur, & impartiunt. Quod & sequentia manifestissimè declarant, cùm ait: *Quæ ascenderunt*, &c. Verè duplici fœtu anima decoratur à sponso, postquam, sicut diximus, est lotainam ex accepto Spiritu sancto, vt salua fiat, Deum ipsum, & quemque proximum sincerè amare debet; alioqui frustrà se lauat. Possumus etiam per duplicem fœtũ, mentis & corporis munditiæ geminum fructum intelligere, vt sponso nostro IESV immaculati simus & sancti. sed prior intellectus, verior est, & potior. Quarè sedulò laborandum nobis est, vt ex binis his Spiritus sancti fœtibus, veluti *matres filiorum lætantes* [a] esse possimus.

a Ps. 112. v. 9.

Væ enim væ, qui sanctissimos fœtus ipsius Spiritũs, vel sua negligentia socordiaque amittunt, vel turpissimæ vitę moribus miserè perdunt:

melius ijs sanè foret, nunquam in lucem prodiisse [b],

vt inquit Dominus.]

b Matt. 26. v. 24.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS, Per *dentes* (ait) intellectus non incongruè figuratur. Panis enim noster quotidianus, qui à Patre cœlesti petitur atque accipitur, pio intellectu quasi quibusdam dentibus teritur, vt mansus quodammodo, atque glutitus animæ nostræ substantiam fulciat. Cui autem tam affatim datus est *panis* ille *quotidianus & supersubstantialis* [a]; quo animæ nostræ aluntur, vt viuant, & non moriantur; quàm illi, quæ genuit *panem viuum, qui de cœlo descendit* [b], *panem Angelorum, quem manducat homo*? Hunc sibi assiduè panem quibusdam quasi dentibus pij intellectus terebat, eoque salubriter, suauiterque viuebat. Quia verò idem piæ matris intellectus simplex & mundus erat, nullo animali sensu adulteratus, nulla illecebra carnali fœdatus; *dentes* eius rectè comparantur *ouibus lotis*; ouibus propter simplicitatem, *lotis* propter puritatem. Et quoniam intellectus eius præterea fœcundus erat; non tantum integritate & puritate in semetipso contentus, sed & ad informandos vtiliter foràs extentus, ideircò *dentes* eius ouibus *fœtis* comparantur. Mysticè autem *grex ouium*, vnitas est fidelium, sub cura vnius veri pastoris agentium. *Qua* nimirum *ascenderunt de lauacro*, quia ab omni originali simul & actuali sorde mundatæ exierunt de baptismo. In lauacro factæ sunt *oues*, qui antequam tingerentur, *hœdi* erant, & ad sinistram pertinebant. hœdi ergo humiliter descenderunt in lauacrum, sed de lauacro *oues ascenderunt* hilariter. Porrò expiatione & iustificatione, quam in baptismo acceperunt, contentæ non sunt: sed de spiritu veri pastoris grauidæ faciunt *fœtus gemellos, prouidendo bona* (secundum Apostolum) *non tantùm coram Deo, sed etiam coram hominibus* [d]. Et *sterilis non est in eis*, ita quod sit ex eis. Ceterùm *in eis*, hoc est, inter eas, steriles inueniuntur, re quidem hœdi, sed professione oues. Vnde Petrus de nequissimo Iscarioth; *qui connumeratus erat in nobis* [e], de huiusmodi Ioannes, *Ex nobis* (inquit) *exierunt, sed non erant ex nobis* [f].]

a Matt. 6. v. 11.

b Io. 6. v. 50. c Ps. 77. v. 24.

d Rom. 12. v. 17.

e Act. 1. v. 19.

f 1. Ioan. 2. v. 19.

ANAGOGE.

Adi §. 5. vers. 2. cap. 4. §. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.6. „Sicut cortex mali „ punici, sic genæ „ tuæ absque occultis tuis.	*Sicut funiculus coccineus labia tua, & eloquium tuum decorum. Sicut cortex mali punici, gena tua extra taciturnitatem tuam.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

VIDENTVR hoc loco septuaginta Interpretes, & Aqu. & Symmachus, & alij, aliter scripta hæc inuenisse in Hebræis codicibus, quàm nostri: & fieri potest, vt quidam sustulerint priorem illum de labiis versiculum, & noster in suis exemplaribus non inuētum non verterit. Sed legêre eũ & vertêre Lxx. & Aq. & Sym. & Schol. & cõueniunt, nisi quod Schol. *νῆμα κόκκινον, filum coccineum*, pro *funiculo*; Aqu. *τῆς κόκκου, cocci* pro *coccineo*; Sym. allocutionẽ, *διάλεξις σου*, pro, *eloquio*; & idem *σκεπόμεναι καλύμμασι*, pro taciturnitate. Eum vers. hîc interpretantur omnes Græci, ex quibus mox nonnulla; vide suprà cap. 4. v. 3.

§. 2. MENS VERBORVM.

De coccinea vitta diximus d. vers. 3. §. 2. Quæritur, cur, quam illic granatæ fragmini, hîc toti cortici comparet? facilè soluitur. quia tunc nondum agebatur de totius Ecclesiæ plenitudine, hîc verò de illa iam agitur, quia post vltimam Antichristi persecutionem, numerus Martyrum totus explebitur, & vno ouili facto mali punici cortex ostro purpureo totus rubricabitur. fauent huic interpretationi Iustus Orgelitan. & D. Gregorius Magnus.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Philo. Fideles animæ ardentes charitate quales.*

DE priore parte adscribã Philonis & Nysseni verba. Philo duas interpretationes suggerit, prima est: omnes fideles animæ ardentes charitate esse debent ad salutem propriam & proximi: nihil negligere de lege sponsi, nec illius speculatores ac nũcios interimere vel perdere; sed studiosissimè amplecti atq; sanctissimè fouere: vt sicut Raab [a] meretrix in euersione patriæ per fasciam illam coccineam, in signum datam, fenestræ domus appensam, seruata est, & libertate donata: ita & nos in die

[a] *Ioan. 2. v. 18.*

die illa nouissima, quando cœli mouendi sunt & terra, vel cùm domus nostri corporis morte irruente euertetur, per *vitta coccinea*, fraternæ charitatis ac Dei benè signata & sculpta opera, salutis æternæ participes esse possimus. Recteque *vitta* dicitur, nam vt hac frons capitis ornatur, ita nobis à capite nostro spõso CHRISTO IESV, dicendũ est, vt semper ornemur. Ipse enim docuit, cùm dixit: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodũ ego feci, ita & vos faciatis* [a]. Secunda eius interpretatio est; posse nos per fasciã ipsam coccineã à Raab fenestræ appensam, syncerã apertámque CHRISTI fidei confessionem accipere. Vt enim corde iustificamur, secundùm Apostolum [b]; ita ex aperta oris nostri confessione saluamur. Idcirco *labia* dixit, ne quis fideliũ coram impiis, crudelissimisque tyrannis Christianæ fidei destructoribus, vel magis structoribus (iis enim affligentibus cœleste palatium ex viuis lapidibus, iisque purpureis construitur) positus erubescat vitam æternam palàm confiteri: quin intrepidus inuictusque omnino fidem CHRISTI orthodoxam constantissimè retineat ac prædicet.

[a] *Ioan. 13. v. 15.*

[b] *Rom. 5. v. 10.*

B. Nyssenus: *Funiculus* autem in libro collocatus mensura quadam circumscriptam sermonis vsurpationem in ænigmate notat; id quod vates ille [c] *custodiam & ostium compressionis* appellauit: quum in tempore ad loquendum os aperitur, & suo tempore rursùs occluditur. *Funiculum* autem mensuræ nomen esse, de libro vaticiniorum Zachariæ Prophetæ [d] didicimus. Habebat enim in manibus Angelus ipso loquens funiculũ, quo terram metiri homines solent. Tunc autem oratio maximè suam mẽsuram consequitur, cùm à rubedine colorata est, quæ est ænigma sanguinis illius, à quo redempti sumus. Quare si quis ad exemplũ Pauli, CHRISTVM *in se loquentẽ* [e] *habet*, qui proprio nos sanguine redemit, etiam funiculum illum geometricum habet in ore, sanguinea illa tinctura ornatum. Quæ verò sequuntur verba, interpretatio sunt præcedentis ænigmatis. Nam *funiculum* illum *coccineum* exponit, loquelam elegantem, qua voce rursùm puritas & moderatio significatur. Etenim quod accuratè elegans est, atque ipso in vigore se conspiciendum exhibet, id neque immaturum, neque exoletum est. Cùm verò deinde per *mali punici corticem genas* ornat, insignem quandam in bonis perfectionem sponsæ tribuit. Vult enim significare, non alia quadam in re situm esse thesaurum ipsius, sed ipsam sui ipsius thesaurum esse: quippe quæ omnis boni apparatum in se complectatur. Nam vt cortice continetur id quod esculentum est in malo punico: sic etiam demonstrat contineri thesaurum eius, interiore illa pulchritudine vitæ, quæ sub aspectum non cadit. Hic igitur est ille occultus spei thesaurus proprius animi fructus, qui vita virtuti consentanea, quasi quodam mali punici cortice, continetur.]

Nyssenus.

[c] *Psal. 140. v. 3. Sermonis arcta custodia seruanda est.*

[d] *Zach. 2. v. 1.*

[e] *2. Cor. 13. v. 3.*

Philo autem; rubro colore atque albicante *cortex mali punici* circumfundi solet, cùm maturat. huic similes *genæ* sponsæ, quia pro his coloribus habet virẽtem fidei integritatem, ac spei charitatisque ardorem;

Philo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" ardorem; & cum his bonæ conscientiæ optimos atque castissimos in-
" ternæ mentis cogitatus ac fructus (per genas enim flos pudicitiæ, &
" castitatis significatur) ne vacuitate bonorum operum coram iudi-
" ce constituta sponsa, fatua, sine oleo veræ charitatis lampada ferens [a], miserrimè damnetur.

Genæ quid significent.

a *Matth. 25. v. 3.*

Rupertus.

" Denique de *genis* sic etiam philosophatur Rupertus, cuius verba
" mihi visa indigna, quæ præterirentur. In vtero nos (ait) ita natura
" formauit; vt genua genis opposita sint: vnde & à genis genua di-
" cuntur: ibi enim cohærent sibi, & cognata sunt oculis, lacrymas-
" rum indicibus & misericordiæ. Denique complicatum aiunt gigni
" formarique hominem, ita vt genua sursùm sint, quibus oculi for-
" mantur, vt caui fiant & reconditi. Inde est, quod homines, dum se ad
" genua prosternunt, statim lacrymantur. Voluit enim natura nos
" maternum rememorare vterum, vbi considebamus in tenebris,
" antequàm veniremus ad lucem. Profectò qui causam istam diligen-
" ter attendit, ille scienter atque rationabiliter laudat & approbat, san-
" ctis & eruditis cogitationibus familiare esse, genua frequentiùs ex-
" celso Deo curuare, & genas lacrymosas genibus curuis applicare, vt
" respiciat, ac recogitet creator habitans in excelsis, qualiter nos in vte-
" ro formauerit. Vnde & illud S. Iob commonefacit his verbis; *Mo-*

Formatio hominis in vtero qualis.

b *Iob. 10. v. 9. & 11.*

" *mento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in pulueren reduces me, &c* [b],
" vsque; *licet hæc tales in corde tuo, tamen scio, quod vniuersorum memineris.*
" Non paruum inuentum reperit, qui istud consecutus est, vt scienter
" sic exhibeat se creatori, sicut reperit Propheta Micheas, cùm dixit;

c *Isaiæ. 6. v. 6.*

" *Quid dignum offeram Domino? curuem genu Deo excelso* [c]. Nec verò
" soli Deo, sed & hominibus dulcis visu & amabilis est huiusmodi
" compositio, tantóque quis magis reuerendus existit, quanto
" frequentiùs, atque affectuosiùs genua curuans, genas
" suas, vel oculos, vel totum caput demiserit.
" deinde ostendit genas & oculos
" altos Deo hominibusque
" odibiles esse.

***

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS, In pudore genarum (ait) dilectus verecundiam piæ matris commendat. verecundia humilitatis amica est, & comes indiuidua. Non enim humilitas vera est, si verecunda non est. Inde est, quod mens verè humilis, ita de laudibus suis etiam veris confunditur, sicut anima superba etiam de falsis laudibus suis hilarescit, atque extollitur. Quis autem ambigat illam, quæ Imperatorem humilium genuit, virtute humilitatis insigniùs effulsisse? ergo etiã verecũdia eius insignis fuit. Quia præclara humilitas, nonnisi præclaram comitem habere dignata est. Sic de se humiliter, imò humillimè sentiens, veras laudes suas à cœlesti sibi sponso superiùs decantatas verecundè audiuit: & quidem ille intùs eam, vt Deus, alloquebatur, atque intra maternam cõscientiam tota illa laudantis filij vox resonuit: illa verò docta, & assuera humiliter ambulare, etiam ipsius veritatis cum sua conscientia loquentis de suis virtutibus testimonium verecundè suscipiebat. Quod considerans & meritò approbans pius ille auditor, etiam hoc ipsum præclaris laudibus eius annectit, dicens; *sicut cortex mali, &c.* q.d. Insigne admodùm, gratumque mihi est, quòd, præ multa humilitate, *rubent genæ tuæ* etiam pro veris laudibus tuis; cum *in occultis tuis*, hoc est, in cõscientia tua, vbi laudes tuas loquor, de tuis actibus nihil sit, de quo debeas verecundari. Rubent ergo *genæ tuæ absque occultis tuis*, quia verecundatur quidem humilitas in te, cùm te laudo; sed tamen in conscientia tua nulla verecundandi ratio est.

Verecundia humilitati amica & comes.

Mysticè autem *malum punicum*, quod tenur & rubenti cortice cõtinet multitudinem granorum, ipse idem Redemptor noster est in fragili & cruento passionibus corpore seminaliter (vt ita dicam) continens salutem multorum. Vnde Apostolus, *In ipso* (inquit) *complacuit omnem plenitudinem inhabitare, & per eum reconciliari omnia in ipsum* [a]. *Cortex* ergo *mali punici*, sanguine passionis rubens, humanitas est Redemptoris nostri. Qui nimirum filiali quadam dulcedine alludens maternæ verecundiæ, *sicut*, inquit, *cortex mali, &c.* laudabili verecundia *genæ tuæ* sanguinis (nec colorem traxerunt; cùm tamen in te nihil sit, cui metus verecundiæ debeatur,) h. propter quod te debeat pudere vel pigere.

a *Coloss. 1. v. 19.*

ANAGOGE.

Lege quæ sup. diximus cap. 4. v. 3. §. 5.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 7. » Sexaginta sunt reginæ, &	*Sexaginta sunt reginæ, &*
» octoginta concubinæ, &	*octuaginta concubinæ, &*
» adolescentularum non	*adolescentulæ, quarum non*
Vers. 8. » est numerus *. Vna est	*est numerus. Vna est co-*
» columba mea, perfecta	*lumba mea, perfecta mea,*
» mea, vna est matris suæ,	*vna est matri suæ, electa*
» electa genitricis suæ. Vi-	*est ei, quæ peperit ipsam.*
» derunt eam filiæ, & bea-	*Viderunt eam filiæ, &*
» tissimam prædicauerũt:	*beatificabunt eam reginæ &*
» reginæ & concubinæ, &	*concubinæ, &*
» laudauerunt eam.	*laudabunt eam.*

LITTERA.

§. 1. VERBA SPONSI.

NVNC pastor noster Regum cunctorum opibus fortunisque sortem anteponit suam. Non placet accipi de Salomone Rege: cuius fœminarum mãdræ his longè maiores fuêre, & contra quàm hîc legimus, plures habuit Reginas quàm cõcubinas. (*vide 3. Reg. 11.*) sed capio indefinitè de quouis monarcha potentissimo. Sit aliquis (ait) qui in Gynæceo suo clausas habeat plurimas *coniuges primarias* ingenuæ conditionis, & plures *concubinas* (sic vocantur, secundariæ vxores sine cœrimoniis & ritualibus nuptiarum copulatæ, seruilis vel libertinæ conditionis) plurimas verò *virgines adolescentulas*, quæ in alteram thalami sortem mille clauibus asseruantur, in domus penetralibus (*vide quæ de significato vocis* AHALMA *notata nobis Esai. 7. vers. 14.*) quicquid in tam multis diuisim, in mea id coniuge confertim omne reperitur. quare & te *dilecta* cunctis illis præfero, & me tali Rege beatiorem duco.

Vide quæ de cõcubinis dixi Gen. 25. v. 6.

העלמה

SEXAGINTA & OCTOGINTA] numeri finiti, pro infinitis, & vt suprà de lecti custodibus [a].

a c. 3. v. 7.

VNA] Subaudi: *verùm.*

PERFECTA] immaculata.

VNA] vnica.

ELECTA] summè dilecta & complacens.

BEATIS-

BEATISSIMAM PRÆDICAVERVNT] Symm. *laudauerunt*, ἐμακάρισαν, nimis dilutè.

VIDERVNT *eam*] omnes illæ Reginæ, concubinæ, puellæ. Nihil verò necesse est hoc versiculo posita partiri; præstat simul iũgere, hoc modo; *filiæ, concubinæ & reginæ eam contẽplatæ viderunt, laudarunt; beatam prædicarunt.* Magna laus, cùm mulieres ægrè adducãtur vt aliis, præsertim thori ritualibus, forma concedant.

§. 2. MENS VERBORVM *Epiphanius. Hieronymus.*

Relicta imprimis nimis putida collectione numeri posterorum Noë & Abrahæ, quã obtrudit R. Salomon; nec nõ mirabili interpretatione, D. Epiphanij alia, *in fine Panarij*, quia plures haud dubiè posteà hæreses exortæ fuerunt; item tertia D. Hieronymi *epist. ad Principiam*, vt minùs adæquata & accõmodatitia; denique quarta recentiorum, qui interpretantur; præ omnibus orbis nationibus & congregationibus, etiã stemmate nobilissimis & potentia præclaris, Ecclesiam tam nouam, quàm veterem extollere: placet communis PATRVM commentatio, his verbis tres militantis Ecclesiæ ordines designari. *Sic hoc loco, Nyss. Phil. Theod. Psell. Iust. Cassiod. VVilleram. Honorius, Elias Cretensis in Nazianz. orat. 13. post reditum, & D. August. lib. 83. qq. ea quæ est, 55.* Primus ordo est perfectorum, qui domitis iam carnis passionibus solo ducuntur amore; ideò primariè sunt coniuges & *reginæ*, quia sexagenarius numerus perfectus est, vnde & *sexaginta* illi *fortes* sup. c. 3. v. 7.

Ordo perfectorum quomodo designetur.

Iustus; In sexagenario (inquit) numero, qui adscendente senario per denarium adimpletur, omnem bonorum perfectionem, quę ex legis præceptis consummatur, agnoscimus. Quemadmodum autem ipse senarius totis suis partibus constet, breuiter aduerte. nam sexta pars eius, vnius, duo, tria *, media autem tria esse probatur. Vnum autem, duo & tria, sex esse * qui nesciat, quod in alio numero distributis partibus, & in vnum reductis ita adimpleri, difficile inuenitur.] Itaque *Reginæ*, perfectorum animæ, quæ non sunt peccatorum ancillæ, dicuntur. Sic enim scribitur; *Vbi spiritus Domini, ibi libertas* [a].

Iustus.

* *Mẽdosa sit, corrig. pars eius vnum, duo, tertia, media, &c.*

* *corrige, qui nesciat quod.*

a 2. Cor. 3. v. 17.

Rupertus, memor inscriptionis, *Cantici canticorum*, ad Musices artificium nos abducit. notat hos tres numeros, decem, octonarium, senarium, primam symphoniam efficere, quã vocant *Diatessaron*. Est enim (ait) in eis habitudo, quàm *Epitriton*, id est, sesquitertiam dicunt: quia maior numerus (videlicet *octoginta*) minorem numerum (scilicet *sexaginta*) totum in se continet, & eius insuper tertiam partem, id est, viginti. Et hæc proportio numerorum in musica sex reddit *diatessarõ*, quod interpretatur de quatuor: & idcirco sic vocatur symphonia hæc, quia de quatuor chordis siue vocibus constat, cũ duobus tonis habẽs semitonium. igitur *sexaginta Reginæ & octoginta concubinæ*, id est, animæ quæ verbo Dei ita insistunt, & verbi Dei ita participes factæ sũt, vt facere possint doctrinæ fructum; meritis quidem differunt, sed fidei consonantiam, per vnitatem confessionis, in auribus dilecti suauiter resonant. Differunt perfectione, quia senarius numerus perfectus,

Rupertus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" octonarius imperfectus est ac diminutus, atque ad extremas vnita-
" tes vsq; secabilis est. Perfectus quippe est & perfectorum primus nu-
" merorum *senarius*, quia suis ex partibus cõstruitur. habet enim dimi-
" diam, id est, tres; tertiam, id est, duo; sextam, id est, vnum; quæ partes
" simul collectæ senarij summam restituunt. Porrò *octonarius* in suis
" partibus seipso minor est. habet enim dimidiam, id est, quatuor;
" quartam, id est, duo; & octauam, id est, vnum; quæ partes simul
" collectæ, septenarium faciunt, minorem videlicet summam ipso
" octonario, cuius partes sunt. claret igitur cur senarius *reginis*, octo-
" narius *concubinis* congruat.] Hæc Rupertus.

Secundus ergo ordo est, filiorum Agar, quæ in seruitutem generat, nempe mediorum, siue imperfectorum proficientium, qui seruiunt amore cœlestis mercedis, aut terrenæ; quia nondum carnẽ prorsùs exuerunt, ideò *concubinæ* nominãtur. quia tamen aliquid in illis inest perfecti, dicuntur *octoginta*, qui numerus ex perfecto (denario) & imperfecto (octonario) componitur. de his ait Honorius. Hic numerus " (*octoginta*) designat carnales, & imperfectos (quia in partibus suis " non completur) decalogũ legis, propter dignitates & diuitias mun-" di obseruantes; quæ in quatuor plagis mundi & in quatuor elemen-" tis sunt: & ideò horum animæ dicuntur *concubinæ*, quia sponsum non " pro regno diligunt, sed ei pro temporalibus seruiunt.] Hi sunt plu-res primis, sed pauciores vltimis. Tertius enim ordo est *adolescentu-larum* innumerarum: hunc constituunt, qui adhuc in via virtutis no-uitij, oderunt peccare pœnarum formidine; labuntur, & sæpè sur-gunt; & quasi dubiæ sunt, an ad terminum, an ad medium dumtaxat iter sint progressuræ. Ipsum nomen satis indicat, quàm tenera sint virtute.

Ordo proficientium. Honorius.

Ordo incipientium. Absalon. à hoc loco scribẽtes, Optatus l. 2. & 4. cõtra Parmenian. Cyp. epist. 76. ad Magnum, & lib. de vnitat. Eccl. Ruffin. expos. in Symbol. Augustin. Tract. 5. in Ioan. Concil. Afric. circa tempora Bonifacij I. tom. 1. Concil. Pacianus epist. 1.

b *Gal.* 4. v. 16.

VNA.] Absalon Abb. *serm.* 38. Notat *vnam* Ecclesiam esse vinculo charitatis, *plures* autem dici propter diuersas fidelium congregationes. Hîc *vna* significat, vnicam, singularem, præcipuam. Designari Ecclesiam Catholicã omnes Patres cõsentiunt [a], & rectè: nec enim vnica foret, nisi sic vnita foret inter hæreticorum dissentiẽtes cathedras nequit residere, quia minimùm dissident BETHEL & BETHER.

MATRI SVÆ] eadem mater, quę genitrix, nempe cœlestis Ierosolyma; quæ in cœlis est Ecclesia; quam Paulus docet terrenæ matrem esse [b]. *Sic Theodoretus, Iustus, Angelomus.*

TROPO-

TROPOLOGIA.

§. 3. *Nyssenus.*

VALDE coincidit Littera cum Tropologia. Notandum tamen ex D. Gregorio Nysseno, *hominem initio rectum* atque perfectum *creatum* *, ita vt simul omnem perfectionẽ obtinuerit; sed postquam peccato hanc perfectionẽ amisit, eam secunda generatione non totam in instanti, sed successiuè per gradus quosdam recuperare. Primò enim " *Homo in instanti non fit perfectus.* nudam fidem induere, & quasi parma alba adhuc inglorium, statui sicut in biuio quodã ad imperfectionem illam, & perfectionem aliam tendente. nam idcirco *plures in Patris domo mansiones sunt* [a], vt pro ratione propensionis ad bonum, & abscessus à malo congrua cuique merces parata sit. Infinitus est numerus animarum, quæ primam adhuc ætatem spiritualem agunt, necdum satis adolenêre, vt in mensuram perfectæ mulieris, & aptæ coniugio peruenisse sint censendæ; vt videlicet *ex Dei metu concipere, & salutis spiritum* possint *gignere* [b]. Nam propter infantiam, & intellectus imperfectionem, cum affectione quadam nonnihil bruta, pecuinæ adhuc vitæ conuersationem retinent: hæ iuuenculæ dicuntur, & salutem consequentur, iuxta illud Psalmistæ; *Homines & iumenta saluabis Domine* [c]. hos enim iumentorum nomine significauit.

* *Eccles.* 7. v. 4.

a *Ioan.* 14. v. 2.

b *Esa.* 26. v. 18.

c *Ps.* 35. v. 8.

Ceterùm qui ad incrementum plenæ ætatis, superata adolescentia peruenerunt, hi sunt in duplici gradu. quædam animæ Deo conglutinantur tantùm affecta quodam mercenario, qui timore pœnæ, & gehennæ inseruiunt Deo, quibus dictum à Saluatore nostro; *Timete illum, qui potestatem habet, postea quam occiderit, etiam mittere in gehennam ignis* [d]. hi vocantur *concubinæ*, & dicuntur *octoginta*, propter octauæ mysterium. nam octaua in Psalmis hos significat, qui talentum quidem suum decuplùm augent, cuncta Decalogi præcepta seruantes; sed tamen id faciunt metu pœnæ: vt patet ex ipsis illis Psalmis, qui pro octaua inscribuntur, in quibus exaudis voces eorum, qui metu supplicij flagellantur, vt; *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me* [e]. *Miserere mei Domine, quia infirmus sum, sana me Domine, quia conturbata sunt ossa mea* [f]. Placent isti Domino plus illis prioribus, & sic tandem sentit ille se à Domino misericordiam consecutum, cùm dixit; *Exaudiit vocem ploratus mei* [g].

d *Luc.* 12. v. 5.

e *Psal.* 6. v. 2.

f *Psal.* 30. v. 1.

g *Psal.* 6. v. 10.

Et hi possunt conscendere ad tertium gradum, & mereri nomen *reginarum*. Si paulatim hoc metu recedente, eius loco subeat amor, ita vt non tantùm *declinent à malo & faciant bonum* timore pœnæ, sed potius amore sponsi: sicque firmiter illi adhærere proponant. Regina huiusmodi erat Dauid, cùm dicebat, *Mihi adhærere Domino bonum est* [h]. talis regina erat Paulus, cùm dicebat, *Nemo seiunget nos à dilectione Dei, quæ est in* CHRISTO IESV, *&c.* hæ sunt

h *Psal.* 72. v. 28.

i *Rom.* 8. v. 38.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic intelligit Nyssenus, et de numeris his, vide supra c. 3. n. 8. § 2.

» *sexaginta*, quia cùm decem Dei præcepta perfectè, vt diximus, ser-
» uant, singula quasi sexduplicant, atque ita pro decem *sexaginta* re-
» ponunt. *Perfecta* ista *charitas foràs mittit timorẽ* [a]; & sic *concubina* esse
» definit, quæ iam est *Regina*. proles illa seruilis non permanet cum
» ista filiali affectione. De his dictum. *Eiice ancillam, & filium eius, non*
» *enim erit hæres filius ancillæ, cum filio liberæ* [b].

a 1. Ioan. 4. v. 18.

b Genes. 21. v. 10. Gal. 4. v. 30.

» Quod si dilectio planè præualeat, & metus prorsus expellatur, &
» timor in amorem commutetur; tunc vnio nascitur; & tota anima
» conglutinatur sponso, & *vna* sit ei, cui iungitur in columba. Vt do-
» cuit Saluator discipulos suos; cùm collatis aliis donis innumeris, di-
» xit eos non fore multipliciter diuisos in faciendo de bono iudicio;
» sed omnes vnum futuros, agglutinatos vni illi summo bono, ita vt
» *per vnitatem sancti spiritus* (vt Apostolus ait [c]) *pacis coniuncti nexu,*
» *corpus vnum fiant omnes, & vnus spiritus, per spem viuam in qua vocati*
» sunt, vt *omnes* (ait CHRISTVS) *sint vnum, quemadmodum tu, mi Pater,*
» *in me es, & ego in te* [d]: *vt & ipsi vnum sint in nobis.*] Huius vnitatis ne-
» xus est gloria, gloriam verò vocari Spiritum sanctum, patet ex illo
» Domini sermone; *gloriam quam dedisti mihi, dedi eis* [e]. Reuerà enim
» eandem gloriam discipulis dedit, cùm ad eos diceret, *accipite Spiri-*
» *tum sanctum* [f]. Et hãc quidem gloriam etsi semper habuit, priusquàm
» mundus fieret, accepit tamen à Patre, quando hominem induit: & hu-
» ius gloriæ per Spiritum sanctum sit particeps omnis iustus, facto ab
» Apostolis initio. Ideò dicit; *Gloriam, quam dedisti mihi, dedi eis: vt*
» *sint vnum, quemadmodum vnum sumus. ego in eis ac tu in me, vt sint con-*
» *summati in vnum*, cui ab adolescentiæ imperfectione per gradus di-
» ctos ad hanc gloriam datum est peruenire, talis sponsa non indigna
» est audire; *Vna est columba mea, perfecta mea. Vnica est matri suæ; electa*
» *ei, quæ peperit eam.* Columbæ istius mater, quid nisi columba? Sicut
» hominis mater, quid nisi homo? cùm quod ex spiritu gignitur, sit spi-
» ritus; etiam filiæ columbæ, mater est columba, quæ de cœlo ad Ior-
» danem deuolauit, vt Ioannes testatur. Nõne talem meritò adole-
» scentulæ, concubinæ, & reginæ, laudant, & beatam prædi-
» cant; & hoc ipso se tales fieri optare manifestè decla-
» rant?] Hæc sententia longi admodùm sermonis D.
Nysseni, qui hoc loco nos deserit, vt & eum secutus Psellus. quare deinceps aliunde Tropologia nobis exspectanda.

c Ephes. 4. v. 3.

d Ioan. 17. v. 21.

e d. c. 17. v. 22.

f Ioan. 20. v. 22.

g Ioan. 1. v. 33.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

MIRIFICVS hoc loco est spiritus Guilhelmi, quæ describam quantumuis multa: Habet Rex regum *Reginas* sibi nuptiali fœdere sociatas, habet *concubinas* absque fœdere nuptiali, gratia tamen prolis adhibitas; habet & *adolescentulas* in eius concubinatum vel etiam connubiũ transituras. Sũt enim quædam animæ in sponsum cœlestẽ tam casto amore flagrantes, vt se ad aliud diligendum nullatenùs diuidant; sed ei, cui se deuouerunt, totæ adhæreant amore indiuiso. Non enim amor in Deum satis est castus, quamdiu ad aliud est diuisus. Sanè qui diligit Deum, & cetera quæ honestè diligi possunt propter Deum, amorem non diuidit, quia nonnisi Deum diligit. Porrò, vt ait pater Augustinus [a], *qui aliquid cum Deo amat, quod nõ propter ipsum amat, minus eum amat:* planè hîc amorem diuidit, & propterea Deum non satis castè diligit. Denique illæ animæ, quæ per amoris integritatem & puritatem cœlesti sponso totæ, vt ita dicam, adhærere cœperunt, pactum procul dubiò nuptiale cum eo fecerunt, & de his specialiter intelligendum est, quod ait Apostolus; *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est* [b]. non enim quælibet, sed perfecta adhæsio, hanc excellentem facit vnitatem: cuius vtique in se conscientiam anima illa habebat, quæ dicebat; *vivo autem iam non ego, viuit verò in me* CHRISTVS [c]. Et reuerà huiusmodi animæ, quæ cùm essent infirmæ & pauperculæ, excellenti gratia Regi regum nupserunt, de statu inglorio in magnas quasdam, nobilesque Reginas transierunt, & *assistunt à dextris eius in vestitu deaurato circumdatæ varietate* [d]. Nimirum de talibus erat Reginis anima Moysis, quæ propter eximij amoris conscientiam sponso suo, non iam supplicans, quàm communans, noua quadam fiducia aiebat; *Aut dimitte populo hanc noxam, aut dele me de libro quem scripsisti* [e].

§. 4. Guilhelmus.

Amor in Deum nõ est castus, quando in alium est diuisus.

a Lib. 10. Confess.

b 1. Cor. 6. v. 17.

c Gal. 2. v. 20.

d Psal. 44. v. 10.

e Exod. 32. v. 32.

Et notandũ quòd *Reginæ sexaginta* esse dicuntur, per quod significatur; animas, quæ in cœlestis sponsi connubium transiuerunt, diuinorum impletione mandatorum non esse cõtentas; sed vberiore charitate iussa transcendere, & quæ non exiguntur supererogare. Cùm enim sexies decem, vel decies sex faciant *sexaginta*; duo insignes solemnesque in sacris literis numeri, denarius & senarius, in sexagenario notãtur: & *denarius* quidẽ, propter decalogũ legis, adimpletionem significat mãdatorum. *Senarius* verò, qui perspicua ratione perfectionem insinuat; & respicit, quæ; ad comparandam perfectionem,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Impletio mandatorum animæ perfectam non facit.

» per spiritum consilij supererogat sponsæ charitas. Impletio quippe
» mandatorum animam perfectam non facit. Vnde nec *Reginam*, id
» est, sponsam magni Regis; cui profectò non nubitur, ea tantùm fa-
» cientibus, quæ ipse iubet, hoc enim magnũ non est, cùm ipsemet dicat;
» *cũ feceritis omnia, quæ præcepta sũt vobis, dicite, quia serui inutiles sumus;*
» *quod debuimus facere, fecimus* [a]. Impletio inquam mandatorum perfe-
» ctionem non facit, ideò quamuis sufficiat ad vitam, ad reginalem ta-
» men non sufficit excellentiam. Vnde magistra veritas cuidam dicen-
» ti, *Magister bone, quid boni faciam, vt habeam vitam æternam?* respondit,
» *si vis ad vitam ingredi, serua mandata* [b]. cúmque ille diceret, *Hæc omnia*
» *custodiui, quid adhuc mihi deest?* à cœlesti magistro audiunt; *si vis per-*
» *fectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere*
» *me*. q.d. iam satis ad vitam habes, sed deest tibi ad excellentiam. Si
» ergo vis, ô anima iusta, nubere sponso cœlesti, & cum *Reginis* nume-
» rari, transcende mandata, da quod non exigeris, fac quod non iuberis:
» vt dum propter Deum te restringis etiam à licitis, & ita ad diligen-
» dum cum totam te dirigis, amor tuus sit integer & indiuisus atque eo
» ipso purus. Amoris puritate itur in connubium sponsi cœlestis.

Amoris puritate itur in connubia sponsi cœlestis.

» Sunt aliæ animæ numerosiores istis, pietatẽ quidem studiosè co-
» lentes, sed citra perfectum consistentes. quippe in eis amor non est
» satis castus, quia diuisus: amant aliud præter ipsum, eo ipso quòd
» non propter ipsum: minùs eum amant, eo ipso quòd aliquid cum eo
» amant, quod non propter ipsum amant; quia Dominum tamen re-
» uerenter digneque præponunt, pietatis cultrices existunt: nam si ei
» in dilectione aliquid præponerent, vel saltem æquarent, iniurioſi
» magis in eum quàm officiosi, a cultu pietatis penitùs exorbitarent.
» Quia ergo eo ipso Dominum non satis castè diligunt, quo amorem
» suum vel in modico diuidunt; eis nullatenùs dignitatem attribuerim
» *reginarum*; sed planè illas dixerim *concubinas*. licet enim per integri
» amoris puritatem in connubium sponsi cœlestis nondum transie-
» rint, eius tamen thoro non indignæ censentur, licet tanquam Regi-
» næ non *assistant à dextris eius in vestitu deaurato* [c]; licet regio diadema-
» te minimè refulgeant; in regium tamen introducuntur thalamum, &
» de spiritu sponsi fœcundatæ ad prolem boni operis, inter veros Is-
» raëlitas non portant opprobrium sterilitatis. Itaque iuxta formam
» Apostolicam, *sobriè, & iustè, & piè viuunt* [d], illud sollicitè obseruãtes,
» quod ait veritas; *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata* [e]. Porrò quod
» sequitur, *Si vis perfectus esse, vade, & vende*, &c. nondum implere suf-
» ficiunt, & proinde in connubium sponsi cœlestis minimè transeunt.
» Hæ LXXX. esse dicuntur, quia executione mandatorum cum remis-
» sione peccatorum sunt contentæ. *Denarius* mandatorum impletio-
» nem, vt dixi, significat. *Octonarius* verò propter octauum circumci-
» sionis diem, congruè significat interioris hominis à præputio deli-
» ctorum mundationem. Quia ergo illæ animæ, quæ, vt dixi, *sobriè,*
» *iustè, & piè viuunt*, sed adhuc tamen citra perfectum consistunt; hilari
» conscientia de remissione peccatorũ exultant, & diuinorũ executione

manda

a Luc. 17. v. 10.

b Matt. 19. v. 17.

c Psal. 44. v. 10.

d Tit. 2. v. 12.

e Matth. 19. v. 17.

mandatorum solerter strenuéque inuigilant, *octoginta concubinæ* esse
dicuntur.

Porrò *adolescentularum non est numerus*. Sunt enim longè infra *con-*
cubinas, longiùs autem infra *Reginas*; quæ rectè per *adolescentulas* fi-
gurantur, animæ in CHRISTO nouitiæ, & iam pridem fidei sacra-
mentis innouatæ, sed adhuc tamen paruulæ & delicatæ, vtpote in suis
adhuc vitiis constitutæ, nondum se, iuxta doctrinam Apostolicam,
exercent ad pietatem: sed Christianis rudimentis contentæ, molliùs
agunt, *loquentes vt paruulæ, sapientes vt paruulæ, cogitantes vt paruulæ* [a].
His nimirum duo cauenda sunt, scilicet ne fornicentur, & ne diu ado-
lescentulæ sint. Nam fornicantes cœlestis sponsus condemnat, cui
dicitur; *perdidisti omnes qui fornicantur abs te* [b]. Porrò quod ait Isaias,
puer centum annorum morietur [c], redundat ad adolescentulam centum
annorum. denique si diu *adolescentula* sunt, tepor autem æquipollet
fornicationi, imò species quædam fornicationis est, vt scriptum sit;
vtinam calidus esses aut frigidus: sed quia tepidus es, incipiam euomere te
ex ore meo [d]. Absolutè ergo dici potest, quod necesse sit adolescentu-
las turpiter prostitui fornicationi, nisi citò adhæserint sponso cœle-
sti, saltem per concubinatum. Excellentis quidem gratiæ est, cùm for-
tè aliqua adolescentularum, non mediante concubinatu, transit in
Reginam: sed hoc tantò rariùs, quantò excellentiùs agitur. Itaque per
adolescentiam in cõcubinatum, per concubinatum verò itur in con-
nubium sponsi cœlestis. Nam *filiæ Babylonis* per electionem gratiæ
transeunt in summi Regis *adolescentulas*, adolescentulæ autem in *con-*
cubinas, concubinæ verò *in Reginas*. *adolescentulæ* ergo non tantùm
innuptæ, sed adhuc etiam innubiles esse videntur: cùm autem in *con-*
cubinas transeunt, nondum quidem nuptæ, sed iam nubiles fiunt: sed
de nubilibus fiunt nuptæ, cùm de concubinis fiunt *Reginæ*.

Quæ sint hic adolescentulæ.

Adolescentularum non est numerus, quia non numerantur, & quo-
dammodo pro nullis habentur, dum adolescentulæ sunt. Sanè cùm
essent filiæ Babylonis numerabantur, & aliquæ erant, sed ad ma-
lum: factæ verò de filiabus Babylonis magni Regis *adolescentulæ*, iam
quidem nullæ sunt, ad malum; sed nec aliquæ adhuc sunt ad bo-
num. Actum est in eis per fidem & sacramenta, vt iam non sint nu-
merabiles in malo, sed nondum per bonos mores actum est in eis,
vt sint numerabiles in bono. ita enim sunt mundæ à malis, quòd
nondum fœcundæ bonis. Quia ergo nullæ quodammodo siue
ad malum, siue ad bonum, earum rectè numerus * subticetur. Pro-
inde sua emundatione non sint contentæ, sed fœcundentur, vt nu-
merentur, fœcundentur de spiritu eius, *qui numerat multitudinem*
stellarum, & omnes ex nomine vocat [e], vt & ipsæ sint de numero stel-
larum, atque inter sidera censeantur: nondum enim per boni operis
fructum sibi nomina fecerent. Quod si contingat eas de hoc sæculo
egredi in diebus adolescentiæ suæ, priùs quàm sibi nomina facere
possint, transeundo in numerũ *Reginarum*, vel saltem *concubinarum*;
non imputatur eis ad pœnam, quod non hinc exeunt fœcundæ: sed

Quæstio interpretatiua.

a 1. Cor. 13. ver. 11.

b Psal. 72. ver. 27.

c Isa. 65. v. 20.

d Apoc. 3. v. 15.

* In M.S. dicitur, *sed extra scriptoris mentem.*

e Psal. 146. ver. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» nomina sua inueniunt scripta in cœlis, eò quòd exeunt mundæ.

a Prou. 31. v. 29. » Sed *vna est colũba mea, &c.* q. d. *multæ filiæ congregauerunt diuitias* [a] » (scilicet *Reginæ*) *& multæ filiæ congregauerunt* necessaria (scilicet *concubinæ*) & multæ etiam meram spem dederunt, quod suo tempore ea » congregarent (scilicet *adolescentulæ*) sed vna *supergressa est vniuersas*, » ex his omnibus *vna est columba mea, perfecta mea*. Vna est Reginarum, Domina concubinarum, nutrix adolescentularum. Hæc est » *columba* per fœcunditatem, & *mea*, per singularis partus nouitatem; » *colũba mea*, cui ego singularis pullus sum; *perfecta mea*, cui nihil deest » ad gratiã & ad gloriã, cuius neque fœcũditas virginitatẽ defloruit, » neque virginitas fœcunditatem ignorauit. In aliis mulieribus, si qua » gloriatur de virginitate, deest illi gaudium plenum fœcunditatis; si » qua gaudet fœcunditate, deest illi ad perfectum decorem virginitas. » *Vna est* ergo *perfecta mea*, cuius virginitati non successit fœcunditas, » sed accessit. planè *perfecta*, sed *mea*: quia illam quæ me Deum, Dei » filium, genuit, virginem matrem esse oportuit. *Vna* quoque *est matri* » *suæ, electa genitrici suæ*. Mater seu genitrix eius, sicut & omnium nostrûm, redemptrix illa gratia est, per quam regenerati sumus in filios » Dei, qui priùs eramus natura filij iræ.

M. V. quàm excellens supra reliquũ genus humanum.

Guilbelmus illam censit in peccato originali concepti, quod non sequor, qui teneo præseruatã ideò [ ] hæc omnia mutauit & mea substituí.

[*Potuit illa iræ filia nasci, sed id filius non permisit. communis tamen illi est mater gratia illa redemptrix; imò & singularis, quæ præripere malum maluit illi, quàm, vt in nobis fecit, sanare illatum. sic illa vna genitrici suæ, quia omnes nos hoc priuilegio supergressa.*]

» Communis illi (ait Guilhelm.) est participatio gratiæ regenera- » tionis, sed in eadem participatione illa excellit atque exuberat: quia » non tantùm ad participationem, vt ceteri, sed etiam ad singulare » quoddã ministerium gratiæ eiusdem specialiter est electa. Est etiam » vnicè *electa genitrici suæ*, singulariter electa ad ministerium redem- » ptionis & regenerationis gratiæ. Insigne quippe & singulare mini- » sterium gratiæ redemptrici exhibuit in eo, quod ipsum redemptorem » sibi nobisque genuit, sibi nobisque pio lacte aluit, atque ad annos » maturitatis pia maternæ sollicitudinis sedulitate perduxit. Quia ergo » sola erat ad hoc diuinitùs præordinata, & præparata, meritò dicitur, » *Vna matri suæ, & electa genitrici suæ*. Cetertim propter hoc tam sacrum » & tã insigne ministerium, quo diuinæ circa salutem nostram dispen- » sationi, pro tempore pia mater seruiuit, & antiquis sanctis, qui futu- » ram gratiam sagaci spiritu prouidebant, mirabilis, & laudabilis, desi- » derabilis, & venerabilis fuisse dignoscitur. Vnde sequitur: *Viderunt* » *eam filiæ Sion, & beatissimam prædicauerunt, &c.*

Filiæ Sion animas Prophetices in veteri testamento designant.

» *Sion* interpretatur speculatio: per filias ergo Sion, animæ illæ sub » veteri testamento speculatiuæ propheticè non incongruè figurantur. » Reuerà enim huiusmodi animæ filiæ speculationis erant, excellenti » nimirum gratia eleuatæ in sublimem quandam speculam Propheticæ » sagacitatis, vt prospicerent eminùs, quæ facturus erat Deus magna- » lia super terram. Siquidem magnum illud pietatis Sacramentum, » quod suo tempore manifestandum erat in carne, spiritualis obtutus

acumine

acumine longè antè viderunt, & sacris vocibus prænunciauerunt; « quãtùm in prouidendo sagaces, tantùm in prænunciando veraces. Vi- « derunt inquam futurum virginis conceptum & partum, viderunt fi- « liũ Dei in plenitudine temporis factũ iri ex muliere, & dixerunt, *Bea-* « *tus venter, qui te portabit* [a], *& vbera, quæ* suget Emanuel. Beata quæ « credet Euangelizanti Angelo, atque eo ipso expiabit antiquum illud « primæ mulieris elogium, quæ credidit mentienti diabolo. *Beatissi-* « *mam* ergo *prædicauerunt*; sed tamen, vt tempori congruebat, per inuo- « lucrum & in ænigmate. nondum enim hoc sanctum debebat tradi « populis nisi inuolutum, vt tempori gratiæ sua prærogatiua seruare- « tur. *Viderunt* inquam *filiæ* speculationis matrem luminis à longè. vi- « derunt eam de specula prophetiæ, & cum debita reuerentia de lon- « gè salutauerunt eam dicentes, *Aue gratia plena, Dominus tecum, bene-* « *dicta tu in mulieribus* [b]. quæ profectò salutatio adeò sanctos oblecta- « uit Angelos, vt magnus ille Gabriel suo tempore posteà, quasi cœle- « stis quidam Paranymphus, missus ad eam, non aliter duceret salutan- « dam. *Prædicauerunt* itaque beatam virginitate, beatiorem fœcundita- « te, beatissimam fœcunditate simul & virginitate. «

a Luc. 11. v. 27.

b Luc. 1. v. 28.

REGINÆ *& concubinæ laudauerunt eam*. Nam & in illo veteri po- « pulo Reginæ & concubinæ erant. *Reginæ*, animæ, quæ per excellen- « tem sanctitatem cœlesti illi Regi nupserant: & *concubinæ*, animæ quæ « licèt ei per amoris puritatem nuptæ non essent, de spiritu tamen eius « fœcundæ boni operis fructu pollebant. Denique spiritualibus Re- « ginis illius temporis diuinum illud ministerium in plenitudine tem- « poris declarandum specialiter reuelabatur; quippe quæ per spirituale « connubium vnus spiritus cum sponso erãt, & ob hoc eos etiam spon- « si secreta nequaquam latebant: per Reginas verò notitia illius my- « sterij descendebat ad concubinas. possumus etiam dicere, quod non « tantùm Reginis, sed & concubinarum plurimis sacramentum incar- « nationis Dominicæ futuræ, per internam adspirationem, eo tempo- « re fuerit reuelatum. Quia ergo non tantùm *Reginæ*, sed etiam *concu-* « *binæ*, incarnandum ex fœmina Dei filium, longè antè cognouerunt; « eandem proculdubiò fœminam *Regina* simul *& cõcubinæ* dignis lau- « dibus extulerunt; eandémque speculantes procul, & salutantes, pro « futuro partu, omnes illi in cordibus suis proculdubiò acclamauerunt, « *Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus vẽtris tui* [c]. Non dicit « autem, quod etiam *adolescentulæ* laudauerunt eam, quia tanti myste- « rij præ sua ruditate, penitùs erant incapaces, nec poterat illis tradi « sanctum illud non inuolutum; vt maioribus inhærendo, in illorum « potiùs, quàm in sua fide saluarentur. Quia ergo plus iusto animales « erant, futurum virginis conceptum & partum expressè non poterant « credere, nec futuram virginem matrem cum Reginis & concubinis, « dignis poterant laudibus præuenire.] Tam multa Guilhelm. breuio- « res hic alij.

c Luc. 1. v. 41.

HONORIVS; TV VNA omnium transcendis merita, & ideò præ « *Honorius.* omnibus sola, electa; *columba mea*, in quam transfudi spiritus charis- « mata,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sic corrige-bat Sanctabilis.

» mata; *perfecta mea*, quam perfidi perfectione, per virtutum munera?
» Hæc *vna est* imitabilis *matri suæ*, scilicet præsenti Ecclesiæ; *electa ge-*
» *nitrici suæ*; Angelorum frequentiæ. *Viderunt eam* oculis cordis *filiæ Sio-*
» id est, Ecclesiæ, *& beatissimam prædicauerunt*, vt ipsa dixit, *Beatam me*
» *dicent omnes generationes* a. Et *Reginæ & concubinæ* actiui & contem-
» platiui ita *laudauerunt eam* dicentes; *Quæ est ista*, vt sequitur v. seq.
» Hailgrimus *marem* eius, vt Guilhelmus, gratiam interpretatur, &
» dicit cœlesti gratiæ matri suæ *vnam* esse; quia singulariter dicere po-
» tuit: *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia eius in me vacua non fuit* b.

a Luc. 1. v. 48. Hailgrimus.

b 1 Cor. 15. v. 11.

ANAGOGE.

§. 5. Rupertus.

VÆ ad supremam illam Ierusalem communè matrem aspectant, magna ex parte ad Anagogiam hinc pertinent, ea Rupertus egregiè considerat. *Vna est*: similem non habet omnino, nec inter ceteras Reginas huic similis vlla est; Cui *matri suæ vnæ* cui *genitrici suæ* est *electa*: Nimirum *matri suæ Ierusalem, quæ sursum est, quæ est mater omnium nostrum* c, nimirum *genitrici suæ*, antiquæ Ecclesiæ *electa* est, Ecclesiæ Patriarcharum ac Prophetarum ac omnium regum iustorum; quorum de carne progenita est, quorum secundùm fidem benedictionis, quæ ad illos repromissa erat, manna, vel materia est, & illi *matri*, & huic *genitrici, vna & electa* est; quia nec inter Angelos, nec inter homines similem, vel primam habet, vel sequentem habitura est. Verè *columba*, quia *gratia plena*: verè *electa*, quæ non solùm salua existeret, verùm etiam ipsam salutem pareret. *Vidérunt eam filiæ Sion, &c.* Hoc ipsa met prævidens ac prænoscens, cùm dixisset, *quia respexit humilitatem ancillæ suæ* d; subiunxit atque ait, *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*. Nónne vt secundùm præsentem litteram hoc dictum sit, & generatio Reginarum, & generatio concubinarum, & generatio adolescentularum, nónne (inquam) omnes istæ generationes beatam dicent illam: Reuerà etsi impares meritis, attamen fide consimiles: ecce vident illam: ecce contemplantur illam vnam, illam electam, & cum admiratione ineffabili voces extollunt iugiter ex omnibus locis suis, talem laudantes, talem beatissimam prædicantes, non solùm hic in isto exilio mortalitatis, verùm etiã, & multò amplius, in illa patria vitæ & immortalitatis: vbi vident eam dominantem, & dominando possidentem regnum dilecti, eo videlicet iure, quo decet matrem possidere regnum filij Dei.

Et quid dixerunt laudantes & beatissimam prædicantes? QVÆ EST ISTA QVÆ PROGRED. &c.

c Gal. 4.

d Luc. 1. v. 48.

SECTIO III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Quæ est ista, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, pulchra, vt luna; electa, vt Sol; terribilis vt castrorum acies ordinata?	*Quæ est ista, quæ progreditur sicut aurora, pulchra vt Luna, electa vt Sol, pauor, vt ordinata?*	» Vers. 9. » VERBA » CHORI » SODA- » LIVM » SPONSI ET SPON SÆ.

LITTERÆ.

§. 1.

ET si Cardin. Hailgrinus ista verba adhuc tribuat sponso, nec absurdè id faciat; malo tamen cum reliquis tam Græcis, quàm Latinis; ea tribuere Reginis, Concubinis, & Adolescentulis; de quibus præcedenti versiculo agebatur, à quo iste vix potest auelli.

PROGREDITVR] comparationes ipsæ indicant, non agi de progressu tantùm ambulationis, sed potiùs augmenti illuminationis, & sensum esse: quænam est ista quæ cernitur prominens, seu luce coruscans magis magísque augescens, quo nobis propior magis approximat; conuincit hanc sententiam radix Hebræa, quæ à crepusculo diei exorientis deducitur, quod quia exortu suo successiuo videtur progredi, inde LXX. & noster *progredendi* verbo sunt vsi.

שקף *Sakaph.*

QVASI AVR. CONS. *Auroram* vocat primum diluculum. LXX. ὄρθρον *consurgere* vocat apparere incipere, quod significat NISKAPHA, quod nos dicimus oriri Auroram, Hebræi dicunt, *ascendere*. Gen. 32. vers. 26. *Dimitte me, iam enim ascendit Aurora.*

נשקפה

LVNA] Luna plenè nitens, & non exilia ostentans cornua, non semiplena, sed perfecta, ac toto orbe splendida: non quidquam retinens imperfectionis, sed totum globum lucidum præferens. *ita Theodor.*

VT CASTRORVM] notatæ hoc loco etiã aliis variæ Græcorum versiones, quæ quod inuicem iuuant, non sunt negligêdæ. Sexta editio, καταπληκτικὴ ἐν μεγαλυνομέναις, *terrefaciens inter magnificatas*: addidit ista Ephraïm. Quincta editio, ἐπιφανὴς ὡς μεγαλυνόμεναι, *illustris sicut magnificatæ*; deterior adhuc illa alia: aliius interpres, ὡς ἐπιφάνια, *tanquam apparitio lucis*: propiùs ad LXX. Symm. ἐπιφοβος & μετὰ φρίκης, *terribilis secundùm acies*. Vide quæ diximus super. v. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecce quàm magnificè tres simul chori sponsam laudent, & quàm gradatim progrediantur, sponsæ progressus in claritate exprimentes. *Aurora* roscida, certè pulchra est, cùm incipit promicare: *Luna* tamen, cùm suos ignes plena recolligit, candido illo iubare, adhuc pulchrior censetur, *maius noctis luminare*. Attamen quantùm nox diei, tantùm Luna *soli* cedit, *qui maius est luminare diei* [a], qui pulcherrimus est astrorum, cuius aurora tantùm est prænuncia, cuius luna luce lucet aliena. Quid his pulchrius, aut saltem admiratione & obstupefactione plenius? *acies castrorum ordinata*. illa fulgens ferro, ære, argento, auro; vexillis versicoloribus ornata; tubarum, tibiarum, tympanorum, bombardarum sonore, strepitu, clangore, fremitúque personans; ordinibus aptissimè, numerisque distributa; non oculos tantùm, sed aures quoque, & mentem voluptate simul, & admiratione percellit. His ergo comparationibus tantùm significare vult; sponsæ decore, nihil pulchrius, concinnius, perfectius inueniri.

a *Gene. 1. v. 16.*

§. 2. MENS VERBORVM. *Honorius. Ecclesiæ tres status quales.*

Cùm *aurora* sit lucis initium, *Luna* quoddam lucis incrementum, *Sol* autem plenitudo; rectissimè capiunt, qui ad progressiones Ecclesiæ ista retulerunt, vt Honorius; cui Ecclesia ante legem *Aurora* fuit, quando quoddam initium dumtaxat legis, & diuinæ cognitionis habuit; *Luna* fuit, sub lege, quia crescebat tunc illa cognitio, radiorum Solis adhuc indiga; *Sol* fuit sub Euangelio, quia tunc Ecclesia robur suum & vires inuictas, vero sole illucente, & nocturnas omnes tenebras penitùs dispellente, vltimo conatu est exertura. Nam ad Antichristi tempora iam orationem vergere etiam D. Gregorius docuit: nec dissentit Cassiodorus, qui vult esse vocem Synagogæ in fine sæculi, per prædicationem Eliæ & Enoch, ad CHRISTVM conuersæ.

Paulò clariùs idem D. Gregorius *in Moralibus* [b], mane, seu auroram Ecclesiæ scribit fuisse, cùm se primò à prauitatis, & perfidiæ tenebris in lucem fidei & probitatis transtulit: quare sicut hæc pueritia Ecclesiæ, *vt aurora*, roseo Martyrum sanguine tincta fuit: sic etiam, quando sub Constantino & postmodùm adhuc robustior, prædicationis & scientiæ laude floruit (vt videtur insinuare Philo) *Lunæ* potuit comparari; quæ decrescens erat, quando hæresium & peccatorũ tenebris inualescentibus obscurabatur; crescens verò aut plena, prout hæc nubila plus vel minus dispellebantur. In hac vicissitudine hactenus mansit & manebit vsque ad victoriam de Antichristo, & generalem illam conuersionem Iudæorum ac infidelium reliquorum (de qua inferius;) nihilominus argentea semper fuit doctrinæ puritate, & perstitit, & perstabit. Postea demum cunctis perduellibus subiugatis aut profligatis, Elia & Enoch iterum in mundum reuersis & prædicantibus [b], iam nullis amplius defectionibus obnoxia, luce fulgens aurea, suum iustitiæ Solem imitans, & ea tota vestita, non æqualitate, sed similitudine quadam; *Solis* nomen & dignitatem merebitur. Tunc etiam charitate vnanimi vndique stipata, nullum hostibus irrumpendi aditum relinquens, & omne id prorsus excludens, quod nitori atq; pulchritudini eius aliquam adferre maculam posset, sese

b *lib. 4. Moral. c. 15. Ecclesiæ pulchritudo in nouo Testamento qualis, Philo.*

c *in Cassiod. prol. & Hieronym. etc*

sese exhibebit adspicientibus stupendam, instar *aciei* paratæ, & optimè *ordinatæ* ad prælium. Quod de vltima illa conuersione Iudæorum dixi, sacræ Scripturæ & Patribus orthodoxis cõsentaneum esse demonstrat P. Francis. Ribera, *doctiss. commentar. in Apocalyps. cap. 11. v. 2.*

TROPOLOGIA.

§. 3. *Tres Patres. Ecclesia quomodo se cum suis gerat.*

DVæ sunt sententiæ: vna considerantium ipsum modum, quo animas Ecclesia in Catechumenis solet exornare sponso; altera considerans ipsas animas seipsas exornantes. prior est trium Patrum, apud Theodoretum. Verè « admiranda est, inquiunt, magistra nostra. nam discipulis suis, quæ per « purgationem à tenebrarum operibus recesserunt, sed per cognitionis « illustrationẽ, nondum ad iustitiæ opera peruenerunt; vt docendi ra- « tio requirit sese accommodat, ac præbet quasi *lucem matutinam*, ea « celans mysteria, quæ nondum valent comprehendere, atque illa tra- « dens, quibus percipiendis sunt idoneæ, futurarumque pœnarum mi- « nis eas ad fidem, atque obedientiam adducens. Illis verò, quæ cùm « veritatis crediderint prædicationi, à malitiæ tamen operibus tene- « brarum, nondum sunt purgatæ; ita se exhibet bonam, vt pœniten- « tiæ disciplina, quasi *Lunæ* quandam lucem suppeditans, ignorantiæ « noctem ab eis repellat. At cum animabus illis; quæ virtute præditæ, « tanquam in die decorè ambulant; se *electam* gerit, qualis est *Sol*, qui « tum amplitudine, tum splendore ceteris cœli luminibus antecellit; « & sic cognitionis lucem subministrat. Atque ita *stupore* ac *terrore* af- « ficit, se intuentes, vt *instructa atque ordinata agmina* Angelorum.] «

Gregorius. Quemodo aurora, luna & sol quis similes esse possit.

Postetior est D. Gregorij, cuius sunt sequentia verbotenùs; Sunt « nonnulli, qui magna intentione, quæ sint tormenta reproborum as- « piciunt; & quæ sunt facta sua sine palpatione examinare contendunt: « dumque se peccasse cognoscunt, & per hoc ire ad reproborum tor- « menta pertimescunt; subitò tenebras iniquitatis derelinquunt, & « luce iustitiæ accendi concupiscunt: mox ad sanctam operationem « consurgunt, & per bona, quæ faciunt, clarere quibusque proximis « incipiunt. hi proculdubio *velut aurora* consurgentes progrediuntur, « quia subitò noctem peccati euacuantes, ad lucem magis ac magis « dilatãtur. Sic anima, quæ priùs erat in tenebris, nunc splendens appa- « ret, & quæ etiam in semetipsa obscurabatur, nunc aliis lumine san- « ctæ operationis resplendet. De qua benè subditur: *Pulchra vt Luna*, « *electa vt Sol. Luna* quippe, dum noctem illuminat, caligantibus oculis « iter per quod homo gradiatur demonstrat. Sic nimirum quæque ani- « ma, quæ tenebras dimittit, & in sanctam operationem se extendit, « dum exemplum benè operandi tribuit proximis, quasi lucem tene- « brescentibus oculis spargit. Dum enim peccantes quique bonũ opus « aspiciunt, & ad idem faciendum se conuertunt, quasi errantes in «

Universidad de Deusto
Biblioteca

» nocte per lumen Lunæ ad viam redeunt: Hæc itaque anima, dum
» peccantibus bona exempla præbet, quasi *Luna* in nocte lucet. Dum
» verò magis ac magis crescit, & de die in diem, per consuetudinem o-
» peris lumen iustitiæ tam perfectè accipit, vt etiam bonis exempla
» imitationis præbeat; quæ priùs solis peccatoribus imitanda appare-
» bat; profectò iam luna *Sol* efficitur: quia quæ in nocte errantibus nunc
» lucebat, modò in die ambulantibus lumen veritatis manifestat. Hinc
» est quod sequitur, *Electa vt sol*, de qua subditur: *Terribilis vt castrorum*
» *acies ordinata.*] quod superiùs de charitatis vinculo in vnum colliga-
» tis abundè fuit explicatum.

Supr. n. 4. §. 3. D. Ignatius.

» Confirmat B. Ignatius Martyr *Epist. XI. ad Ephes.* Date operam
» (inquit) vt crebrius cõueniatis ad Eucharistiam, & gratias Deo agen-
» das, & ad eum laudandum. cùm enim assiduè in idem conuenitis, de-
» struuntur vires Satanæ, & irritæ eius reuertuntur ignitæ sagittæ ad
» peccatum: nam vestra concordia, consonaque fides, eius est exitium,
» ac defensoribus eius ac satellitibus tormentum. Nihil melius, quàm
» pax in CHRISTO, per quam bellum omne aboletur aëriorum & ter-
» restrium spirituum.] ecce castra, quibus opponenda acies, etiam teste
Apostolo ad eosdem Ephes. scribente, *cap. 6. v. 11. & 12.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

5. 4. *Rupertus. B. V. aurora, lunæ, & soli similis.*

» HOc quoq; duorum Patrum dicta notatu digna. Rupertus
» *lib. penult.* in hunc modum; Quàm pulcher ordo in ista
» laudatione, in ista tuæ pulchritudinis, ô beatissima, prædi-
» catione? Primùm *consurgens vt aurora, pulchra* deinde *vt*
» *luna*, deinde *electa vt Sol*. Quando nata es, ô virgo beata, tunc vera no-
» bis *aurora* surrexit: *Aurora* prænuntia diei sempiterni. quia sicut *au-*
» *rora* quotidiana, finis præteritæ noctis est, & initium diei sequentis:
» sic natiuitas tua, natiuitas ex semine Abrahæ, clara ex stirpe Dauid, ad
» quos cum iuramento Dei facta est repromissio benedictionis; finis
» dolorum, & consolationis fuit initium; finis tristitiæ, & lætitiæ nobis
» exstitit principium. Quando autẽ Spiritus sanctus in te superuenit [a],
» & filium virgo concepisti, virgo peperisti, tunc tu & ex tunc pulchra
» pulchritudine diuina, *pulchra*, inquam, non quomodocunque, sed *vt*
» *luna*. Sicut enim *luna* lucet, & illuminat luce non sua, sed ex sole con-
» cepta: sic tu, ô beatissima, hoc ipsum quod tam lucida es, non ex te ha-
» bes, sed ex gratia diuina, ô gratia plena. Quando autem de hoc mun-
» do assumpta, atque ad æthereum thalamum translata es; tunc tu, & ex

a *Luc. 1. v. 35.*

tunc

tunc *electa vt Sol. electa*, inquam, nobis, quia sicut ex te natum Dei « « «

Universidad de Deusto Biblioteca

8. *Ex. dæmonibus quàm fuerit terribilis.*

" hoc ergo malignis ſpiritibus vehementer formidabilis pia mater
" oſtenditur. Et quidem ex quo Dei filium peperit, *terribilis* dæmoni-
" bus fuit; ſed ipſo clarificato multò magis. Cùm enim viderent eam
" integritate ſimul & prole gaudentem, vehemens illis ſuſpicio inci-
" dit, ne fortè illa genuiſſet, tot propheticis vocibus olim prænuncia-
" tum Meſſiam, per quem eorum imperium rueret. Itaque virginitate
" illius puerperæ nihil eis tunc terribilius. Cumque in ipſum puerpe-
" rium intenderent, atque viderent ab omni originali contagione na-
" tum immunem, aduerterent etiam Angelos de ortu eius gloriantes,
" ſtellamque ſuper eum radiantem, Magos ad eum de regione longin-
" qua cum myſticis muneribus properates, & cetera, quibus illi à pue-
" ro aliquid ineſſe declarabatur diuinũ; per ſingula creſcebat ſuſpicio,
" ex ſuſpicione formido. Denique in dies terribilior fiebat iſte puer, ſed
" gratia pueri & ipſa mater. Progreſſu verò temporis cùm iam virilem
" attigiſſet ætatem, atque miraculis diuinam ſuam potentiam declara-
" ret, creuit in immenſum ſtupor terrorque dæmonum, ita vt pauidi
" dicerent [a], *Quid tibi & nobis* IESV, *fili Dei ſummi venisti ante tempus*
" *perdere nos*? Porrò in paſſione eius & reſurrectione apertè cognoue-
" runt, quòd eſſet Deus: & ex eo pia mater eius *terribilis* eſt, non ſim-
" pliciter vt priùs, ſed iam *vt caſtrorum acies ordinata*. Si enim timue-
" runt matrem vagientis in cunis, pro ſola ſuſpicione diuinitatis eius;
" quanto magis diuinitate eius liquidè * comparata, reformidant ma-
" trem ſedentis in dextera Dei Patris?] Poſſet hoc innumeris exemplis
ſatentium dæmonum comprobari; ſed de miraculis DEIPARÆ non
eſt ſuccinctè ſcribendum.

a Mar. 1. v. 24.

* corrige, cõperta.

Hailgrinus.

Hailgrino per *Auroram* ſignificatur B. Virgo, quæ de tenebris Synagogæ exorta, CHRISTVM peperit verum Solem. Hæc eſt *Aurora*, de qua Angelus ad Iacob *in Geneſi 32. v. 26. Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora*. Siquidem per Iacob luctantem cum Angelo, ſancti
" Patres deſignantur; qui luctantes cum Domino precibus & lacrymis
" extorquere & obtinere à Domino incarnationem filij ſui tali inſtan-
" tia, velut quadam victoria, nitebantur. Sed eorum cœtui reſponde-
" tur à Domino; *Dimitte me, iam enim aſcendit Aurora*. ceſſet inſtantia
" veſtri luctaminis, quia iam lux naſcitur, videlicet VIRGO, quæ vo-
" bis pariet verum ſolem. Ipſa in Natiuitate proceſſit *aurora*, vt fieret
" *Luna*, de qua in Eccleſ. 43. v. 6. *Lunam in omnibus, in tempore ſuo, oſtenſio*
" *temporis & ſignum eius*. nam Beata virgo in omnibus nationib. tem-
" pore ſuæ apparitionis, oſtenſio eſt illius temporis, de quo ad Galat.
" *Quum igitur venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum natum ex*
" *virgine* [b]. & ipſa eſt *ſignũ eius*, inſigniẽs omnẽ ætatẽ, præteritã, & futurã:
" & benè de ipſa ſubditur. *A luna ſignũ diei feſti* [c]. nã ab ipſa omnis no-
" ſtra feſtiuitas. *Luminare quod minuitur in conſummatione menſis ſecun-*
" *dum nomen eius, eſt, creſcens mirabiliter in conſummatione*: quod de Lu-
" na materiali nequaquam intelligi poteſt; quæ non antè minuitur, &
" poſteà creſcit, ſed è conuerſo; nec minuitur in conſummatione, ſed
" poſt conſummationem. Sed hic verborum ordo optimè exprimit
B. Virgi

Iacob luctãs cum Angelo quid deſignet.

b Gal. 4. v. 4.

c Eccl. 43. v. 7.

beatam Virginem. Nam ipſa, cùm audiſſet ſibi promiſſam tantam magnitudinem, quòd foret mater Dei; ſeſe minuit vſque
" ad ancillam, & in hac minutione concepit & facta eſt *Luna* plena.
" Ipſa quoque *electa* eſt *vt Sol*, qui eſt CHRISTVS. nam hic *electus*
" *ex millibus virorum*, ipſa electa ex millibus mulierum. De CHRISTO
" dictum; *ſicut malus inter ligna ſiluarum, ſic dilectus meus inter filios*. de
" MARIA dictum; *ſicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias*.] Qui
" plura volet, conſulere poterit Abb. Abſalon, qui integro ſermone 43.
hunc verſiculum DEIPARÆ accommodat.

Abſalon.

ANAGOGE.

THEODORETVS docet, quemadmodum *aurora* noctis &
" diei confinium eſt, illius indicans finẽ, & huius initium,
" & ſolis aduentum: ſic in hac vita animas pietate & ſa-
" pientia perfectas, ex propria virtute quoſdam emittere
ſplendores: *cùm autem*, vt inquit B. Paulus [a], *corruptibile hoc induerit*
" *incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem*; tota ipſarum lux
" aperietur. Tunc erunt, *vt Luna* plena. Nam Luna ex ſolis radiis lucem
" mutuatur, ac lumen quidem exiguum percipit, cùm parua eius parti-
" cula ſolem aſpicit: cùm autem ex aduerſo totum ſolem, vt ſpecu-
" lum conuertur, maculas abſtergens ſuas, illuſtratur tota, nec vllam
" corporis partem obſcuram retinet. Sic igitur & CHRISTI Ec-
" cleſia animarum virtute perfectarum cœtus, *reuelata facie gloriam*
" Domini ſpeculans (vt inquit B. Paulus [b]) *in eandem imaginem tranſ-*
" *formatur à claritate in claritatem tanquam à Domini ſpiritu*, & fit tota
" ſplendida, vt lunę ſimilis videatur: imò & *Soli*, ſtuporemque ſpectan-
" tibus iniicit. Hæc præſens vita nox eſt, ex B. Pauli ſententia, dicentis [c];
" *Nox præceſſit, dies appropinquauit*. in hac nocte, tempus, quod Domi-
" ni aduentum eſt ſubſecutum, fuit veluti quædam *Aurora*, quæ tran-
" quillitatem futuram quaſi diei præſentiam, ſignificabat. *Sicut Aurorã*
" (inquit) *paratum inueniemus eum* [d]. cùm autem *magna illa dies Domi-*
" *ni manifeſta veneri* (vt ait Propheta) de qua B. Paulus, *dies* (inquit) *ap-*
" *propinquauit: tunc* quæ modò, vt in nocte quaſi *Luna* quædam eſt Ec-
" cleſia iter facientibus nobis lumen præbens, & rectum oſtendens
" viam; ea tum, non *vt Luna*, ſed *vt Sol* fulgebit, admirationem cunctis
" adferens. *Tunc* (ait Dominus) *fulgebunt iuſti ſicut Sol* [e]. Et B. Paulus,
" *alia*, inquit, *eſt claritas ſolis, & alia eſt claritas lunæ, & alia eſt claritas*
" *ſtellarum. Stella enim à ſtella differt in claritate* [f]. Tum *vt Sol* in futura
" vita ſplendens Eccleſia, fulgore ſuo cunctis ſtuporem iniiciet. Ad-
" mirabuntur autem ipſius, non modò lucem, ſed etiam *ordinem*. Nihil
" enim incompoſitum, nihil incertum, nihil confuſum in ſponſa Do-
" mini remanebit: quæ ad amuſſim cuncta iam exegerit.] Sequitur.

§. 5. *Theodoret.*

a 1. Cor. 15. v. 53.

b 2. Cor. 3. v. 18.

c Rom. 13. v. 12.

d Oſe. 6. v. 3.

e Matt. 13. v. 43.

f 1. Cor. 15. v. 41.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. IV.

SECTIO IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 10. „ Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conualliũ, & inspicerem	*In hortum nucis descendi, videre ingenimina torrentis, videre si floruit vitis, effloruerunt mala punica. Ibi dabo vbera mea tibi.*
„ si floruisset vinea, & germinassent mala punica.	
Vox „ Sponsi. „	

LITTERA.

§. 1.

NOs hæc non sponsæ (vt tres Patres, Theodoret. Cassiod. & VVilleramus) sed ipsi sponso tribuimus, secuti grauissimos interpretes Latinos [a], Græcos, & Hebræos. Poterat quidem sponsus sperare, tot laudibus placasse se animum amicę; sed quia magnus amor plenus est solliciti timoris, nihil vult relinquere in animo eius suspectiosum exacerbato propter repentinam fugam. Probabilem itaque colorem abitionis excogitat. Solent amantes domesticas res neglectim tractare; mox tamen obliuionis suæ memores recurrere ad ea, quæ insuper habuerant, curanda. Sicut Corydon ille Virgilianus, cui vitis semiputata in frondosa vlmo remanserat, tandem. . . . . *aliquid potius, quorum indiget vsus Viminibus mollique parat detexere iunco.* Tale quidpiam sibi noster nunc accidisse canitat. Nam dum moras ipsa necteret, interea sibi in memoriam rediisse hortulum; cuius arbores biferæ (nam prioris flortionis antè meminit) visendæ erant, num spem fructus facerent. Hãc sibi discedendi causam fuisse: simul ne molestus illi esse pergeret pultando. certè nullo contemptu vel offensione id à se factum fuisse, cupere, vt sibi dilecta persuadeat.

a *Aponium, Iust. Gregor. Ansel. Alan. Guil. Honor. Rup. Angelomũ, Phil. Carpath. Iarchium, & Abenezrã.*

DESCENDI] descenderam.

POMA CONVALLIVM] fructus in conuallibus hyberno torrente rigatis copiosiùs prouenientes. Hebræa significant, *conualles torrente irriguam.* ideò vtraque versio proba, & nostra quam Symm. confirmat; & LXX. quam alius interpres secutus. *Poma* ponuntur pro quouis fructu, vt patet ex fõte. IBI DABO VBERA MEA TIBI.

§. 2. MENS VERBORVM.

Testibus Phil. Apon. Honor. & Guilhelm. Synagoga iure optimo vocatur

vocatur *hortus nucum.* Nux. n. Sacerdotij Aaronici symbolum est. arbor difficulter crescit, & omnem terræ succum vicinis herbis, oleribúsque subtrahit: Synagogæ quàm sera incrementa, tam contra Gentium salutem iugis inuidia fuit. fructus nucis nónisi verberibus decutitur; nihil ab hac Deus, nisi suppliciis, impetrabat; ita vt commodè in communi versiculo de nuce, asino, muliere, quæ tria nihil recti facere dicuntur, si verbera cessẽt; postremo loco etiam mala hæc sponsa queat intelligi. fructus iam arbore deiectus plus habet fellis, quàm mellis, crasso & amaro primùm; quod mirè manus attrectantium sordidat integumento est: sic velum densum cordi Iudæorum fuit impositum, quod qui amouere conabantur, contumeliis, & malis multabãtur, succedit testa dura & carinata; Prophetarum & Concionatorum dentes sæpè in hac Synagogæ testa obstupuerunt, & luxati fuerunt: quales autem Iudæi semper carinatores fuerint (vt & sunt eorum hodie posteri) notum lippis ac tonsoribus. perfracto hoc ligneo vallo, aliud occurrit putamen, aliquando lignum quoque, in cuius sinuosis amfractibus latet nucleus, & nonnisi cultrorum cuspide, idque ægrè, eruitur: cùm erueris, recenti nucleo adnata pellicula gustu amarissima, cuius demõde mora exiguã modici nuclei suauitatẽ plenè compensat. Nónne tales Synagogæ fructus? populus *dura ceruice, corde & aure incircũcisus, semper Spiritui sancto resistens* [a]: qui *iniquitatibus suis Deũ laborare coëgit* [b], *& quem Deus laborauit sustinens.*

Synagoga nuci & arbori & fructus comparatur.

a *Act. 7. v. 51.*

b *Mala. 2. v. 17.*

In hunc *hortum descendit* sponsus; quo se tempore ad modicum subduxit, nempe tempore illo *quadraginta duorum mensium*; quibus Eliæ atque Enoch prædicantibus Antichristi Regnum durabit, testibus Daniele & Ioanne [c]. cassa descendendi erit, vt videat quos fructus, prædicatione illa, & hyberno persecutionis torrente rigatus nucum hortus polliceatur; nũ aliqua depressõ tumore superbiæ, in vallibus humanitatis, mitia mãsuetudinis mala gemmarint; num in Dei Sabaoth vinea, recepto Euangelij nuncio, horrorum aliquid fidei & obedientiæ reperiatur; num sinceræ charitatis & desiderati martyrij specimen efflorescat. Videre cupit, vt inuenta inuet, & crescentia ad maturitatem perducat. Nam (vt optimè D. Anselmus ait) *Deus immisere, est gratiam conferre, & fideles probare.*

c *Dan. 7. v. 25. Apoc. 11. v. 2.*

Anselmus.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Theodoretus.*

ORTVS *nucum* Cassiodoro & VVilleramo, est præsens status Ecclesiæ militantis, seu præsens vita; sed quia id Theodoretus tantò prior eleganter explicuit, & ex eo notabo, quæ ad rem faciunt. *Descendit* sponsus, quando aliorum moribus, & vitæ se accommodat; sicut & Paulus [d] *factus infirmis tanquam infirmus, vt infirmos lucrifaceret; & iis qui sine lege erant, tanquam si sine lege esset; cum tamẽ non esset sine lege Deo, sed in lege esset* CHRISTI; *vt eos qui sine lege erãt lucrifaceret.* Descẽdit autẽ *in hortum*

d *1. Cor. 9. v. 22.*

Vita præsens aspera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» *nucum*. Per hortum nucum præsentem intelligimus vitam; quæ cùm
» amara sit, & ærumnis, atque laboribus plena, reconditum tamen ha-
» bet virtutis fructum. Nam & nucis fructus, cùm extrinsecùs corti-
» cem priorem amarum habeat; alterum autem asperum ac durum; in-
» tùs tanquam in penu quodam, nucleum esculentum continet recon-
» ditum, qui sine labore non potest extrahi. Talis est etiam præsens vi-
» ta, cùm enim dolorum & molestiarum acerbitate referta sit, labores
» habet illa & sudores, non tamen inutiles aut infrugiferos. Quamob-
» rem etiam B. Paulus dicit, *vita nostra abscondita est cum* CHRISTO
» *in Deo: cùm autē* CHRISTVS *apparuerit vita nostra, tunc & nos appa-*
a Coloss. 3. v. 3. » *rebimus* [a]. Descendit autem in hortum nucum, *vt videret in germinibus*
» *torrentis*, torrentem appellat hæc caduca. Torrens enim non est per-
» ennis, sed hyeme quidem fluit, æstate verò fluere desinit & arescit.
» Huiusmodi sunt quæ iucunda videntur in hac vita. Torrentis enim
» instar, tum opes, tum gloria, tum regnum, tum deliciæ, atque alij
» huiusce vitæ flores dilabuntur. Cùm autem apparuerit vita futura,
» corrumpentur & desinent, & tanquam torrens, cessantes exarescent.
» *Vt viderem, an floruissent vineæ & mala punica.* In hac enim vita, ex
» variis virtutum officiis, quidam per translationem *vites*, quidam au-
» tem *mala punica* nominantur. Nam alij charitatem colunt, & concor-
» diam diligunt, animi sensu sic inter se coniuncti, vt mali punici gra-
» na coniunguntur. Alij autem vacantes contemplationi, vinum pa-
» triis torcularibus dignum ferunt.] Hæc ille accommodatè prorsùs
» ad vers. LXX.

Tres Patres. » Tres autem Patres, per *hortum nucum* intelligunt animas virtutum
» excultrices, tanquam nuces; quarum cortex sit asperitas & amaritudo
» grauium tentationum, & laborum sponte susceptorum; in quorum
» medio, velut nucleus, sit dulcedo virtutum in medio excessus & de-
» fectus consistentium. *Torrentis germina* volunt vocari patientiam,
» quæ veluti partus quidam ex tribulatione tanquam ex torrente ten-
b Tom. 5. v. 3. Iac. 1. v. 5. » tationum (*tribulatio enim patientiam operatur* [b]) vel per gratiarum
» actionem, vel per lamentationem, offertur Deo, non acerbè, sed me-
» dici more castiganti. *Vineam* explicant esse CHRISTVM, qui dixit,
c Ioan. 15. v. 1. » *Ego sum vitis* [c]; hanc florere patientia excultam, quando botri flos
» producit vinum per diuinitatis gratiam ipsam naturam obstupefa-
» ciens. Qui enim ipsam quoque naturam propriā per patientiam de-
» spicit, diuinitatis gratiam natura præstantiorem adipiscitur. Per *flo-*
» *res malorum punicorum*, intelligunt virtutes timoris Dei austeritate
» velut in cortice conservatas, gustantium autem animas, spei in Deum
» dulcedine delectantes; prudentiam nempe & simplicitatem. prudē-
» tiam fidem seruantem erga Deum, & simplicitatem charitatis erga
» proximum conseruatricem.]

Gregorius. Per nuces sapientes fideles designantur. D. Gregorius de horto nucum consentit, sed cetera commodiùs
» interpretatur. Quid per *nuces* (inquit) nisi perfectos quosque intel-
» ligimus; qui dum diuinam sapientiam intra corpora sua retinent,
» quasi nucleum in fragili testa portant? Sunt enim quàm plures in

in Ecclesia, qui assiduè diuinæ Scripturæ intendunt. Quàm suauis sit « Dominus gustantes, ampliùs gustare concupiscunt; sancta gaudia in « corde ruminant, & ruminantes magis ac magis conualescunt; & ta- « men foris nescientibus eos viles apparent, quia ignoratur quàm dul- « cem in suis interioribus cibum portent. Quid isti nisi *nuces* existunt, « qui nuclei dulcedinem intùs ferunt, exterius verò carnis vilitatem « prætendunt? De quibus erat Apostolus, qui dicebat; *Habemus thesau-* « *rum istum in vasis fictilibus* [a]. *Hortus* igitur *nucum*, corda sunt Sancto- « rum; qui dum Deum valdè diligunt, cœlestem dulcedinem in intimis « gerunt. Vnde in Psalmo scriptum est; *Quam magna multitudo dulce-* « *dinis tuæ Domine*, quam *abscondisti timentibus te* [b]?

a 2. Cor. 4. v. 7.

b Psal. 30. v. 20.

Sed quid est quod *in hortum nucum* sponsus *descendit*; *vt poma vi-* « *deat*, cùm potiùs nuces videre debeat? Verumtamen sciendum est, « quòd maximè corda perfectorum visitat, eisque benignitatis suæ suā- « uitatem manifestat, vt per eos ad infirmiores postmodùm veniat; & « quantum in augmentum iustitiæ profecerint, per illos cognoscat. « Vnde scriptum est [c], *Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, vt* « *videat si est intelligens, aut requirens Deum*. Dum enim diuina bonitas « corda perfectorum illustrat, eosque ad curam proximorum per chari- « tatis sollicitudinem instigat; quid hoc est aliud, nisi quod ad hortum « veniens, *poma conuallis* per illos, quibus præsidet, prospectat? Tunc « enim Dominus videre vel cognoscere dicitur, cùm Sanctos suos, quos « illustrat, ad videndum exhortatur.

c Psal. 13. v. 2.

Sed quid est quod non *poma* montis, sed *poma conuallis vt videat de-* « *scendit*: nisi quod illis respectū suæ miserationis tribuit, quos in hu- « militate persistere cognoscit? De quo per Psalmistam dicitur; *Quo-* « *niam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit* [d]. Et « Dominus per semetipsum in voce Prophetæ; *Super quem requiescit* « *spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones* « *meos* [e].] Cetera quæ addit, pertinent ad sensum Historicum.

d Psal. 112. v. 6.

e Isa. 66. v. 2.

Honorius. Honorius autem ait, Tropologicè *hortus nucum* est, quodlibet « claustrum, vel locus spiritualium, qui sunt vt nuces exteriùs amari in « afflictione carnis, interiùs dulces in virtutibus. *In* hunc *hortū* CHRI- « STVS *descendit*, dū eis varia charismata Spiritus tribuit, alij sapien- « tiam, alij scientiam, alij castitatem, alij humilitatem. Ibi *videt poma* « *connallium*, dum remunerat opera humilium; vel per alios ea videt, « dum imitantur ea quæ præcipit dicens; *sic luceat lux vestra coram ho-* « *minibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui* « *in cœlis est* [f]. Ibi etiam videt *vineas florentes*, id est, cellas diuersis ar- « tium disciplinis feruentes, quarum studia probat, & aliis ad imitan- « dum demonstrat. Ibi quoque videt *mala punica*, id est, patien- « tes, exemplo Martyrum se mortificantes, quos inspicit, « dum aliis imitandos proponit. *Dei enim videre* « *est probare, vel aliis demonstrare,* « *vel remunerare.*] «

Honorius. Hortus nucū est clausstrum.

f Matth. 5. v. 16.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS hoc loco paullò obscurior est, nam quædam ad præcedētes paragraphos pertinētia admiscet. Verba eius sunt; *Nuces* sunt generali nomine omnia poma duriore corio tecta, vt castaneæ, auellanæ, & amygdalæ, & huiusmodi. Sanè per *nuces* sacræ Scripturæ non inconuenienter signantur, foris quidem admodùm duro litteræ cortice tectæ, intùs verò prædulcem nucleum spiritus habentes. *Hortus* ergo *nucum* Israëliticus ille populus fuit, qui Scripturas penes se habuit, corio scilicet litteræ foris insipienter adhærens, atque ideò in eis spiritualis suauitatis nihil sapiens. *In hortum nucum* dilectus *descendit*, quādo ex illo populo carne, in qua mundo apparuit, assumpta, eundem populum per semetipsum specialiter visitauit, sicut ipse ait; *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël* [a], causam verò descensionis suæ confestim insinuans, *vt videret poma conuallis*, inquit: per hæc fructus signantur humilitatis fructus planè optimi, vtpote ex illa arbore bona, de qua canit Ecclesia.

Hortus nucū populus est Israëliticus.

[a] Matt. 15. v. 24.

Arbor decora & fulgida
Ornata regis purpura,
Electa digno stipite
Tam sancta membra tangere.

Venit Dei filius in *conuallem*, atque eo ipso impleuit conuallem pomis. *humiliauit semetipsum vsque ad mortem, mortem autem crucis* [b]; atque ex ipsa cruce, tanquam ex arbore bona prodiere fructus vitæ, fructus redemptionis. Vidit Dominus hæc *poma conuallium*, hos suauissimos fructus suæ humilitatis, sicut, imò multò excellentius, quàm olim *vidit* corporalem *lucem, quod esset bona* [c]; quàm olim *cuncta quæ fecerat & erant valdè bona* [d]. Quippe excellentius est opus humanæ redemptionis, quàm opus mundanæ conditionis: & magis auctor Deo placet hoc opus insigne gratiæ & pietatis, quàm illud opus grãde naturæ, & maiestatis. Itaque parùm fuit Deo videre *cuncta quæ fecerat, quæ erant valdè bona*, nisi & descenderet videre *poma conuallium*, quibus oblectaretur, non tanquam simpliciter bonis, sed tanquam optimis. Parùm fuit illi mundum quem condiderat in suis essentiis conseruare; nisi & descenderet perditum hominem insigniori quodam opere reparare. Hoc ergo dicit; Ad hoc ex carnali Israël carnem assumsi, vt in ea ad mortem vsque crucis humiliatus, optimos, quibus suauissimè oblectarer, fructus producerem redemptionis.

[b] Philipp. 2. v. 8.

[c] Gen. 1. v. 3.

[d] Gen. 1. v. 31.

Opus humanæ redemptionis, excellentius operecreationis.

Ec

Et *inspicerem si floruissent vineæ, & germinassent mala punica.* Sanè per *vineas & mala punica* duo Ecclesiæ ordines possunt intelligi, per *vineas* ordo continentium, per *mala punica seu granata* ordo coniugatorum. Siquidem continentes vinum sancti feruoris propensiùs generant, quo nimirum ipsimet ipsum * bibentes, in tantùm inebriantur; vt Angelicam in hac mortali carne vitam æmulando, quodammodo se esse carnem & sanguinem obliuiscantur. Porrò coniugati, quòd officio propagationis sunt dediti, ad instar malorũ punicorum granis, id est, generandorum causis filiorum, repleti esse videntur. Denique eũ illi vel isti, pro animi proposito, ad boni operis fructum se præparant, tunc vel *florent vineæ*, vel *mala punica germinant*. Sciendum verò, quòd plurimi, fallente exteriorum operum specie, videntur bonis operibus fructuosi esse, cùm non sint, quia proculdubiò * opera bona non sunt, nisi intùs, vbi solus Deus videt, piæ intentionis flores, vel germina præcesserint. Itaque exteriorem operum qualitatem nobis liberum est iudicare: sed tamen ad interna inuestiganda & diiudicanda nemo idoneus, nisi qui ait; *Et inspicerem si floruissent vineæ, &c.* quasi dicat, nullus præsumat de intentionibus & voluntatibus iudicare, quas ego solus inspicio. Quantùm attinet ad primum eius aduentum, non venit iudicare, sed saluare: eo ipso tamen quo se præbuit Saluatorem, declarauit & iudicem. Vnde Apostolus; *In hoc* (ait) CHRISTVS *mortuus est, & resurrexit, vt & viuorum & mortuorum dominetur* [a].] Hæc ille; quæ, quia de incarnatione Domini dicta, ad Deiparam referenda; quæ verè hortus omniũ fructuum spiritualium fuit, (vt Honorio notatum) in qua germina humilitatis, castitatis, charitatis, virginitatis simul & fœcunditatis, flores, gemmæ, fructus, exstitêre perfectissimi, sponsoque charissimi.

* Sic suppl. lacunã quæ est in Bt. s.

* Sic supplee defectũ Bt. s. Opera bona non sunt, nisi vbi est bona intentio.

[a] Rom. 4. v. 9.

Hailgrinus sponsæ hæc verba tribuit, ideò nulli nobis nunc vsui fuit. *Hailgrinus.*

Optimè Honorius. *Hortus* fuit virgo perpetua, in quẽ CHRISTVS *descendit*, dum in ea hominem induit. In hoc horto arida virga floruit; quæ CHRISTVM *nucem* protulit. In *nuce* sunt tria, scilicet, amurca, testa, nucleus: sic in CHRISTO sunt tria, caro, ossa, anima. Interstitium quod nucem instar crucis diuidit, est sancta crux, quæ animam CHRISTI à corpore diuisit.] *Honorius.*

Consentit Alanus his verbis; Quia talis est virgo, iam humanatus sum in virginalis vteri thalamo. Hic est *hortus* in quo spirãt virtutum aromata, in quo redolent patientiæ rosaria. Hic est *hortus* fructibus redundans, copiis exuberans, flore virginitatis vernans; quem non venti tangit austeritas, vbi mollioris auræ gratia indesinenter aspirat, & vernalis amœnitas allicit intuentes. *Nux* habet amarum corticem, testam duram, nucleum dulcissimum: ita virgo mater exteriùs habuit carnis infirmitatem, & duram testam, id est, fidei firmam constantiam, & virginitatis perseuerantiam, & dulcissimum nucleum CHRISTVM: quia ex CHRISTO nobis data est dulcedo æternæ beatitudinis. Sic *descendit in* virginem per *Alanus. B.V. hortus est anima me.*

" per incarnationis suæ humilitatẽ. *Vt videret*, hoc est, vt videre faceret " *poma convallis*, hoc est, fructus qui in humilitate conduntur. Sic " Gen. 22. ait Deus. *Ego cognovi*, hoc est, alios cognoscere feci.]

ANAGOGE.

§. 5. VLTIMO iudicio in hunc mundum, verum hortum nucum, hoc est, hominum qui terrore & verberibus magis quàm amore Dei ducuntur, descendet iudicaturus omnia cogitata, dicta, facta; & singulorum censuram acerrimam peracturus.

SECTIO

SECTIO V.

SECT. V.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Nescivi: anima mea conturbauit me, propter quadrigas Aminadab.	*Non novit anima mea.* Posuit me currus Aminadab.

" Vers. 11. " VOX SYNAGOGÆ, VLTIMO CONVERSÆ.

LITTERA.

§. 1. NESCIVI] sic etiam Aqu. & Symm. vertêre, sensus est, nõ sensi, non vidi, non animadaverti, eo quòd ANIMA MEA CONTVRBAVIT ME. Vox Hebræa SAMATH (per SIN) pro initialis puncti diuersitate, deduci poterat vel à SOM, vel à SAMAM. LXX. primam radicem sunt amplexi, vt & quincta editio, quæ vertit, *posuisti me in currum*; & D. Ambros [a], qui, *posuisti me currus*; & recentiores, qui; *posuit me velut quadrigas populi mei nobilis*: qui volunt his verbis exprimi celeritatem, qua sponsa in hortum nucum contenderit; q. d. præ ingenti ardore & desiderio animi, non aduerti quanta celeritate & quàm rapido cursu huc perlata sim, instar quadrigarum Aminadab. Sed noster interpres posteriorem radicem prætulit & vertit; *conturbauit*, secutus Symm. qui ἀπόρυτόν με. Puto, cum Patribus plerisque, Synagogæ recèns nunc in sæculi fine conuersæ vocem esse; qua se velut excusat, quòd nucum hortus esse tam diu perseuerauerit. Quasi diceret; Vides quadrigas Aminadab, quibus me imposuisti, vt rapido cursu ad te peruecherer? illæ ipsæ causa fuerunt cæcitatis & pertinaciæ meæ: nam amorem in me tuum non deprehendi, neque sensi, quia lux & celeritas quadrigarum lusciosi oculi mei aciem perstrinxerunt, &, vt Sol solet intuentes, elucificarunt.

Porrò nomen AMINADAB, quidam censent, non esse proprium, sed appellatiuum, & variè interpretantur, vt Sym. qui teste Theodoreto vertit; *currus populi ducentis*; vt quincta editio, quæ, *currus populi ducis*; vt Aq. qui *currus populi sponte imperantis*: vt Abenezra, qui censet accipi pot Metathesim, quasi NADIB AMMI, *currus magni & potentis in populo meo*. vt recentiores quidã, qui; *quadrigas populi mei nobilis vertunt*. Verùm præstat sequi LXX. & nostrũ, & D. Ambr. vbi sup.

[a] lib. de Abr. c. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

qui accipiunt, vt nomen propriũ viri, cuius viri non eius, cuius plaustrũ volunt assumptum ad arcam vehendam a. Hic enim vocabatur Abinadab, non Aminadab, neq; de plaustro quod addunt, Honorius & alij, qui hoc voluêre. Sed vel fuit aliquis vir nobilis Salmonis tempore, cuius quadrigarum celeritas ea tempestate clara fuerit: vel sanè nomen illius *de quo Exod. 6. v. 23.* qui fuit pater Naasson, cuius filiam duxit Aaron, ex qua suscepit quatuor filios, de cuius curru quædam, illic ex Rabbinis Lyranus commemorat, quæ (quod nõ satis certa) non transcribo. de hoc accepêre Iustus Orgelit. Cassiod. Beda, Rupertus, Haymon. & Decanus Ambianens. Non desunt tamen qui recurrant ad Amminadab illum vnũ ex maioribus Dauidis, cuius mentio in Ruthæ historia b. Iustum semper, dum certiora mctus fuero.

a 2. Reg. 6. v. 4.

b c. 4. v. 19. §. 2.

MENS VERBORVM. c *Henor. Beda, Alcuin. Anselm. Haym. & Guilielm.*

Culpam suam fatetur Synagoga, & causam tamen reddit cęcitatis tam diuturnæ, quam Patres hîc referunt. Hactenus (ait) repudiauit te, vt hominem vilem & abiectum quem Deum esse non aduertebã. Quando vidi tot contumeliis opprobriisque deformatum, tot plagis, vulneribus, vibicibus confaucciatum, & deturpatum, denique inter latrones pendentem in cruce funerea; Messiam repromissum esse non sum arbitrata, saluatorem esse non credidi, qui seipsum non seruabat, putabam Messiæ aduentum in potentia, & magnificentia futurum, & ab eo Regnum Israel temporale restituendum. Ignorans ergo contra te deliqui. Postea quoque *crucis prædicatio, gentibus stultitia, mihi scandalum fuit* d. Hæc tamen prædicatio per totum orbem tanta velocitate discurrit, quanta principis *Aminadab*, nobilis illius aurigatoris celeripedes *quadrigæ* circi spacium transmitterent. *Quadrigæ* hæ quadruplicis tui Euangelij, quibus nunc adiecta veni, offensionis mihi lapis fuerunt, dum malè scandalizor & vror, quod veterem circumcisionis legem abrogarent, néque dedocerent ea, quæ penitùs animo inoleuerant, ideóque *conturbauit me anima mea*, vt eram animalis tota, neque quæ spiritus erant percipiebam. Sic *currum* isti lucis clarissimæ baiuli, me fulgore suo magis excęcabant. Tu tandem benignitate tua, hoc velum amouisti, & hanc oculis meis lippitudinem detersisti, per prædicationem Enoch & Eliæ: atque ita me (vt etiam de LXX. sumam) *imposuisti curribus Aminadab*; qui verè sunt *quadrigæ tuæ*, Principis nobilissimi in populo tuo, qui es Princeps populi spontanei, & se vltrò offerentis omni periculo pro fidei defensione: Christianorum, inquam, qui non metu aut coactione, sed dilectione & sponte sua tibi seruiunt.

d 1. Cor. 1. v. 23.

e *Innoc. 3. vm. de quatuor Euangelist. Iustin. Greg. Honor. Cassiod. Willeram. Rupp. Phil. hic, Guilhelm.*

Quatuor Euangelistas esse *quadrigam* CHRISTI, frequens est in Patrum libris e. *Aminadab* verò populum spontaneum exponunt, ex Græcis Philo Carpath. ex Hebræis Iarchius, ex Latinis, Aponius, Cassiodor. Gregor. Beda, Alanus, Alcuinus, Guilhelmus, & VVilleram hic, & D. Hieron. *lib. 1. contra Iouinian.*

Adscribam præterea quæ Guilhelmus habet, nondum excussus: putat hæc referenda ad tempus infantiæ Ecclesiæ, quando ad prædicationem

tionem Petri Ingens Iudæorum multitudo cõuersa fuit: illud de tempore nõ satis aptum ad seriem historiæ, cetera præclara sunt: cùm sic exponit verba huius sponsæ; *Nescius*, tot signis radiantibus, mira excitate, non cognoui tempus visitationis meæ, sed in ipsum piè me visitantem impiè lapides misi, & voces in eum nefarias & blasphemas frequenter emisi, ac postremò malè tractatum, & multis modis dehonestatum crucifixi. Vnde autem mihi tam feralis & impia cæcitas? quia *anima mea conturbauit me*. animalis in me sensus, qui non percipit ea, quę sunt spiritũs Dei, contenebrauit rationem meam, qua profectò Saluatorem meum ex claritate signorum liquidò cognoscere potuissem; nisi illam affectus turbulentior impediisset.

Quid autem adeò turbauit animam meam, *vt ipsa* turbata *conturbaret me*? *quadriga Aminadab*. Aminadab ratione tam personæ, quàm nominis, Deum indicat Saluatorem. Quippe Aminadab exstitisse noscitur abnepos Iudę Patriarchę a, atque ideò insignis est serie generationis, quæ ducitur ab Abraham vsque ad MARIAM, *de qua natus est* IESVS, *qui dicitur* CHRISTVS. Eâdem ergo ratione Aminadab in sacris litteris CHRISTVM præfigurat, qua & Dauid, & alij quidam Patres, *ex quibus* CHRISTVS *secundum carnem* *. Interpretatur autem *Aminadab*, populus mei spontaneus, eo ipso vtique illum insinuãs, qui pro electis suis semetipsum sponte obtulit in odorẽ suauitatis. Denique Isaias vt eum esse populi mei spontaneum demonstraret, *oblatus est*, inquit, *quia ipse voluit* b. Porrò *quadrigæ Aminadab*, Dominicæ illæ sententiæ fuerũ, quarum occasione Iudæi aduersùs eum irati, & inflammati sunt. Dicuntur *quadrigæ*, quia à quatuor clarissimis scriptoribus litteris sunt mandatæ, vel quia per mũdi plagas à sanctis prædicatoribus, tanquam à quibusdam pernicibus equis erant portandæ, vno nimirum regente auriga, de quo dicitur; *Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus c signis*. Denique cùm diceret se esse Dei filium d, esse principium e, esse vnum cum Patre f, esse antequam Abraham fieret g, se esse panẽ qui de cœlo descẽdit h, & huiusmodi alia; animales homines, qui non poterãt percipere quæ sunt spiritus Dei, scandalizati sunt, indignati *sustulerunt lapides vt iacerent in eum*, & dicenti illi quòd *multa opera bona operatus esset in eis*, responderunt; *De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemia, & quia tu homo cùm sis, facis te ipsum Deum* i. Animalis igitur sensus eorum grauiter scandalizabatur in verbis eius, vt turbato præsra oculo rationis, non attenderent ad opera eius, quæ diuinitatem illius declarabant; quam si ex operum claritate cognouissent, *nunquam* vtique *Dominum gloriæ crucifixissent* k. Non enim hominem tantùm, sed Deum & hominẽ crucifixerunt, & ob hoc homicidij simul & Deicidij reatum duplicem incurrerunt. Porrò in multis, in quibus tam enormiter abundarat peccatum, gratia superabundauit, vt in eum, cuius sanguinem tam impiè fuderant, per fidem transirent, fierentque ex Deicidis peculiaris populus Dei.] Hæc Guilhelm.

a *Matth. 1. v. 4.*

* *Rom. 9. v. 5.*

b *Isa. 53. v. 7.*

c *Mar. 16. v. 20.*

d *Ioan. 10. v. 29.*

e *Ioann. 8. v. 25.*

f *Ioan. 10. v. 30.*

g *Ioa. 8. v. 58.*

h *Ioa. 6. v. 51.*

i *Ioan. 10. v. 32.*

k *1. Cor. 2. v. 8. Iudæi Christũ occidendo Deicidia fecerunt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tres Patres. Phil.

» CHRISTVM recte significari per Aminadab Græci Patres diuersi» modè ostendunt, tres Patres apud Theodoretum; quia CHRISTVS » salutis nostræ auctor, est Princeps populi sui: Philo verò copiosiùs, » *Aminadab* (inquit) interpretatur patris bona voluntas vel probatio. » Dicitur etiam populus meus spontaneus: propterea quòd pater ex » beneplacito æternæ voluntatis suæ voluntarium filium suum vnige» nitum ad nos reliquos mundos miserit: & ipse filius spontanea charitate » pro salute humani generis sæuissimæ morti crucis amantissimè se de» uouit. ipse enim ad Patrem ait; *voluntariè sacrificabo tibi* [a], vt gentes » sibi electum populum asciret, iuxta illud: *vocauit populum meum, non* » *populum meum* [b]; &, *Populus quem nesciui seruiuit mihi, in auditu auris* » *obediuit mihi* [c].]

a Ps. 53. v. 8.
b Ose. 1. v. 9.
c Psal. 17. v. 47.

Rupertus. Christus fuit rex & Pontifex.

Sed longè aliter Rupertus, qui CHRISTVM vult dictũ *Aminadab*, quia CHRISTVS in se ipsò coniunxit dignitatem Regiam & Sacerdotalem, fuit Rex & Pontifex magnus: Aminadab autem, cùm esset de tribu Regia nempe Iuda, dedit filiam suam in vxorem Aaroni Sacerdoti. Post etiam amplectitur alteram illam Philonis causam; quia CHRISTVS in omnibus spontaneus fuit, spontè incarnatus, & natus, spontè passus, & mortuus: spontè quoque nobis parcit, quos spontè redemit.

Philo.

Euangelistas autem meritò accipi per *quadrigas* idem Philo probat per Dauid dicentem, *In omnem terram exiuit sonus eorum* [d]; & per Abacuc: *Misisti equos tuos in mare turbantes aquas* [e] *multas*. & per Ezechielem; *similitudo quatuor animalium, & rota in medio rotæ* [f]. Nónne Matthæus, Marcus, Lucas & Ioannes, quatuor quasi equi fuére, vehentes gloriam Domini; sicut & quatuor filij Aaronis ex filia Aminadab [g], Nadab, Abiu, Eleazar, & Ithamar, in quibus duobus vltimis progenitorum memoria fuit conseruata?

d Ps. 18. v. 5.
e Abac. 3. v. 8.
f Ezech. 1. v. 15.
g Exod. 6. v. 23.

TROPOLOGIA.

§. 3.

Philo.

PRÆIT nobis Philo, indicans hæc esse verba fidelis animæ resipiscentis, *Quam magna* (exclamat) *multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te* [h], casteque viuentibus, nec quenquam lædentibus; aut si lædentibus interdũ, non permanentibus in peccato? *Benignus enim est Dominus, & patiens, & multæ misericordiæ*, & facilè ignoscens pœnitenti. Sed cauendum diligenter ne stultè putemus nos posse, cùm velimus, nostro arbitrio [*], nostraque voluntate conuerti, non nostrum est, cùm capitaliter cecidimus, vt inde vi vlla propria resurgamus, nisi diuina gratia præuenti. Propterea sedulò cauendum, ne semel, bis, tèrve adiuti, idemnos semper, cùm velimus, speremus audacissimè posse adipisci. Nam qui semper pœnitentẽ admittit, nõ semper tempus pœnitendi cõcedit. Ait enim, *Tempore accepto exaudiui te* [i]. Et idem, *Estote parati*,

h Psal. 30. v. 20.

* Intellige, sine Dei gratia. Propria voluntate nostra sine gratia cõuerti non possumus.

i Isa. 49. v. 8.

parati, quia nescitis diem neque horam [a]. Quid ergo agendum? cum sponsa cadente resurgendum, & culpa nostra agnoscenda, ignorantia confitenda; *Nescisti.*]

a Luc. 12. v. 40.

Theodoretus.

Ad hoc etiam spectat Theodoreti interpretatio, qui (quod meminerim, solus) quadrigas in malam partem accipit, pro imperio & iugo ipsius diaboli; quasi dicat anima se conturbatam illorum malitia & deceptione; qui parent imperio diaboli, & tanquam currus eius fiunt, aliosque conantur ei subdere, à quo ipsi gubernantur. Hi sunt currus *Principis seculi huius, qui* [b] *nunc* (vt Beatus Paulus ait) *operatur in filiis diffidentiæ*: ab his quotidie multi in fraudem inducuntur, hi bonos persequuntur. Sed noli timere paruulus grex, bono fretus pastore.

b Ephes. 2. v. 2.

Honorius.

HONORIVS pergit claustro religiosorum accommodare. In hoc horto (ait) quemque de sæculo conuersum *anima sua conturbat*, dum eum animalis transacta vita perturbat, & hoc *propter quadrigas Aminadab*, hoc est, propter comminationem Euangeliorum CHRISTI, quæ dicunt, *Ibunt impij in ignẽ æternum* [*]. *Currus* quoq; CHRISTI, est anima iusti, quam videns conuersus, conturbatur, cùm de sua carnali conuersatione confunditur.]

* Matth. 25. v. 46.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

HIc nos Honorius, Rupertus, Guilhelmus, Hailgrinus, omnes destituũt. Nefas tamẽ mihi omnino tacere. Considere *quadrigæ* Dei etiam Angelos vocari [c], quibus celeritas actionum, & motus localis est pernicissimus: spontè obediunt, & iussa celerrimè exequuntur: cùm itaque fuit à Principe omnium creaturarum, missus ad DEIPARAM Archangelus Gabriel, & tam insolita illam salutatione compellauit; nónne tunc anima eius ad hunc quadrigæ sonitum *turbata est*, & *cogitauit qualis esset ista salutatio* [d]? Et nónne sonitus Euangelicæ quadrigæ fuit, tam boni nuncij explicatio? Nónne meritò dicit, *Nescisti*; quæ interrogat, *Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco*? LVCAS. Vidit hoc Alanus, & addit in hoc Angeli sermone turbatam, & hoc *propter quadrigas Aminadab*, quas vult esse quatuor insignes virtutes, quæ in beneficio incarnationis elucent. prima est humilitas. venit in summa humilitate filius Dei ad virginem, vt tanta esset humilitas in redemptore, quanta fuerat superbia in primo peccatore; hic se erexit contra

c Vide Diuũ Dionys. de cæles. hierar. Hilar. in Ps. 67. Hieron. in Ps. 66. & in Abac. 3.

d Luc. 1. v. 29.

Quatuor virtutes quæ in incarnatione excelluerunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» contrà suum creatorem: ille se inclinauit vsque ad miseriam creatu-
» ræ. 2. est summa charitas, qua filius Dei venit in mundum, vt redime-
» ret seruum, vt sanaret ægrum. 3. summa pietas & misericordia, qua
» se Deus exinaniuit, & serui formam accepit, vt opifex de lacu fæcis, &
» miseriæ opus suum eriperet. 4. summa prudentia, qua se Deus incar-
» nauit, vt homo hominem redimeret. Per hanc quatuor virtutũ qua-
» drigam incarnatus ad nos Dei filius venit.

ANAGOGE.

§. 5.

POSSENT hæc etiam accommodari animabus in vltimo iudicio iudicem interrogantibus, *Quando te cibauimus? quando te nudum vidimus* a, *&c.* quæ à D. Matth. narrantur. sed nolo mea congerere, qui mysticos hosce sensus, tantùm statui tradere verbis aliorum.

a *Matth. 25. v. 37.*

* * *

SECTIO

SECTIO VI.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Reuertere, Reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.	*Conuertere, conuertere Sunamitis, conuertere, conuertere, & videbimus in te.*	" Vers. 12. " Vox Eccle- " siae Chri " stianae.

LITTERA.

§. 1. Vox Ecclesiæ Christianæ.

GRÆCORVM codicum hîc varia est lectio, nec Latinorum quoque est eâdem. Quidam Græci cõtinent, *Odollamitis*, sic Philo Carpath. legit, qui ait; *Odollamitis* interpretatur testimonium in aqua. Ex quo illud desumpsit Arboreus hoc loco: hi censent significari confessionem fidei, quã Christiani omnes in baptismi fonte faciunt. Sed hæc lectio, vnde irrepserit nescio. Sanè non conuenit cum fonte Hebræo, neque cum LXX. neque cum Latinis codicibus.

Alij codices habent; *Sunamitis*, sic legêre Aponius, Iustus, Gregorius, Honorius, Guilhelm. Alcuin. Alanus, Haym. Anselmus & Rupert. hîc, & D. Bernard. *serm. 3. de Annunciat. Domini, & alijs locis multis.* Sic etiam legit, ex Cassiodoro, VVilleramus. fidenter hoc dico, & prudentiam illius editionis Teuthonicæ Abb. VVillerami, quæ prodiit Lugduni Batauorum anno cIↃ. IↃ. IIc. ex typographia Academiæ, valdè requiro: addidêre in Flandrico contextu de suo *Sulamithis*, cùm in Saxonico nihil tale contineatur: & quo pacto Abbas ille, pro ævo non indoctus, nec naris obesæ, contra mentem suam; *Sulamithis* scripsisset, qui in carmine:

Suasa mei monitis captiua redi Sunamitis?

Nam ex Aponij, Cassiodori, & aliorum sententia, non *Sulamithis*; (quod falsum foret) sed *Sunamitis*, significat emptam, captiuã, despectam. Vnde colligo præterea Symm. quoque hanc lectionem amplexum fuisse. nam vertit ἐσκυλευμένη, *spoliata*. De LXX. non habeo quod affirmem. Complutẽs. editio & Regia habent, *Sulamithis*; Romana verò, *Sunamitis*, quam lectionẽ etiam cognouit Philo, & captiuam ac miserã exponit Synagogã; sed typographi vitiosè ediderunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sulamitis. Et B. Ambros. Theodoret. & alij potiùs fauent exemplaribus Complutensibus. Quoad nostram editionem vera est lectio Romana, *Sulamitis*, vt legitur in fonte Hebræo.

Tertia igitur & vera lectio est, quam dixi, *Sulamitis*. Sic legit Aqu. qui vertit, *ὁ εἰρηνεύουσα, pacem colens*. Sic legit D. Ambros. *lib. de obitu Valentiniani, & lib. 3. ep. ad Irenæum 12.* expressè namque interpretatur, *Pacificam*, seu *εἰρηνικήν*. Sic tres Patres apud Theodoretum, & ipse Theodoret. Quemadmodum (ait) in hoc libro Dominus noster *Salomon*, id est, *Pacificus*; sic etiam illius sponsa, vt ab illo pacem assecuta, & à veteri liberata bello, *Pacifica* nominatur.] Atque ita corrigendus priore loco Beda *hic*, qui veram lectionem agnouit. Sic etiam Rabb. innominatus. Sciendum sicut à *Sunem* deducitur *Sunamitis*: sic à *Salem* formari *Sulamith*, volunt nonnulli, qua de re nos alio loco, *Salem* à Iebusæis vocatam terrifico nomine *Ierusalem*, quasi, *timete Salem*: & ideò hoc loco *Sulamithin*, significare idem quod *Ierosolymitana*. Putem potiùs, sicut à Paulo Paulam, à Ioanne Ioannam deducimus; sic à *Selomo* seu *Salomone* formari *Salomē* siue *Sulamith*; siue (vt interpres Iosephi, *in libro de Machabæis* eorum matrem appellat) *Salomonam*; à *Pacifico*, *Pacificam*. Et vis inest huic vocationi, q.d. Redi secura & pacificè pacifica ad tuum Pacificū. iam te cōpellamus, vt veri Salomonis veram coniugē INTVEAMVR facturæ, quasi in spectaculū. Sic optimè Schol. *Ἑλληνικῶς δυσερμήνευτα*. His positis sequitur:

a *Gregor. Honor. Beda, Alcuin. Guilh. & alij.*

Sponsam iam olim ex primitijs Iudæorum & Nationibus mixtam (cui hæc Latini Patres tribuunt) [a] reliquiarum Iudaicarum recens conuersarum excusationem recipere: & non tam adhortari, vt redeat (iam enim redierat) quàm reditum gratulari. q.d. Benè est, sufficit, bonum factum, quod rediisti. Sumpta locutio ex communi more, quo solemus quando pueruios videmus adcurrentes, ex passo sinu dicere; Eia accurrite, venite celeriter, &c. Et mentioni quadrigarum aptissimè subditur quaterna vocatio: tum etiam quia à quatuor orbis plagis accersebantur.

§. 2. MENS VERBORVM. *Magna futura est ex Iudæorum conuersione lætitia.*

Incredibilis planè futura est Catholicæ matris lætitia, quando se cernet tam magna auctam accessione, additis Iudæorum reliquiis, quorum tanto tempore tam ardenter salutem sitierat. Singulari ergo amore, & alacritate nunc excipit venientes, & ipso nomine indicat, iam CHRISTO hanc quoque multitudinem desponsatam, sicut & ipsa; eamque sibi quasi concorporatam. Et quoniam illa multitudo ex quatuor orbis cardinibus aduolarat; in quos dispersa tot sæculis vagabatur, quater idcirco illam vocat. Sed accipite Honorij verba, & Guilhelmi, qui ambo legerunt; *Sunamitis*.

Honorius.

» Ait Honorius; Synagoga postquam CHRISTVM Regem occi-
» dit, sub eius dominio esse erubuit; sed vox prædicatorum reuocat
» eam dicēs: *Reuertere, reuertere Sunamitis*. *Sunam* est ciuitas in qua He-
b 4. *Reg.* 4. v. 32. » liæus mortuū suscitauit [b]; & significat mundū, in quo CHRISTVS
» suscitauit genus humanum. *Sunam* autē dicitur captiuitas, inde dici-
» tur *Sunamis*, captiua, & intelligitur Synagoga à diabolo in perfidia captiua.

captiua. dicitur etiam *Sunamitis* coccinea, quia CHRISTI sanguine redempta. huic dicitur à prædicatoribus Euangelij quater, *reuertere*, scilicet à quatuor plagis mundi, ab errore perfidiæ ad fidem CHRISTI, vel *reuertere* ad redemptorem tuum te vocantem, te recipere volentem in eum credendo; *reuertere* ad eum, illum diligendo; *reuertere* ad eum, præcepta eius operando; reuertere ad eum, promissam vitam ab eo sperādo; *vt intueamur te*, hoc est, vt imitemur te. vel; *reuertere* per quatuor Euangelia, vel per quatuor virtutes, vt conuersionem tuam intuentes laudemus Deum. Iudæi namque in fine mundi conuersi (vt paucis diebus expleant tempora multa) tam sanctæ conuersationis erunt, quod Ecclesia mirabitur, & eorum exemplum alij imitentur. *Conuertentur* enim per Eliam & Enoch *ad mundi vesperam, & famem verbi Dei patientur vt canes, & circūibunt* Ecclesiā *ciuitatē Dei* [a], audire à CHRISTIANIS verbum Domini, & viuent iisdem institutis, sicut olim Ecclesia sub Apostolis.] Hæc ille.

a *Ps.* 58. v. 7. & 15.

Guilhelmus.

Guilhelmus verò, *Sunamitis* interpretatur despecta, siue captiua, vtrumque autem conuenit Synagogæ: Quippe *despecta, atque deserta est à viro suo*, id est, Deo suo, propter sanguinē iusti, qui inuentus est in ea. Et quoniam à viro suo despectui habetur, proculdubiò sub iugo adulteri captiua tenetur. Monetur ergo expiari à sanguine, quo manus eius sunt plenæ, & cū viro suo in gratiam redire, cùm dicitur, *Reuertere, &c.* A viro tuo tam longè recesseras, cùm diras & blasphemas voces emitteres, cùm eū ferali impietate perimeres: sed *reuertere* per humilem satisfactionem ad virum tuū, qui ait; *omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; & eū qui venerit ad me, non ejciā foras* [b]. Reuertere *vt intueamur te*, in tenebris es vsque adhuc, pro eo quod exstinxisti *lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundū* [c]; & quia in tenebris es, imò tenebræ lucis peremptrices obcæcant te, filij lucis non intuentur te. Ergo *reuertere*, perfectè egredere de potestate tenebrarum, *vt* in luce posità *intueamur te*, *reuertere* despecta, ne vlteriùs despectui habearis; *reuertere*, captiua, ne vlteriùs tam diræ captiuitatis iugo deprimaris. *vt intueamur te*, ne ampliùs tanquam captiuam despectui habeamus, sed tanquam de captiuitate ereptam cum filiis Christianæ libertatis numeremus.

b *Ioan.* 6. v. 37.

c *Ioan.* 1. v. 9.

Potest autem circa quaternarium numerum aliquid subtiliùs indagari in hoc verbo *reuertere*. nempe quòd illi, qui post ascensionem Dominicam primùm ex Iudæis in corpus Ecclesiæ transierunt, quatuor modis circa gentilium suorum conuersionem sategisse videtur; exemplo, voto, oratione & verbo. Quia ergo non tantùm suo exemplo cognatos ad fidem prouocabant, imò & eorum conuersionem Christiana charitate præoptabant, *reuertere*, inquiunt, *reuertere*. Et quia pro eorumdem conuersione non tantùm pias ad Deum orationes fundebant, sed & verbi ministerium hilariter impendebant; iterum imquiunt, *reuertere, reuertere, vt intueamur te.*]

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Tres Patres.* TRes Patres apud Theodoretum existimant hęc esse verba animarum adhuc imperfectarum, magistrã suam perfectiorem animam sic alloquentium; ab Arcanæ contemplationis sublimitate ad moralem quatuor generalium virtutum doctrinam descende, atque ex quadruplici earum ratione, nos, quæ perturbationibus adhuc commouemur, rege, atque instrue, ô *Sunamitis*, ô quæ ab omnibus perturbationibus libera, tranquillitatis & pacis nomen habes: Et *ea spectabimus in te*, quæ propter nostram imperfectionem adhuc in nobis non vidimus.]

Philo. Philo mauult imperfectæ dici animæ, & explicat; *Conuertere* à prauitate ad innocentiam, à turpitudine & lenocinio peccatorum ad sanctimoniam, & vitæ pudicitiam; ab iracundia ad mansuetudinem; à furore ad clementiam; a superbia ad humilitatem; ab odio, ad perfectam charitatem; ab omni denique genere malorum ad virtutes omnes: & tunc *intuebimur te*: non iam te, sed in te IESVM CHRISTVM, inhabitantem & inambulãtem in vobis.] certè hęc verba Angelis, hominem suæ custodiæ commissum ad pœnitentiam vocantibus, optimè conueniunt.

Thomas Cist. Thomas Cistercienſis de multiplici animæ ad Deum reuersione multa hoc loco; Quatuor (ait) sunt reuersiones. Prima à sæcularibus negotiis ad vitam religiosam, vt quis reuersus de peccato satisfaciat, & in hac primùm aliqua occasione à Domino vocamur, postea iustificamur, denique magnificamur, iuxta illud Apostoli [a], *Quos enim prædestinauit, hos & vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit, & quos iustificauit, hos & magnificauit.*] Secunda est de lapsu ad pristinã gratiam, ne in desperatione quis remaneat; quando anima pœnitens dicit cum Propheta, *vadam & reuertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat, magis tunc, quam nunc* [b]. Tertia est de contemplatiua vita ad actiuam, vt de beneficiis sibi à Deo collatis quis gratias referat: in hunc modum animalia apud Ezechielem eunt (ad Deum) & reuertuntur ad proximum [c]. Quarta est de amore temporalis vitæ ad martyrij palmam, vt per maius meritum maius præmium acquirat, cogitando passionẽ Domini, vt æmulemur; honorando eam, ne ingrati inueniamur; voluntatem Dei inquirendo, ne à diabolo deludamur; & cogitata effectui mandando, ne pigri serui inueniamur.] Hæc ille, sed fusiùs, admodum ingeniosè omnes reuersiones in vno beato Petro inuestigans. Videte, si lubet, sed cauete ne putetis, ab eo Bedam meritò reprehensum de voce *Sunamitis*. decepit enim Thomam vitiosus codex Bedæ, qui *Sulamitis* scripserat, & vocem hanc nescire se scripserat vtrùm alibi inueniretur. Sunamitidis vocem aliis multis locis occurrere, venerabilis & eruditus Beda non ignorabat.

a *Rom. 8. v. 30.*

b *Ose. 2. v. 7.*

c *Ezech. 1. v. 14.*

Beda.

Honorius. Honorius cum præcedentibus continuans, & de anima pœnitentis conuersi loquens, ait; tali animæ vel à sponso, vel ab aliis iustis dici quater, *reuertere*; quia à captiuitate diaboli quatuor modis ad CHRISTVM anima redit, per pœnitentiam, per confessionem, per bonam operationem, per bonam exhortationem. oportere enim, vt in primis peccata defleat; deinde ad Sacerdotes confitendo confugiat; deinde benè operando satisfaciat; denique alios exhortando ad conuersionem pertrahat, vel quatuor modis anima redit, dum quatuor principales virtutes arripit.] Sic ille.

Quatuor modis anima ad Christum reuertitur.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Honorius.* HONORIVS hæc ipsa verba tribuit Deiparæ Synagogam adhortanti; iam diu à diabolo captiua (*addo, sed nunc Deo reconciliata, & ad Deum reuersa, adhuc & amplius*) reuertere per fidem, reuertere per spem, reuertere per Dei & proximi dilectionem, reuertere per operationem, *vt* quæ iam dudum sunt in CHRISTO, *intueamur in te*, verba tua & facta imitando. Meliùs quàm vel Rupertus, vel Hailgrinus, de his disserit.

Absalon. Abbas Absalon, qui hunc vet sic accommodat Assumptioni Beatæ MARIÆ *integro serm. 44.* quem nimis operosum foret transcribere. Sed quæ Alanus breuiùs in eandem sententiã; *Reuertere* (ô MARIA) *Alanus.* à captiuitate mundi; cui non debes subiici, per quam captiui à captiuitate sua sunt soluti. 2. *reuertere* ab onere siue corruptione carnis, quia sicut immunis es à corruptione peccati: sic ad immortalitatem transire debes absorpta mortalitate per gratiam Dei. 3. *reuertere* ad libertatem filiorum Dei. quia sicut *nunquam regnauit peccatum in tuo corpore mortali* [a]; sic digna es perfrui eadem spiritus libertate in carne virginali, qua fruuntur in spirituali scientia angeli, ab ipsa sui creatione, siue potiùs confirmatione. 4. *reuertere vt intueamur te*, à dignitate angelorum ad superexcellentiam iam beatificatorum spirituum. Quia sicut in faciem filij tui desideramus prospicere, sic in specie & pulchritudine tua vultus defigere volumus, & luce vultûs tui illustrari.] Hæc ille vult Deiparæ spiritus Beatos dicere, eius in cœlos optantes assumptionem.

a *Rom. 6. v. 12.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANAGOGE.

§. 5. Thomas Ci. ſt.

THOMAS Ciſtercienſis, qui quatuor illos gradus cõſiderauit, duos priores Tropologiæ, poſteriores duos tribuit Anagogiæ. De hac (inquit) reuerſione dicebat Propheta, *Venite & reuertamur ad Dominũ, quia ipſe cœpit & ſaluabit nos* [a]. (duabus primis reuerſionibus, cœpit: vltimis, ſaluat) ait, *Reuertere, reuertere vt intueamur te.* Quia de contemplatiua ad actiuam; de amore huius vitæ ad martyrij palmam reuertendo, ad ea quæ ſurſùm ſunt tendentes inſpicimur à Domino. Sed & nos intuebimur Dominum, *non* iam *in ænigmate*, ſed *facie ad faciem* [b]. *Pacifica* iungetur *Pacifico* anima in Pacis æternæ viſione: quò nos perducat

PATER & FILIVS & SPIRITVS SANCTVS,
AMEN.

a Oſe. 6. v. 2.

b 1. Cor. 13. v. 12.

IN



IN CAPVT SEPTIMVM CANTICI CANTICORVM.

SECTIO I. SECT. I.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?	*Quid videbitis in Sunamitide, quæ venit ſicut chori caſtrorũ?*	Verſ. 1. memb. 1.

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSI.

SECANDVS nobis hic verſiculus in tria membra, eáque diuiſim explicanda: nec ſatis aduerto, cur in vnum comma fuerint coniecta, quod tenebras offudit interpretantibus non rariſſimas. Prætermiſſis aliorum ſententiis, qui vel ſponſæ hæc verba omnia tribuunt, vt reſpõdenti vocationi ſponſi quadrigeminæ; vel ſponſo & ſponſæ, vt illa interroget; *Quid videbis in Sulamite?* & ille reſpondeat, *choros caſtrorum*; quæ non conueniunt noſtræ verſioni. ſequor communem Patrum ſentẽtiam [a] omnia ſponſo aſcribentium, quod Hebr. Græc. Latinis æquè cõuenit. Sponſus ſicut laudauerat priùs primitias Synagogæ, & Gentium Eccleſiã, ſic nunc, quod ratio poſtulabat, nouam quoque ſponſam (ſcilicet reliquias Iudæorum) diutiſſimè deſideratam, recẽs deſponſatam, collaudat. Introducit itaque vnam Eccleſiam, quaſi duas ſorores; Seniorem, Iunioremque; mutuò ſe alloquentes [b]; & ad Seniorem ſponſam ſuam conuerſus; meritò deſideras (ait) Sulamitidem intueri, ſororem te dignam, tibique ſimillimam, conſponſam tuam: in qua adueniente nihil cernes, niſi quod in te mihi priùs placere prædicaui. *Videbis* tanquam turmas militares & binas acies, virorum fœminarúmque, ſub vexillis, ordinibúſque ſuis ad prælium incedentes; nihil in ea ſpectabis, niſi terrificam quandam & admirandam Maieſtatem, qualis in caſtris cõſpicitur ad pugnam expeditis: nihil in eius motu cernes languidum, molle, vel inconcinnum; cuncta expedita, robuſta, conferta, & animi viriúmque plena agmina in procinctu. Deus eius *manus docuit ad prælium, & digitos ad bellum* [c].

Poteſt etiam intelligi aduenientis ſpecies comparari Pyrrhicæ

a Philo. Theodoret. Apon. Greg. Caſſiod. Honor. Villeram. Anſelm. Alcuini, Haym. & aliorum.

b Vide inf. §. 1. memb. 2.

c Pſal. 143. v. 1. Sic D. Ambr. lib. de obitu Valentin.

Universidad de Deusto
Biblioteca

armatorum saltationi. Sed prior sententia simplicior est.

VIDEBIS.] singularis positus pro duali, vt est in Hebr. fonte, vt indicetur Ecclesia ex duplici populo Iudæorum & Gentilium conflata. Sanè LXX. & Aqu. numero plurium expressêrunt.

SVLAMITE] confirmat Aqu. versio; *quid intuebimini in Parisica?*

NISI.] pro hac exclusiua, quam claritatis causa adiecit, LXX. habent; *quæ venit sicut*, & confirmat alia versio quæ, διερχομένην, *accedentem*. Sed Symm. de aduentu nihil, nec est in fonte, quare noster potiùs id subaudiendum sibi censuit.

CHOROS CASTRORVM] Septuagin. Aqu. & ceteri vt noster: viderit Symm. cur maluerit vertere, *spoliatam in vulnerationibus castrorum*: obscurè & alienè.

a *Genes.* 32. v. 1. מחנים §. 2. MENS VERBORVM.

CASTRORVM] Deo militãtium, vt in Genesi vidit Israël [a], nam vtrobique est MAHANAIM, per Heth.

Significat iam ipsam quoque vltimam aciem Ecclesiæ paratam, & accinctam ad strenuè, & fortiter præliandum, quia perpetuum Ecclesiæ certamen est aduersùs hostes potentissimos, semper aduersarij sunt à dextris & sinistris. Nihil (ait) aliud intrueberis in ea, nisi choros me laudantium, & acies atque castra ordinata in Satanam, & mundum: *exultationes sunt in gutture, & gladij in manibus* [b] omnium: terribilis est iam acies minantium, & procedentium contra perditionis filium, quem paulò antè sequebantur.

b *Psal.* 149. v. 7.

Honorius.

Honorius hæc confirmat his verbis; *chorus* est multitudo canentium, quasi dicat: ô Ecclesia, *nihil videbis* aliud in Synagoga ad me cõuersa, *nisi choros* mihi laudem canentium, & *castra* pro veritate pugnantium. *erit enim tunc tale tempus, quale non fuit ab initio mundi* [c]; scilicet persecutionis, tribulationis, & erroris. Surgent nunc pseudoprophetæ & facient tanta signa & prodigia, vt in errorem etiam quique doctissimi ducantur. Insuper dux & caput malorum Antichristus, *homo peccati, filius perditionis* [d]; *qui extolletur super omne id quod dicitur, aut quod colitur Deus*, ostendet se in omnibus signis mendacibus (id est, ad nullam vtilitatem valentibus) tanquam sit Deus; quibus electos tentabit, & non consentientes omnibus pœnis cruciabit. Denique vt [e] Daniel & Apocalypsis testantur, cum decẽ Regibus Ecclesiam impugnabit, contra quam hæc *Sunamitis* bellum suscipiens, decem ordines iustorum, quasi decem legiones in castris ordinabit, quas spiritalibus armis instructas, ad spiritale bellum cum eò, educat. Quos ordines Rex (sponsus) enumerat, dum decem membra Sunamitis laudat; opera se laudantium & pro iustitia pugnantium commendans, vt sequitur, *Quàm pulchri sunt, &c.*

c *Matth.* 24. v. 2.

d 2. *Thess.* 2. v. 4.

e *Dan.* 7. v. 8. *Apoc.* 12. & 13.

Rupertus.

Rupertus etiam refert ad Iudæos conuersos, sed videtur intelligere de initiò conuersis, cetera pulchrè sic explicans; Quid videbitis aliud? numquid *sanguinem victimarum* [f]? numquid circumcisionis cauterium? nihil omninò, nisi laudes, siue cantiones præliantiũ, præliа laudantium siue cantantium, quod suauissimum, quod verè est pulcherrimum. *Immola Deo sacrificium laudis*, ait in Psalmista, *& redde*

f *Ps.* 49. v. 8. 13. 14.

altissimo vota tua. Laudando chori præliantur, & præliando castra laudant, & omninò est iustitiæ Dei subiici, non *suam velle statuere* [a] *iustitiam*. Nihil aliud videbitis, nec videre desiderabitis: sed & si quis vestris (ô amici) auditoribus aliud ostendere voluerit, vos cum S. sancto, spiritu consilij, è contra dicetis; *Visum est n. Spiritui sancto & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc necessaria, vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione; & ea quæ sieri vobis non vultis, aliis ne feceritis. A quibus vos custodientes benè agetis* [b]. Igitur hoc solùm in Euangelio videndum ac prouidendum est secundùm fidem Patrum, vt sint *chori castrorum; chori*, in vna fide dicendo idipsum; & *castra*, resistendo vsque ad sanguinem contra peccatum.]

a *Rom.* 10. v. 3.

b *sect.* 15. n. 28.

Ad eadem tempora cum Ruperto retulit Guilhelmus, introducens B. Virginem post Ascensionem hæc filio dicentem, eique primitias Iudæorum commendantem in hunc modum; Ecce fili, *vbi abundauit peccatum, superabundat iam gratia* [c]. Ecce in dies ad te conuertitur *Sunamitis*. Multùm planè tunc à te * auersa, multumque peruersa, cùm super te clamaret; *Crucifige, crucifige eum; sanguis eius super nos & super filios nostros* [d]. Ecce qui sanguinem tuum tam impiè fuderunt, ipsum nunc piè lambunt. Ecce qui te paulò antè peremerunt gladio linguæ; gladium spiritus, *quod est verbum Dei* [e], pro te nunc vibrant. Nam *lingua eorum gladius acutus*, & tunc & nunc: tunc ad occidendum te, nunc ad occidendos eos, qui malè viuũt in se; vt à se mortui, viuant in te. *Quid* ergo *videbis in Sunamite* conuersa atque reuersa, *nisi choros castrorum*? nam in aduersa, nondumque reuersa sanguis iniustus conspicitur, & reatus non modò homicidij, sed, quod grauissimum, Deicidij inuenitur. Tantùm interest inter auersionem & reuersionem. In Sunamite auersa tam grande piaculum; in Sunamite verò reuersa chori, & *chori castrorum*, chori armati, in voce exsultationis & confessionis. Suauis quidem, & nihilominùs terribilis virtutum concentus, suauis Angelis, terribilis * hominibus. quantùm enim sanctos oblectat Angelos, tantùm diros exterret spiritus. Denique eo ipso quo per * incrementũ virtutum in auribus Angelicis clarè, suauiterque reboantem *Deo nostro iucunda decoraq.* laus dicitur, proculdubiò malignis spiritibus præclara fiducia bellum indicitur. Commendans igitur gratulatoriè pia mater filios, eos qui ex sua gente crediderant: *Quid videbis* (ait) *in Sunamite, nisi choros castrorum*? q. d. in crucifixoribus tuis, qui iam in se pietate fidei euacuauerunt scandalum crucis, non inuenies in die vltionis reatum illum magnum, pro quo à te districtè puniantur, sed pro quo illos dignè remuneres, concentum quendam virtutum, quibus nimirum & victricem manum tuam laudauerunt pariter, & hostili nequitiæ terribiles exstiterunt.] Sic ille subtiliter & piè: sed Hebræo fonti non nimis consentaneè, nisi dicas dualem in voce *videbitis*, referri ad geminam CHRISTI Domini naturam; quod vereor, ne sit nimis subtile.

c *Guilhelmus.*

d *Matth.* 27. v. 25.

e *Ephes.* 6. v. 17.

* *corr.* damonibus.

* *corr.* concentum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

HONORIVS; Talem ad imitandum intuetur, dum relicto
» sæculo clauſtrum moriturus ingreditur. huius ſubitam
» conuerſionem dum quiſque ſæcularis miratur, ei à ſpiri-
» tualibus dicitur; *Quid videbis in Sunamite, niſi choros ca-*
Religioſi ſunt chori caſtrorum. » *ſtrorum*? In anima priùs captiua vitiis, ſed nunc ad virtutem con-
» uerſa, non videbis ampliùs niſi laudes Dei, & pugnam contra inſi-
» dias diaboli. Conuerſi quippe ſemper Deum pro ſua conuerſione
Iuſtus. » laudant, & iugiter contra vitia pugnant.] Idcirco (*ait Iuſtus*) vtique
» ne fideles fidem amittant, ne religioſi apoſtatæ efficiantur eleuati, ne
» miſericordes auaritia obdurentur, ne pœnitentes reuertantur ad vo-
» mitum, ne virgines integritatis decore careant, ne continentes caſti-
» moniæ nitorem amittant. Hi ſunt in Eccleſia *chori caſtrorum* iugiter
» in certamine conſtituti, & Deo muniente ſemper inuicti.] Hæ cau-
» ſæ præliandi.

Theodoretus. » Arma memorat, Theodoretus hunc locum ſic explicans; ſponſa
» *chorus* exiſtit diuinas laudes in ore gerens. Quod quidem beatus o-
» ſtendit Dauid; *vox* (inquiens) *exultationis & ſalutis in tabernaculis iu-*
a *Pſal.* 117. v. » *ſtorum* [a], & rurſus: *conſtituite diem ſolemnem in condenſis, vſque ad cor-*
15. & 27. » *nua altaris. Caſtra* verò declarat B. Paul. *arma*, inquiens, *noſtra nõ car-*
» *nalia, ſed valida per Deum, ad deſtructionem munitionum: conſilia de-*
» *ſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduersùs ſcientiam Dei, &*
b 2 *Cor.* 10. » *in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obſequium* CHRISTI [b].
v. 4. » Et alibi; *accipite armaturã Dei, vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in omni-*
c *Epheſ.* 6. v. » *bus perfecti ſtare* [c]. Ac veluti Imperator quidam arma quoque militi-
14. » bus ſubminiſtrat; *ſtate ergo*, inquiens, *ſuccincti lumbos veſtros in veri-*
» *tate, & induti loricam iuſtitiæ, & calceati pedes veſtros in præpa-*
» *ratione Euangelij pacis, & in omnibus ſumentes ſcutum fi-*
» *dei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea*
» *extinguere, & galeam ſalutis aſſumi-*
» *te, & gladium ſpiritus, quod*
» *eſt verbum Dei.*]

***

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

VT hæc meliùs, ſiue ad merita, moreſque, ſiue ad anagogen præmiumque cœleſte ſpectes, conueniunt; quã B. Virgini MARIÆ, in cœlum mirantib. Angelis & gratulante filio, ac deducente, aſcendenti? Hailgrinus Symbolum confert hoc loco; In ipſa quidem videntur Hailgrinus. » *chori caſtrorum*, adhærentes videlicet ipſi acies Sanctorum, qui cum » ipſa pro nobis militant contra hoſtem. Vnde ipſa *vas caſtrorum* ap- » pellatur in Eccleſiaſt. vbi ſub nomine Lunæ de ipſa dicitur; *Vas ca-* » *ſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens gloriosè* [a].] Alanus au- » a *Eccl.* 43. 7. tem aliter hiſce verbis; In virgine fuerunt *chori* canentium, quantum » 9. ad conſonantiam virtutum; *caſtra* verò pugnantium, ſecundùm quod » Alanus. Virgo circumſepta, & ſanctis diſciplinis inſtructa, vitiorum & dæ- » monum repellebat inſultus.] »

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. Theodoret. Tres Patres.

HONORIVS cenſet Anagogiam hic deficere; ſed reuerà nõ deficit: quia, quæ Græci nonnulli tradunt, eò pertinent. Vt, quod de victorum Epinicio & triumpho, ſic Theodoret. Non dixit *caſtra caſtrorum*, ſed *chori caſtrorum*. Ex caſtris e- » nim fiunt chori. cùm enim in caſtris virtutis vicerint milites, præna » canentes reuertuntur, & choros ducentes victoriæ præconium laudi- » bus concelebrant.] Nunquam id ſolidè, niſi quando ex militante mi- grant in Eccleſiam triumphantem, quæ in cælis eſt. Eodem ſpectat, quod in eandem ſententiã tres Patres adtulerunt, qui hæc verba tri- buunt ipſi ſponſæ iam perfectæ & prorsùs Pacificę ab omni pertur- bationum infeſtatione; quod ſanè non ante futurum, quàm *mortale hoc induerit incorruptionem*. Verba illorum ferè eadem quæ Theodo- reti, vt hunc ab illis appareat ea mutuatum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. II.

SECTIO II.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 1. memb. 2.	„ Quàm pulchri sunt egressus tui in calceamentis, „ filia Principis.	*Speciosi facti sunt gressu tui in calceamentis tuis, filia Nadab.*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSÆ ADVLTÆ.

Dialogismus inter duas sorores & sponsas.

SEQVENTIVM versiculorum verba vnusquisque, cui collibitum, tribuit. cēseo Dialogismum elegantissimum esse duarum sponsarum, sororumque inuicem laudantium, & mutuò gratulantium. Altera est sponsa nouella, soror Iunior, nempe cœtus vltimus reliquiarum recēs conuersarum; altera est sponsa vetus, soror senior, nempe cœtus primitiarum Iudæorum & Gentium, olim iam Christianus. Hæc illam venientem gratulabunda excipit, & deprædicat; illa, vicissim laudes animo grato rependit. Quæ interloquentium varietas Bucolici Poëmatis ad normā est, & nisi fallor, planè necessaria cogitatu, vt cuncta queant appositè explicari. Notabis etiam semper in laudando liberaliorem esse Gentium Ecclesiam, gratitudinis memorem, quòd primùm fuerit à Synagogæ liberis edocta, & ferus oleaster frugiferæ insertus oliuæ; propter lætitiam quoque Enoch & Eliæ opera, sibi nunc adiunctæ tam copiosæ multitudinis. Incipit igitur Ecclesia Gentium; QVAM PVLCHRI, &c. ait primò illam adstricto & concinno esse pede, non laxam, diuaricantem, aut spatiosa planta (vt ait ille) prodigam. Secundò, vti sandaliis pulchris & speciosis, sicut de se Iudith sacra Scriptura testatur [a]. VVilleramus, *perisceli des* interpretatur: non rectè. *Speciosi gressus* in, calceis, hoc est, pedes formosi & amicti calceis pretiosis, & ornatis. Tertiò significat incessum decore & maiestate plenum, ex quo eluceat indoles & generositas animæ; non rusticanæ puellæ, sed natæ magnifico aliquo Principe patre.

a *Iudith* 10. v. 3. & 16. v. 11.

FILIA PRINCIPIS] LXX. interpp. lectio, non vna, sed triplex occurrit. quidam legêre, *filia Anab*, vt Philo Carpathius, qui interpretatur vnam, & donum patris; quæ (inquit) omnia conueniunt Ecclesiæ. Sed ista lectio hauddubiè est deprauata. Alij legerunt, *filia Aminadab*, sic D. Hieron. *lib. 1. contra Iouinian. D. Ambr. lib. de obitu Valen-*

Valentiniani, & lib. de Institut. virg. cap. 14. & Cassiodor. *hic*; sed hæc lectio mihi videtur irrepsisse ex præcedenti capite, vbi Aminadab facta mentio. Cereri, vt hodie exstat, legum, *filia Nadab*. Sic Theodoret. & tres Patres. omnes hæ lectiones in eo conueniunt, quòd LXX. censuerint *Nadab*, esse nomen proprium hoc loco, sicut est in Pentateucho. Noster verò interpres censuit esse potiùs nomen appellatiuum, cui consentiunt alij vetusti interpp. Nam, teste Theodoreto, Aqu. vertit *filia principis*, Symm. *filia ducis*, eodem sensu; alius nescio quis in Schol. Græcis, ἐκουσιαζομένης, *munificæ seu sponte dantis*, vt etiam interpretantur tres illi Patres. vnde quis suspicetur illos legisse *Aminadab*.

§. 2. MENS VERBORVM.

Gressus (ni fallor) significat affectionis celeritatem & promptitudinem, qua reliquæ ad prædicationem Enoch & Eliæ accurrerunt, vt videtur Apon. voluisse: sicut alibi celeritas prædicantium, *pedes* vocantur. *Quam pulchri super montes pedes annunciatis & prædicantis pacem*, ait Isaias [a], quod Nahum [b] repetit, & Apostolus sic fuit interpretatus [c]. illis ergo locis agitur de prædicatorum, qui fidem annunciarunt, hic de reliquiarum, quæ fidem receperunt, promptitudine. Sed cur hoc loco contrario ordine membra recenset, quàm fecit suprà c. 4. illic laudabat Ecclesiam, vt aliorum magistram & doctricem, ideò à capite orsus: hîc laudat Ecclesiam nouellam, vt infantem & discipulam, quæ recens ad CHRISTI Scholam accurrerat; ideò à pedibus initium sumit.

a Isa. 52. v. 7.
b Nahū 1. v. 15.
c Rom. 10. v. 17.

Calceamenta ex mortuis fiunt animalibus, ait Cassiodorus. *In calceamentis* itaque sunt *pedes* eius *pulchri*, quando carne iam perdomita, vtitur vt solea vel sandalio, eáque spiritui iam non est oneri, sed ornamento, non pro vinculo, sed pro supplantari: vel quando affectiones (hæ quoque pedes sunt) constringit præceptis Euangelicis, & sanctorum Patrum exemplis; quibus & à luto, & à saxis, & spinis defenditur: à luto carnalium, à saxis scādalorum, à spinis tribulationum; & per hæc omnia (vt ait Greg.) cōsidēter calceata graditur. Vnde alibi prædicatorib⁹ Paulus dicit, *Calceati in præparatione Euāgelij pacis* [d].

Cassiodorus. Pedes vt pulchri sint in calceamentis.

Gregorius.

d *Ephes.* 6. *supr.*

Potest etiam (ait idem Gregor.) intelligi, quòd Ecclesia calceatur, quando in prædicatione sua, ad perferenda insurgentia mala morte CHRISTI munitur. Sic definit esse filia diaboli, cui & pompis eius in baptismo renuntiat: & audit *filia Principis*, Regis Regum, Domini Dominātium: Christiana facta; filia fit CHRISTI, filia Dei, filia Spiritus sancti, qui (vt ait Theodoretus) in 44. Psalmo ad ipsam ait; *Audi filia & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui: & concupiscet Rex decorem tuum: quia ipse est Dominus tuus* [e]. & ipse Dauid alibi. *Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali* (h. Principis) *confirma me* [f].

Theodoretus.

e *Psal.* 44. v. 11.
f *Psal.* 50. v. 14.

Porrò causam cur nomen NADAB LXX. retinuerint, habes redditam à Theodoreto. Fuit (ait) filius Aaron, qui Nadab cùm igitem alienum [g] in tabernaculum Domini intulisset, vitæ finem accepit. Inuenimus igitur & sponsam CHRISTI Ecclesiam, diuinum in taber-

נדב
g 1. *Par.* 24. v. 2.
a *Leu.* 10. v. 1. *Num.* 3. v. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» naculum, non ignem legalem, sed quem ab ipso sponso susceperat, in-
a Luc. 12. v. 49. » tulisse. *Ignem* enim (inquit) *veni* [a] *mittere in mundum, & quid volo, si*
» iam accensus est? Ignem hunc nouum (*& Synagogæ alienum*) in Dei
b 2. Cor. 5. v. 17. » tabernaculum intulit sponsa clamans; *vetera transierunt* [b], *ecce facta*
» *sunt omnia noua.* Meritò igitur vocat eam filiam Nadab, quæ igne no-
» uo sacrificium hominũ obtulerit. Licet enim diuerso consilio ignem
» commutarint, idem tamen ab vtroque factum est.]

Honorius. » Honorius; Ecclesia (scribit) est corpus CHRISTI; cuius mem-
» bra sunt ordines iustorum; similitudines verò rerũ, virtutes sunt eo-
» rum: per *gressus* ergo, scilicet per pedes Synagogæ conuersæ, nota-
» tur primus in ea ordo iustorum, qui sunt agricultores; quia quasi pe-
» des corpus portant, dum rebus necessariis Ecclesiam sustentant. hi *in*
» *calceamentis* incedunt, dum secundùm exempla iustorum viuunt: & hi
» in prima acie Antichristo resistunt, dum eo contempto vitam cum re-
» bus pro CHRISTO amittunt.]

TROPOLOGIA.

§. 3. *Idem.* » IDEM ita scribit; Anima, quæ erat *filia Principis* diabo-
» li; quando ab eo erat captiua; nunc per conuersionem
» facta est *filia Principis* CHRISTI. huius *gressus* sunt, qua-
» tuor affectus, concupiscentia, timor, gaudium, dolor; qui
» eam portant ad opera, sicut pedes corpus portant ad lo-
» ca. Hi *pulchri* sunt *in calceamentis*, dum secundùm exempla patrum
» virtutes, vel vitam æternam concupiscunt, peccata vel gehennam ti-
» ment, gaudent de bonis, dolent de malis. Vel, *gressus* animæ sunt co-
» gitationes, per quas graditur ad actiones.]

Ambrosius. Quanto hæc vberiùs D. Ambrosius, & ornatiùs, *Serm. 17. in Psalm.*
» *118.* Non est dubium (ait) *gressus* hîc quoque Ecclesiæ, vel animæ pro-
» fectus significari. *Quàm speciosi pedes sunt euangelizantiũ pacem, euan-*
* Esa. 52. v. 7. » *gelizantium bona* *: vtique speciosos pedes dicit Euangelicæ prædi-
» cationis, & disputationis progressus, vt alibi dicitur: *Transgredere*
c Esa. 47. v. 2. » *flumina* [c] (h. fluentia & lubrica istius mundi) transcurre stabili
» mentis incessu; quod de animæ progressibus dici in posterioribus,
» hic ipse Dauid euidenter ostendit, asserens, quod *torrentem* iniquita-
* Psal. 123. v. 5. » tum sua *anima transiret* *.

» Sed reuertamur ad sponsam. Quid sibi vult, quod ait, *in calceamen-*
» *tis speciosos esse gressus?* Legimus itaque dictum ad Mosem, *solue calcea-*
d Exod. 3. v. 5. » *mentum pedum tuorũ* [d], quo videtur admonitus, ne corporalibus vincu-
» lis teneretur adstrictus. Ergo speciosam significat in Canticis animæ
» pulchritudinem, quæ carne tanquam calceamento vtitur, & in ipso
» impedimento non patitur, sed incessùs decore præcellit. Calceat se
» ergo carnis anima Ecclesiastica gratia, vt vitæ huius cursum & tran-
» quinet luto corporali, nec in vitiorum merset voragine, si castiget
» carnem suam, ne moretur ad cursum, & aruinæ pinguis pondere
» prægrauetur. Bonum calceamentum animæ pudicitia est: bonus
gressus

gressus vestigium est castitatis: sapientia autem amictus est animæ. « a Prou. 4. v. 7. & 8.
Vnde scriptum est, *Honora eam & amplectetur te* [a], vtamur ergo cor- «
pore tanquam calceamento, ad interioris opera virtutis; ad ministe- «
rium, non ad præcipitium; ad obsequium, non ad delectationem; ad «
obedientiam, non ad dissensionem: & in via sapientiæ vestigium col- «
locemus, ne gressus nostros, via torrentis aliqua concludat, &c.] «

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Idem.* IDEM Ambros. *lib. de instit. Virg. c.* 14. speciosè procedit anima, quæ corpore velut *calceamento* vtitur, vt quò velit, suum possit sine impedimento vllo circumferre vestigium. In hoc *calceamento speciosè processit* MARIA, quæ sine vlla commixtione corporeæ consuetudinis authorem salutis virgo generauit. Vnde egregiè Ioannes, *non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius* *, id est, non sum dignus incarnationis mysterium comprehendere angustiis mentis humanæ, atque inopis vilitate sermonis absoluere. Vnde & Esaias dixit, *Generationem eius quis enarrabit* [b]?] Verùm Alanus, qui *calceamentum* etiam intelligit, idem; diuinæ œconomiæ mysterium, paullò adhuc vberiùs in hunc modum exposuit;

* Matt. 1. v. 7. Luc 3. v. 17. Ioan. 1. v. 27.
b c. 53. v. 8. *Alanus.*

B. V. gressus & calceamenta. *Gressus tui* gloriosa virgo sunt nobilitas generis, integritas carnis « & mentis, fœcunditas prolis. *Calceamenta* sunt affectus in medita- « tionibus, effectus in operationibus, profectus in desideriis, excessus « in gaudiis. Tu autem es principalis *filia Principis*, Dei videlicet, qui « est Princeps Principum, & Dominus Dominantium, qui te speciali- « ter per gratiam genuit, specialiter informauit: ita tamen Dei filia, « quòd & mater intacta. Vel, per *pedes & gressus* intelliguntur mentales « affectus, qui omninò purgati & decorati fuerunt in incarnatione « CHRISTI: per *calceamenta* figuratur incarnatio diuina. Calceamen- « tum enim solet fieri de pelle mortui animalis, nec tota pellis cedit in « calceamentum hominis, sed potiùs pars pellis. Humana autẽ natura « mortificata erat per pœnas & culpam. Hanc pellem humanæ pœnæ « assumpsit CHRISTVS, quantùm ad humanæ naturæ circumstantiam; « *Christus assumpsit pœnã non culpam.* sed non totam, quia ita assumpsit pœnam, quod non culpam. Sic ergo « quasi calceamentum applicuit, quando humanã naturam assumpsit.] «

Guilhelmus. Porrò Guilhelmus hic VII. sui operis partem orditur, his verbis; « Pergit nunc dilectus piam matrem, tãquam de se suisque benè meri- « tam, operosiùs commẽdare, atque excellentiam eius sub diuersis « comparationibus mystica ratione ostendere. Et quidem familiare «

Universidad de Deusto
Biblioteca

» est Christianis eiusdē matris virtutes piè meditatas mirari, & venera-
» ri; quod nimirū cùm agitur, in illorum cordibus dilectus illam quasi
» admirans alloquitur, laudesque illi gratulatorias suauiter modulatur.
» Denique vocat eam inprimis *filiam Principis*, illius vtique de quo
a Isai. 32. v. 8. » Isaias, *Princeps* (inquit) *ea, quæ digna sunt Principe cogitabit* [a]; quæ au-
» tem digniora sunt Principe, quàm
» *Parcere subiectis & debellare superbos*
» Insinuans igitur Apostolus Iacobus Principem, ea quæ digna sunt
» Principe cogitantem (*cogitationes* scilicet *pacis* super subiectos, &
» *afflictionis* super superbos) *Deus*, inquit, *superbis resistit, & humilibus*
b Iacob. 4. v. 6. » *dat gratiam* [b]. Huius itaque *Principis*, qui & Princeps Principum
* Dan. 7. v. 14. » in Daniele* appellatur, *filia*, est ipsa quæ genuit Principem. eadem fi-
» lia per gratiam adoptionis, & mater per veritatem carnis. Planè à
* Ierem. 31. v. 22. » *Domino nouum factum est super terram* [*]; filia *circumdedit* (h. in vtero
» clausit) patrem suum. Is igitur, qui eius & pater est secundùm spi-
» ritum, & filius secundùm carnem; ô *filia*, inquit, *Principis, quàm pul-*
» *chri sunt gressus tui in calceamentis*! Non simpliciter, pulchri; sed
» cum admiratione, *quàm pulchri*! quo excellens & singularis gressuum
» eius pulchritudo signatur. Multæ. n. sunt filiæ Principis per gratiam
» adoptionis, & omnes pulchrè gradiūtur; omnium sunt pulchri gres-
» sus in calceamentis. Verùm illa est excellenter *filia Principis*, quæ
» est etiam mater Principis, neque enim in tantam adoptionis gratiam
» crescere potuisset, nisi auctorem gratiæ genuisset. De sua carne dedit
» Principi substantiā carnis, & ab eo accepit vicissim prærogatiuā gra-
» tiæ amplioris. Idcirco non dicuntur simpliciter *pulchri gressus* eius, vt
» ceterarum filiarum Principis; sed *quàm pulchri*, hoc est, quàm puri &
» mundi affectus eius! Non enim pernicitate pedum, sed puritate af-
* Psal. 83. v. 8. » fectuū ibat *de virtute in virtutem*, visum *Deum deorum in Sion* [*]. Erat
Exempla Patrum sunt spiritualia calceamenta. » autem in eundo calceata, sanctorum antiquorū exemplis informata.
» Quid enim sunt præcedentium exempla Patrum, nisi quædam tan-
» quam ex pellibus mortuorum animalium spirituales calceamenta?
» Denique præclara illa *filia Principis*, pia veneratione simul & æmu-
» latione amplectebatur innocētiam Abel, obedientiam Abrahæ, man-
» suetudinem Moysi, humilitatem Dauid, patientiam Iob, continen-
» tiam Danielis. His ergo & huiusmodi Patrum exemplis decētissimè
» calceata inattritis animi gressibus ibat *de virtute in virtutem*: & in
» æmulando virtutes Patrum, ipsos etiam Patres, quorum se æmulatri-
» cem esse gaudebat, præcipua puritate affectuum, & prærogatiua
» actionum transcendebat.]
Rupertus. c Gal. 4. v. 22. » Rupertus Principem accipit in fœmineo genere, & intelligit *ma-*
» *trem nostram, quæ sursùm est Ierusalem*; significatam per c Saram, sicut
» terrena quæ seruit, significata fuit per Agar. Et huius Saræ (quod
» nomen Principē significat) *filiam* vult dici B. Virginem. Addit discal-
» ceationem quæ fit propter Deum, nempe nudationem à terrenis &
» corporalibus, qualis Moysi præcepta. *Solue calceamentum de pedibus*
d Exod. 3. v. 5. » *tuis, locus enim in quo stas sanctus est* [d]: hominum esse Principum: sed
discal-

discalceationem calceamentorum spiritus, seruilitatis esse argumen- «
tum. Idcirco ancillæ (nempe Euæ) calcaneum à serpente ad mor- «
sum [a]; quia discalceata erat. Tu verò ô *filia Principis* probè calceata « a Genes. 3.
caput serpentis contriuisti. Tu *vna dilecta genitrici tuæ*, generationi «
liberæ, generationi, non carni sed fidei; quæ virum non de carne viri, «
sed de spiritu Dei concepisti, patrem principémque *filiorum*, nō carnis, «
sed *fidei & repromissionis*.] «
Honorius, de calceamentis, vt D. Greg. & Guilhelm, sed Princi- « Honorius.
pem vult dici Dauidem, & B. Virginem Principis filiā, quia de stirpe «
Dauidis prodiit. «
Hailgrinus; cogitationes eius & opera decora, spiritualis deuo- « Hailgrinus.
tionis & intentionis velut pedes, in calceamentis hyacinthinis, re- «
splendebant.] «

ANAGOGE.

Hæc optimè dici possunt ab Angelis animæ in cœlum ascendenti, §. 5.
vt patet addita illa Ruperti explicatione.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.1. memb.3. » Iunctura femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata » sunt manu artificis.	*Moduli femorum similes torquibus, opus artificis.*

LITTERA.

§.1. חמוק

VNCTVRÆ] HAMMVK per Heth, significat orbem vel circulum, & inde transfertur ad vertebram, cui femur inseritur. Genebrardus exponit de vertebris quæ femur cruri iungunt; Luisius, de illis, quæ coxis femora innectunt; quod fortè verius. Sed magis placet, hoc loco totum femoris ambitum significari. LXX. ῥυθμοὶ, moduli seu aptitudines, commissuræ femorum. nã ῥυθμὸς quicquid ex arte fit. indicat ergo, nec ossium commissuras luxatas vel hiulcas, nec pulpam carnis pannosam, nec musculos solutos, nec thoros macie exhaustos; sed femur densum, solidum, obesum, & perfectè (vt à perito artifice monile) rotundatum. Nam illud Hebræ. *opus artificis*, appositio est, vt doctè noster accepit, & clarè verrit. Ambros. vno loco vertit, *opere artificis*, alio; *opere manuum artificis*, etiam appositiuè.

MONILIA] D. Ambros. *de Serm.17* intelligit de torquibus triumphantium; & docet Symm. vertisse ἐπιτραχήλια, hoc est, quæ sunt circa collum.

§.2. MENS VERBORVM.

Postquàm ea, quam diximus, ex alto virtute Ecclesiam Spiritus sanctus induit, meritò *femoris* laus additur. nam *femur* fortitudinem significat, sicut vicissim alio loco Salomon virorum fortissimorũ nomine femora signauit [a]; *quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi*. hoc est, femora nutabunt senio. Intelligunt itaque hoc loco per *femora*, duos populos, Iudæorum, & Gentilium.

a Eccl.12. v.3. Cassiodorus.

» Cassiodorus; *Iunctura femorum* (inquit) est coniunctio duorum
» populorum in vna fide. Et benè hæc iunctura *monilibus* comparatur,
» quia fides vtriusque populi maximè in operibus manifestatur. nam *fi-*
» *des sine operibus mortua est* [b]. Ita Cassiodorus.

b Iacob.2.v. 20.

Dicuntur ergo hæc Nouellæ sponsæ, cuius viros fœminasque, Spiritus sanctus vinculo charitatis & fidei (optimam commissuram) matri ipsius, adultæ Ecclesiæ ex primitiis Iudæorum & Gentilibus conflatæ, inseruit; ex cuius quasi femoribus genita fuit Ecclesia reliquiarum

quiarum. *femur* enim generationis quoque Symbolum est (Greg. « Bedæ & aliis hic, & D. Ambros. *d. Serm.13.*) & ideò Honor. exponit « hanc secundam aciem, vel ordinem coniugatorum.] Quid mirum « si connexio & iunctura ista aptissima; vtpote opus eius, per quem facta sunt omnia, qui rerum omnium conditor & artifex, non solùm ædificij huius Ecclesiæ militantis, sed & illius triumphantis & permanentis; quam celebrat Apostolus ad Hebræos scribens c.12.

TROPOLOGIA.

§.3. *Honorius. Femora animæ timor & amor.*

HONORIVS, *femora* (inquit) animæ sunt timor & amor, « per quæ gignit bonum opus, quod est spiritualis proles, « quæ erit regni hæres. per timorem quippe declinat à ma- « lo, per amorem facit bonum: horum *iunctura* fides est, « qua credit supplicium, quod timet, & credit gaudium, quod amat. « Hæc *iunctura* est, *sicut monilia*: quia sicut monile pectus ornat & mu- « nit: ita fides animum ornat & munit. Hæc *manu artificis* est *facta*, quia « fides per CHRISTVM est data.]

D. Ambros.

D. Ambros. *de obitu Valentiniani Imp. Moduli femorum tuorum similes torquibus*, hoc est, consonans sibi in omnibus factis tuis gratia, atq; « moderatio magnorum æquauit insignia triumphorum.] « *Philo.*

Philo per *modulos femorum* intelligit, vitæ temperantiã, & morum « sanctitatem, similem cœlesti cuipiam diuinæ sapientiæ harmoniæ; « nempe conspirationem vnam & voluntatem benè inter se consen- « tientium multorum. *opus* hauddubiè eius qui cœlum & terras fa- « bricatus; & omnia, quæ in eis continentur.] « *Tres Patres.*

Tres Patres connectunt cum superiore vers. & volunt reddi ra- « tionem, cur *gressus* eius, hoc est, virtutum actiones, tantoperè com- « mendarit, nempe; quia rectè rationéque compositi motus potentia- « rum, in generatione ac corruptione consistentium; nempe cupiditas « & iracundia; quasi ab artifice ratione, ab iis quæ generantur & cor- » rumpuntur ad superiora inflexi; similes sunt *monilibus manu artificũ* » *fabrefactis* & figura flexis.] » *Theodoretus.*

Theodor. denique per *femora* intelligit virtutes morales, quoniam iis iter faciẽtes, agim⁹ ea quæ volumus, & *monilibus* ait cõparari, quia singulæ harum virtutũ particulæ apto numero & concentu implicitæ, atque coniunctæ inter se sunt. Notat etiam, quia in operis principio sponsa adhuc imperfectior laudabatur, ab oculis illic laudem incipere; quia primùm illuminati & clausos mentis oculos aperientes, diuinámque admittentes lucem, fide sunt confirmandi, & postea ad actiuas virtutes progredi debent: nunc autem quia perfectam laudat sponsam, ab inferioribus partibus, nempe pedibus exorditur, & à virtutibus, quæ in actione consistunt, ad contemplatiuas redit.

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. D. Ambr.

» D. Ambrosius *c.14 de inst. virginis*; Quàm pulchra etiã (scribit) illa, quæ in figura Ecclesiæ de Maria prophetata sunt, si tamen nõ membra corporis, sed mysteria generationis eius intendas. Dicitur enim ad eã, *Modul*, &c. » eo quòd continens sibi sit in omnibus Christi ortus ex virgine. » Sicut victores solent sæcularium præliorum, strenuorum virorũ do» natis torquibus honorare ceruicositata iugum nostrum leuauit, vt fi» delium colla virtutis insignibus coronaret. Verè autem *aluus* ille » Mariæ *crater tornatilis*, &c.]

Alanus. Duæ fœcunditates in B. V. mentis & corporis.

» Alanus præclarè, *Femora* solent esse generationis signa. *Iunctu*» *ra* autem *femorum* (ait) nihil aliud intelligitur; quàm concordia dua» rum fœcunditatum, quæ fuerunt in virgine; vna mentis, altera ven» tris. Et hæc *iunctura* fuit *sicut monile*, id est, habuit secum duplicem » comitem, virginitatẽ carnis, & virginitatem mentis. Per *monile* solet » notari castitas. Monile enim solet apponi pectori ad ornandum & in » castitatis signum; vnde dicitur monile, id est, monens castitatem. Est » ergo sensus: *Iunctura femorum tuorum, sicut monilia*, id est, sicut tu præ» dita es duplici fœcunditate, ita duplici virginitate.]

Guilhelmus.

Hoc latiùs prosequitur, & explicatiùs Guilhelmus, & vberiùs lau» dat; Liquet circa *iuncturas feminum* (inquit) ea esse, quæ pudenda vel » inhonesta dicuntur, siue in viris, siue in fœminis. Nempe in his locis » sedes carnalis concupiscentiæ est, cuius vtique rationalem spiritum » vsque adeò pudet, vt eadem loca nisi fortè insobrius fuerit, perpetuis
a 1.Cor.12. v.23. » quantùm in se est tenebris damnet. denique amica pudoris honestas » circa partes illas abundantiorem cautelam habet, iuxta illud Apostoli, *Quæ inhonesta sunt nostra, his abundantiorem honorem circũdamus* a.
In B.V. locus libidinis fuit sedes sanctitatis. » At in illa virgine, quæ Deum & hominem genuit, singulari priuile» gio locus ille non fuit sedes libidinis, sed sanctitatis; non obscœnita» tis, sed puritatis; non turpitudinis, sed honestatis. Quippe carnalis
* Sic corr. Pat. S. » concupiscentiæ * nunquam vbi igniculus arsit, pudendus ibi motus
* Omissi paucula verba, quibus sentẽtiã illã suã de originali peccato affirmabat. » vnquam surrexit *. Quia Dei filium paritura erat, quem sine con» cupiscentia oportuit concipi; ab initio illi datum est, nihil vnquam » pudendi motus in suis membris experiri. Vnde nec poterat esse vox
b Ro.7.v.23. » eius; *video aliam legem* b *in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* » Itaque in virgine Deum paritura locus ille ab initio singulari quã» dam gratia consecratus erat Domino. In membris autem aliorum

siue aliarum virginum non ita: nempe in illis ignis concupiscentiæ, « contra quem assiduè dimicant, viuit vsque ad finem vitæ, & saluo « virginitatis bono, innati mali violentos motus patiũtur. Ita ergo in « illis est virginitas salua, vt tamen non sit satis pura: ita expers cor« ruptionis, vt tamen non sit immunis à sordibus malæ titillationis: « proinde dicunt, *Quæ inhonesta sunt nostra, his abundãtiorem honorem* « *circumdamus*. Sola autem illa virgo nihil in suo corpore pudendum, « nihil inhonestum habuit, cuius caro singulari munere motum in se « concupiscentiæ nunquam sensit. Illi ergo singulariter dicitur *iunctu* « *ræ femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis*. ac si « apertè diceretur, alij quidem circa iuncturam femorum suorũ turpes « sunt, vtpote ibi fœdam cõcupiscentiæ carnali sedem præbentes: at in « te, ô virgo puerpera, etiam ille locus sanctus est, atque ornatus diuinæ « insignibus gratiæ. Denique hæc monilia non tu ipsa tibi fabricata « (*quid enim habes, quod non accepisti* *?) sed manus summi artificis ea « * 1. Cor. 4. v. 7. tibi fabricauit, id est, diuinæ operatio gratiæ, hac tam magna te pra« rogatiua donauit. ideò hoc nomine non in te, sed in ipsõ artifice de« bes gloriari; quod facis, quia non tumidè, sed verè & solidè gloriaris.] «

Honorius. Breuiter *in Sigillo* Honorius; *femina* (inquit) tua fœlicia de « quibus processit pretiosa margarita, Christvs ineffabile *monile*, « qui est ornatus totius creaturæ. Artifex est Deus Pater, manus eius fi« lius, per quem fecit omnia, per quem etiam incarnatio est dispositа.] «

Rupertus. Consentit Rupertus, & vocẽ *iunctura* benè discutit, & Mariam « peccatrici animæ opponit, in hunc modum; Laus ista, laus magna vi« tuperationi illi oppositа est, imò & acerbissimæ exprobrationis illius « ancillæ, apud Ezechielem Prophetam dicentem ex ore Domini: *Et* « *diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas* a. « a Ezec.16.v. 20. Diuisio vel diuaricatio pedum, ipsa est disiunctio feminum, valdè vi« tuperabilis, nimirum propter illud quod subintelligitur, videlicet « propter multitudinem fornicationum. Et è contra *iunctura feminum*, « ipsa est compositio vel continuatio pedum, laudabilis item propter « illud, quod subintelligitur, videlicet propter pudicitiæ pulchritudi« nem, saluumque ac benè custoditum castitatis sigillum: maximè in « B. V. virginẽ te, ô singularis & vnica, vel nobilissima Sunamitis, in te, ô dilecta, « prima ex pro& dilectarum dilectissima, quæ prima sine exemplo iuncturam femi« posito. num tuorum ita custodire proposuisti, vt virgo nulli vnquam cogni« ta, vel cognoscenda viro, digna fores coniungi tuæ integritatis autori « Deo. Quantum est hoc decus? quanta honestas? Igitur *iunctura femi« num tuorum sicut monilia*; id est, virginitatis tuæ integritas, perpesque « pudicitiæ custodia, cœlestibus præsidiis communita. Cuius hoc est « opus? cuius virtus? Nimirum Dei altissimi. *Et hoc ipsum*, ait quidam « sapiens, *sapientia est scire, quod continentia donum Dei sit* b. Dico igitur « b Sap. 8. v. 21. non qualiacunque *monilia*, sed monilia, quæ *fabricata* sunt *manu arti« ficis*, id est, quæ solus Deus facere, & dare potest, vel potuit.] Sic ille. «

Alanus. Verè summus artifex est Deus: cuius largitate (inquit Alanus) « omnis virtus collata est virgini. Vel *manus artificis* est filius Dei: ipse «

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim est manus patris, *per quem fecit & sæcula. Hebr.1.*

Hailgrinus. Addit Hailgrinus, hanc *iuncturam femorum* significare baltheum
" virginitatis, quo succincta lumbos virgo Beata fuit, non sibi tantùm,
" sed & nobis; non sibi tantùm casta vel pulchra; sed nobis quoque
" castitatis monitoria. ideò comparari *monilibus*, quæ dicantur moni-
" lia, quasi castitatem monentia. Nam ad continentiæ munditiam, ipsa
" per exemplum nos commonet & inuitat.] Quid igitur PARTHENICI SODALES, tam castorum feminum spiritalis propago, quali vos decet munditia, quali puritate, quali castitate pollere; vt SODALES MARIANI, non nomine tantùm, sed re sitis?

ANAGOGE.

§. 1. SI per *femorum iuncturam*, intelligaris in fine sæculi futuram triumphantis Ecclesiæ cum militanti coniunctionem; quod illa *monile* pretiosius, quod pulchrius? verè *opus* Dei, cuius opus est saluare, & iustificare, & æternæ gloriæ consortes reddere.

VVLG.





VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Vmbilicus tuus crater tornatilis, numquam indigens poculis. Venter tuus, sicut aceruus tritici, vallatus liliis.	*Vmbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens misto: venter tuus aceruus frumenti vallatus in liliis.*	Vers. 2.

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM.

CRATER hîc non est pateræ, vel calicis genus vnde bibatur, sed vas ingens, in quo vinum aqua primò temperabatur, instar dolij, vel scriæ: alioqui Maro non finxisset quendam retrò craterem se abscondentem: huius labro rotundo & nitido comparat *vmbilicum* sponsæ. nam *tornatile*, ad amussim rotundum significat, instar lunæ plenæ, quam denotat nobis Hebræum SAHAR. POCVLA etiam non ponit pro vasis, sed pro potione; vt & poëta ille, qui eodem sensu *Acheloïa pocula*, nuncupat in primo Georgicorum: & quidem potione vini temperati & probè diluti. Vnde LXX. vertunt, κράμα, optimè, quo significatur vinum mistum Plutarcho & aliis, Hebræi MAZEG vocant. Soliti namq; fuêre Iudæi & ceteri populi Orientales, etiã Græci, quòd eorum vina essent vinosissima, non ea propinare cõuiuis nisi probè diluta: cuius temperaturæ modũ diuersum diuersis fuisse temporib. docet Hieron. Mercurialis *lib. 1 variar. Lection.* sensus: *vmbilicum* similem esse rotundo crateri, cui nunquã desit vinũ optimè lymphatum: & hac Metaphora laudatur vmbilicus nullo situ vel squalore scaber, planè castigatus & mundus, quasi vino mixto recens foret ablutus, & detersus. Additur laus ventris à modico, solido, & succido tumore, omni ex parte pleno & æquato, sicut cernitur in triticorum cumulis, in quibus nihil hians, aut præ ceteris partibus eminens, vel subsidens; significat denique eum candidum & boni odoris esse.

סהר

מזג

ACERVVS] cumulus. σωρὸς, vt vertit Symm.

VALLATVS] septus, & munitus, vt vertit D. Ambros. *orat. de obitu Valentiniã.* è quo corrigendus *c. 14. de instit. virg.* vbi corruptè excusum, *minuti inter lilia*, pro, *muniti*.

§. 2. MENS VERBORVM.

Pergit Ecclesia gentium reliquias Iudæorum à maternis dotibus laudare.

Universidad de Deusto
Biblioteca

laudare. Sic enim solem[9], quòd bonæ matris bonæ sũt filię. hinc illud,

ô matre pulchra filia pulchrior.

Per *vmbilicum* intelligo Iudææ vmbilicũ Ieroſolymam. talis enim ſitu fuit, vnde quod in ea CHRISTVS paſſus, dicitur *Deus ſalutem operatus in medio terræ* [a], ſic Cicero *vmbilicum Siciliæ*, & Callimachus Cretæ ὄμφαλον. Per hũc vmbilicũ, ſicut embryo in vtero, incrementum accepit Iudaicus populus; primò illaudatum lac hauſit, quando ſordidus ille adhuc, & immundus, & nondũ præciſus, vt Ezechielis verbis optimè propoſuit hoc loco Theodoretus. ait Ezech[b]. *Et quando nata es, in die ortûs tui, non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in ſalutem, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his miſertus tui; ſed proiecta es ſuper faciem terræ, in abiectionẽ animæ tuæ, in die qua nata es.*] Ad illam ergo Synagogam veterem dixit Deus per Prophetam, *Non eſt præciſus vmbilicus tuus, & aqua non es lota, &c.* De Eccleſia verò, & ad reliquias Synagogæ illi ſe adiũgentes, nunc dicitur; *vmbilicus tuus ſicut crater, &c.* quia poſtquam fides Euangelica illuxit, & Synagogæ primitiæ baptiſmo ablutæ fuerunt, & ſic verbi diuini cultro vmbilicus ſpiritaliter circũciſus; iã ille populus, qui cõuerti voluit miſtũ vinũ optimũ ſalutaris doctrinæ, vt per vmbilicũ in matris vtero fœtus aſſolet, inde cœpit potare; *vmbilicus* iſte *poculis nõ deficit*, quia doctrina hæc eſt inexhauſta de fonte perenni S. S. profluens. ſufficit primò Synagogæ primitiis, deinde & Gentium plenitudini, denique reliquiis Iacob, quas nunc alloquitur: nec vnquam Catholica Eccleſia ſalutari vitalique latice carebit, quem vbertim & affluenter filiis ſuis propinet. Eadem illa Synagoga, poſt obitum Apoſtolorum & diſcipulorum CHRISTI, quaſi orba & ſterilis permanſerat, quia vel nulli, vel pauciſſimi Iudæi conuertebantur: ſed nunc facta mater tot reliquiarum, peperit plurimos; qui ſinguli ſunt, quaſi grana tritici in horreo Dominico reponẽdi, quorũ multitudo (teſte D. Ambroſio[c]) eſt cumulus in vnum vinculo charitatis coaceruatus, cylindro iuſtitiæ æquatus, & pudicitiæ, ceterarumque virtutum exemplis vallatus: Tali aceruo plenus Synagogæ tunc *venter* erit, vt & ipſa queat gloriari, factam ſe *matrem filiorum latantem*[d]. Certè ſicut in Catholica nunquam deficit vitalis ille potus, ſic nec triticũ ad dupliciter omnes cibandos.

HONORIVS cenſet per *vmbilicum* notari tertium ordinem hominum mollium & delicatorum, quia vmbilicus eſt molle membrum, & media pars hominis; quæ habet ſuprà ſex partes, nempe, caput, oculos, naſum, os, collum & pectus; ſeptima pars eſt vmbilicus; infra ſe quoque ſex partes habet, pedes, tibias, crus, coxam, femur, ventrem, & ſeptimum hîc rurſùs eſt vmbilicus; ſignificans in Eccleſia eos, qui per ſeptẽ opera miſericordiæ conſequuntur ſeptenarium requiei, quæ dabitur per ſeptem dona Spiritûs ſancti. Hi ſunt *velut crater tornatilis nunquam indigens* (id eſt, ſemper plenus) *poculis*: quia ſunt charitate tornati, exercitio virtutis planati, poculis doctrinæ ſemper pleni, vnde ſitientes iuſtitiã poſſint abundè inebriari. Hoc ideò dicitur,

a *Pſal. 73. v. 12. Ieroſolyma Iudææ vmbilicus.*

b *Exec. 16. v. 4.*

c *d. n. 14.*

d *Pſal. 112. v. 9.*

Honorius. Vmbilicus quomodo hominis ſit medium.

tur, quia ſi imperfecti tunc in Synagoga tales erunt, quales perfecti ſunt credendi? Quartus ordo ſũt vxorati, vel hi qui vtũtur hoc mundo, tanquam non vtantur, qui per *ventrem* demonſtrantur. Per ventrem enim ſpiritalis generatio, per *aceruum tritici* eleemoſynarum largitio exprimitur. Triticum pro omni frumento poſuit, ſcilicet ſpeciem pro genere. *Venter* Synagogæ eſt *ſicut aceruus tritici*, quia qui in ea * poſſeſſiones mundi habent, ſpiritales partus per eleemoſynarum largitionem edunt, & dum bona opera cumulant, quaſi triticum in vnum coaceruant. Qui *aceruus* eſt *vallatus liliis*, id eſt, munitus virtutibus. Valli dicuntur ſudes, quibus aceruus munitus ſtat ne cadat. aceruus ergo tritici liliis vallatur, dum largitio eleemoſynarum candore virtutum circumdatur; quæ vento humanæ laudis facilè diſſipatur, niſi aliis virtutibus fulciatur. Nota quod ſuperiùs poſuit *pocula*, hîc verò *triticum*; quia illi ſitientes iuſtitiam inebriant, iſti eſurientes iuſtitiam ſatiant, dum triticum verbi Dei aliis diſpenſant. Sed hi benè faciunt, qui vtrumque ſcilicet cibum & potum indigentibus corpore taliter impertiunt. Et hoc norandum, quòd *aceruus* in imo eſt latior; in ſummo anguſtior, quia multi ſunt qui eleemoſynas tribuunt, pauci qui poſſeſſiones relinquunt.] Hactenus Honorius.

* *Malè M.S.* paſſiones.

D GREGORIVS, per *vmbilicum*, prædicatores; per *ventrem*, populum intelligit.

D. Gregorius.

TROPOLOGIA.

§. 3.

BREVISSIME D. AMBROS. *de obitu Valentiniani Imp.* Bonus (ait) *vmbilicus* animæ virtutum omnium capax, *ſicut crater* ab ipſo fidei auctore *tornatus. Sapientia* enim *in cratere miſcuit vinum ſuum* dicens; *Venite, edite panes meos, & bibite vinum, quod miſcui vobis*[a]. *Vmbilicus* ergo iſte ornatus omni decore virtutum, *non deficit mixto. Venter* quoque eius non ſolùm iuſtitiæ velut frumentario cibo replebatur, ſed etiam gratiæ ſuauitate, quæ florebat ſicut lilium.] Sic ille ad iuſtæ animæ commendationem accommodatè.

D. Ambroſius.

a *Prou. 9. v. 2. & 5.*

Nec minùs tres Patres Græci apud Theodoretum, qui in potentiis animæ hæc myſteria timantur, ita ſcribentes; omnino vis ſenſitiua (per quam, vt per *vmbilicum* in vtero matris, rerum ſenſibilium ſpeculatione, tu ab omnium matre ſapiẽtia comprehenſa, vt malitia parvula naturaliter nutriris) receptaculum eſt naturalis rerum viſibilium cognitionis, rectè gladio ſpiritus exſectum, & ab omni fraude ſeiunctum; ac propterea haud temerè, quæ ſub ſenſum cadunt percipiens, non ſimpliciter virtutum ſpecies adfert, ſed omnes ſpiritalibus earum rationibus temperatas. Vis (autem) imaginatiua, quæ quidem (vt *venter* cum rebus ſuperfluis ciborum ſuccos ab illis indiſcretos continet) vnà cum rerum viſibilium ſpeciebus earum

Tres Patres.

rationes

rationes gerit, est repositio & conseruatio (quod quidem *acernus* indicat) rationis rerum omnium veritatis; quæ inter species, vt inter spicas *triticum*, circumtecta includitur; donec per scientiam cogitatio ipsam distinguens attraxerit, nudámque ab omni integumento ac dubitatione ad mentem transmiserit. *Circumuallata* autem, & custodita est hæc repositio tranquillitate, quæ *agri liliorum* * exemplo in Euangeliis declaratur: ne istius vitæ sollicitudinibus mens quasi bonus agricola spiritali ipsius fructu priuetur.]

* Matth. 6. v. 20.

Theodoretus.

THEODORETVS per *ventrem* accipit animæ penũ arcanis plenum mysteriis, quorum odor solus imperfectis adhuc & infantib. notus est; per *vallum* seu *septum*, ea quæ recondita sunt in eo: per *lilia*, vndique ex eo fluentem fragrantiam, satis concisè.

Honorius.

HONORIVS: vt solet minutiùs: *vmbilicus* (inquit) animæ est temperantia: quia sicut vmbilicus medius est inter superiora & inferiora membra, ita est temperantia inter virtutes & vitia media, quæ est *crater tornatilis, plena poculis*, quia est circumspectione rotunda, & sapientia fœcunda: & sicut potus sitim temperat, & cor lætificat: sic temperantia ardorem vitiorum * restingit, & immoderatum feruorem virtutum reprimit. *Venter* animæ est memoria, in qua recondit cibos sacræ Scripturæ: qui similis est *acerno tritici*, quia sicut in acerno grana cumulantur, ita & in memoria multæ sententiæ & imaginationes coaceruantur: quæ *liliis vallantur*, quia mundi cogitationibus stipantur.]

* scrib. restinguit.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. D. Ambrosius d. c. 14. de Inst. virg.

AVDITE, quàm magnificè D. AMBROSIVS: *Verè autem* (ait) *aluus ille* MARIÆ *crater tornatilis*, in quo erat sapientia, quæ *miscuit in cratere vinum suum*, indeficientem cognitionis suæ gratiam diuinitatis suæ plenitudine subministrans. In quo virginis vtero simul *acernus tritici & lilij* floris gratia germinabat, quoniam & granum tritici generabat, & lilium. Granum tritici, secundùm quod scriptum est: *Amen, amen dico vobis, nisi granũ tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet* [a]. Sed quia de vno grano tritici *acernus* est factus, completũ est illud Propheticũ: *Et conualles abundabunt frumẽto* [b], quia *granũ* illud *mortuũ plurimũ fructum* attulit. Hoc itaque granũ omnes homines perpetuæ cœlestiũ munerũ esca saturauit. Cõsummatũ est illud Prophetici oris eloquium,

Granũ tritici acernum generauit.

a Ioan. 12. v. 24.

b Psal. 64. v. 14.

eloquium, dicente eodem Dauid: *Cibauit eos ex adipe frumenti, & de petra melle saturauit eos* [a]. In hoc grano esse etiam *lilium*, diuina testantur oracula, quia scriptum est; *Ego sum flos campi, & lilium conuallium* [b], *sicut lilium in medio spinarum*; CHRISTVS erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Iudæorum.]

a Ps. 80. v. 17.

b Cant. 2. v. 1.

Honor. in Sigillo M. A. & I. Aff.

Audite etiam succinctum HONORIVM; *vmbilicus* tuus, subaudi beatus, in quo pependit Dei filius (vt enim in clauo clypeus, sic pendet in vmbilico infantulus) qui filius est, *crater tornatilis nunquam indigens poculis*, hoc est, omnibus se sitientibus præbet largiter. *Venter* etiam *tuus* beatus, in quo iacuit vnigenitus Dei incarnatus; qui fuit *triticum* de quo conficitur panis fidelium, ipse est *acernus*, quia in eo cumulatur fidelium populus; *vallatus liliis*, id est, stiparus virginum choris.]

Alanus.

Audite ALANVM; sicut in viro vis cõcupiscendi sedem habet in lumbis; sic in fœmina vis concupiscendi in vmbilico. *Vmbilicus* etiam est in medio ventris. Per vmbilicum igitur virginis, intelligitur vis intelligendi, qua Deum dilexit, scilicet charitas. Hæc in virgine fuit *quasi crater*; quia ea mediante, virgo mundo lætitiæ vinum propinauit, de qua dicitur; *calix meus inebrians quàm præclarus est.* Psalm. 22. & alibi, *vinum lætificat cor hominis.* Psalm. 103. *Tornatilis* dicitur, quia torno faciliùs operamur. & ipsa virgo sine omni difficultate, sine omni illecebra, sine omni carnis angustia concepit, & peperit. *Nunquam indigens poculis.* Minus dicit & plus significat, id est, plenus poculis, nempe mundo propinans vinum dilectionis, vinum salutis, vinum lætitiæ, poculum vitæ.

Rupertus.

Audite quoque subtilem RVPERTVM; Et ista laus tua, ô libera Sunamitis, oppositæ est ancillæ vituperationi, quam apud iam dictum habemus his verbis; *Et quando nata es, non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem* [c]. Quibus vtique verbis luxuriæ superfluitatem vituperat. quia viris quidem in lumbis, fœminis autem in vmbilico luxuria est, testante Domino; qui de diabolo loquitur ad B. Iob, *Virtus eius in lumbis eius, & potestas eius in vmbilico* [d] *vẽtris eius.* Igitur *vmbilicus tuus crater tornatilis*, quid est, nisi ac si diceret, perfecta est in te virtus castitatis *, & liberata es ab omni carnalis appetitu voluptatis? Parùm quippe fuisset ad laudem veræ virtutis dixisse; *iuncturæ femorum tuorũ sicut, &c.* nisi & istud adderetur, *vmbilicus tuus, &c.* quia scilicet illo præcedenti versiculo solùm denegatur opus, sine affectu carnalis commercij; isto autem sequenti appetitus quoque cogitationis; qui si inesset, nunquam veraciter diceretur vmbilicus sic præcisus, imò & circumcisus, *vt crater tornatilis*: neque adderetur adhuc, *nunquam indigens poculis*. Quidnam est vmbilico non indigere poculis; nisi non vti vel sitire, per appetitum libidinis? Hinc enim per quendam sapientẽ dicitur in mulierem malam; *Sicut viator sitiens ad fontem os suũ aperiet, & ab omni aqua proxima bibet* [e]. Ergo tu ô Sunamitis, ô filia Principis, corde & corpore es casta, mente & carne integra & incorrupta, cogitatione & opere mũda. Vt autẽ perficiatur

c Ezech. 16. v. 4.

d Iob. 40. v. 11.

* Sic corrig. Per vmbilicum perfecta castitas designatur.

e Eccl. 26. v. 15.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" ciatur ista laus, dicendū, quia locutione quoq; vtilis es atque pudica.
" *Venter* enim *tuus*, venter interioris hominis, iuxta quod quodam
* ita corrig. ex Io. 7. v. 38. " loco * dixit; *qui credit in me, sicut dicit Scriptura, flumina de ventre eius*
" *fluent aquæ viuæ* [a]; ipse est, *sicut aceruus tritici*, id est, nunquam indiget
" pane verbi Dei: imò abundat omni tritico, quodcunque seminauerūt
" omnes alij. Illuc illatum est omne, quod Prophetarū fides elaborauit.
" Exempli gratia, vt Esaias qui dixit; *Accessi ad prophetissam, & concepit*
b Esa. 8. v. 3. " *& peperit* [b] *filium*. Tu enim, ô dilecta, tu es illa prophetissa, ad quam
" accessit omnis sanctus & fidelis Propheta, ad quam tendebat, & in
" qua completa est omnis sancta, & fidelis prophetia: Hinc *venter tuus*
" *sicut aceruus tritici*, quod videlicet triticum prudenter eōgregasti, me-
" ditando in Scripturis, sicut dictum est quodam loco, MARIA *autem*
c Luc. 2. v. 19. " *conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo* [c]. Huiusmodi *aceruus*
" benè est *vallatus lilijs*, quia profectò pulchritudo castitatis, sicut clari-
" tudinem sensus ad intelligendum Scripturas efficit; ita & auctorita-
" tem parat omni homini, vt dignus sit foris eloqui ea, quæ intùs repo-
" suit, vel contulit verba Dei, triticum Domini.]

Guilhelmus. Audite denique suauem susurrum dulciloqui GVILHELMI; cuius agnomen, ætas, patria, nobis ignota, nota cœlestibus; fundamentum quoque iacit super celebrem illam B. Gregorij Papæ doctrinam ex Iobo, vt Rupertus, nempe seminarium luxuriæ viris in lumbis,
" fœminis verò esse in vmbilico. At verò (ait) illa virgo, quæ Dei filiū
* scrib. nouitate. " procreauit, partus huius * nouitatis ab initio præparata, & singulari
" benedictione præuenta, in sua carne nunquam potuit calorem illum
B. V. nullum vnquā caloris venerei est experta. " venereum experiri. Ab initio enim, ne seminando secundùm carnem
" Dei filio esset minùs idonea, innatus ille fomes cōcupiscentiæ in car-
" ne eius, virtute diuina funditùs exstinctus est. Itaque non sicut aliis
" fœminis in vmbilico illi fuit seminariū luxuriæ; cū tamē in vmbilico
" eius fuerit semē illud Abrahæ, quod Apostolus præclarè cōmendans,
" cū de filio Dei loqueretur; *Nunquā*, inquit, *Angelos apprehēdit, sed se-*
d Hebr. 2. v. 16. " *men Abrahæ apprehendit* [d]. Non sicut aliis fœminis illi fœminæ in
" vmbilico fuit seminarium luxuriæ, id est, genitalis ille liquor calore
" concupiscentiali exinde resoluendus & deriuandus; sed seminarium
" vitæ, id est, beatum illud semen Abrahæ calore Spiritus sancti exinde
" resoluendum, atque eo ipso à filio Dei in vnitarem personæ suæ, pro
" salute humani generis assumendum. Nempe hæc erat humanæ
" redemptionis hostia suo postmodùm tempore in ara crucis immo-
" landa.

Eadem caro quomodo habuit vulnus præuaricationis & medicamentum vulneris. " Quod nimirum Pater Augustinus pulchrè, acutéque insinuans;
" Eadem, inquit, caro non Abrahæ tantùm, sed ipsius primi hominis
" simul habebat vulnus præuaricationis, & medicamentum vulneris.
" Vulnus præuaricationis in lege membrorum, repugnante legi men-
" tis, quæ per omnem inde propagatam carnem seminali ratione quasi
" transcribitur: medicamentum autem vulneris in eo, quod inde sine o-
" pere concupiscentiali in sola materia corporali, per diuinam con-
" ceptionis formationisque rationem de virgine assumptum est,
propter

propter mortis sine iniquitate consortium, & sine falsitate resurrectionis exemplum. Illud igitur præclarum semen fuit in lumbis Adæ, & in vmbilico Euæ, atque inde cucurrit vsque ad lumbos Abrahæ, & in vmbilicum Saræ, inde verò progressum est vsque ad lumbos Dauid, & in vmbilicum eius quæ fuit Vriæ; porrò inde per lumbos multorum & in vmbilicos multarum peruenit vsque ad corpus MARIÆ, atque in eius vmbilico totum collectum est, non vlteriùs sanè progressurum, sed ibidem à filio Dei apprehendendum (id est, in eius personā diuinæ substantiæ ineffabiliter vniendum.) Denique in vmbilico illius virginis salus hominum fuit eo ipso, quo ibi reconciliationis humanæ hostia fuit, atque inde nobis suo tempore (id est, quando VERBVM *caro factum est*) salus manauit. Nempe vmbilicus ille virgineus Dei filio carnis substantiā, in qua pro hominibus moreretur, per calorem Spiritus sancti ministrauit, atque eo ipso quasi *crater tornatilis* vitam mundo propinauit.

Salutem aquo omnibus ex parte Dei proponitur.

Crater tornatilis, id est, Scyphus magnus verè sine angulo & ruga, quia laudabili æquitate (id est, sine acceptione personarum) quantum in se est, omnibus salutem propinat. Non enim, despectis piscatoribus, vitam propinat Imperatoribus; quod vtique si faceret, *crater* quidem, sed vtique tornatilis non esset. Subditur, *Nunquam indigēs poculis*. Quotlibet inde hauriant, & quantumlibet hauriant, nequit exhauriri. Nam etsi inde bibant omnes peccatores terræ, nihilominùs abūdat & redundat. Quotidie toti mundo de illo cratere magno propinatur, & non deficit. Quod inde per plenitudinem causæ manauit, cùm VERBVM *caro factum est* *, per effectū nobis quotidie explicatur, & non aliundè, quàm de vmbilico virgineo, propinatur salus, quia nonnisi in filio virginis salus. Vnde Propheta nos prohibet *confidere in filijs hominum, in quibus non est salus* a.

* Ioan. 1. v. 14.

a Psal. 145. v. 3.

Mox respiciens filius ad tempus, quo pia mater vterum gestabat, *Venter* (inquit) *tuus sicut*, &c. Venter ille tuus, de quo mihi mundus iam clamat: *Beatus venter, qui te portauit* *. *Sicut aceruus tritici est*, quia prole distentus & tumidus; sed tamen *vallatus lilijs*, quia perpetuæ virginitatis * inanitate, sed veritatis plenitudine tumidus. Benè igitur *venter* ille virgineus, qui non phantastico & simulato, vt mentitur Manichæus, sed vero solidoque fœtu intumuit, ad confutationem eiusdem erroris *aceruo tritici* comparatur. Item in aceruo tritici rationalium animalium alimonia est *. Non triticum propriè cibus est hominum, sicut & hordeū cibus est iumentorum *. Quia ergo cibo vitæ, cibo Angelorum homines viraliter pascuntur, & eo venter virgineus tumebat, aptè etiam propterea aceruo tritici comparatur. Planè ex hoc aceruo tritici ad vitam pascentur æternam animalia rationalia, id est, homines; qui non despiciendo *comparati sunt iumentis insipientibus, & similes facti sunt illis* b. Ex hoc aceruo tritici viuunt *animalia pusilla cum magnis* c, quia benedicto effusa est omnibus, *qui timent Dominū pusillis cum maioribus* d. Ex hoc aceruo tritici impletur omne animal benedictione, cui manū suam aperit Deus. Non aliunde viuūt animalia

* Luc. 11. v. 27.

* Sic corrig. pro immanice. Christus non habuit corpus phantasticum.

* corr. nam.

* Mirè hæc deprauata in M.r posui, vt puto, correcta.

b Psal. 48. v. 13.

c Psal. 103. v. 26.

d Psal. 111. 13.

» animalia rationalia, quàm ex hoc aceruo tritici : quia non est vita
» hominibus, nisi in fructu ventris virginei, de quo dictum est virgini,
a Luc. 1. 7. 42. » *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui* [a]. *Non est*,
» inquam, *aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo nos oporteat sal-*
b Act. 4. 7. 12. » *vos fieri* [b]. Itaque non aliunde quàm ex aceruo illo virgineo vitalis ad
» nos manauit refectio, quam qui non percipit, iuxta Ioannis vocem,
c Ioan. 3. 7. 36. » *non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum* [c].

Duo lilia virginitatis incorruptio animi & corporis.

» Acerum istum tritici *vallauit* Dominus *liliis*, id est, candore cir-
» cumdedit perpetuæ virginitatis. Perpetua enim virginitate illam de-
» corari oportuit; de qua panis ciuium, vt etiam peregrinos aleret, cor-
» poraliter nasci voluit. Non dicitur *vallatus lilio*, sed *liliis*, propter duo
» lilia virginitatis, vnum intùs in animi proposito, alterũ foris in cor-
» pore incorrupto. Sine lilio exteriori, lilium interius non est: quia car-
» nis incorruptione non exstante *, nullum in animo virginitatis pro-
» positum est. Porrò sine lilio interiori lilium exterius nihil est, quo-
» niam sine proposito animi carnis incorruptio inanis est. Quippe car-
» nis integritas ad meritum nihil est, quæ per animi propositum Deo
» dicata non est.

* hoc est, nõ integrũ, non perfectum loquitur de iis quæ nõ innitæ carnis puritatem minui passæ. *Hailgrinus.*

HAILGRINVS notat posse intelligi *ventrem* tam corporeũ, quàm spiritualem, Deiparæ illum, quia gestabat triticum, quo pasci debebat columba, nempe Ecclesia; & *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ reconditi* [d]: hunc, quia quando in mente sua conseruabat omnia verba, & in corde conferebat suo, tunc coaceruabat triticum Euangelij, quod Apostolis postea exhibuit ruminandum.

d Col. 2. 7. 3.

ANACOGE.

§. 5. *Philo. Sacrificium Christi nunquam caret vero corpore & sanguine.*

CARPATHIORVM Episcopus Philo per hunc *aceruum* ad cœlestem Hierosolymam gradatim ascendit, hoc pacto; vmbilico vult comparari Sacerdotium CHRISTI *nunquam carens mixto*, cùm enim dicit (verba sunt eius)
» *nunquam carens temperamento* vel *mixto*, manifestum est de Sacerdo-
» tali dignitate intelligi; quæ quidem in tam diuino & salutari sacrifi-
» cio, & tam ineffabili sacramento, nunquam caret vero corpore, &
» sanguine IESV CHRISTI (*notet Caluinianus*) cui populus per fidem
» charitatemq; miscetur; id quod per aquam illam, quam Sacerdos vi-
» no miscet in calice, apertissimè docetur. Idémq; sacerdotium rectè *vmbilico* non absimile, & *tornatile* esse dixit, vt apertè doceret Sacer-
dotes mundos ac puros, & omni labe detersos, cunctisque vir-
tutibus benè tornatos esse oportere, nec aliud quidquam in tota
vita, & in omni re gerenda, quàm cœlestia sapere, & medi-
» tari, atque docere. *Sacerdotes tui induantur iustitiam; & sancti tui*
c Psal. 131. v. 9. » *exultent* [c], in vitæ rectitudine. Sic enim fit quod sequitur: *Ven-*
» *ter tuus aceruus tritici circumseptus liliis.* Sic vocari docet multi-
» tudinem seu cœtum totius Ecclesiæ: quia sicut ex multis granis vnus cumulus coaceruatur, ita ex multis populis vna omnium
» fidelium Ecclesia copulatur: vnus & idem fide CHRISTI populus,
» communione vnius baptismatis, & Sacramenti corporis & sanguinis
» IESV CHRISTI cogitur. & vt ex multis acinis vnus botrus com-
» pingitur; vniusq; liquoris vnda fluit: ita vnum drama populi vel
» chorus ex multis variisque personis constituitur, & vna fidelis spon-
» sa ac sancta ex infinita propemodùm credentium multitudine col-
» ligitur, vt sit *omnia in omnibus, vnus & idem Deus ac Dominus* Pater
» & Filius & Spiritus sanctus in cœlesti illa *Hierusalem quæ ædificatur*
» *vt ciuitas, cuius participatio est in idipsum*. Sed hîc primum *in liliis se-*
» *piri* & constipari debet, id est, in odoratissimis atque frugiferis
» virtutum actionibus, castissimisque colloquiis exerceri,
» mox ad cœlestem illam patriam fructus aliquid
» incorrupti deferre secum, vt vnicuique
» detur de fructibus manuum suarum,
» sinumque refertum virtuti-
» bus gerat.]

Ecclesia vna est.

a Psal. 121. v. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. III.

SECTIO III.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 3. Vers. 4. memb. 1.	» Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ *. Collum tuũ, sicut turris eburnea.	*Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, collum tuum, sicut turris eburnea.*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSAE NOVELLAE seu reliquiarũ.

CVR hæc nõ tribuã Ecclesiæ gentium, seu adultæ sponsæ, caussa in promptu est. nam tum hæc laudatio foret sponsæ nouellæ, quæ *cap. sequ. vers. 8.* negatur adhuc vbera habere: quo igitur pacto hîc eius vbera commendarentur? Deinde nihil potuit aptius ab hac tenellula sororcula dici adultiori, quæ quasi alma eius nutrix erat. Videmus enim infantulos vix quidquam præter nutriculæ vbera & collum nosse vel amare: illa fugunt & osculantur, hoc stringunt & amplexantur; in iis omnes spes & fortunas ponunt. Sicut vicissim nutrices cùm infantulos palpant, nasum, oculos, totúmque caput collaudant, & diffluuiantur. Quare seqq. mox commara, reddam Ecclesiæ adultiori.

VBERA] commendat ab æquali tumore, palpitatione, soliditate, rotunditate, consimilíque papillarum rubore. *Caprea* vox amatoria est.

COLLVM laudat à candore, nitore, læuore, celsitudine, rectitudine. *vide quæ dixi c. 4. v. 3. & 4. & c. 2. v. 7.* R. R. Salomon & Ioseph cæcus, volunt à Rege Salomone inter alia opera magnifica turrim quandam eburneam constructam. fides penes illos sit. Mihi certius est, sic Nasonem dixisse,

.... *impubesq́, genas, & eburnea colla.*

§. 2. MENS VERBORVM. *Philo.*

De *vberibus* & *collo* ad Historicum sensum plurima dd. vers. 3. 4. & 7. diximus; inde petant qui volent. Fides Ecclesiæ per *collum* optimè accipitur, quæ eboris instar, candida, solida, incorrupta. Adscribam dumtaxat, quæ hîc alij.

PHILO; *Duo vbera* duo populi Gentilis & Hebræus significari possunt; vel duo Sanctorũ ordines in Ecclesia militãte, religiosorum vnus,

vnus, prophanorum alter; item duo testamenta, & duo præcepta charitatis.] Ex his quatuor interpretationibus illæ, de duobus testamẽtis & præceptis charitatis, videntur meliores. « *Vbera sponsæ quæ sint*

IVSTVS; Duo testamẽta duobus *hinnulis capreæ*, id est, ex peccati traduce veniẽtibus populis coaptatæ. Ex his enim operibus nutriũtur, qui originali peccato obnoxij, in CHRISTO tanquam hinnuli renascuntur.] « *Iustus.*

Huc videtur etiam respicere THEODORETVS; qui *duo vbera* vult esse doctrinæ fontes nouos latices effundentes, quæ mentis aciem acuunt & spiritalem contemplationem docent. *Caprea* enim (inquit) ex videndi acumine *dorcadis* cognomen habet; & *hinnulus*, nouum significat. *collum* verò dicit factum candidum suscepto suaui CHRISTI iugo.] « *Theodoretus.*

Sed melius de collo Iustus; Notitia (inquit) Scripturarum, quæ frequenti meditatione conquiritur, velut *turris eburnea* in *colli* pulchritudine designatur. Idcirco autẽ *turris eburnea*, quia qui verbo Dei adsistũr, quotidiano profectu per nitorẽ iustitiæ in excelsiora proficiũr. « *Iustus.*

HONORIVS; quintus ordo est Doctorum, qui per *vbera* notantur, de quibus dicitur, *Duo vbera tua, &c.* quasi dicat, hi qui lactati sunt lacte vberum tuorum, hoc est, hi qui instructi sunt doctrina vtriusq; legis Doctores, sunt sicut duo populi ex Iudæis & Gentibus sub Apostolis cõuersi; qui fuerũt *sicut hinnuli*, quia ad studia religionis ascendentes; *gemelli*, quia in gemina dilectione feruentes; *filij capreæ*, quia bonas herbas à noxiis seligentis, id est, Ecclesiæ, bonos à malis discernentis. Caprea à canibus insecuta de rupe se præcipitat, & præmittit cornua, ne corpus lædatur. Ita conuersa Synagoga à persecutoribus insecuta, terrena contemsit, corpus ad supplicia dedit, ne anima læderetur. Huius filij per *vbera* lactati, erũt *hinnuli*, scilicet in CHRISTO renati, in fide & charitate *gemelli*, æstum vitiorum fugientes, & ad Martyrium pro CHRISTO currentes. Sextus ordo est religiosorum, qui per *collum* exprimuntur, de quibus subditur, *collum tuum sicut, &c.* hoc est, spirituales, qui Sunamitẽ CHRISTO verbis & exemplis iũgunt, vt collum caput & corpus coniungit; sunt *sicut turris eburnea*, id est, elephas, in virtutibus inexpugnabiles. Solẽt elephanti turres portare, de quibus pugnatur, sicut in libro Machabæorum legitur: sic spirituales viri sacram scripturam, quasi firmã turrim portant, ex qua contra hostes regni Dei pugnant. Sed & per eburnea castitas illorũ intelligitur, sicut illud animal castæ naturę esse perhibetur.] « *Honorius.* « *Doctores sunt vbera.* « a 1. *Mach. 6. v. 37.*

D. GREGORIVS; intelligit prædicatores, quia alti per contemplationem, & fortes per sanctorum operum exercitationẽ, & pretiosi per diuinam sapientiã habentur, & ideò *turri eburneæ* rectè cõparãtur. « *D. Gregorius.*

PHILO; de omnibus fidelibus faretur accipi posse, sed potissimùm censet accipiendum de Sacerdotibus; qui (sic ait) ministri fideles diuinissimum eius corpus administrant & sanguinem, salutis æternæ CHRISTIANO populo salutarem cibum ac potum, iis solis notum, qui gustarunt. Vt enim *collum* capiti proximũ est, atque coniunctum; *Philo.* « *Sacerdotes corpus & sanguinem Christi populo administrant.*

» iunctum; sic veri ministri Dei sacratissimo corpori ac sanguini IESV
» CHRISTI sanctissimè ac proximè adhærent, suntque ipsius collum
» maximè eburneum, quoties prima conscientia & sincera animæ cha-
» ritate diuina ipsa mysteria immaculatè celebrant atque contrectant.
» quemadmodum suprà *pixis eburnea* dicebantur, qui sordes animi nul-
» las admittunt, sed honestissima vita ac moribus diuinissimis sacra-
» mentis immaculatissimè ministrant.] Sic ille.

TROPOLOGIA.

§. 3. » PER *collum* (ait idem) purissimorum mandatorum Dei
» nitidam ac mundam obseruationem, integramque iusti-
» tiam, & vinculum sanctissimum, ac nexum fidelis animæ
» & IESV CHRISTI significat.]

Cassiodorus. » CASSIODORVS; pulchritudinem quidem, quæ per *candorem e-*
» *boris* designatur, castè & sincerè viuendo; robur verò præstant, quod
» significatur per *turrim*; quando eandem Ecclesiam contra tentatio-
» nes diaboli, vel impetus hæreticorum muniunt.]

Tres Patres. Physica & Ethica doctrina iuuant ad perfectionē. » GRÆCI verò monachi apud Theodoretum sic contemplantur; vt
» velint significari per *duo vbera*, Physicam & Ethicam doctrinam: his
» velut lacte animas imperfectas, vt ad perfectionem, quæ in CHRI-
» STO est, perueniant, nutriri; vt acutè cernant per contemplatio-
» nem, & celeriter operentur per actionem; quia nec actio sine ratione,
» nec ratio sine actione conducat. Rationis quoque vim, quæ vt *collum*
» capiti corpus reliquum, ita menti sensum connectit, *turris* instar per
» virtutem à rebus carnalibus ad spiritales ac cœlestes extollit; politam
» esse autem & puram instar *eboris*, quoniam ab inæqualitate, quæ in
» excessu defectuq; virtutis inest, & animas inquinat, est remotissima.]

Guilhelmus. » GVILHELMVS abit in eandem ferè meditationem. In interiore
» (ait) homine sensualitas propter infimum officium, quasi *corpus* est;
» ratio verò speculatiua, propter sui eminentiam, quasi *caput*: porrò
» ratio actiua, pro eo quod media inter sensualitatem est & rationem
» speculatiuam, quasi *collum* est. Quippe ratio quædam est speculatiua,
» quædam actiua. illa pars rationis quæ intendit speculationi æterno-
» rum excellentior est, tum pro dignitate officij, tum quia est quædam
» (vt ita dicam) primitia animi: illa verò pars rationis, quæ deriuatur
» ad dispositionem & dispensationem temporalium pro necessitate
» huius vitæ, pro eo quod vicinior est sensualitati, officio simul & me-
» rito minor est. Videtur ergo esse quasi *collum* animæ, id est, speculati-
» uæ virtutis, sensualitatisque, quasi corporis capitisque confinium.
» Hæc autem pars rationis eo ipso, quòd foras ad actionem egreditur,
» multimodis tentationibus quasi oppugnanda exponitur; eo ipso, in-
» quam, quòd iusta necessitate ad disponenda temporalia exit, in hoc

hoc *mare magnum & spatiosum manibus*[a] exponit de *reptilibus quorũ* « a Ps. 103. v.
est numerus. Necesse est ergo vt fiat *turris fortitudinis à facie inimici*[b], « 25.
ne oppugnata expugnetur: & quidem *turris eburnea* ex priscorum Pa- « b Ps. 60. v. 4.
trum exemplis per imitationem extructa. Ebur enim os elephanto- «
rum est, & hiomnes vt Abraham, Moyses, Dauid, &c. magni quidam, «
casti, fortesque elephanti fuerunt.] «

Denique AVGVSTODVNENSIS ille; *Duo vbera* animæ sunt sa- « Honorius.
pientia & scientia, quibus lactat insipientes & inscios; quæ sunt *sicut* «
hinnuli capreæ, qui semper alta* petunt, dum ad alta virtutum scande- « * locus valde corruptus in M.S.
re nituntur; *duo gemelli* sunt, dum in gemina dilectione cœlestia pe- «
tunt. *Hinnulum capreæ* dixit, ad distinctionem hinnuli ceruorum, qui «
velociter currit, sed non, vt ista; alta petit. *Collum* animæ est intelle- «
ctus, qui animam & spiritum iungit, sicut collum iũgit caput & cor- «
pus. Est sicut *turris eburnea*, quando intellectus est ab hæresibus in- «
expugnabilis. «

MIXTA INTER-PRETATIO, SEV DE DEIPARA.

Ic ille *in Comment.* sed, *in sigillo*, *Duo vbera* MARIÆ di- « §. 4.
cit fœlicia, quia suxit ea Dei sapientia; *capream* esse Ec- « Idem.
clesiam; *duos hinnulos*, duos fideliũ populos ex circumci- «
sione, & ex præputio, qui lac humilitatis & castitatis imi- «
tando suxerunt de vberibus B. Virginis. *Collum* etiam eius beatum, «
quia sæpè est brachiis filij Dei amplexantis circundatum; & ideò si- «
cut turris eburnea, quia castitate contra superbiam firmiter munitum.] «
Loquitur de castitate, cui humilitas est vnita, nam alias ipsa castitas
superbiæ patet.

Vidit hoc Rupertus, ideò plenius declarauit his verbis; Et ista laus « Rupertus.
liberæ opposita est vituperationi ancillæ, imò & ancillarũ, quę ex vna «
factæ sunt duæ. *Filii hominis* (ait Dominus ad Prophetam Ezechielem) «
duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt, & fornicatæ sunt in Ægypto, in «
adolescentia sua, fornicatæ sunt ibi, ibi subacta sunt vbera earum, & fra- «
ctæ sunt mammæ pubertatis earum[c]. Quanta iniuria seruilitatis in illa « c Ezech. 23.
tali subactione vberum, talique fractura mammarum! Et quantum « v. 2.
decus libertatis hic secundùm similitudines istas, videlicet hinnu- «
lorum gemellorum capreæ atque turris eburneæ! Ergo tu, ô libera «
Sunamitis, tu maximè, cuius *duo vbera* sunt gemella; sæculis omnibus «
inaudita virginitas atque fœcunditas. Tu, inquam, ô dilecta singu- «
laris, libera es ab omni iugo peccati, secundùm istas similitudines «
hinnulorum capreæ, & turris eburneæ. «

Universidad de Deusto
Biblioteca

Collum S. V. quid sit.

" Quid est *collum tuum* vel quale est collum tuum? vtique non extensum, imò amabiliter demissum, & hæc est humilitas tua, fortitudo " magna, fortitudo pulcherrima. Verè *sicut turris eburnea*, quæ & aspectu amabilis, & statura sit fortis. Cui fortis? cui amabilis? Deo fortis, " Deo amabilis: diabolo autem terribilis & inaccessibilis. Quomodo " ipsi Deo fortis? Nimirum sicut ex istis comprobatur exemplis. Quia " *si contra Deum fortis fuisti* (ait ipse ad patrem tuum fidelem Iacob) " *quanto magis contra homines* [a] *prævalebis*? Ad Moysen autem; *Cerno*, in-
a Gen. 32. v. 28.
" quit, *quòd populus iste duræ cervicis sit: dimitte me, vt irascatur furor meus*
b Exod. 32. v. 9.
" *contra eos, & deleam eos, & faciam te in gentem magnam* [b]. Et non dimisit eum, imò tamdiu luctatus est, vt videns Deus, quòd cum superare non posset, diceret ei; *Dimisi tuxta verbum tuum* [c]. Quali fortitu-
c Num. 14. v. 20.
" dine luctabatur iste vel ille? Profectò humilitate: sicut & de isto
d Psal. 105. v. 23.
" Psalmista dicit; *Si non Moyses electus eius stetisset in* [d] *contractione*, (id " est, in nimia humilitate) *in conspectu eius*. de illo autem Prophera Oseë cùm dixisset; *in fortitudine sua directus est cum Angelo, & invaluit* " *ad Angelum, & confortatus est*; confestim fortitudinis eius exprimens
e Ose. 12. v. 4.
" modũ, subiunxit, *Fleuit & rogauit eum* [e]. Igitur, ô dilecta, *collum tuum*, " quod est humilitas tua, *turris eburnea*, id est, fortissima est, atque pul- " cherrima; quam respiciens altissimus dedit tibi *gemellos* istos dulces " *hinnulos, duo vbera* hæc, virginitatem & fœcunditatem; & ecce habes " tria insignia hæc; tertium quippe humilitas tua est.]

Guilhelmus.

GVILHELMVS longè aliter *Hinnulos gemellos* interpretatur fideles vtriusque sexus, eo quòd vno partu à caprea (nempe Ecclesia) sint effusi, & in accipienda gratia non est distinctio apud Deiparam masculi & fœminæ; subdit; His MARIÆ viscera Saluatorem ediderunt, " his MARIÆ vbera Saluatorem nutrierunt. Nam sicut magnus ille
f Esa. 9. v. 6.
" *Paruulus natus est nobis* [f], id est, ad salutem nostram, ad vitam nostrã: " ita etiam nutritus est nobis. Pariebat nobis virgo mater salutem, at- " que eo ipso pariebat nos ad salutem; sacro lacte suo nutriebat nobis " vitam, atque eo ipso nutriebat nos ad vitam. Piis caput nostrum bra- " chiis suspendebat ad vbera sua, & nos ad eadem in illo suspendebat. " Nec sibi ille nascebatur, nec pascebatur, sed nobis: atque ideò nos, nos " in illo nascebamur, nos in illo pascebamur. *Duo* ergo *vbera* piæ ma- " tris; sicut *duo hinnuli gemelli capreæ. Estote* (ait ad discipulos Aposto-
g Gal. 4. v. 12.
" lus) *sicut ego, quia ego sicut vos* [g]. hoc est, congruite mihi, sicut ego con- " gruo vobis, per charitatis cõdescẽsionẽ. Sic nimirũ dicitur pię matri, " *duo vbera tua sicut duo hinnuli*, hoc est, duo vbera tua duobus congruũt " hinnulis. Planè congruunt eis, id est, infirmitati eorum lac propinant " dulcedinis, eo ipso quo illum nobis pro tempore nutrierunt, de quo " infirmæ animæ per Prophetam dicitur; *Iacta cogitatum tuum in Domi-*
h Ps. 54. v. 23.
" *no, & ipse te enutriet* [h]. Verè *duobus hinnulis*, id est, ex vtroque sexu e- " lectis *duo* piæ matris vbera congruunt, id est, imbecillitatem eorum " congruè fouent, & nutriunt, eo ipso quo nobis pro tempore nutritorem omnium nutrierunt.

Idem mox concludit; si per *eburneam turrim* exempla sanctorum illorum Abrahæ, Isaac, Iacob, Dauidis & ceterorum significantur: sanè DEIPARAM verissimè talem vocari; quæ multò sublimiùs ceteris ex ebore illo antiquo turrim fortitudinis cũctis hostibus tremẽdam exstruxit. Quippe antiquorum virtutes in suis moribus non modò perfectè expressit, verùm etiam in eisdem virtutibus superexcellenti gratia modum antiquorum longè excessit, vicitque singulos non tantùm in aliis, sed & in præcipuis eorum: Abraham in obedientia, Moysen in mansuetudine, Dauid in humilitate, &c.]

B.V. omnes homines virtute superavit.

Hailgrinus.

HAILGRINVS acutè obseruat, in *turri* significari refugium miserorum; in *ebore* præter candorem castitatis & firmitatis cõstantiam, etiam quod ebur est os elephantis, qui habet inimicitiam naturalem cum dracone: beata virgo autem pugnam habet perpetuam cum serpente antiquo, vt nos ab illo tueatur.

Alanus.

ALANVS denique *duo vbera* exponit carnem virginis ab omni cuncupiscentia mundatam & virginitate decoratam; & animam virtutum deliciis refertam; quæ vocantur *vbera*, quia ex iis CHRISTVS suxit specialiter iucunditatis & dilectionis pabula. *Capream* vult esse CHRISTVM, & huius duos hinnulos esse carnem & animam CHRISTI, quibus cum carne & anima virginis maxima fuerit similitudo.

ANACOGE.

§. 5. Philo.

Philo notat per *duo vbera* significari geminam beatitudinẽ animæ & corporis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. IV.

SECTIO IV.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 4. memb. 2.	„ Oculi tui sicut piscinæ in „ Hesebon, quæ sunt in „ porta filiæ multitudinis.	*Oculi tui tanquam stagna in Esebon, in portis filiæ multorum.*

LITTERA A.

§. 1. VOX SPONSAE ADVLTAE.

PROPTER Dialogismum separaui huius cõmatis membrum primum à secundo. Ceterùm hæc comparatio, & sequentes non indecoræ videbuntur scienti sponsum, qui rusticanam, & pastoritiam degebat vitam, ex ipsis agris Iudææ, solere, quæ ipsi pulcherrima, amœnissima, & visu dignissima visa, seligere, & earum similitudine dotes sponsæ in maius efferre; quas vt maximas indicet, ingẽtium rerum vtitur comparatione. Non vt magnitudinem quantitatis comparet (non ita desipiebat) sed magnificentiæ & pulchritudinis, vtilitatisque præstantiam; quasi diceret, nihil vtilius, nihil pulchrius, nihil magnificentius esse.

עין *hendiu.*

Quod ad hũc quidem locum spectat, sicut Hebræis nomen idem est fonti & oculo, sic etiam natura (cuius ductum in nominibus imponendis Hebræi sequuntur) iisdem multa voluit esse communia. fontium, stagnorum, seu lacuum, piscinarúmque (pro iisdem nunc sumo) laus est, si liquido humore abundent, si pelluceant, si speculorum more reddant imaginem intuentis: in oculis primę laudi respondet copiosus humor aqueus, secundæ vitreus, tertiæ cristallinus, in his tribus tres illas dotes licet reperire. nam & oculi copiosè humidi sunt, & visionem transmittunt, & imaginem repræsentant. Piscinis præterea illud cum hoc cristallino humore commune est, vt cùm eius origo latenter subtus scaturiat, extima tamen superficies foris serena, stabilis, & quieta perseueret. Lectissimis ergo piscinis oculos comparat, tum propter eorum speciem; quæ tribus illis humoribus aptè temperatis, nitida, pellucida, &, speculari more, fidelis in pupula repræsentatrix imaginum est: tum vt quietis & serenitatis nomine oculos cõmendet: nam stabilitas ista lumẽ & splendorem

Oculis ætonibus multa sint communia.

dorem adauget, & indicium est internæ grauitatis, simplicitatis & constantiæ; sicut crebra nictatio palpebrarum, & velox orbium huc illuc motitatio, vel organi malè affecti, vel animi leuis, timidi, fallacis, nota reputatur. Vnde parùm concinnè hoc loco Paraphrastes quidam, qui sponsam à crebris oculorum nictibus laudauit. *Portæ* meminit tũ propter loci situm, tum, vt doceat oculos animæ ianuam esse; & illos quoque amplos, & decenter apertos fuisse; quos bouinos veteres vocabant, & Homerus sorori ac coniugi Iouis attribuit.

PISCINÆ] Sic Symm. κολυμβήτραι. D. Ambros. vertit; *stagna*, nempe viua & piscosissima.

HESEBON] Falsi fuêre Aqu. & Abenezra putantes non esse nomen proprium, & cogitationes, vel numeros significare. Malè quoque Iarrhius, & Ioseph Cœcus, qui Ierosolymam sunt interpretati, eo quòd hæc vrbs populosissima. In quorũ errorem incidit auctor quidam recentior, & eo grauiorem, quia putauit hæc ad probaticam piscinam referenda quæ Ierosolymis erat; & coniectura luxurians anagrammatisinum hic latere inter IEBVSE (quod nomen ait Hierosolymæ fuisse) & HESEBV. Vide quid sit coniecturæ audaciam cum Hebræi sermonis imperitia iungere? Hierusalem non fuit dicta יבוסה: IEBVSE sed יבס IEBVS, vel יבוס *Iebus*. Altera vrbs non fuit dicta חשבו, HESEBV, sed חשבון; HESEBON per *Heth* & *Scin*, cùm in IEBVS sit *Samech*, & desint *Heth* ac *Nun*. postea *Esebon* vocata fuit, ESBVS teste Eusebio; & Ptolomæo dicitur Esbutha, sed hæc nomina diu cœpêre post Salomonem. Oppidum fuit in confinio Gadditarum & Rubenitarum, vnde videtur aliquando his, aliquando illis tribui; Rubenitarum tamen sortis, *Num. 32. v. 37.* fuit a Seon Regis Amorrhæorum metropolis. A quis locum copiosum fuisse satis locuples testis est hoc loco sacra Scriptura; & inde ortus satis grandis fluuius versus Iazir labitur, tandem verò in Iordanem illabitur; alius ab Arnone. Erat vrbs in edito loco, vt & ceteræ fermè veterum vrbes, & ideò fontes & putei, vt plurimùm extra vrbes erant [b].

Iosu. 18. v. 27. Iud. 19. v. 11.

a *Num. 21. v. 26. Iosu. 9. v. 10. & c. 13. & 21.*

b *Iud. 7. v. 7. & 1. Reg. 9. v. 11.*

Quare quod sequitur QVÆ SVNT IN PORTA] interpretor ad portam. Crediderim loqui non de Ierosolymæ porta eodem nomine, vt quidam coniicit; sed de porta Hesebonis, quæ dicta fuerit porta Rabbath, idque duabus de caussis; primò quia hæc porta tendebat versùs Philadelphiam, quæ à Græcis olim Areopolis, ab Hebræis dicta Ar, Aroër, & Rabbath Moab; quod nomen à populi multitudine videtur oppido inditum; & hinc porta Hesebonis, qua exibant, qui versùs Rabbath, vel Rabbam profecturi, vocata porta Rabbath, vel Rabbim. Sicut hodie dicitur porta Bruxellensis, qua Bruxellam itur. Altera ratio, quia, cùm ad has celebres piscinas frequens incolarum & aduenarum concursus esset, fiebat vt porta, quæ vicinior piscinis, plena semper foret hominibus vltrò citróque commeantibus: accedebat quòd olim prope portas erat forum rerum venalium, & iudicia ibi exercebantur [c], conciones quoque habebantur [d]. aptissimum itaque portæ nomen, & quidem vrbis præcipuæ

c *Gen. 23. v. 10. & 18. Deut. 21. v. 19. Ruth 4. v. 1.*

d *Proverb. 8. v. 2. Ierem. 17. v. 19. Amos 5. v. 10.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

fuit, *Batrabbim*, quod significat filiam multitudinis seu multorum; vt vertere nostri, Lxx. & Symm. & exposuit Iarrhius. Notandus autem idiotismus, *porta filiæ multitudinis*, pro; porta multorum seu multitudinis, seu porta populosa, vt benè VVilleramus. Sæpenumerò enim Hebræi *filiorum* nomen addunt dumtaxat ornatus causa, vt apud Prophetas, *porta filiorum populi* [a], pro porta populi; & *via filiæ populi* [b], pro via quæ populo frequens, & alia huiusmodi passim occurrentia [c].

a Ierem. d. v. 19. & Thren. 2. v. 12. & cap. 4. v. 5.
b Ierem. 4. v. 11.
c Leuit. 10. v. 17. Num 22. v. 5. Iudic. 14. v. 16. 2. Paral. 35. v. 7. Esa. 22. v. 4.

§. 2.

MENS VERBORVM.

Cùm adhuc nouella sit hæc sponsa, vel necesse est hæc referas ad virtutes animi, conscientiæ puritatem, & intentionis sinceritatem, & bonarum cogitationum abundantiam (*sic D. Ambros* [d]. *& Theodoret. hic*) simplicitatem quoque, lumen, ac sinceritatem intellectus; quæ dona teneris reliquis iam sponsus erat largitus. Eóque melior hæc interpretatio videtur, quòd etymologiâ Hesebonis Philo tradiderit significare rectas, sinceràsque cogitationes. Sanè notũ est oculi nomine purã intentionẽ à CHRISTO Domino significatam [e]. *Piscinæ* quoque hæ fitæ dicuntur prope portam, hoc est, eundem Saluatorem nostrum, qui se *ouium* [f] *ostium* esse profitetur; & verè est ostium multitudinis; per quod ingredi debent, quotquot regni cœlorum incolæ sunt futuri.

d Serm. 16. in Psal. 118. Philo.
e Matt. 6. v. 22.
f Ioã. 10. v. 7. & 11.

IVSTVS, per *portam* CHRISTVM intellexit, sed per *piscinas* Doctores, qui constituti sunt in porta, CHRISTO QVE, sicut aquæ irriguæ ad erudiendos populos; & dici *piscinas*, quia Spiritûs sancti impleti sunt scientia. de quibus mysticè capiendum illud nostri Salomonis; *Extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluas & lignorum germinantium.*] Quam interpretationem plerique Patres sequuntur, & vt vera sit, necesse est intelligas de Doctoribus saltem adultæ sponsæ, qui magistri quoque nouæ; vel de illis quos iunior sponsa pòst erat producturus. VVILLERAMVS;

g Eccl. 2. v. 6.

VVilleramus.

» *Doctores veri piscinis assimilandi,*
» *In foribus portæ quæ sunt vrbis populosæ,*
» *Sic bona prospiciunt hic quos baptismate tingunt*
» *Vt mentes oculi; dantes quoque pocula verbi,*
» *Zona mœroris permittunt gaudia cinctis,*
» *Vt præsens gemitus det veri gaudia risus.*
» *Ante fores vrbis piscinis est locus istis:*
» *Nec patet ad vitam veniendi copia cuiquam,*
» *Ni per Doctores lauet in baptismate sordes,*
» *Atque salutarem verbi bibat inde liquorem.*
» *Vrbs Catholica stat nomen filia turbæ,*
» *Vtpote cui ciues numerosa frequentia plures*
» *Addere non cessat, dum mundi clausula restat.*

Vbi *Hesebon* interpretatur zonam mœroris, Cassiodorum secutus; qui exponit cingulum doloris.

Honorius.

HONORIVS; septimus ordo est Prælatorum, qui per *oculos* notificatur, de quo sequitur; *Oculi tui, &c. Hesebon* est ciuitas, vnã tantùm habens

habens portam; in qua est fons viuus, qui efficit multas piscinas, in quibus ingredientes vrbem abluunt se; & quæ abluenda sunt eis, & nemo potest ingredi ciuitatem, nisi per eas. *Hesebon* dicitur cingulum mœroris, & intelligitur Ecclesia, quæ ad se venientes cingit mœrore pœnitentiæ; qui etiã non possunt intrare per eã; nisi per portam fidei, & per fontem baptismatis, qui licet multa loca repleat, tamen vnus baptismus est. *Oculi* Synagogæ sunt *piscinæ in Hesebon*, id est, prouisores eius presbyteri, sunt sicut prælati Ecclesiæ; qui sunt pleni fluẽtis doctrinæ, & qui infideles prædicando ducunt per portam fidei, & per fontem baptismatis in Ecclesiam, in qua est mœror pœnitentiæ, & potant eos aquis sapientiæ, quæ piscinæ sunt *in porta filiæ multitudinis*, id est, in introitu Synagogæ ad CHRISTVM, quæ est filia multitudinis gentium, quia multiplicitas gentium generabit Synagogam per Euangelium quasi filiam, & piscinis sacræ intelligentiæ copiosè perfundet eam.]

Hesebon ciuitas significans Ecclesiam.

GVILHELMVS, *Hesebon* dicit esse sanctam Ecclesiam, quæ dum in se lætitiæ sæcularis fluxum restringit, pieque recogitat illud *sapientis cor vbi tristitia est, cor autem stultorum vbi lætitia est* [a]; præcingit se quodammodo cingulo mœroris. Dici verò *filiam multitudinis*, quia scriptum est, *multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna* [b]. dici *portam*, quia per fidem in Ecclesiam intratur: & fidem non habentes teste Apostolo [c] *foris* sunt. In hac porta sunt *piscinæ* copiæ spiritualium grariarum. Nam *vbi olim abundauit peccatum, superabundat & gratia* [d]. olim ibi regnauit Rex Amor rærorum Seon, id est, diabolus caput omnium impiorum, & tunc erant cisternæ aquarum turbidarum & nimis exitiálium: sed vrbe Hesebon à viris Israël capta, & translata de potestate tenebrarum in regnũ lucis, regnante iam in ea Rege gloriæ, *porta* eius est fides, & in hac porta exhaustis illis cisternis, piscinæ scaturiunt aquarum viuarum, & pellucidarum, quia in fide per dilectionem operante omnis efficacia est spiritualium gratiarum. *Piscinæ* hæ potum nobis præstant ad restinguendam sitim m lorum desideriorum; & lauacrum ad diluendas sordes peccatorum.

Guilhelmus.

a 2 Eccles. 7. v. 5.
b Act. 4. v. 32.
c 1. Cor. 5. v. 12.
d Rom. 5. v. 20.

TROPOLOGIA.

§. 3.

Honorius.

OCVLI animæ sunt intentio & ratio, quibus videt virtutes & vitia; quæ sunt *vt piscinæ in Hesebon*, scilicet aquis cogitationum plenæ, semper cingulo mœroris (quod Hesebon sonat) circumdatæ. Semper enim mœret anima dum intendit inferni supplicia, & cœlestis regni gaudia. Et hæ piscinę sunt *in porta filiæ multitudinis*, quia omnes homines exeũt per eam.] sic HONORIVS; cui & de etymo, & de ceteris consentit D. Gregorius; ad flerum quoque, ob nouissimorum cogitationem, refert D. Ambrosius *d. serm. 16. in prin.* alludens ad Aqu. versionem.

Oculi anima intentio & ratio.

Gregorius.

Ambrosius.

Longè aliter exponunt TRES PATRES, & aliam significatio-

Tres Patres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» nem proponunt, his verbis: Animæ tuæ potentiæ speculatiuæ *tanquam piscinæ* aquas quæ in se influunt colligentes in diuinæ vbertatis » (id enim significat *Hesebon*) per virtutem incremẽto, sensuum opera; » per quos, quasi per *portam* quandam in animam intellectiuam cogni- » tio rerum ingreditur; ex varia rerum natura colligunt cognitionem, » quæ ex contemplatione comparatur.]

Philo. » PHILO adhuc aliter, vbi conscientiæ puritas (inquit) illic est & » cogitationum rectitudo ac probitas. *Hesebon* enim puræ ac rectæ co- » gitationes interpretantur. Nam quod corde videmus, id interna lu- » ce mentis intuemur. Lumen enim cordis animæ sunt *oculi*; qui qui- » dem non solùm visibilia & peritura, sed & intellectibilia, ac sempi- » terna longè prospiciunt, atque diiudicant. Hi *stagnorum* vice benè » beateque multiplicantur in anima collectione virtutum; ex hisque » cogitationes animæ ex rectis sensibus Scripturæ sacræ, & ex vera Dei » scientia confirmatæ, ad propriam communemq; salutem complentur, » atque redundant, ob id stagnis assimilatæ, quòd è sacrarum litterarum » fluentis ac cognitione rerum diuinarum humanarumq; instructi, & » rerum gerendarum honestate benè culti animi, dilatantur ac exube- » rant. *In portis verò filiæ* idcirco dicitur, quòd ex multis Ecclesiis atque *Sacramenta sunt ianuæ nostræ salutis.* » populis vna sancta & immaculata CHRISTI sponsa coadunata est, » atque coniuncta iisdem sacramentis IESV CHRISTI; quæ veræ atque » rectæ ianuæ nostræ salutis sunt, & tutæ ad cœlestis vrbis ingressum.]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.* » IIS *piscinis* (ait GVILHELMVS) assimilantur oculi piæ matris. nam plena erat oculis, & vtique multò plenior, quàm quodlibet illorũ quatuor animaliũ de quibus scriptũ est, *quod in circuitu & intus plena sunt oculis* [a]. Plena inquam erat oculis prouidentiæ sine intermissione, *prouidẽdo bona, nõ tantùm coram Deo, sed corã hominibus omnibus* [b]. Planè hos oculos eius nullus vnquã vel tenuis carnalis illecebræ puluis fuscauit: nullus vel modicus æmulationis siue iracundiæ motus turbauit; sed ad instar aquæ viuæ, puri semper, atque perlucidi fuêre, quia nihil in se turbulentum siue puluerulentum habebant; sed quandam aquæ viuæ, id est, cœlestis gratiæ similitudinem exprimebant.]

[a] *Ezech. 1. v. 18.*

[b] *Rom. 12. v. 17.*

Rupertus. » RVPERTVS autem; in quo *oculi tui* sunt *piscinæ*? nimirum in eo » quòd non deficiunt eis aquæ, & tu maximè præ cunctis mortalibus semper

semper cõpuncta corde, dicere potes; *Fuerũt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte* [a]. propterea dixi *sicut piscinæ in Hesebon*, id est, in maxima compunctione. *Hesebon* quippe interpretatur cingulum mœroris, vnde & congruè nomen hoc significat magnitudinem cõpunctionis.]

[a] *Ps. 41. v. 4.*

Obseruatè & scitè ALANVS in hæc verba; *oculi* virginis dicuntur, vita contemplatiua & actiua; in actiua videt quid agendũ, in cõtẽplatiua quid diligendũ. Comparantur istæ *piscinis*, quia virginem spirituali refectione satiant, & à macula peccati liberant. Hæ sunt *in Hesebon*, id est, in cingulo mœroris. Virgo enim quantùm ad actiuam vitã vallatur cingulo mœroris, pro diuturnitate laboris & miseriæ; quantùm ad contemplatiuam, pro dilatione patriæ. Quæ *piscinæ* sunt in Ecclesia, hoc est, *in porta filiæ multitudinis*. nam sancta Ecclesia dicitur multitudinis filia, quia numerositatem gentium quotidie colligit. *Porta* est fides, vel lauacrum baptismi, per quod patet aditus in Ecclesiam Dei. In porta ergo filiæ multitudinis sunt istæ piscinæ: quia per fidem Ecclesiæ comparantur prædictæ vitæ.]

Alanus.

Ecclesia est multitudinis filia.

Honorius. HONORIVS hoc loco incuria librarij mutilus est, ideò adscripsi assteriscum. verba sunt; *Oculi tui* beati, quia viderunt, quæ Reges & Prophetæ non meruerunt videre: vel, *oculi* virginis sunt, eius doctrinæ verba, hoc est, **. *filiæ multitudinis*, quia multitudo fidelium per eam intrabit in regnum cœlorum.] tantùm ille.

Hailgrinus. HAILGRINVS Cardin. hîc animam peccatricem ad medullam Deiparę adducit. *Filiam multitudinis* ait dici, non tãtùm vnius patris, animam peccatoris, quæ non est CHRISTI filia, sed tot dæmonum, quot vitiis est polluta. *Porta* huius filiæ, est porta oculorũ, per quam frequenter intrant, quæ animam deprædantur, iuxta Ieremiam [b]. Verùm cùm hæc anima pœnitet, tum in porta nascuntur *piscinæ*, id est, copia lacrymarum *in Hesebon*, cingulo mœroris. nam mœror pœnitentiæ cingit hominem, & restringit peccatorum saniem, sicut ruta cingit vulneratum, & restringit sanguinis fluxum. huius cinguli defectum deplorat Esaias [c], *non est malagma apponere, neque alligaturas, neque oleum*; commendatur ergo B. virgo à gratia lacrymarum, quòd sic abundauerint oculi eius in lacrymis deuotionis & amoris, sicut abundant lacrymæ pœnitentiæ in oculis peccatoris.] ô fœlicior Axa [d], suspirans in asina casta corporis tui! ad hanc enim figuram possumus traducere, quæ ad animam Rupertus.

[b] *Thren. 3. v. 51.*

[c] *Isai. 1. v. 6.*

[d] *Iud. 1. v. 14. Ios 15. v. 18.*

ANACOGE.

§. 5. *Repertus. Per Deiparã facilis est ascensus in cœlum.*

PEr Deiparam facilis est adscensus in cœlum, animæ illam imitanti, quæ ideirco SCALA COELI nuncupatur. Egerat de pia matre RVPERTVS, & confestim per hanc scalam sic ascendit: Quæ sunt, inquit, *in porta filiæ multitudinis*, id est, in prima portione terræ promissionis. *Hesebõ* quippe ciuitas fuit Regis Amorræi Seõ, & ipsa data est filiis Ruben in possessionem trans Iordanem. *Filij autem Ruben* (ait [a] scriptura) *& Gad venerunt ad Moysen & Eleazar Sacerdotem, & principes synagogæ, dixerunt terram illam, præcepitque Moyses Eleazaro & Iosue filio Nun, & principibus familiarum dicens: si transierint filij Gad, & filij Ruben vobiscum Iordanem omnes armati ad bellum, date eis terram Galaad in possessionem.* Rectè ergo dicitur, quę sunt *in porta filiæ multitudinis*, quia prima fuit possessio gentis, quæ in Ægypto multiplicata ingrediebatur terram promissionis. Hoc ad mysterium valdè pertinuit, scilicet *piscinas* taliter designare, *quæ sunt in porta multitudinis*. Sunt enim prima experimenta supernæ dulcedinis beatæ possessionis: ità vt iã veracitér dici possint *terra promissionis*, secũdùm magnũ sacramentũ scripturę dicentis; *cùmque cœpisset eã* (videlicet Cariathsepher, quod interpretatur ciuitas litterarum) *Othoniel filius Cenez frater Caleph minor, dedit ei Caleph Axam filiam suam coniugem, quam pergentem in itinere monuit vir suus, vt peteret a patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleph; Quid habes? at illa respondit: Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleph irriguum superius, & irriguum inferius* [b]. Secundùm facti huius similitudinem irriguum superius accipit anima, cùm se in lacrymis cœlestis regni desiderio affligit: irriguum verò inferius accipit, cùm inferni supplicia sedulò pertimescit.

[a] *Num. 32. v. 1.*

[b] *Ios. 15. & Iud. 1.*

Igitur in his verbis, *oculi tui, &c.* sensus mysticus est, ac si diceret; oculi tui præ amore vel desiderio dilecti, quo langues, & compungeris, fluunt lacrymis, & istæ lacrymæ *piscinæ sunt in Hesebon*, id est, aquæ manantes cingulo mœroris: ista compunctio, terra est irrigua aquis, principium quoddam æternæ dulcedinis & hæreditatis: sicut illa Hesebon & terra trans Iordanem, prima fuit possessio terræ promissionis illi *filiæ multitudinis*, scilicet plebi Israëliticæ; cuius multitudine non pauciores sunt, qui ascenderunt, vel ascendunt, vt repromissionem accipiant æternæ hæreditatis.] Ita Rupertus, cui adde, eos ex regno Seon (diaboli) transire in regnum IESV CHRISTI ab æterno præparatum, &c.

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.	*Naris tua sicut turris Libani prospiciens faciem Damasci.*	" Vers. 4. " memb. 3. "

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM SPONSAE.

COMPARATIO nõnulla quidem sumitur à forma, quòd decenter erectus esset *nasus*, & planus, & vndique æqualis; non verrucosus, aut simus, aut obtortus: potissima tamen accipitur ab officio, & vtilitate. Veterum turres à fastigio in mœniana quædam sensim exporrigebantur, quæ leuiter prominebant deorsùm foraminibus suis instructa, vnde lapidibus & aliis telis, hostium ascensio, & impressio impediretur. *Nasum* ergo, decus faciei, indicat talem esse, qui pulchritudini oris addat maiestatis non parùm: adeò vt quantùm illa adspicientes in amorem allicit, tantùm hæc lasciuos intuitus & conatus cohibeat, repellatque. Competentis magnitudinis *nasus signum* est probi odoratus. nam hoc membrum, odores malos à bonis discernens, hominem monet, quæ aspernari, & quænam ori admouere oporteat. Est etiam symbolum multi spiritûs, & animi magna atque ardua voluentis, iuxta Maronianam illam equi generosi descriptionem, qui

Collectumq; premens volvit sub naribus ignem.

Nasus decus faciei.

Ideò *nasum* dicit *similem turri, quæ in Libano fundata*, hoc est, (iuxta Aponium) in domo saltus Libani [a]; vel quod magis suspicor, alteri cuidam speculatoriæ & bellicæ, vnde Damascus cernebatur: ex qua speculatores cunctos Syrorum conatus, atque insidias quasi subodorabantur, atque ita quid facto foret opus [b] significabant: vel si mauis simpliciùs; quæ situ Damascenam vrbem versùs spectabat, vt indicat versio LXX.

[a] *3. Reg. 7.*

[b] *Hoc tenent ires Patres apud Theodor. & Honor.*

PHILO; *Libanus* dealbatio; *Damascus* sanguinem bibens, vel potus sanguinum] meliùs diceret, Ruber saccus.

§. 2. MENS VERBORVM.

Quidam hæc ordini certo in Ecclesia tribuunt, quorum sententiã postea proponam. malo, vt donum ipsi Ecclesiæ nouellæ à sponso donarum, accipere. significat enim *Nasus* iudicij prasitãtiam, prudentiam, & discretionem spirituum (*sic Theod. Cassiod. VViller.*) & vim

Nasus quid significet.

Universidad de Deusto
Biblioteca

discernendi virtutes à vitiis quibusdam fallacibus (*sic Philo, & tres Patres, hic, & Gregor. lib. 31. Moral. cap. 30.*) simul etiam rerum terrenarum despicientiam & magnanimitatem, quæ per fidem fundamenta iecit *in Libano*, (qui est CHRISTVS teste Honorio) & ex hac turri contemplatur conatus *Damasci* (hoc est, sanguinei facti) nempe eius, qui *homicida fuit ab initio* [a], & animarum necem semper sitit diabolus (*sic Greg. Cassiod. Honor. VViller.*) carnis quoque insidias subodoratur, quæ sanguine, hoc est, peccato, nequit satiari, & ex ADAMA seu rubro limo fuit formata, vel (quod magis placet) reiicit & discutit molimina idololatrarum, & Antichristi partiariorum; quod indicat Theodoretus. Huiusmodi fides in CHRISTO fundata, & ideò zelus prudentia temperatus in Ecclesiæ huius nouellæ facie relucens indicatur, omnia lasciuiæ & impudentiæ seductorum iacula facilè auersuræ, & à se amoliturę. De prælatis Ecclesiæ nonnulli accipiunt; qui hoc nomen mereantur; quorum munus est, velut in specula excubare, & intentio esse debet conari, vt Ecclesia (hoc est, Ierusalem) Damascum vsque prorendatur, iuxta vaticinium Zachariæ [b].

a Ioan. 8. v. 44.

b c. 9. v. 1.

Copiosiùs hunc sensum PHILO ceteris dilatauit, in hanc sententiam: *Nasus* sponsæ acutissimi sensus iudicium salutare, & bonorum atque malorum discrimen tropicè indicat. per *nasum* enim fœtulenta atque corrupta à benè olentibus, sinceriſque discernimus, & odores omnes, & rerum mixtarú halitus dignoscuntur. Quæ cuncta ad pastores animarum pertinent, & eos omnes, qui ceteris regendis & gubernandis præficiuntur: ne sint immanes ac sæui sanguinem subditorum appetentes; ne auctoritate abutantur, & in illud Ezechielis incidant; *sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia* [c]. Sunt enim permulti nomine, sed valdè quàm pauci re pastores: qui cùm ipsi malè viuant, & turpiter agant, simulantes bonos mores & probitatem, à nemine reprehendi volunt: sed, cùm arguuntur, excandescunt, ac fulminant; iidemque audaces facti & insolentes, subditis imperant vt taceant, minantur vt sileant, & ni illicò paruerint, vinc. Exec. 34. v. 4.

Multi nomine, sed pauci re pastores.

cula & carcerem intentant & mortem. Væ pastoribus huiusmodi, si hoc nomine digni sunt, qui semetipsos ad gehennam miserrimè pascunt, & oues crudeliter lacerant ac mactant. At qui veri pastores sunt à Domino electi, mites sunt & perhumani, misericordiaque & pietate ornati, constantia quadam, & grauitate condita, edocti ab eo qui dixit; *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* [d]. Hæc duo signa certissima sunt Spiritus sancti; iusta mansuetudo animi in proximum, & vera cordis humilitas in Deum. Debent ergo pastores omnes atque rectores, misericordes esse, atque benigni cum grauitate quadam, constantiaque referti & temperati. Ob id enim in Leuitico, tanquam minùs idonei respuuntur à Sacerdotio, *qui paruo vel grandi, vel torto naso* fuerint [e]: quod illa iudicandi atque censendi temeritatia careant & virtute, quam discretionẽ appellant; quæ quidẽ gubernatorib⁹ maxima virtus est maximè necessaria. Deinde addit esse, qui per nasũ sponsę B. Paulum Apostolũ significari velint; & egregiè illi

d Matth. 11. v. 29.

Signa certissima Spiritus S.

e Leu. 21. v. 18.

illi accommodat. Lege, pro conuersionis B. Pauli festo.

Honorius

HONORIVS autem; octauus (ait) est ordo discretorum, qui per *nasum* innuitur. Rex sapientissimus fecit in Libano delectationis gratia turrim altissimam, de qua prospiceret contra Damascum, quæ est metropolis Syriæ, cuius habitatores impugnabant hanc turrim. Ibi etiam (vt fertur) Abel occisus est [a], & ideò dicitur sanguinem bibens, vel sitiens, quia ibi imprimis terra aperuit os suum, & bibit humanum sanguinem. *Libanus* dicitur candidatio, & significat CHRISTVM, qui in se credentes facit candidos in baptismate, siue in virtutibus. *Turris* in hoc monte posita est Ecclesia Doctoribus & Scripturis munita; *contra Damascum*, id est, diabolum humanum sanguinem sitientem respicit, vt eius insidias præuideat, & suos ciues per cautelam muniat. *Nasus* Synagogæ est *sicut turris Libani*, id est, discreti in ea sunt sicut sapientes Ecclesiæ CHRISTI; qui sicut nasus odores, & fœtores discernit, ita veros à falsis Christianis secernunt, & qui sunt firmi, & muniti contra insidias diboli, & vigilanti cordis intuitu *contra Damascum*, id est, diabolum *respiciunt*, vt hostes ab eo immissos, id est, vitia, declinent.]

a Gen. 4. v. 8.

D. Gregorius

D. GREGORIVS accipit de prædicatoribus: In naso (inquit) odoris discretio habetur. Per *nasum* ergo discretio prædicatorum designatur: quia per eos nobis virtutum odores, & vitiorum fœtores demonstrantur. Sed *nasus sicut turris Libani* existit: quia dũ semel peccatores aqua baptismatis lauantur, & quotidianis lacrymis à peccatis, quæ contra Deum commiserunt, dealbantur, digni fiunt, vt ad altiora magis ac magis per fortitudinem erigantur. Sed turris *contra Damascum respicit*, quia peccatoribus semper quilibet prædicator contradicit. *Damascus* quippe sanguinem interpretatur, & peccatrici genti dicitur; *Manus tuæ plenæ sunt sanguine* [b].]

b Esa. 1. v. 15. Theodoretus.

Sed his omnibus antiquior fusiùs de *Damasco* differit THEODORETVS, simul Esaiæ vaticiniũ cum isto coniungens, verba sunt: Iudææ *nasus*, propter inobedientiam & audaciam effrenatam, circulum tanquam frænum accepit, vt taurus cornu petens, legis minas. Nam *Israel vt vacca lasciuiens* [c] declinauit. At sponsæ *nasus* est *sicut turris*, &c. celsus enim est ac sublimis, & cœlestem suscipit odoris suauitatem, sponsique vnguentum percipiens clamat; *Post te in odorem vnguentorum tuorum* [d] *curremus*. *Turris*, inquam, *in Libano* sita quæ *respicit Damasci faciem*. Nam quia diabolus, vt asserit B. Paulus [e], *in Angelum lucis transfiguratur*, vnguentique spiritalis speciem sumit, necessariò sponsæ *nasus* erectus ac vigilans respicit faciem Damasci, ne decepta verum vnguentum omittens, fallax & adulterinum sequatur. *Damascum* autem pro gẽtilibus & impietate, quæ eo tempore vigebat, frequenter ponit Scriptura. Vt cùm B. Esaias ea quæ ad Domini ortum pertinẽt [f] prænunciaret, atque ex Spiritus sancti persona dixisset; *Accessi ad Prophetissam*, id est, ad virginem, *& concepit, & peperit filium*: subiicit dicens, *Et dixit Dominus ad me: voca nomẽ eius, celeriter spolia, deprahe, velociter prædare. Quia antequã sciat puer vocare*

c Osee 4. v. 16.

d Cãt. 1. v. 4.

e 2. Cor. 11. v. 14.

f c. 8. v. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" *patrem aut matrem, auferet fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ, co-*
" *ram Rege Assyriorum.* Adhuc scilicet puer existens *Regem Assyrio-*
" *rum*, id est, diabolum, profligabit. *Auferet* autem *Damasci fortitudi-*
" *nem*, hoc est, idololatriæ robur euertet, & ipse captiuis sub diaboli
" potestate constitutis potietur. *Auferet* etiam *spolia Samariæ*; id est, Iu-
" dæos Gentilesque liberans, & ab erroribus abducens, deuicto tyran-
" no, in suam rediget potestatem. Meritò igitur ad sponsam ait; *Nasus*
" *tuus, &c.* Prospicis enim, ne diabolus specie rerum diuinarum te de-
" cipiat, & pro veritate mendacium obtrudat.] Hactenus ille.

TROPOLOGIA.

§. 3. Tres Patres. " TRES apud eundem Patres, *Nasum* interpretantur animæ datam vim discernendi ea, quæ suggerunt *boni angeli in*
" *ministerium missi, propter eos qui salutis hæreditatem conse-*
a lib. 1. 7. 14. " *quentur*[a], ab iis, quæ à nequitiæ spiritibus suggeruntur;
" quæ *velut turris* illa *Libani* spirituum immundorum impetus & insi-
" dias respicit, & discernit, ipsorúmque dolos menti Deum, quoad li-
" cet, intuenti denunciat, eam ab eorum fraudibus, & iniuriis integram
" conseruans.

Honorius. " HONORIVS autem; *Nasus* animæ est discretio inter virtutes &
" vitia, & hic est *vt turris Libani*, quia nulla hypocrisi falli potest, per
" virtutem CHRISTI: & hæc *respicit contra Damascum*, quia semper
" est prouida contra diabolum, vt eius fœtorem effugiat, & CHRI-
" STI odorem teneat.]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Idem. " IDEM *in Sigillo*; *Nasus tuus* beatus, qui odorem æternæ
" vitæ CHRISTVM est odoratus, vel *nasus* eius fuit præ-
" noscentia, qua per spiritum sensit dicta Prophetarum in
" se complenda; *Turris Libani*, id est, munimè fuit CHRI-
" sti; *quæ respicit contra Damascum*; beatum, quia toties te
" inclinasti ad filium Dei osculandum.] sic ille, frigidè.

Guilhelmo. " Compensabit ardore suo GVILHELMVS, qui scribit in hunc mo-
" dum; Clementia piæ matris, qua se propitiam petentibus exhibet, in si-
" gniter cómendatur. *Nasi* quippe officio hauriuntur odores, quid au-
" tem preces piorum, nisi odores quosdam suauissimos dixerim? Vnde
" Ioánes in Apoc. cùm dixisset, *Viginti quatuor seniores habere phialas au-*
reas

reas plenas odoramentorum, consequenter odoramenta exposuit; *quæ*
sunt (inquit) *preces Sanctorum*[a]. *Nasus* itaque piæ matris præclara illa
cunctisque notissima est eius clementia; qua nimirum odores bonos
attrahere, id est, pias ad se clamantium preces hilariter solet admit-
tere, atque effectui mancipandas filio præsentare.

Per *Libanum*, qui candor, siue candidario interpretatur, Ecclesia
in sanguine agni sponsi proprij candidata signatur. Quippe agnus ad
hoc occidi dignatus est, vt *in sanguine suo exhiberet sibi gloriosam Eccle-*
siam, *non habentem maculam siue rugam*[b]. Porrò quia *diabolus tãquam*
leo rugiens circuit quærens quem deuoret[c], candidatis suis fabricauit *tur-*
rim fortitudinis à facie inimici[d], turrim fiduciæ *contra faciem Damasci*,
id est, propriæ matris clementiam, illis ad magnum certumque mu-
nimen attribuit. Hæc est ergo *turris Libani* fortis, munitio candida-
torum, *ne quando dicat inimicus prævalui aduersùs eos*[e], & denigraui
nitorem eorum. Et turris ista non respicit Damascum, sed *respicit con-*
tra Damascum. Respicit enim * piè, quos respicit muniendos: porrò
pro his quos piè respicit, toruo & terribili oculo respicit contra Da-
mascum; vt arceatur ab his, quos illa tuendos suscepit. Sanè *Dama-*
scus interpretatur sanguinis potus, vel sanguinis osculum. Vtrum-
que autem diabolo conuenit. Ipse ergo est Damascus contra quem
præclara illa turris Libani respicit. Vtraque inquam huius nominis
interpretatio diabolo congruit, quia & sanguinem potat, & sangui-
nem osculatur, nempe ipse est *sanguisuga*. de qua Salomon inquit;
Sanguisugæ duæ sunt filiæ dicentes, affer, affer[f]. sanguinem iugiter sitit,
sanguinem insatiabiliter sugit, & nonnisi sanguine pascitur, qui solis
hominũ mortibus delectatur. mortes hominum summas delicias re-
putat; atque ideò perniciem hominibus machinari nõ cessat: ad aliud
non vacat, ad aliud non intendit, totas in hoc artium suarum vires
expendit; duabus maximè filiabus suis sibi iugiter cooperantibus,
superbia atque luxuria; quarum vtraque dicit, *affer, affer*. Nam vt su-
perbia semper vult instaurari honores, quibus inaniter glorietur, &
luxuria non vult interpolari voluptates, quibus turpiter delectatur.
Tam multum quotidie sanguinis potat sanguisuga hæc, sed non sa-
tiatur, atque ideò sanguinem assiduè osculatur. Denique cum morte
hominum fœdus iugiter innouat, dicens perditioni humanæ, *soror*
mea es, & perniciem hominum vocans amicam suam.]

Hailgrino. HAILGRINO *Nasus* iste est discretio Deiparæ; qua & præsen-
tit diaboli malitiam, & à longè quasi de specula præuidet; vt *sicut*
turris pro nobis se fortiter opponat; & dicitur *sita in Libano*, vt osten-
datur, quòd candore virginitatis suæ, tanquam pede valeat serpentis
caput conterere.]

Alanus. ALANVS refert etiam ad discretionem purissimæ virginis, qua
fœtorem vitiorum ab odore virtutum discernens, ab illecebris vo-
luptatum, & incursibus dæmonum malignantium se tuebatur.

[a] Nasus B. V. eius clementia singularis. 2 Apoc. 5. v. 8.
[b] Ephes. 5. v. 27.
[c] 1. Petr. 5. v. 8.
[d] Ps. 60. v. 4.
[e] Ps. 12. v. 5.
* Sic corr.
Diabolus est sanguisuga.
[f] Prou. 30. v. 15.
[a] Hailgrinus. 1

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 5. „ Caput tuum vt Carmelus: & „ comæ capitis tui, ſicut pur- „ pura regis vincta canali- „ bus.	*Caput tuum ſuper te, ſicut Carmelus, & plexus capitis tui, ſicut purpura, Rex ligatus in tranſcurſibus.*

LITTERA.

§. 1. Vox eivsdem Sponsae.

COMÆ] LXX. τὸ πλέγμα, *plexus*, ſed hîc nihil aliud, quàm coma plexa. alia verſio, διακόσμησις, hoc eſt, *ornatus*, vt vertit D. Ambroſ.

PVRPVRA REGIS] Sic etiam in Schol. alia verſio πορφύρα βασιλέως. LXX. aliter coniunxerunt, ὡς πορφύρα βασιλεὺς δεδεμένος. Hebræa vtramque verſionem recipiunt.

VINCTA CANALIBVS] LXX. ἐν παραδρομοῖς. ſed duæ verſiones aliæ in Schol. Græcis ſunt pro noſtro interprete, vna habens, δεδεμένη ἐν βεραθὰμ. hoc eſt, *ligata in Beratim*, id eſt, *canalibus*. altera verò, περιδεδεμένη ἀλύσεσι, *circumligata inuolucris*. facilè hîc contemſero Maſſoretarum diſpunctiones, quas pro Hebræi fontis veritate nobis obiicit Agathius Guidacerius: nec video cur, KAARGAMAN hoc loco cum MELECH iungi, & in regimine accipi nequeat. Porrò REATHIM canales ſignificare, etiam Pagninus fatetur in voce רהטים. Græcis (teſtibus Caſſiodoro & Haymone) vocantur *βάτια*, apud Heſychium inuenio *βαταῖς*. Verſio LXX. hunc ſenſum videtur indicare; ob inſignem ſponſæ ſpeciem, tantoperè Regem amore exarſiſſe, vt canalibus ſeu ambulacris domus ſponſæ, iugiter affixus eſſe velit, præ deſiderio eius ſpectandæ.

כארגמן מלך רהטים

כרמל
2. Par. 2. v. 7.

Alia quoque eſt ſententia illorum qui KARMEL accipiũt (vt aliquando ſumitur [a]) pro coccineo colore, hoc pacto; caput tuum ſimile eſt coccino, propter roſeos (id eſt, auri more ruſſos ſeu flauos) capillos; & tum quod ſequitur eſſet interpretatio præcedentis, ſeu ratio, q. d. quia comæ tuæ, &c. ſed præſtat ſequi noſtram verſionem, & LXX. qui accipiunt de monte Carmelo; cui hoc nomen ab arborum copia, & ſpecie inditum. Eſt enim Carmelus mons Phœniciæ excelſus, amœnitate, vinearum & fructuũ omnium (teſte Theodoreto) copia nobiliſſimus; huic ſimile dicit caput ſponſæ, altius videlicet, ſpecioſius,

Carmelus mõs qualis.

ſius, & ornatius, quàm ceterarum fœminarum: & ab hoc ait capite pendere cæſariem pulcherrimam, ſimilem colligaturis filorum ſericorum, vel lanarum, quæ deſtinantur paludamento Regio texendo, ſúntque ſplendidioris cõchylij ſanguine recens fucatæ, poſtea, ne dilabantur, firmiter alligatæ in purpurariorum canalibus, vt iterũ meliùs & penitiùs tinctæ, dibapho imbuantur. Docent hoc Caſſiod. & D. Greg. ex quibus mutuatus VVilleramus canit,

Súntque tui capitis crines, vt purpura Regis «
Cœpta colorari, finiat quæ iuncta canali. «
Et poſtea . . . *colorandam regali muricè lanam* «
Stringi funiculis, mittique canalibus imis «
Condecet . . . Eadem poſtquam probè tincta iam fuerat, ne « quid ſordium in lana remaneret, in iiſdem canalibus aqua viua proluebatur, canalibus iiſdem vincta, & ſic criſpata in flexu vndularum limpidarum, gratior longè eius aſpectus intuentibus apparebat. Hæc vis comparationis, ni fallor: ſic comas iſtas roſeas humeris vento motas inuolitare, ſicut alligaturæ, quas diximus, præterfluentium aquarum leni decurſu & diuerberatione vndulatim criſpantur.

Patres plerique Latini, vt Greg. Caſſiod. Iuſtus, Rupert. VViller. Guilhel. & alij, legunt; *iuncta*. Sed Rom. editio, *vincta*, quod confirmant Græcæ verſiones, & fonti conſentaneum eſt. Honorius vtramque lectionem agnouit.

§. 2. Mens verborvm.

Hæc ad CHRISTVM ſeu Meſſiam referenda fatetur Abenezra, ſed malè accommodat. Meliùs noſtri Patres [a] orthodoxi communiter; quorum aliquot dicta mox adſcribam; ſenſum eſſe volunt; q. d. vt noſtrum iam olim, ſic tuum quoque nunc, caput factus eſt IESVS, quia tu nunc quoque pars corporis eius, quod eſt Catholica Eccleſia, es effecta. Ille eſt *mons in vertice montium* [b], ſuper Angelos & homines, vſque ad Patris dexteram exaltatus; omni bono totus frugifer in membris ſuis. Deinde ſicut ipſe totus fuit charitate purpureus; ſic ab eo, vt comæ à capite, dependentes populi, in vulnerum eius canalibus per fidem ſigno crucis alligati, dilectionis Dei & proximi dibapho penitiùs imbuti refulgent, ipſaque multitudo accurrentium & redeuntium à baptiſmatis lauacro, exhibet oculis ſimilitudinem vndarum ſinuoſis flexionibus, & vagis mæandris fluitantium.

a *Philo. Iuſt. Greg. Rup. & alii.*
b *Eſa. 2. v. 2. Caput noſtrũ Chriſtus.*

THEODORETVS; *Caput tuum, vt Carmelus, ſuper te*, hoc eſt, omnibus refertum bonis. Nam Deus omnium ingratos Iudæorum animos arguens: *Et induxi vos* (inquit) *in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius, & bona illius*. Simile ergo eſt caput tuũ Carmelo omnia bonorũ genera ferenti, & omnẽ fructũ mihi agricolæ ſuppeditanti.] « *Theodoret.* « « «

Universidad de Deusto
Biblioteca

» Martyres CHRISTO consimilari. *Per purpuram* de regalibus orna-
» mentis;ex salutaribus semper copulatio intelligitur doctrinis.] sic
puto corrigendum Iusti locum valdè mendosum.

Gregorius. Ceteris solidiùs & copiosiùs hunc versiculum explicat B. GRE-
» GORIVS, cuius etiam verba exhibebo cedro dignissima. *Caput* Ec-
» clesiæ CHRISTVS,qui benè *vt Carmelus* dicitur,quia ipse per passio-
» nem,quam sustinuit,ad gloriam Patris est exaltatus. De quo scriptum
» est, *Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice*
a *Esa.2.v.2.* » *montium*[a]. In Carmelo quippe Helias orans obtinuit pluuiam b: &
b *1.Reg.18.* » nos in Carmelo orantes,pluuiam impetrauimus, quando in CHRI-
v.42. » STVM credentes CHRISTVM desideramus, & à Patre irrigationẽ
& gratiæ suscipimus, quam rogamus.]

Rupertus. » RVPERTVS;Et rectè passio regis dicitur *purpura regis*,non solùm
» propter purpureum colorem sanguinis,quem in passione effudit;ve-
» rùm etiam propter purpuram derisoriam, qua circundederunt eum,
» protinùs tribus pœnis passionum consummandum,scilicet flagellan-
» dũ,crucifigendum,lancea percutiendum. Nam illi quidem irriden-
» tes,purpuram circundederunt ei tanquam regi:sed ille seriò purpurã
» admisit,& calamum pro sceptro suscepit in dextera, quia certissimè
» per hoc fiebat,vt & in cœlo & in terra purpuram regni&c sceptrum
» acciperet imperij. Proinde *purpura* illa rectè dicitur *iuncta canalibus*,
» quia sicut purpura eo magis tingitur,& pretiosior fit,quo viciniùs at-
« que diutiùs iuncta fuerit tinctura canalibus;ita passio dilecti eo glo-
» riosior est,quo ampliùs præ cunctis sacrificiis processit secũdùm con-
» silium diuinitatis; cuius videlicet consilij arcana,quasi quidam cana-
» les sunt,per quos cucurrit pretiosissima hæc tinctura purpurea; qua
» dilectus iste,qui erat virginitate candidus,factus est morte & passio-
» ne sua,& permanet in æternum, rubicundus, rex verè glorioſus, &
» homo valdè speciosus,& in vtraque substantia Rex vnus semper &
» vbique victorioſus.] En canales in quibus Ecclesiæ charitas, similis
lanæ in Regis paludamentum texendæ & dibaphæ, vincta est.

Honorius. HONORIVS persistens in suis ordinibus Ecclesiæ; No-
נכר » nus, inquit, ordo est summorum Pontificum, qui per caput figuran-
מל » tur,de quo subditur; *caput tuum,&c. Carmelus* est mons in quo habi-
c *4.Reg.6.v.* » tauit Helisæus, & in quo vidit igneos currus & equites, scilicet An-
17. » gelicum exercitum, sibi in adiutorium missum, & dicitur scien-
» tia circumcisionis, vel sitiens circumcisionem (*hanc interpr. etiam*
» *posuêre tres Patres*, *Philo*, *Rupertus*, *Gregorius*, *& Guilhelmus de-*
» *ducentes à* NAKAR *&* MOL, *abiecto primo Nun*) & signat altam
» contemplatiuam vitam in Ecclesia;in qua habitat verus Helisæus,qui
» dicitur Domini salus, in qua sunt Angelici exercitus, vt ei ferant
« auxilium contra hostes suos c: & quia habet scientiam spiritualis
» circumcisionis; vt circumcidat se à vitiis, & sirit circumcisio-
» nem peccatorum, respuens circumcisionem Iudæorum. *Caput*
» igitur Synagogæ est, *vt Carmelus*, id est, Pontifices eius sunt
» sicut Pontifices Ecclesiæ, qui habent scientiam circumcisionis

Solet Honorius hanc notitiam sponsum iam iuuenem adultæ, ad adultæ distinctionem, adhuc vocare Synagogam. Quod notandum, ne quis eum Iudaizare suspicetur.

(*nouæ*)

(*nouæ*) vt vitia resecent, non carnem, vt Iudæi, detruncent.

Decimus ordo est Principum eam defendentium, qui per comas capitis notantur, de quibus mox sequitur; *comæ capitis*, *&c.* Populi Tyri & Sydonis lanam,vnde debent facere purpuram,id est,Regiam vestem, ligant in canalibus, & superfundunt sanguinem conchiliorum,& intingunt eam. Cochleæ quippe maris ferro circumcisæ lacrymas purpurei coloris emittunt, quibus collectis tinctura purpurei coloris efficitur,vnde lana intingitur,vt indumentum Regis conficiatur. *Comæ* caput ornant & muniunt, *purpura* etiam est indumentum regium. *Comæ* in hoc loco significant Principes in Ecclesia, qui Sacerdotium quasi caput ornant iustitia, & muniunt. *Purpura* quæ « fit ex sanguine, est passio CHRISTI; pisces, crucis igne assi, in salo « sæculi hamo nostræ mortis capti. *Canalis* est affluẽtia Spiritus sancti, « vel cor, vel conscientia. *Coma* ergo *capitis* Synagogæ, vel Principes « eius Sacerdotio adhærentes sunt, sicut Principes Ecclesiæ, qui eam « ornant & muniunt; qui sunt *sicut purpura Regis*, quia exemplo pas- « sionis CHRISTI, cruorem proprium pro CHRISTO fundunt,vt « vestis Regis CHRISTI fiant. quæ purpura est *vincta canalibus*, quia « passio CHRISTI fixa est in eorum cordibus per affluentiam Spiritus « sancti, vel; *iuncta est canalibus*,hoc est, posita iuxta gratiam donorum « sancti Spiritus.] «

TROPOLOGIA.

§.5.

Idem.

IDEM;*Caput* animæ est mens,quia sicut membra corporis per caput reguntur,ita per mentem cogitationes animæ disponuntur; quæ est *sicut Carmelus*, quia scit circumcidere à superfluis cogitationibus. *Coma capitis* animæ sunt cogitationes mentis; quæ sunt *sicut purpura Regis*,quia semper meditantur qualis fuerit passio CHRISTI æterni regis. Et hæc *purpura iuncta* est *canalibus*, quia passio CHRISTI fixa est in cordibus aut animarum conscientiis.]

Tres Patres. TRES PATRES, qui *nasum* vim discretionis exposuerant, putant hîc commatis præcedẽtis rationem reddi; Talis autem est(inquiunt) « vis tua discernendi & iudicandi,quoniam *caput tuum vt Carmelus su-* « *per te*, (CHRISTVS vtique sponsus tuus viuens atque efficax ver- « a *Heb.4.v.* bum[a], *pertingens vsque ad diuisionem animæ & spiritus*) cognitio est « *12.* circumcisionis, quæ est in te (sic enim *Carmelum* interpretamur) « amputans à te, quod ab ortu habes vitiorum integumentum, gladio « spiritûs. Ex quo fit, vt mentis tuæ oculus intelligibilium hostium « astutias facilè prospicere valeat, nulla perturbatione tenebras offun- « dente. Quamobrẽ & *coma capitis tui sicut purpura*, CHRISTI doctri- « na videlicet, rationũ & morum nexu contexta tanquam *Regis* indu- « mentũ, est animi tui amictus, in quo ille perturbationibus domina- « tur;&est *rex vinctus in transcursibus*, hoc est, nulli subiectus perturba- «

Universidad de Deusto
Biblioteca

» tioni,sed diuinæ illius,quam diximus, doctrinæ funiculo ligatus in
» transcursibus præsentis vitæ,ne rerum sensibilium & caducarum lu-
» brico prolabatur.]

Theodoretus. » Sic illi,iuxta LXX. vt & THEODORETVS cùm scribit; vocat
» autem *crinium nexum,& plicaturam purpuræ comparatam*, doctrinam
» aptè & decorè compositam ac pronunciatam, quæ CHRISTI san-
Doctor pietatis fulget vt rex. » guine tincta atque conspersa sit. Neque enim adeò fulget rex amic-
» tus purpura,vt doctor pietatis,qui diuinæ cognitionis prædicat di-
» sciplinam,eáque veritatis alumnos imbuit.]

Equidem nó arbitror purpurariam officinam vllam meliorem reperiri,hac schola Dominicæ Passionis, & spiritualis nostræ circumcisionis:quæ sententia quoque Sanctorum omnium,& imprimis D.

Gregorius. GREGORII, quo nemo meliùs hoc loco iuxta nostram versionem
» commentatus,verba sunt:Moraliter *caput* sponsæ mens vocatur:quia
» sicut à capite membra,sic à mente cogitatus nostri disponuntur. *Car-*
» *melus* autem scientia circumcisionis interpretatur. *Caput* ergo spon-
» sæ,*vt Carmelus* esse perhibetur: quia quælibet sancta més nouit,qua-
» liter dignè circumcidatur. nouit quia nihil est, quicquid in corpore
» agitur,si mens immunda fuerit;quæ templum CHRISTI si efficitur,
» ab ipso inhabitatur. Quod quia Pharisæi non agebant, ideò dicebat
» B.Stephanus eis,qui eum occidebant; *Dura cervice & incircumcisi,*
» *cordibus & auribus,vos semper restitistis spiritui sancto* [a]. *Comæ* autem
» *capitis* eius,*vt purpura Regis iuncta canalibus*,esse memoratur: purpu-
» ra quippe per fasciculos in canalibus ligatur, super quos, dum aqua
» proiicitur,per canales ad vestem quæ supposita est currit,vt vestis di-
» rigatur,& inde nomen accepit, vt tincta colore purpureo purpurea
» vocetur, quæ omnia sanctæ menti congruunt si intelligantur. *Comæ*
» quippe *capitis*, sunt cogitationes mentis, quæ *in canalibus* ligantur;
» quia in scripturis diuinis,ne inutiliter fluant,stringuntur. Super quas
» aqua proiicitur,quæ vestem regiam currens tingit:quia dum in cogi-
» tationibus sanctæ mentis, gratia cœlestis suspicitur, totam animam
» in cœleste ornamentum componit:ita vt iam tota anima in vitam æ-
» ternam inardescat,& ad æternum spõsum etiam per sanguinem mar-
» tyrij pergere concupiscat. De tota quippe Ecclesia Paulus
» dicit; *Qui exhibuit sibi Ecclesiam vestem sine ma-*
» *culam & rugam* [b]. Et de singulis Ecclesiæ fi-
» delibus dicitur; *His omnibus*
» *velut ornamento ve-*
» *stieris.*]

a *Act.7.v. 51.*

b *Ephes 5.v. 27. vbi tamẽ vox vestem non legitur.*

c *Esai.49.v. 18.*

MIXTA

MIXTA INTER-
PRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Rupertus.*

RVPERTVS ista refert ad *Sapientiam* Deiparæ, vt per *Carmelum*, significetur in ea fuisse scientiam circumcisionis carnis, quia sciebat optimè eam cessare debuisse;ex quo venit, & manifestum est semen, cuius venturi fidem habens Abraham, *signum accepit* [a] *circumcisionis,signaculum* [b] *iustitiæ fidei*,& successuram spiritualem circumcisionem cordis [c], qua necessariò circumcidendi, quotquot volent iustificari. Per *comas* verò significari vult,scientiam mysteriorum legis, & Prophetarum; qua cognoscebat quid littera illa legalis tegeret, & quid prophetiæ prænuntiarent: & quia hæc meditans,amore inardescebat, ideò *purpuræ*; & quia cuncta referebat ad passionem filij, ideò *purpuræ Regis in canalibus vinctæ* comparari.

a *Gen. 17.v. 10.*

b *Rom. 4. v. 11.*

c *Deut. 10. v.16. Circumcisio erat cessatura post Christũ. Honorius.*

Aliter longè HONORIVS; *caput tuum vt Carmelus*, id est, circumspectum in virtutibus. *comæ capitis* tui beatæ,quas Deus infans beatificis suis manibus voluit contrectare. Et hæ *sicut purpura Regis*, quia eas lacerasti præ dolore tempore passionis, & hæc omnia *iuncta sunt canalibus*,id est,fixa in credentium cordibus.]Quod ait de capillorum scissione, hoc verum non arbitror; & in POLEMICIS MARIANIS refellendum.

a Guilhelmus. GVILHELMVS dignissimus hoc loco Deiparam laudare: Mens (ait) in virgine marre monti comparatur, propter excellentiam gratiæ. *Carmelus* quippe in litteris sacris mons est famosus. Cur autem non alij monti, sed Carmelo potissimùm mens illa virginea comparetur,ratio est. *Carmelus* quippe interpretatur scientia circumcisionis: & ne pia mater videatur fortè minùs intellexisse mysterium circumcisionis, quod in illo veteri populo contra originalem reatum diuinitùs sancitum erat: ne, inquam,videatur minùs nosse mysterium circumcisionis, eo quòd filium duxit circumcidendum, quem priuilegio sacræ conceptionis & natiuitatis sciebat esse ab omni originali labe immunem & liberum: idcirco illi à filio specialiter dicitur, *Caput tuum,vt Carmelus*: ac si apertè diceretur; Benè sciebas, ô pia mater, cur populo Dei datum esset remedium circumcisionis, & tamen me,quem sine concupiscentia, ac per hoc non in peccatis, singulariter concepisti,carnali circumcisioni, quasi ab originali labe purgandum, subdidisti: neque hoc insipienter faciebas, sed diuinæ inspirationi, per spiritum edocta, seruiebas. Quippe oportuit me datorem legis *factum ex muliere fieri* quoque *sub lege*; & hoc dispensatoriè; *vt eos qui sub lege erant,redimerem* [d].

d *Gal.4.v.4.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» Porrò per comas capitis eius, piæ cogitationes eius à principali, id
» est, à mente eius prodeuntes designantur. hæ verò assimilantur *purpu-*
» *ræ Regis iunctæ canalibus. Purpura Regis* est proprio rubens sangui-
» ne caro redemptoris. caro illa sacrum VERBI indumentum erat, ex
2 Ioan. 1. v. 14. » quo *verbũ caro factũ est, & habitauit in nobis* a: sed tempore passionis
» in regalem purpuram hominibus & Angelis adorandam, in proprio
» sanguine, tincta est. Vnde Apostolus, propter passionem mortis ei di-
» cit *datum à Patre nomẽ, quod est super omne nomen, vt in nomine eius om-*
b Phil. 2. v. 10. » *ne genu flectatur, cœlestium, terrestrium & infernorum* b. Dum autem sa-
» cra illa caro, quam sibi de virgine propitia veritas sumpserat, pro eli-
» ciendo pretio redemptionis humanæ, clauis & lancea foderetur; iux-
c Luc. 2. v. 34. » ta veridici Simeonis prophetiã, piæ matris *animã pertrãsibat gladius* c.
» Quot vulnera filius accipiebat in carne, tot pia mater accipiebat in
» corde: quod quatuor, vel tres claui & vna lancea faciebant in carne
» filij; hoc vnus ille gladius faciebat in anima matris. Rubebat caro
» filij sanguine passionis, rubebant maternæ illæ cogitationes, vt ita di-
» cam, sanguine compassionis. benè ergo illi dicitur, *coma capitis tui sicut*
» *purpura regis.*
» Quod autem additur, *iuncta canalibus*; significat quod tincturam
» illam regalis indumenti, quæ facta est in passione, illicò secuta est a-
» bundantia gratiæ eius; quæ in sacris litteris per aquam signatur. Pas-
» so & clarificato IESV, gratia spiritualis plenis cœpit fluere canalibus;
» quæ priùs vel non, vel admodũ parcè fluere videbatur. Vnde Ioãnes;
» cùm exposuisset illud, quod Dominus ante passionem dixerat, *qui cre-*
d Ioan. 7. v. 38. » *dit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ* d; cum hoc, inquam, ita
» exposuisset; *hoc dixit de spiritu, quem acceperi erant credentes in eum;*
» consequenter annectit, *Spiritus enim nondum erat datus, quia* IESVS
» *nondum erat clarificatus.*]

Hailgrinus. » Consentit reliquis, eorum dicta breuiter complexus, HAILGRI-
» NVS; per hoc quod *purpura canalibus iuncta* dicitur, tincturæ recen-
» tia designatur. Sensûs ergo est, mens tua prudenter circumcisa, & co-
» gitationes tuæ tinctæ in sanguine Dominicæ passionis, sic affe-
» ctæ semper fuêre, quasi recentem viderent sanguinem de
» vulneribus profluentem. *Fasciculus myrrhæ mora-*
» *batur inter vbera* eius, donec assumpta
» fuit ad gaudium, quod omnem
» dolorem absorpsit.]

* *

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima in deliciis?	*Quàm pulchra, & quam ſuauis facta es, charitas in deliciis tuis?*	Verſ. 6.

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM.

מה יפית ומה נעמת אהבה בתענוגים
ma tapheth vma naham-thahaba be-tahhanunim.

Hebræa hæc ſunt.

AD verbum Hebræa ſonant; *quantopere pulchruiſti, & quantopere dulcuiſti* (liceat voces fingere) *amor in deliciis*; vel vt Aqu. non ineptè vertit, *amor filia deliciarum.* nam vtrumque patitur vox Hebræa; & nota phraſis eſt, *filius deliciarum*, pro, affluens deliciis: Michæas, *tondere ſuper filios deliciarum tuarum* a. Sic etiam alibi dicuntur *filij ruboris* b, & ſimilia. Hoc loco quidam putant *amorem in deliciis* ſignificare valdè & ſummoperè dilectam. Sed plus dicitur. Eſt enim concluſio, & quaſi complexio laudum, quæ præceſſerant, adhuc tribuo Eccleſiæ ſponſæ adultæ, hoc ſenſu: quia denique tam es pulchra, & tam decora, vt tota ſis pulchritudo, ſuauitas, & decor; ideò ſpõſo chariſſima facta es, & ille te, vt cœpit, omni dulcedine & voluptate perget demulcere.

a Mich. 1. v. 16.

b 2. Paral. 26. v. 17. & c. 28. v. 6.

§. 2. MENS VERBORVM.

Haud dubiè pulchra fide, & decora operatione futura eſt, Nouella illa plantatio ſponſo CHRISTO (vt rectè Caſſiodor. & VVilleram. & alij) & ideò ille cuius *deliciæ ſunt eſſe cum filiis hominum* c, & qui fons eſt veræ voluptatis; ſponſæ dilectiſſimæ omnem ſpiritalium deliciarum copiam largietur.

c Prou. 8. v. 31.

Honorius de nouella hac ſponſa accepit; & *pulchram* vult dici propter externa opera, *decoram* propter virtutes internas.

Honorius.

Aliter THEODORETVS; *Decora* enim facta es cùm antea non eſſes, & cùm antea fœditate omni eſſes plena, repẽtè *iucunda & ſuauis* euaſiſti. Idque es conſecuta, quia in *charitatis deliciis* oblectaris. Diligens enim amantem te ſponſum, & in eius amore omnes delicias tuas locans, reliqua omnia contempſiſti.] omnia hæc vera ſunt, ſed contorquet vltima verba.

Theodoretus.

PHILO, vult hæc dici à ſponſo ipſi ſponſo, & mirè interpretatur, ſed ipſi contextui LXX. repugnat eius interpretatio, neque illam admittunt articuli fœminei: fors de memoria contextum promebat hoc loco.

Philo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Gregorius. Scripturæ sanctæ in deliciis sunt habendæ.*

HVc pertinent verba D. GREGORII: Notandum quòd *charissima in deliciis* dicitur, quia ad charitatem & familiaritatem CHRISTI non peruenit, quisquis Scripturæ sanctæ deliciis abundare non contendit. Inde enim dicitur; » *Omni habenti dabitur, & abundabit; ei autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo* [a]. His enim deliciis qui abundat reficitur; » his refectus, assiduè ad recipienda maiora præparatur] vt vides, explicat tantùm posterius membrum; vtrumque interpretantur alij, vt

Tres Patres. » TRES PATRES apud Theodoretum in hanc sententiam; Admirabili circumdata es pulchritudine, ea nimirum quæ peruenit ad te ex » similitudine & exemplari; & sponso coniuncta, atque illo fruens re-

* locus mẽdosus. » ferta es incredibili iucunditate spirituali. Etenim * *charitas in deliciis* » tuis, quæ quidem ex virtute proficiscuntur. Cùm enim gustaueris & » perspexeris CHRISTVM esse Dominum; non ampliùs in timore illo bono versaris, sed tota ex ipsius pendes charitate, quæ timorem ex-

Honorius. » pellit.] Succinctè denique HONORIVS, *Deliciæ* fidelis animæ sunt » sacræ Scripturæ; in his est anima *pulchra*, quæ hæresi caret, & vera fide fulget; in his est *decora* si bona operatione fulget, & sic CHRI» STO est *charissima*.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.* » GVILHELMVS; quàm *pulchra* es in virginitate fœcunda, » & *quàm decora* in fœcunditate virginea? Non est simplex » virginitas tua, sed fœcunda; non simplex fœcunditas tua, » sed virginea: & propterea non simpliciter dicitur, *pulchra* » *es & decora*, sed *quàm pulchra es & quàm decora*. Et non tantùm chara, sed » *charissima in deliciis* dicitur, per quod in suis deliciis Deo insigniter » placuisse monstratur. Non enim illæ tam castæ, sanctæque deliciæ vigo-

Deliciæ quæ foueãt animã, non mollinut. » rem animi eius molliebant, sed potius fouebant. Tales deliciæ etiã in » hac vita mortali decebant matrem vitæ, matrem maiestatis. Si quæris

* Sic corr. » de deliciis istis *, quales? dico quòd maternæ quædam deliciæ erant, » sed virgini matri singulares. nulli virgini vel matri ante eã, nulli post » eam datũ est experiri delicias istas. matetnæ deliciæ erant, matris sũ» per prole gaudentis. Quantis putas illa maternæ suauitatis affluebat » deliciis, cùm ei ad conceptum *virtus altissimi obumbrauit*, dum corporatum.

ratum Deum in vtero gestaret, dum nouo partu æternum lumen in luce sæculi funderet? *Mulier* (ait veritas) *cùm parit, tristitiam habet* [a]. at non ita ista mulier, quæ sine dolore peperit, quia intacta concepit. In quantis agebat sanctæ iucunditatis deliciis, cùm Deũ VERBVM maternis amplexib⁹ stringeret, & sacra illi oscula materni oris imprimeret; cùm illũ, qui in cœlo de se pascebat Angelos, maternis vberibus aleret, & cetera maternæ pietatis officia pro tẽpore ministraret? Denique in his omnibus diuini mysterij, & sui priuilegij non ignara, optimè nouerat se esse matrem maiestatis, & hoc nosse singulares & iuges illi *deliciæ* erant. Verùm in his tam magnis *deliciis* nõ agebat remissiùs, aut sapiebat elatiùs: in hanc inquã felicitate singulari pia mater *non alta sapiebat, sed humilibus semper cõsentiebat* [b]; & quãto magis de diuina circa se dispensatione gaudebat, tanto minùs ceteros aspernandos ducebat, quin potiùs (quantum in se erat) parturiebat omnes visceribus pietatis, pro eo quod singulari munere mater existeret maiestatis. Quia ergo humilitatem semper ad Deum, proximumque seruando, de diuinorum insignibus munerum non in se, sed in Domino gloriabatur, proculdubiò largitori muneris tantò ampliùs placuit, quantò & propẽsiùs ex conscientia diuinæ circa se largitionis in deliciis sanctæ gratulationis fuit.]

[a] Ioan. 16. v. 21.

[b] B.V. humilitas singularis. Rom. 12. v. 16.

Rupertus. RVPERTVS non dissentit; Quid est (inquiens) *in deliciis pulchram & decoram* esse, nisi in abundantia gratiæ mansuetudinem summámque humilitatẽ cordis habere? Deniq; dona gratiarũ, & intelligentia Scripturarũ, siue sacramentorũ cœlestiũ, verè sunt deliciæ, & humilitas cordis vera pulchritudo est, res decora, & Deo amabilis virt⁹ est.]

Humilitas vera pulchritudo.

Hailgrinus. HAILGRINVS addit nonnulla; *Quàm pulchra* es in maternitate, *quàm decora* in virginitate, & admirabilis in vtroque! Ista enim est arcus, de quo dicit Eccles. *Vide arcũ, & benedic qui fecit illũ. Valdè enim speciosus est in splendore suo* [c]. resplendet enim duobus coloribus, quorũ vterq; est alteri ad decorẽ. habet enim vitorẽ aquæ, quæ mater est multorũ animantiũ: habet & ruborem ignis, qui virgo est, quia nullũ animal parit. His duob⁹ colorib⁹ B.V. velut arcus cœli, speciosa refulget. de hoc arcu dicitur ad Noë: *Ponã arcũ meũ in nubibus cæli, & recordabor fœderis mei, quod pepigi tecũ* [d]. Ipsa enim in cœlestibus assũpta, vt recordetur Dñs misericordię, quã humano generi repromisit. Ipsa dicitur *charissima in deliciis*, pro eo videlicet quòd mulier delicioſa, omnes alios cibos fastidiens, illum solum cibum desiderat; quem qui comedit, ipse esurit, qui semper satiat, & nunquam fastiditur.]

[c] Eccl. 43. v. 12.

[d] Gen. 9. v. 13.

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.* HONORIVS; *Deliciæ* Ecclesiæ cum CHRISTO regnantis, sunt gaudia paradisi exultationis. *In* his *deliciis* est ipsa *pulchra & decora*, quia fulget, vt Sol, & Luna, & CHRISTO & Angelis est *charissima*.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. V.

SECTIO V.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 7.	„ Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.	*Hæc magnitudo tua, similis facta es palmæ; & vbera tua botris.*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSAE NOVELLAE.

PATRES ista solent coniungere cum præcedēti versiculo; sed eorum plerique Dialogismi rationem nullam habent, sine qua tamen nequit Historicus Cantici sensus intelligi.

STATVRA TVA] LXX. Aqu. & Symm. articulum, qui est in fonte, retinent; quasi dicat; *Ista quam aspicio & admiror, & laudo.* porrò Hebræum CVMAH altitudinem siue staturam erectam & celsam significat, & ideò etiam D. Ambros. *staturam*, vertit lib. 3. Hexam. c. vlt. LXX. τὸτο μεγεθος, Aq. αὔτη ἀνάςασις. nam radix, *resurgere*, significat Sym. αὔτη ἡλικία, *hæc ætas* nempe florida ætas & adolescētia, eodē omnia recidunt, & conjuncta se mutuò iuuant ad pleniorem interpretationem. Hoc enim ait recens conuersa Ecclesia sorori adultæ; imò tu illa es carissima & deliciis affluens, cuius ea totius corporis dignitas est, ea staturæ maiestas, ea formæ pulchritudo, & morum suauitas, ea vis ætatis & viridis; vegetæque lenectæ; vt palmæ simul proceræ, & erectæ, semperque virentis, nec impositō ramis pondere fatiscentis, quoad florētem semper ætatem, & proceritatem colli corporisque; & botris vuarum, quæ ex vite palmam conscendente, & palmæ maritata (*vt moris in Palæstina fuisse scribit Abraham Ezræ filius*) ex ramis editioribus dependent; vt iis inquam sis assimilanda, quoad vberum tuorum pulchritudinem, & lactis inde manantis copiam. Egregia comparatio arboris ex mortua radice repullulantis, pondere inuictæ, celsæ, pulchræ, & admodùm vtilis, ac fructuosæ. Quàm hæc mentio vberum, & ascensus in cacumen, & vberum complexatio (de qua sequent. vers.) apta est tenellæ & quasi lactanti sororculæ! *vide supr. v. 3.* Notum quoque grandiores racemos, *Bumastos* vocari, quasi vaccina vbera, quia vuæ mammas acini papillas repræsentant, mino-

קומה

minores, virgineas, ingentes, & quales Cereris fingunt Poëtæ, vbera illa prægrandia nutricum mammosarum.

§. 2. MENS VERBORVM.

Ecclesiam sororem suam seniorem, matremque, meritò reliquiæ sic commendant. Quia viderant eam in aduersis fidei, & patientiæ inuictæ esse, & tribulationi resistere, & depressam semper erigi, atque se extollere; in suum cuique tribuendo, esse iustitiæ rectissimæ; & bonæ conscientiæ testimonio, semper virere; & contemplatione ac desideriis, in cœlum vertice ascendere.

CASSIODORVS; *palma* victricem onerat manum, & ideò significat præmium illud, quod victoribus sanctis in cœlestibus est dandum.] VVILLERAMVS de eadem palma canit; « *Cassiodorus.* « « *VVilleramus.*

Quæ licèt angusto stet robore, & aspera musco «
Corticis horrifici sit parte sub inferiori: «
Cum tamen ad liquidum se subrigit aëra, primùm «
Robur multiplicans, folus, fructuq; redundans; « *Palmæ descri-*
Arboribus reliquis, quæ dilatantur in imis « *ptio.*
Et facie præstat, signa & victricia gestat. «

Sic & sancta Ecclesia (inquit CASSIODORVS) in inferioribus asperitatem laborum & passionum sustinet pro CHRISTO: in superioribus verò, hoc est, in cælestibus pulchritudinem & suauitatem expectat præmiorum.] *Vbera botrus* collata indicant expertam eius in docendo sedulitatem, in lucrandis animabus charitatem, in lactandis parvulis largitatem. *his virtutibus accommodant Philo, Honor. & alij.* Possunt etiam *vbera*, duo testamenta intelligi. *botris* simul famem & sitim sedant, esum & potum præstantes: sic duo testamenta abundè sunt pro pabulo, & pro potione animarum. « *Cassiodorus.*

Addam, quæ notat HONORIVS M. S. *Statura* Ecclesiæ est perseuerantia certaminis, quæ in Abel crescere cœpit, & ad vltimum electam perseuerabit. Siue in Apostolis crescendi sumsit exordium, & in Synagogæ (*vltima*) conuersione consummabitur. *Palma* est inferiùs aspera, & superiùs pulchra, & dicitur victoria, & intelligitur CHRISTI vita, quæ hic in terris fuit in asperitate passionum, & post victoriam crucis fuit in pulchritudine cœlorum. *Statura* ergo sponsæ assimilabitur CHRISTI tolerantiæ. Quæ Ecclesia hic fuit aspera in pressuris; sed victoria potita de vitiis *pulchra* fulget in cœlis. palma etiam conseruat folia; & Ecclesia, variante statu sæculi, eadem tenet fidei mysteria. *Vbera* Ecclesiæ sunt duo testamenta, de quibus sugunt prædicatores lac mysticæ intelligentiæ; qui prædicatores dicuntur *vbera*, quia rudibus præbent lac doctrinæ: qui *assimilati sunt botris*, quia sicut botri pleni sunt vino, ita ipsi pleni sunt scientia; & sicut botri pressi inebriant, in mundo pressi lac doctrinæ propinant.] « *Honorius.* « *Statura Ecclesia ejusque perseuerantia.*

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Anima statura est perfectio virtutū.*

SECVNDVM eumdem, Animæ Deo gratæ statura, est perfectio virtutum, quæ à primis fidei rudimentis cœpit, & proficiendo crescit in virum perfectum, id est, in perfectionem virtutum. Hæc *statura palmæ* assimilatur, quia in » inferiori angustatur, in superiori dilatatur, & studium virtutū in primis est per actionem angustum, postea per contemplationem latum. » Animæ *vbera* sunt sapiētia & sciētia, quibus indoctos quasi paruulos » lactat: quæ *assimilata sunt botris*, quia plena sunt doctrinis. vel, *vbera* » sunt duo præcepta charitatis, quibus lac præbet vtriusque legis, quæ » *botris* cōparātur, propter mundi pressurā, & doctrinæ abundantiam.]

D. Ambrosius d. c. 17. » D. AMBROSIVS, *Palma* (inquit) virens semper manet, conser- » uatione & diuturnitate, non immutatione foliorum. Nam quæ pri- » mò germinauerit folia, ea sine vlla substitutionis successione conser- » uat. Imitare ergo eam (ô homo) vt dicatur & tibi; *statura tua similis* » *facta est palmæ*. Serua viriditatē pueritiæ tuæ, & illius innocentiæ na- » turalis quam à primordio recepisti, vt plantatus *secùs decursus aqua-* » *rum, fructum tuum in tempore* tuo habeas præparatum, & *folium tuum* a *Psal. 1. v. 1.* » *non defluat* [a]. Hanc viriditatem gratiæ semper florentis in CHRISTO b *Cant. 2. v. 3* » secuta Ecclesia dicit; *In vmbra eius confugi & sedi* [b]. Hanc prærogā- » tiuam doni virentis acceperunt & Apostoli; quorum nec folium vn- c *Act. 5. v. 15.* » quam potuit elabi, vt eorum etiam vmbra curaret ægrotos [c]. Obum- » brabat enim infirmitati corporis fides mentis, & florentia merita vir- » tutū. Mane ergo *plantatus in domo Domini*, vt in atriis eius sicut palma » floreas, & adscendat in te gratia Ecclesiæ, vt sit odor narium tuarū sicut » mala, & fauces tuæ sicut vinū optimū, vt inebrieris in CHRISTO.]

Theodoretus. » THEODORETVS; Hoc etiam monet Spiritus sanctus per B. Da- d *Psal. 91. v. 13.* » uid, *Iustus*, inquiens, *vt palma florebit* [d].]

Tres Patres. » TRES PATRES præclarè; Tua ex virtute sublimitas *assimilata est* » *palmæ*, quæ radice haud ita in profundum tendit, sed vertice sublimis » admodum attollitur. Tu item de rebus terrenis leuiter cogitās, quan- » tùm corporis necessitas vrget; mentis altitudine cœlos attingis, cùm c *Ephes. 4. v. 13.* » *ad mensuram ætatis plenitudinis* CHRISTI [c] peruenieris. *Et vbera* do- » ctrinæ tuæ tum Ethicæ tum Physicæ; quibus nos adhuc infantes ad » pietatem erudiens aluisti, nunc *similia facta sunt palmæ botris*, dum nos » ad perfectionem progredientes diuiniore doctrina pascis, quasi mel- » lita botrorum palmæ dulcedine. Itaque *magnitudo tua* doctrinæ, pal- » mæ comparata, est discipularum abs te institutarum multitudo.]

Philo. » Sed hæc ipsa eloquentiùs & vberiùs PHILO prosequitur verbis » huiusmodi; Palma cordis internam charitatem atque virtutem, vim- » que fidei inexpugnabilis ostendit: quemadmodum & iustorum vo- » luntas ac vita sese virtutibus illustrat, neque circa terrena hæc, peri- » tura versatur ac iacet: sed ad superna, atque cœlestia, & sempiterna cor

cor attollit ac dirigit, nec vllis aduersis frangitur, sed inuicta perdu- « *Palma spinas afferens, quid significet.*
rat, ac regnat. Etsi *palma* quosdam veluti aculeos profert, etiam in « hac parte iustorum vitæ congruit. Sunt enim palmæ aculei vel spinæ, « quales iustis viris ac sanctis sunt increpationes in peccatores, & de- « linquentes. Siquidem verba prudentium valentissimum sunt medi- « camentum, stultorumque calcaria, quibus quisque hominum benè « viuere volentium ad virtutes incitatur, & ad salutem abiecta sarcina « delictorum. Sic enim fit, vt copia & vbertate bonorum operum ani- « mæ iustorum, veluti palmarum botri, ac fructus impleātur, quod qui- « dem explicat, cùm dicit, *Et vbera tua botris*. nam & palmarum rami « fructibus prægrauantur, atque dependent, fiuntque suaues, dum ma- « turant: sic fidelis & sanctæ CHRISTI sponsæ *duo vbera* (duo testa- « menta, & duo præcepta charitatis, & duo vitæ genera actiuum & « contemplatiuum) maturo sensu, prudentique decerpta & asseruata, « dulcedine virtutum atque suauitate affluunt & abundant; eaque cœ- « leste pabulum rectè gustare volentibus administrant.] «

D. GREGORIVS; *Palma* quippe dum crescit, deorsum stringitur, « *D. Gregorius.*
& sursùm dilatatur: sic sancta anima ab imis ad minima incipit, & « paulatim ad maiora crescendo vsque ad amplitudinem perfectę cha- « ritatis peruenit. *Nemo enim*, sicut scriptum est, *repentè fit summus*. (& « posteà:) Potest tamen per *palmam* crux CHRISTI intelligi. Palma « enim in sublime valdè crescens, dulcissimos fructus gignit: & crux « CHRISTI cœlestem nobis cibū præparauit. Cui *statura* sponsæ assi- « milatur: quia pro CHRISTO mori non dubitat, quisquis CHRI- « STVM valdè diligens dignè imitatur.] «

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS, de deliciis illis (de quibus egit vers. sup. §. 4) loquens, & hæ quidem (inquit) illi iuges erant, sed « tamen vbi ad hoc ventum est, vt baiulans sibi crucem « IESVS *exiret in eum qui dicitur Caluariæ locum* [a], tollebat « & ipsa crucem suam, crucem interioris hominis sui: & sequebatur « eum crucifigenda cum eo: vnde & sequitur, *statura tua assimilata est* « *palmæ*. Siquidem per palmam, qua manus victoris antiquo ritu or- « natur, insigne illud & victoriosum crucis lignū signatur, cui nimirū « Euāgelista staturā pię matris assimilatā insinuans; *stabat* (inquit) *iuxta* « *crucem* IESV; *mater eius* [b]. Quis non tam piā matrem dulcissimo filio in « a *Ioan. 19. v. 17.* *Palma crucem significat.* b *Ioan. 19. v. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» cruce morienti astantem, acerrimi doloris ambigat crucem intùs to-
» leraſſe? Planè ille foris, & illa intùs patiebatur crucem. Stabat illa
» iuxta crucem sui IESV, atque eo ipso sibimet quodammodo erat in
» crucem erecta stando iuxta crucem filij: ipsa sibi quodammodo per
» affectum maternum facta erat crux. Sic ergo cùm staret iuxta insi-
» gnem illam palmam, statura eius assimilata est palmæ: sed clarificato
» iam filio, à resurrectione eius, & deinceps vbera eius assimilata sunt
» botris. Vnde & sequitur, *Ascendam, &c.*]

Hailgrinus.

HAILGRINVS quoad palmam consentit, sed addit quædam his
» verbis; *statura* eius, videlicet rectitudo bonæ intentionis, & sanctæ
» operationis directio, *assimilata est palmæ*: vt sicut palma, id est, arbor
» triumphalis crucis Dominicæ, terribilis est malignis spiritibus; sic
» Beata virgo merito suæ rectitudinis malignos spiritus terreat & ex-
» pellat. *Vbera* quoque *botris assimilata* sunt, in quo mirabilis præroga-
» tiua merendi monstratur in virgine; quæ non minùs meruit fundendo
» lac de vberibus suis ad filij nutrimentum; quàm Martyres, qui per
» botros figurantur, meruerunt fundendo sanguinem suum in marty-
» rio. omnium enim operum merces, secundùm radicem charitatis
» pensatur.]

Merces operũ secundùm radicem charitatis pensatur. Honorius.

Accepit hoc vltimum ab HONORIO, qui in Sigillo MARIÆ sic
» scripserat; CHRISTVS fuit *palma* in cruce, quia per eam homo ad-
» ipiscitur victoriæ palmam: cui *assimilata est statura*, id est, altitudo
» gloriæ MARIÆ, quia sicut ipse est cœlorum, ita ipsa Regina est
» Angelorum. Et *vbera tua botris*, id est, merita tua assimilata Martyri-
» bus, qui sicut botri pressi sunt passionibus.]

Rupertus.

RVPERTVS hunc vers. transilit, ne idem bis in sequenti reperat.

Alanus.

» Sed copiosissimè ALANVS his verbis; *statura* virginis gloriosæ, id
» est, processio vitæ eius *assimilatur palmæ*. Ipsa enim processit de radice
» horrida, id est, de peccatrice Synagoga, tanquam de spina rosa. Aspe-
» rum habuit corticem, quia quantum ad sæcularem honorem fuit in-
» firma, quantùm ad diuitias temporales paupercula. Sed firmitatẽ ha-
» buit roboris per constantiam mentis. Erecta fuit stipite, quia suspen-
» sa in cœlum animi intentione: *pulchra* in culmine, in virginitatis &
» humilitatis celsitudine: *delectabilis* in flore, quia fine concupiscentia
» concepit florem campi, & lilium conuallium. *Dulcis* in fructificatio-
» ne, quia sine pœna peperit mundi redemptorem. Hæc nobis propo-
» nitur in signum victoriæ & exemplum; vt sicut ipsa vicit mundum,
» peccatum, diabolum, ita & nos vincamus iuxta posse nostrum. *Vbera*
» MARIÆ dicuntur virginitas & humilitas, in quibus delectatus est
» CHRISTVS; quæq; nobis proposita sunt ad informandũ & instruẽ-
» dũ, *vt sequamur vestigia eius* a. Et comparantur *botris*, quia botrus in
» flore parit odorem, in fructu dulcedinem. Calefacit etiam & reficit:
» sic virginitas & humilitas virginis fragrant odore bonæ opinionis,
» fructum dulcedinis propinant, calefaciũt in amorem, & reficiunt ad
» spiritualem satietatem. Et sicut descendi in te palmam, ita *adscendam*
» *in palmam*, id est, crucem. *Palmam* dicit, quia signum triumphale est
contra

a 1. Petr. 2. v. 21.

contra omnem potestatem inimici, & *apprehendam fructum eius*. Fru- «
ctus palmæ illius vniuersus mundus cognoscitur esse per crucem re- «
demptus. Vnde idem Saluator ait: *Si exaltatus fuero à terra, omnia tra-* «
ham ad me ipsum (Ioan. 12.)] «
«

ANACOGE.

HONORIVS; Animæ gloriosæ *statura* est æqualitas « §. 5.
Angelorum; quæ *palma est assimilata*, quia in terris fuit « Honorij.
angustata, in cœlestibus autem dilatata. Eius *vbera* «
sunt *comparata botris*, quia Apostoli & alij Doctores «
eius sunt pleni poculis æternæ dulcedinis. «

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.8. » Dixi: Ascendam in palmam, & » apprehendã fructus eius: » & erunt vbera tua, sicut » botri vineæ, & odor oris tui, » sicut malorum.	*Dixi, ascendam in palmam, tenebo cacumina eius: & erunt nunc vbera tua, sicut botri vitis: & odor nasi tui, sicut poma.*

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM SPONSAE. סנסין *sansin.*

FRVCTVS]rectè vertit: Hebræa namque voce significantur *elatæ* fructuum à cacumine summorum ramorũ dependentium. ideò LXX. vertunt, *cacumina*, Aqu. *elatas*, Symm. *ramos*.

ORIS]alij, *narium* vel *nasi*. eodem sensu. nam de anima loquitur, quam ore & naribus exhalabat. Sensus est; Anhelitus oris tui suauior est pomorum fragrantia. Conueniunt autem hæc adolescẽtulæ. Persistit in cœpta comparatione, dicens: sicut palma densis gradatisque corticum pollicibus ad scandendum inuitat, sic tu illa tua pulchritudinis & decorum varietate, indidisti animo meo desiderium ascendendi ad complexum vberum tuorum. Statui ergo beatam me fore, si mihi daretur huic palmæ vite cinctæ, similacis siue clematidis instar adrepere & circumuolui, & dactylos palmæ summos decerpere, & botris simul vuarum expleri: hoc est, donis gratisque tuis perfrui, & *vbera* quidem *tua vt botros* vitigeneos attrectare, & dulcem oris tui animam legere ore meo, & hoc suauissimorum velut pomorum dulcissimo odore refocillari.

§. 2. MENS VERBORVM. a *Tertul. libr. 3. cõtra Marcion. Cyprian. Serm. de Passione. Pet. Damianus Serm. de inuentione Crucis. Iustus, Cassiod. Greg. Guilb. Willer. Angelo & Honor. in.*

Narrat nouella Ecclesia, quo pacto sororiis illis vberibus charitatis, fuerit accensa amore, & cupiditate se cũ sorore sua arctissimè colligandi: & CHRISTI cruci (magno de hac cõsensu Patres interpretantur[a]) cui iam soror erat, vt palmæ circumfusa & innixa, se quoque penitùs affigendi. Id animo (inquit) statueram, & nunc Deo dante compos effecta voti, sicut vitis tenellula sponso sum adsita, gaudénsque exsultabunda per crucis repto brachia, atque iisdem illic vberibus; quibus tu tam fœliciter lactata in talem tantámque excreuisti; vtriusque testamenti botris, læta tecum cibor simul & potor, &

tor, & variarum virtutum fructus, de palmæ cacuminibus dependentes, decerpo. (Sic TRES PATRES.) Si boni sunt *oculi mei*; certè id, quia vt te viderunt, amore fructuum tuorum exarserunt: si bonus *nasus*, certè quia sagax fuit in odore pomorum tuorum, scilicet exemplis sanctimoniæ, & religionis vestigandis.

Qui hæc verba tribuunt CHRISTO Domino ascensuro in crucem (vt Cassiodo. VVilleram. & multi alij) rationem Dialogisticam perturbant, & à litterali sensu deflectunt ad meditationem. Si quis tamẽ hoc conceptu pro concione vellet vti; in eius gratiam, en verba HONORII M. S. Quod *statura* perseuerantiæ tua *adsimilata est palmæ*, h. victoriæ meæ; hoc ideò est, quia ego *adscendi in palmam*, & traxi te post me ad victoriam. Videlicet quia *exaltatus sum in cruce, omnia traxi ad me*[a], in quibus & te. *Dixi enim*, id est, firmiter apud Patrẽ ante sæcula disposui: *quia adscendam in palmam*, id est, crucem, & vincam tyrannum, & tunc *apprehendam fructus eius*, scilicet omnes saluandos, quorum pars sunt vltimi Iudæi, & victo tyranno fugitiuos ad me retraham. Similitudo est illius, qui in arborem scandit, & pendentia poma ad se trahit: sic CHRISTVS in crucem ascendit, & electos in multis erroribus dispersos ad se collegit. fructus palmæ crucis, sunt resurrectio & ascensio, aduentus Spiritus sancti, & salus mundi; quos fructus CHRISTVS apprehendit, quãdo humanum genus, in Adam mortuum, in seipso ad vitam resuscitauit, & hominibus sciẽtiam linguarum omnium per Spiritum sanctum dedit, & omnes per baptismum mortis suæ saluauit. Ideò autem conuersæ Synagogæ palmam crucis in memoriam reducit, vt memoret se per crucem redemptam, & diligat redemptorem; & per hanc palmam erunt *vbera tua* (ait) *sicut botri vineæ*. botrum vineæ qui est dulcis, posuit ad distinctionem botri syluæ, qui est amarus.

Vbera Sunamitis sunt prædicatores, qui lac doctrinæ præbent rudibus. *Vinea* est Ecclesia, *botrus* est CHRISTVS, in prælo crucis pressus, de quo fluxit vitæ potus. Sic premuntur doctores Synagogæ in Antichristi persecutionibus, & fluunt de eis vitæ pocula fidelibus. *Odores* verò Sunamitis sunt fama & opinio bonæ operationis & prædicationis, quæ sunt *sicut odores malorum*, id est, sicut prædicationes Apostolorum. Apostoli quippe fuerunt sicut mali; in quibus est odor & fructus, quia odorem bonæ vitæ sparserunt, & dulci fructu doctrinæ alios refecerunt. Et nota quòd prædicatores Synagogæ (*conuersæ*) CHRISTO assimilantur in pressuris passionum; prædicationes verò eorum prædicationibus Apostolorum, quia tantæ perfectionis erunt, vt nullis tormentis à CHRISTO fieri valeant.]De CHRISTO in cruce exaltato egregiè, sed multis, accepit Absal. Abb. *serm. 26. qui est de Passione Domini.*

[a] *Ioan. 12. v. 32.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

» IDEM] Anima *in palmam adscendit*, quãdo se per victoriam crucis saluatam crèdit: *fructus palmæ apprehendit*, quando dignè corpus CHRISTI comedit, quod in arbore crucis pependit. Vel, *fructus eius apprehendit*, dum præmium vitæ per crucem propositum percepit. Post fidem erueis erunt *vbera* animæ, *sicut botrus vineæ*, non siluæ; quia prędicationes sunt dulcedine plenæ. Significatio namque rerum mutatur, secundùm diuersitatem sensuum. In hoc quippe loco *vbera* animæ, sunt eius doctrinæ prædicationis, plenæ *vt botri* vineæ. *Eius odores* sunt, *sicut malorum*, id est, operatio virtutum eius est sicut sanctorum: vel orationes eius sunt sicut odor incensorum.] Nihil autem necesse est cum B. Gregorio ad mala punica hæc restringere: præstat latissimè accipere.

Philo. Crux reddit omnia amara deflebilia. a Gal. 6. v. 14.

Palmam PHILO crucem interpretatus, egregium addit elogium: nempe per eam omnẽ vim dolorum, cruciatuum, ignominiæ, dedecoris, non modò vinci, verùm etiam amabilem reddi, & gloriosam, & planè cœlestem, & salutarem. Vnde in illa sola Paulum gloriari [a]; & per hanc Apostolos & ceteros fideles omnes laborum præmia consecutos, & consecuturos. In hac vna, tentamenta omnia & ærumnarum tormina sedari, atque vinci: per hanc animi perturbationes & vulnera vel lethalia, fœliciſſimè curari. Hinc fieri, vt, quod sequitur habeam [a]; *Et erũt vbera tua, &c.* Vt enim botri vineæ calcati ac pressi lætissimum liquorem vini suo agricolæ atque vinitori effundunt: sic viri Dei iusti ac sancti diris cruciatibus atque pressuris hominũ, botrorum instar, afflicti ac torti, per victoriam salutarem cultori Deo & IESV CHRISTO, ac sponsæ cœlestem lætitiam de se pariunt ac promunt, sanctitatisque odore atque virtutum, ad idem ceteros imitatores CHRISTI allicrunt ac trahunt. Vnde rectè sequitur; *Et odor nasi tui, &c.* vt per hæc fidei inuictæ, ac spei & ardentissimæ charitatis odorem apertissimè declararet: secundùm illud Apostoli; CHRISTI *bonus odor sumus, & his qui salui fiunt, & iis qui pereunt: aliis quidem ex morte ad mortem, aliis verò ex vita ad vitam sempiternam* [b]. Qui enim sanctorum monita & fidelissima consilia atque salutaria negligunt ac spernũt, qui CHRISTI mandata nolunt, voluptates huius perituri sęculi amplexi; ij sibi ex prima peccati morte secundam illam æternam infœliciſſimè parant. At qui de peccatis suis admoniti, prudenter sese corrigunt ac emendant, parẽtque præceptis omnipotentis Dei atque Sanctorum, hi ex prima luce veritatis & vitæ, ad sempiternam illam & inuisibilem beatissimè peruẽniunt.

b 2. Cor. 2. v. 15.

D. Ambros.

» D. AMBROSIVS *lib. de Isaac, c. 8.* Ascendit equos suos CHRISTVS, ascendit verbũ Dei animas pias: Vnde cognosce, quia & istam ascendit, & perduxit eam ad locum palmæ, quando & dicit ad eam: » *Quàm pulchra, & suauis facta es charitas in deliciis tuis. Statura tua similis facta est palmæ.* (*suprà vers. 7.*) & ipsa ait: *Dixi, ascendam in palmam.* Sed etiam ipsa charitas palma est. ipsa est enim plenitudo victoriæ, *plenitudo legis charitas est.* (Rom. 13.)

Theodoretus.

Vides animam benè animatam, quæ (vt ait THEODORETVS) cupit ascendere & cogitat de altitudine, & quemadmodum B. Paulus ait [a], *nondum arbitratur se comprehendisse*, sed persequitur, vt comprehendat, & eorum quæ retrò sunt obliuiscitur, & ad anteriora contendit.] & cum Dauide [b], *disposuit ascensiones in corde suo, vt eat de virtute in virtutem.*

a Philip. 3.

b Psal. 83.

Tres Patres.

Hoc ergo ait; Mecum ipsa (sic TRES PATRES) deliberans dixi, *ascendam* per virtutis imitationem ad perfectionem doctrinæ tuæ, & per contemplationem *apprehendam* eius sublimitatem. Et disciplinæ tuæ *vbera*, quæ me naturaliter nutriunt, erunt omnino; *sicut botrus vere vitis*, qui CHRISTVS est [c], præbentes mihi gratiam diuinitatis; quæ vini more à natura mentem dimouet, & supra naturam transfert. Vnde etiam *odor naris* tuæ *sicut poma*. Gratia scilicet Spiritus sancti mentem implens suauitate; quam tu à sponso susceptam in nos infundis, sicut poma sunt tum aspectu pulchra, tum odoratu suauia, tum gustatu dulcia; sic ipsa nobis erit & virtutum moribus decora, & odorifera sermonum venustate, & dulcis experientiæ iucunditate.]

c Ioan. 15. v. 1.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Rupertus.

RVPERTVS, HONORIVS, & HAIMGRINVS, hæc volunt à CHRISTO Domino dicti matri piæ, & confirmat Rupertus, quia si Apostolus indicauit [d], *Ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur ad crucifigendum*; imò si & inimicis; *& ego, si exaltatus fuero à terra, omnia trahã ad meipsum* [e]: quantò magis hoc indicauit matri? & per *vbera* doctrinam intelligit; Honorius verò merita, q.d. tua merita erunt omnibus imitabilia sicut Euangelia, quæ sunt vinea CHRISTI. nam hic est *botrus*, quem portauerunt filij Israël in vecte [f]. *vectis* erat crux, botrus CHRISTVS, portantes Prophetæ & Apostoli. *Vinea* de qua allatus est botrus, fuit floridum corpus (MARIÆ) qui botrus in torcular crucis expressus, & inde fluxit fidelium potus.]

d Mat. 20. v. 19.

e Ioan. 12. v. 32.

Honorius.

f Num. 13. v. 25.

Si toto commentario copiosè manauit vena GVILHELMI, hoc certè loco prorsùs exundauit, & pectora piorum fluentis aquæ viuæ satiauit. Ante passionem (inquit) ô pia mater, intimaui tibi, quòd

Gaiberus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» quòd exaltatus à terra, omnia traherem ad me ipsum; quòd crucis
Hinc accepit Rupertus vel » suppliciũ passurus, & ita redẽpturus essem mundũ. Non enim mater-
ipse Guil- » nã pietatẽ latere debuit, quod discipulis ostendebã dicẽs; *Ecce ascendi-*
helmus. » *mus Ieroſolymã, & filius hominis tradetur, vt crucifigatur.* hoc est, adscen-
» det in palmam, vt apprehendat fructus eius. Erat autem hoc verbum
» absconditum ab eis, & non intelligebant, quod manifestè dicebam, eo
» quòd adhuc rudes essent, & ob hoc tanti sacramenti prorsùs incapa-
» ces. At verò tu pia mater, cùm tibi dicerem; *Ascendam in palmam, &*
» *apprehendam fructus eius*; aut, *exaltabor à terra, & omnia traham ad me*
» *ipsum*; plenissimum huius verbi habebas intellectum, & sponsionem
» meam gratissimè accipiebas. nam cum intimatione illius mysterij,
» pariter & promisi tibi, quòd à me apprehensis fructibus palmæ *vbe-*
» *ra tua* forent *sicut botri vineæ*. Itaque sicut tibi prædixeram suo tem-
» pore *adscendi in palmam*, id est, non inuitus, sed volens in crucem le-
» uatus sum; non addictione necessitatis, sed libertate pietatis.
» *Adscendi in palmam*: sed manibus militum qui diuinæ dignationi
» meæ nescientes militabant. ex eorum ergo manibus scalam mihi feci.
» quantum in ipsis fuit, crucifixerunt hominem miserè morituru: m:
» quod ad me attinebat, *adscendi in palmam* triumphaturus. *Ascen-*
» *di in palmam*, de qua Iudæi diuinæ dispensationis ignari descendere
a *Matth. 27.* » monuerunt dicentes; *Saluum fac te ipsum, descende de cruce* [a]. Porrò vt
v. 40. » saluum facerem genus humanum ascenderam in palmam: vt fructifi-
» caret palma, ascenderam in palmam: & ideò nolebam descendere,
» nondum formatis fructibus. nam adhuc florebat palma, cùm ei talia
» dicerentur. Cùm autem gustato aceto dicerem; *consummatum est*, &
b *Ioan. 19. v.* » *inclinato capite* traderem spiritum [b]: iam fructus redemptionis huma-
30. » næ erant in palma; qui nimirum per triduum sepulturæ meæ ad ple-
» nam maturitatem venerunt: atque ita die tertio glorioſus triumpha-
» tor resurgens ex mortuis, *apprehendi fructus palmæ* iam plenè maturos.
c *Psal. 29. v.* » Nam *quæ* esset *vtilitas in sanguine meo si descendissem in corruptionem* [c]?
10. » Cui mea passio prodesse potuisset, nisi passionem resurrectio è ve-
» stigio secuta fuisset? Nunquid non fructus crucis meæ, quasi vua
» acerba essent, qua dentes obstupescerẽt; nisi per gloriam resurrectio-
» nis quasi recepta maturitate obdulcuissent? Si enim *euacuatum est*
d *Gal. 5. v.* » *scandalum crucis* [d]; ergo fructus palmæ, fructus redemptionis huma-
11. » næ, quos feci moriendo, iam maturos apprehendi. Ex mortuis resur-
» gendo apprehendi, tanquam distribuendos, & expendendos in vsus
» eorum vitales, qui prærordinati sunt ad vitam æternam. Itaque *ascen-*
» *di in palmam*, cùm pro salute hominum voluntariè subij mortem,
e *Phil. 2. v. 8.* » *mortem autem crucis* [e]: & *apprehendi fructus eius*, cùm morte trium-
» phata victor remeaui ab inferis. Denique cùm adscendissem palmam,
» tu, ô pia mater, stabas iuxta palmam, & statura tua assimilabatur
» palmæ. stabas iuxta crucem IESV tui, & per affectum maternum
» pariter crucifigebaris. Porrò cùm iam apprehendissem fructus pal-
» mæ, iuxta promissionem meam, *vbera tua* de cetero *assimilata sunt*
» *botris*.

Sanè

Sanè quænam sint hæc vbera piæ matris, & quomodo facta sint quasi botrus vineæ, videndum est. non enim hoc loco de sacris illis vberibus agitur, de quibus dictum est filio; *Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti* [a]. non de illis inquam corporalibus piæ matris vberibus agitur, quæ Dei filium corporaliter aluerunt. quia lac illi, non vinum dederunt. Habet autem pia mater & spiritualia vbera, quibus nimirum datum est illi adoptiuos fratres filij sui spiritualiter enutrire; & de his quidem vberibus eius potest intelligi, quod in Prouerbiis dicitur; *Cerua charissima, & gratissimus hinnulus, vbera eius inebrient te omni tempore* [b]: *& in amore eius delectare iugiter*. Cerua enim charissima est, quæ habet gratissimum hinnulum, MARIA scilicet quæ peperit IESVM. Cerua ista magnorum planè nobilium-que ceruorum filia est; quorum vnus; *quemadmodum* (inquit) *desiderat cernus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus* [c]. magnus itidem nobilisque ceruus fuit Abraham, à quo exorsus est magnorum successiones ceruorum, deduxítque * Matthæus á vsque ad ceruam charissimã, de qua natus est hinnulus gratissimus, id est, vsque ad MARIAM, *de qua natus est* IESVS; *qui vocatur* CHRISTVS [e]; *vbera* inquam *eius inebrient te omni tempore, & in amore eius delectare iugiter*. Bis dicitur *eius*. Vnum refert ad ceruam charissimam, alterum verò ad gratissimũ hinnulum; sic, *vbera eius*, id est, ceruæ charissimæ, *inebrient te omni tempore, & in amore eius*, id est, gratissimi hinnuli, *delectare iugiter*. Nempe parùm est amare gratissimum hinnulum, nisi in amore eius delecteris; cùm sit & amor crucians magis quàm delectans.

Denique plurimi vt Deum ament, cuius vel fruuntur beneficiis, vel iudicium metuunt, multa in animi sibi extorquent amore: scilicet temporalium, cum suis delectationibus fortiter oblectante. Et parùm est delectari in amore gratissimi hinnuli, nisi & iugiter delecteris. quia nimirum delitiæ charitatis cùm interpolantur etiam minorantur. Vt autem vberibus ceruæ charissimæ iugiter inebrieris, in amore eius hinnuli necesse est iugiter delecteris. Nutriebant illa corporalia ceruæ charissimæ vbera gratissimum hinnulum, sed non mebriabant: quia non vinum, sed lac dabant.

Porrò spiritualia eiusdem piæ matris vbera, quibus non ipse hinnulus, sed fratres eius nutriebantur * vino, vim inebriandi habent. De his ergo dictum est piæ matri: *erunt vbera tua, sicut botri vineæ*. Planè illa quotidie materna sollicitudine parturiens infirmiora mẽbra hinnuli sui, donec plenius CHRISTVS informetur in eis; neminem à suæ pietatis sinu repellit, sed potiùs inuitat, & attrahit vniuersos. *Omnes* (ait) pusillanimes venite ad vbera mea, & sugite, *absque argento, & absque vlla commutatione, vinum & lac* [f]; vt non tantùm refocillemini, sed etiã vsque ad sobriam iucunditatem inebrieminii. Et primùm quidem de vberibus eius sugite lac consolationis: deinde vbera eius assimilantur botris, vt bibatur ex eis etiam vinum inebrians sanctæ exultationis. Multi siquidé de peccatis grauioribus emergentes, & adhuc pro recẽtibus plagis ægram habentes cõscien-

a *Luc. 11. v. 27.*

b *Prou. 5. v. 19.*

c *Psal. 41. v. 2.*

* Nomẽ ad didi, quod deerat M.S. lib.

d *e. r.*

e *Matth. 1. v. 16.*

* Sic corrigẽd' locus, & supplendus addita voce vini.

f *Esai. 55.*

« Locus corruptus, nec audeo manum adhibere.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» tiam,ad vbera piæ matris opem eius flagitando confugiunt:ac primò
» quidem ne abundantiori tristitia absorbeantur, pia interuentione
» consolationis munus suscipientes, de vberibus pietatis eius quasi lac
» sugunt, & nondum vbera eius assimilantur botris:postea verò sancta
» paulatim conscientia, per fructus dignos pœnitentiæ, meritis & in-
» tercessione eius, de certitudine veniæ exhilarantur, & tunc de vbe-
» ribus piæ matris vsque ad obliuionem veterum delictorum san-
frequès hęc vox *lebrio*, Guilhelmo. » ctæ exultationis vino debriantur, sicque facta sunt vbera eius quasi
» botri vineæ. Item plurimi pressuris tribulationum laborantes, ad
» vbera piæ matris properant, id est, opem genitricis Dei & Do-
» mini nostri implorant. Et primò quidem per interuentum eius re-
» focillantur, ne malis frangantur: postea verò ab ipsis tribulationi-
» bus, illa eripiente,fœliciter emergentes,sancta iucunditate inebrian-
» tur. Primò itaque de vberib. eius lac sugunt necessariæ consolatio-
» nis;deinde & vinum sanctæ congratulationis: & sic vbera eius assi-
a *Prou.* 5.v. 11. » milantur botris. *Vbera*,inquit, *eius inebrient te omni tempore*[a].Et qui-
» dem prædicti non inebriantur omni tempore,sed tantùm in prospe-
» ris;sicut nec lactantur omni tempore, sed tantùm in aduersis. Porrò
» nonnulli per vberiorem gratiam,etiam in aduersis exultant,& beatæ
» matris intercedentibus meritis in ipso feruore malorum, secundùm
b 2.*Cor.* 5.v. 13. » Apostolum[b]; *mente excedunt Deo vsque ad obliuionem* eorum:hos pla-
» nè vbera ceruæ charissimæ inebriant omni tempore,tam in aduersis,
» quàm in prosperis.

» Denique quamdiu *Dominus gloriæ*, id est, ille gratissimus hinnu-
» lus inter homines per similitudinem carnis peccati apparebat inglo-
» rius,vbera illius ceruæ charissimæ neminẽ inebriabãt. nam quamdiu
» ille putabatur filius Ioseph,etiam illa puri hominis mater putabatur,
» vnde nec reputabantur vbera eius: at vbi per clarificationem filij de-
» claratum est, quòd esset mater maiestatis,& ob hoc etiam mater pie-
» tatis; cœperunt homines propriæ infirmitatis vel iniquitatis conscij,
» certatim ad eius vbera properare, id est,eius se meritis commendare,
» & eius solatia postulare. Itaque postquam gratissimus hinnulus *as-*
» *cendit in palmam*, & *apprehendit fructus eius*, id est,exaltatus fuit à ter-
» ra,& omnia traxit ad seipsum, extunc & deinceps facta sunt vbera
» ceruæ charissimæ,sicut botri vineæ,& cœperunt nõ tantùm lac con-
» solationis,sed etiam vinum sanctæ exultationis ad se confugientibus
» propinare.

» Extunc etiam factus est *odor oris eius sicut malorum*. Sanè odora
» quædam insipida sunt: at malorum non tantùm odor, sed & sapor
» bonus est.cùm ergo odor oris eius *odori malorum* comparatur,os eius
» non tantùm odorum,sed & saporum demonstratur,nõ tantùm odo-
» rum loquendo delectabilia,sed & sapidum loquendo salubria. Erat
» autem sermo eius,non tantùm iucundus,sed & vtilis; audientes non
» tantùm quasi per bonum odorem suauiter afficiens, sed etiam per
» bonum saporem salubriter reficiens. Quia ergo in verbis eius erat,
» non tãtùm sancta delectatio,sed etiam vitalis refectio:benè, *odor eius*
dicitur,

dicitur,*sicut odor malorum*. Et quidem ante clarificationem filij pia mater flebat à bonis:nondum enim tempus illi erat,propalandi,quæ specialiter,atque plenissimè nouerat. Vnde Lucas enarrato sanctę incarnationis mysterio, & his quæ circa illam contigerunt, MARIA (inquit)*conseruabat omnia verba hæc in corde suo*[a].Planè nondum esse tempus effundendi sciebat, quæ apud se tamquam opportunè promenda sollicitè reponebat. * nondum ergo odor eius erat sicut malorum.porrò clarificato iam filio, magnum illud pietatis sacramentum cum suis circumstantiis inchoanti Ecclesiæ plena narratione exposuit;atque de his quorum ministra singularis exstiterat, *testimonia eius credibilia facta sunt nimis*[b]; quæ nimirũ ab ore eius suaui salubritate, & salubri suauitate Ecclesia primitiua excipiẽs,verbis simul & litteris transmisit ad posteros. Proinde nõ tantùm eo tempore,sed extunc & deinceps, per omnes fines terræ *odor* eius oris *sicut malorum*.]

a *Luc.* 2. v. 51.
* malè m. s. *notandum ergo.*
b *Psal.* 92. v. 5.

ANAGOGE.

TRIVMPHANS Ecclesia in palmam ascendit, quia per victoriam crucis ad lignum vitæ peruenit: de quo scriptum est;*vincenti dabo edere de ligno*[c] *vitæ,quod est in paradiso Dei mei*.fructus eius iam apprehendit, *de quo qui comederit,non morietur in æternum. Vbera eius sunt sicut botrus vineæ.* quia gaudia quibus pro pressuris mundi inebriatur,sunt sicut gaudia CHRISTI in cruce pressi. Ipse enim est botrus vineæ, potus Ecclesiæ,fons vitæ,ab ipso inebriabitur,quando ei dicetur, *intra in gaudium Domini tui*[d].Tunc erunt *odores eius sicut malorum*, id est,deliciæ eius erunt sicut Angelorum:& *guttur eius sicut vinum optimum*,id est,laus eius erit,sicut laus epulantium.]

§. 5. Honorius.
c *Apoc.* 2. v. 7.
d *Matth.* 25. v. 21.

Hactenus HONORIVS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. VI.

SECTIO VI.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 9. „ Guttur tuum sicut vinum	*Et guttur tuum sicut vinum*
„ optimum; dignum dilecto	*bonum, vadens fraterno meo*
„ meo ad potandum, labiisque	*in rectitudinem, Sufficiens la-*
„ & dentibus illius ad	*biis meis, & dentibus.*
„ ruminandum.	

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSAE ADVLTAE.

ADVLTA soror sententiam & decretum iunioris commendat. LXX. seruarunt Hebraismum, vt & Aqu. & Symm. noster clariùs sibi censuit vim eius explicãdam. Hebræa sonant ad verbum; *guttur seu palatum tuum sicut vinum* (sub. vitis, hoc est, perfectum) *vadens* (Symm. conueniens) *ad dilectum ad rectitudines: faciens loqui* (LXX. sufficiens: Symm. accedens) *labia dormientium* (hoc est, tam potens, vt vel dormientes loqui faciat) SAPHAT radix Hebrææ vocis SIPHETE

שפת
שפתי

significat disponere, ordinare & digerere, vnde noster rectè vsus verbo, *ruminandi* labiis & dentibus; sanè dentes etiam cum labiis iunxêre hic Septuaginta & Aqu. neque id ocioſum esse notat merobibulorum adagium; *bonum vinum non trãiiciendum, sed mandendum.*

Guttur pro oratione & eloquio ponitur. laudantur ergo verba præcedentia, vt humilitate, prudentia, & charitate condita: dicunturque futura sponsi palato instar lectissimi, pretiosissimi, & fortissimi vini. quia vinum optimum, quod sine vlla austeritate, aut remora liquidò defluit, & (vt alibi noster explicat MESARIM[a]) blãdè ingreditur per gutturem, & sic inoffenso pede ad interiora se penetrat: illic verò existens dolum prodit, cùm pedum, linguæ, & rationis vincit solertiam, & hominem somno tradit; interea tamen spiritus ciens, phantasiam excitat, & diurnas imagines mouẽs, cogit ignaram linguam mentis arcana prodere: vigilantes etiam aliàs (vt senes solent, nam & hic quidam pro *dormientium* vertunt; *veterum*) taciturnos adigit ad multiloquium, non sine famæ quoque alienæ propriæque iactura; quæ tamen verba, quia nec spontè nec satis articulatè, aut apta connexione cohærentia, proferuntur, ideò non dicit ea cor vel linguam, sed labia & dentes loqui. Aut simpliciter; *vinum* indicatur (vt ait VVilleramus

מישרים
a Prou. 23. v. 31.

VVilleramus, præclue.

præclue.

præclue. Sic ille sæpè loquitur) quod torporem discutit, sopitos sensus excitat, mœrẽtes recreat. Ingens hyperbole futura; si, more Syrorum, per *dormientes* intelligas mortuos, q. d. vinum quod mortuos queat suscitare.

§. 2. MENS VERBORVM.

VVilleramus *vinum* hoc interpretatur bonam diuini verbi diffamationem. Sensus potiùs est; recepto iam à te Euangelio, prædicatio & iudicium tuum (hæc optimè per *palatum* significãtur) acre & optimum est, suauissimum, rectissimum, & irreflexum: iam enim non austerum loquendo promis acetum timoris; vt antè faciebas sub iugo legis; sed meracum laudatissimum dilectionis, supra mel & fauum dulce; faciens mutos loqui Dei magnalia, consopitos vitiis excitans, quin & peccatis mortuos suscitans. *Vide quæ dixi c. 5. v. 16.*

Philo. Corpus & sanguis Christi in Eucharistia propositus. Iustus.

PHILO *guttur* exponit ipsum CHRISTI Domini corpus & sanguinem in Eucharistia fidelibus propositum, sed vereor, ne sit sensus tantùm accommodatitius; dignissimus tamen legi propter pondus verborum, & rationum quibus sacerdotes & reliquos ad diligentem sui præparationem, priùs quàm accedant, sedulò adhortatur.

IVSTVS, & reliqui ferè per *vinum*, Euangelicam doctrinam; per *guttur & dentes*, prædicatores intelligunt.

D. GREGORIVS in gutture vox est, per *guttur* itaque ipsa prædicatio iterùm designatur, quę quasi *vinum optimum* esse dicitur: quia mentes hominum inebriat, vt præteritorum, sicut dictum est, obliuiscantur, & in anteriora currentes, non lassentur. Tale est [*hoc*] sponsæ vinum, vt & *dignum* sit *dilecto ad potandum*: quia dum sancta Ecclesia fidem veram prædicat, dum auditores suos ad sancta opera excitat; dum solum CHRISTVM diligere, imitari, amplecti, bonum esse, verbis & operibus demonstrat; quid aliud, quàm vinum suum dignum facit, vt in ore sponsi dulce sapiat, quod benè CHRISTVS *potare* dicitur, quia à corpore suo, id est, à populis fidelibus, amabiliter potatur. De quo notandum est, quòd omnes potant, sed *labia* sola, *& dentes ruminant*: quia dum Ecclesia per sanctos suos prædicat, omnes quidem audiunt; sed non omnes, quanta sit vis sententiarum, quæ dicuntur, discernunt. Labia verò & dentes ruminant, quia dum perfectiores quique post auditum verba ad memoriam reuocant, dum audita quæque assidua exercitatione recogitant, quasi ad os reuocantes, quæ sumserunt, quanta sit virtus cibi, quem comederunt, sentiunt. Id-circo in lege scribitur, quia *animal quod non ruminat immundum habetur*[a]: quia quisquis bona quæ audit, siue legit, non recogitat, vacans à sanctis cogitationibus, necessariò immundas congregat.]

a Leuit. 11. & Deut. 14. v. 8.

Honorius.

Eodem sensu, sed paullò aliter HONORIVS; dicit, prædicationem *optimo vino* collatam, quia prædicatores non inflat, & auditores ædificat. *Dentes* CHRISTI esse Scripturæ expositores; *labia* esse exposita proferentes. Hi (ait) optimum vinum *ruminant*, dum suauem doctrinã in ventre memoriæ recondunt, & iterum ad docendum reuãhunt. Sicut pecus dum ruminat, escam iam comestam de ventre in os reuahit, & mandit, & iterum recondit in ventre. Et nota quòd

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ ſponſus vinum potat, & labia dentéſque ruminant, quia Doctores
„ cum magno labore Scripturas exponunt, & proferunt, & auditores
„ vix conuertunt: ſponſus verò facili nutu inſpirationis prædeſtinatos
„ conuertit, & quaſi potum ſine difficultate in corpus Eccleſiæ infun-
„ dit.]

Theodoretus. „ Sed cur *labiorum* meminit & *dentium*? Reſponder THEODORE-
„ TVS, quoniam Eccleſia CHRISTI doctrinam partim euulgat &
„ pronunciat vtens inſtrumento labiorum, partim cuſtodit ac cõſeruat
„ dentes pro muro circumponens. His congruunt illa quæ à B. Paulo
a 2. Cor. 12. v. 4. „ dicta ſunt: *Audiui enim arcana verba, quæ non licet homini loqui* [a]. Idcir-
„ co ſponſa quoque dicit: *ſufficiens labris meis & dentibus meis*, vt alia
„ prædicem, alia ſilentio ſupprimam.]

TROPOLOGIA.

§. 3. Vtes Patres. „ TRIBVS PATRIBVS, ſic animæ conuerſæ inducuntur lo-
„ quentes, & Metaphraſim huius loci proferentes; inſtitu-
„ tionis tuæ ſermo, qui *vt vinum optimum* cor lætitia afficit,
„ *erit nobis*, dum pronũciatur in dilecto tuo; cuius nobis de-
„ ſiderium inſtillaſti; *in vias rectas*, vt eum tanquam veritatem ample-
„ ctamur, nec per defectũ aut exceſſum à virtutis rectitudine deflecta-
„ mus. *Et ſufficiens* noſtris appetẽdi potentiis tanquam *labris* oſculamur
„ quod placuit voluntati: *ſufficiens* etiam intelligendi facultatibus; qui-
„ bus tanquam *dentibus* quæ dura ſunt, & ad cognoſcendum difficilia,
„ ad eſum & cibum ſpiritalem frangimus & molimus.] egregiè iuxta
„ verſionem LXX. Iuxta noſtram verò ſunt ſequentia.

Honorius. „ * HONORIVS; *Guttur* animæ eſt vox laudis vel confeſſionis eius:
„ quod eſt *ſicut vinum optimum*, quia non inflat inebriando, ſed lætificat
„ cor recreando.]

Guilhelmus. „ Quantò diſertior hîc GVILHELMVS? In *gutture* (ait) vocis offi-
„ cium eſt. Habet autem & homo interior guttur ſuum ſpirituale, quo
„ plerumque intùs in laudem Dei clamoſus eſt homo, nullo corporali
„ ſono foris perſtrepente. Vnde Propheta de ſanctis Deum laudãtibus;
b Pſ. 149. v. 6. „ *Exſultationes*, inquit, *Dei in gutture eorum* [b]. Potrò vinum & in ſapore
„ iucundum, & in colore decorum eſt. Cùm ergo formam illam im-
„ plemus, quam nobis Propheta præſcribit; *Deo* inquiens *noſtro ſit iu-*
c Pſ. 146. v. 1. „ *cunda decoráque laudatio* [c], tunc *guttur* noſtrum eſt *ſicut vinum*. Sanè
„ iucunditas laudationis in hilaritate conſiſtit deuotionis. Qui ergo
„ laudat Deum hilariter & deuotè, proculdubiò laudat eum iocundè.
„ Videmus autẽ plerumque quoſdã vita indecoros in multa deuotio-
„ nis hilaritate laudantes Deũ: ſed, vt dictum eſt: *non eſt ſpecioſa laus in*
d Eccl. 15. v. 9. „ *ore peccatoris* [d]. Vnde nec Propheta contentus fuit dicere, *Deo noſtro*
„ *ſit iucũda laudatio*, ſed *iucũda*, inquit, *decoráq;*. Quoſda etiã cõuerſatio-
„ ne mũdos minùs deuotos, minuſq; hilares aduertrim⁹ in laudib, diui-
„ nis: ppter hos vtiq; Propheta præmiſit *iucũda*, ſubditur⁹, *decoráq; laudatio.*

datio. Deniq; qui, cum munditia cõuerſationis, hilaritatẽ Deo exhi- „
bet ſanctæ piæque deuotionis; in gutture ſuo habet iucundam deco- „
ramque laudationem: *in gutture*, inquam, *eius ſunt exſultationes Dei*, „
id eſt, quales decent Deum, vt ſcilicet iocundè ſimul decoreque lau- „
detur. Vnde idem Propheta alibi; *Te decet hymnus Deus in Sion, & tibi* „
reddetur votum in Ieruſalem [a]; per hymnum *iucundam*, per voti reddi- „ *a Pſal. 64. v.*
tionem *decoram* inſinuans laudationem. Porrò inaniter foris ſtrepit, „ *12.*
qui nec mundus, nec deuotione alacer, indeuotus & tepidus choris
pſallentium admiſcetur. Quatuor ergo diſtinguuntur genera canen-
tium Dominum. quidam enim * *iucundè decoréque* laudant; quidam
verò nec iucundè nec decorè laudant, ſed inaniter, tantùm admixti
pſallentibus, dant ſine mente ſonum.]

Quatuor genera laudantium Deum. * haud dubiè deſunt in m.ſ. duo genera, ſcilicet, quidã enim decorè laudant, ſed non iocundè, quidam iocundè, ſed non decorè: quidam iocundè, decoréque; &c.)

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. QVIS autẽ tã *iucundè*, atque *decorè*, tam hilariter, atque ſinceré Deum laudauit, quàm virgo illa mater Dei? Nulli enim ſanctorum tanta laudationis Dei occaſio ſuppetebat. Denique pro collatis ſibi diuinitùs ingentibus illis, inſignibuſque beneficiis, ſpirituale *guttur* ſuum *exultationibus Dei* repletum inſinuans; *Magnificat* (inquit) *anima mea Dominum; & exſultauit ſpiritus meus in Deo* „ *ſalutari meo: quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, ecce enim ex hoc, beata* „ *me dicent omnes generationes* [b]. Benè ergo *guttur* eius non ſimpliciter vino, aut vino bono, ſed vino optimo comparatur] poſtea Guilhelmus diuellit ab hoc ſequẽtia, & tribuit DEIPARÆ ipſi loquenti, quod non placet. deſumam ergo tantùm ex eo, quæ nobis vſui. Quia vinũ optimum, nempe laus decora, & iucunda, ideò *dignum ad potandum dilecto, & ad ruminandum.* nunc quia bonum illud libenter potat, & quia optimum libenter ruminat; id eſt, laudationẽ, quam illi iugiter omnia virginis oſſa dicũt, profuſiore dignatione acceptat.]

b Luc. 1. v. 46.

Aliter longè HONORIVS his verbis; *Bonum vinum* eſt legalis inſtructio; *melius* eſt Euangelica eruditio, *optimum* eſt Spiritus ſancti infuſio. *Guttur* virginis eſt eius doctrina à Spiritu ſancto inſpirata, quæ eſt *vt vinum ad potandum*, id eſt, placens ad imitandum. ait enim, *Diſperſit ſuperbos & exaltauit humiles* [c]. applaudit voci eius dicens; *dignũ eſt dilecto meo* hoc facere, nẽpe *parcere ſubiectis & debellare ſuperbos. Labia* Dei ſunt, volũtatẽ eius aperiẽtes; *dẽtes* verò vitia cõterẽtes. His eſt doctrina virginis ruminãda, id eſt, memoriæ tradenda: ſcilicet

Honorius in ſigillo.

c Luc. 1. v. 51.

a Iac. 4. v. 6. quod *Deus superbis resistit, & humilibus dat gratiam* a.]

Hailgrinus. Aliter adhuc HAILGRINVS, referens ad laudem discretæ orationis: preces ex *gutture* procedentes, erunt *sicut vinum optimũ*, quod affectorum dolores consolari & releuare consueuit. *Guttur* etiam diuidit escas, & bonas retinet, malas reuomit. hæc est virtus discernendi spirituales preces; quæ sicut vinum fæces suo calore expellit, vt remaneat vinum optimum, eliquatum, & defæcatum. Commendatur ergo discretio virginis in precibus; quæ hoc solum petit, quod discretè petitur, quod bonum, quod pium, quod purum, & ab omni macula defæcatum. Hoc verbum deprecatorium optimo vino simile *dignum est dilecto ad potandum*, vt ei placeat, & ipse delectetur in eo. dignum *labiis* CHRISTI, quia dignum vt fauor benignus illud recipiat, & quod benè sapiat & placeat diuinæ bonitati. Et sicut vinum optimum sine difficultate, & cum delectatione sorbetur: sic petitiones eius cum omni facilitate, & delectatione filius admittit. Verùm, quia eius quod bibitur gustus citò præterit, eius verò quod ruminatur sapor diu remanet, subdit; *& dentibus illius ad ruminandum*, vt sic ostendat, quòd non perfunctoriè, sed tanquam affectus plactita dulcedine, in matris petitionibus filius specialiter delectetur.]

B. V. hoc solũ petit, quod discretè petitur.

ANAGOGE.

§. 5. Prior pars petenda ex proximo vers. 8. §. 5. de posteriore nihil Honorius.

SECT.

SECTIO VII.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius.	*Ego fraterno meo, & super me conuersio eius.*	Vers. 10.

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSÆ NOVELLÆ. שוק תשוקה

CONVERSIO] SVA videtur significare, vicum qui à platea aliorsũ excurrit; inde TESVKA, accursum quédam seu excursionem à vehementi natam desiderio significat, & promptam voluntatem ad obsequendum, seu parendum alteri; vt patet ex *Gen. 3. v. 26.* vbi noster, *sub viri potestate eris*; Hebræa verti quoque possunt; *& ad virum tuum conuersio tua*, hoc est, spontanea prorsùs inclinatio: sicut potentia loco motiua est obediens menti rectrici. Et *Gen. 4. v. 7.* vbi noster; *& sub te erit appetitus eius*, Hebraica verti possunt; *& ad te conuersio eius*: hoc est, obtemperabit & parebit tibi, nam omnibus his locis est TESVKA. Sensus itaque horum verborum sponsæ nouellæ modestè auersantis laudem huiusmodi: siue seriò siue ioco ista commemorans, me honore tali non dignor, qualis qualis sum, aut si quid in me laudabile, id sponsi totum liberalitati acceptum fero, cui me totam do, dico, addico, in quem ardenti desiderio feror. Ex quo ille se mihi largiri dignatus fuit, & quasi meæ potestati permittere; ego vicissim totam me illi permisi, nihil volo, nisi quod ipse: tota animo & oculis ab eo pendeo: vt calthula suum solem, sic ego solem meum consector.

§. 2. MENS VERBORVM.

Ingenua Ecclesiæ confessio abrumpentis filum encomiorum, quicquid sum, gratia Dei sum. nihil habeo, quod ab eo non accepetim; cui soli adhæsit anima mea (sic Iustus) similia iam habuimus *suprà c. 2. v. 16. & c. 6. v. 2.* nam æquum fuit trium sponsarum nomine ter idem repeti, cum aliqua tamen gradatione, & confirmatæ vnionis significatione, vt ostendit D. Ambrosius [a]; mox citandus.

IVSTVS ita scribit; Huic dilecto ex voce Ecclesiæ dicitur; *adhæsit anima mea post te, me suscepit dextera tua* [b]. Videamus & alibi, quomodo ipsa dilecto suo loquatur: *Nos autem populus tuus & oues gregis tui* [c]. Et quomodo, *ad me conuersio eius* dicit Propheta; *Eritque ante-*

a *lib. de Isaac. c. 8. Iustus.*

b *Ps. 62. v. 9.*

c *Psal. 78. v. 13.*

» quam clament ego exaudiam, adhuc illis loquentibus ego exaudiam, di-
a Isa. 65. v. 24. » cit Dominus [a]. Sed nulla est ad Ecclesiam tam euidens CHRISTI
» conuersio, nisi cùm *verbum caro factum est, & habitauit in nobis.*[b]]
b Ioan. 1. v. 14.

Philo. PHILO *conuersionem* hanc interpretatur reditum sponsi ad iudi-
» cium, his verbis explicans; Ego seruiam filio Dei, & ipse affatim me
» remunerabitur, cùm in secundo illo aduĕtu cœlitùs descĕderit, iudex
» sessurus omnium atque discussor, congregans mortales omnes à qua-
» tuor angulis terræ, per lumen & officium angelorũ. Sed illi primùm
» conuertamur oportet, & ille ad nos omnino, sicut scriptum est;
c Ierem. 4. v. 1. » *Conuertere, conuertere ad me filia, &c* [c]. & alibi; *Conuertimini ad me, &*
d Ierem. 12. v. 15. » *ego ad vos conuertar* [d]. Sed ipse primus nos attrahat necesse est, ipse
» se primùm nobis offerat oportet. tunc enim conuertemur ad illum
e Iere. 17. v. 14. » & sanabimur, iuxta illud; *Sana me Domine & sanabor, salua me & sal-*
» *uus ero* [e].

TROPOLOGIA.

§. 3. D. Ambros. Cant. 2. v. 17. g Cant. 6. v. 2. h hoc loco. Ter diuerso modo sponsa iacuta est.

DAMBROSIVS sup. hunc sensum tertiò repetiuit diuersè in Cant. Canticorum. In principio ait; *frater meus mihi, & ego ei, qui pascitur in liliis vsque dum aspiret dies, & amoueantur vmbræ* [f]. Deinde ait; *Ego fratri meo, & frater meus mihi, qui pascitur inter lilia* [g]. In fine ait; *Ego fratri meo & super me conuersio eius* [h]. Primùm ad institutionem animæ, ideò & præmittit; *Frater meus mihi.* illo enim demonstrante se, etiam adhærendi Deo sumsit affectum: quod sequitur, secundùm profectum; tertium, secundùm perfectionem. In primo quasi in institutione adhuc vmbras videt anima, necdum verbi appropinquantis reuelatione commotas, & ideò adhuc ei dies Euangelij non refulgebat. In secundo sine vmbrarum confusione, odores pios carpit. In tertio, iam perfecta requiem in se verbo ministrat, vt conuertatur super eam, & caput suum reclinet atque requiescat: meritóque iam tenens, quem antea inuenire non poterat, ad agrum suum inuitat dicens, *Veni frater meus, &c.*

Honorius. » HONORIVS; Fidelis anima ad dilectum conuertitur, cùm de
» mala vita ad pœnitentiam, vel de sæculari ad spiritualem conuerti-
» tur: & dilectus ad eã conuertitur, cùm ei gratiam suam largitur, quam
» ei priùs subtraxerat, cùm ob culpam se ab eo auertit.]

Ter Patres. Notant TRES PATRES, animam charitate sic inflammatam, ceterorum quoque saluti curandæ incumbere, & ideò subdi, *Veni dilecte mi, egrediamur, &c.*

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Guilhelmus. GVILHELMVS continuans quæ dixerat, sic Deiparam vult loqui; Verè in laudibus dilecti *guttur meum sicut vinum optimum.* Nam quantùm diligo, tantùm & laudo, & pro mensura dilectionis est modus laudationis. Porrò eximietas dilectionis meæ tunc maximè declarata est, cùm starĕ iuxta crucĕ filij & maternis intuerer oculis tam acerbũ eius exitũ. Quippe in meo tunc pectore amor & dolor ex æquo sibi inuicem respondebant, & magnitudinem amoris magnitudo declarabat doloris. Denique tunc iuxta sententiam præsagi Simeonis meam *ipsius animam pertransibat gladius* [a]: planè ego dilecto meo per maternũ commoriebar affectum, ita vt eius in me martyriũ redundaret, & quasi cõmartyrem faceret. *Ego* tunc *dilecto meo* ad declarandam mei in ipsum amoris quantitatem; *& eius ad me* tunc *conuersio* facta est ad declarãdam filialem eius charitatẽ. Quantùm n. me diligeret in ipso passionis articulo præclarè ostendit, cùm, *videns* me piam *matrem & discipulum stantem quem diligebat*, ad me de cruce conuersus, dixit mihi; *mulier ecce filius tuus*; discipulo autem, *ecce mater tua* [b]. Planè illius ad me in tanta non falsorum acerbitate dolorum tam filialis conuersio, quàm filialem in me animum gereret, insigniter declarabat. Itaque ego dilecto meo pro omnibus morienti cõmoriebar, in argumentum amoris eximij; & *ad me conuersio eius* ratione filialis obsequij. Nempe illud pietatis decretum, quod olim de honorandis parĕtibus in eo, quod Deus promulgauit, homo pro hominibus factus dignanter suscepit circa matrem implendum: & quidem cùm diceretur mihi; *quid mihi & tibi est mulier?* itémque cùm diceretur cuidam de me nuncianti, *quæ est mater* [d] *mea?* circa honorem patris pro tempore occupatus, à me dispensatoriè videbatur auersus: sed voluntate patris impleta vsque ad crucem, ad me piam matrem honorandam facta est conuersio eius, & suo tempore exaltandam super choros Angelorũ interim dilecto discipulo cõmĕdare curauit.]

a Luc. 2. v. 35.
b Ioan. 19. v. 26.
c Ioan. 2. v. 4.
d Luc. 8. v. 20.

Honorius in sigillo. HONORIVS autĕ; B. Virgo repetit verba, quæ pro Ecclesia de Iudæis conuertenda fecerat ad filium. *Ego dilecto meo*, pro vobis preces effudi; *& ad me conuersio eius*, id est, per me voluit vos ad misericordiam conuerti.] Egregiè.

ANAGOGE.

§. 5. Idem. IDEM *in Commentar.* Ecclesia ad superna adspirans ad dilectum se conuertet, cùm de mundo ad cœlum migrabit: & ipse se ad eam conuertet, cùm eam in Societatem Angelorum recipiet.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 11. » Veni dilecte mi, egrediamur » in agrum, commoremur » in villis.	*Veni fraterne mi, exeamus in agrum, requiescamus in castellis.*

LITTERA.

§. 1. SONVS VERBORVM EIVSDEM SPONSAE.

NVNC quasi satur laudum, sermonem ad sponsum cõuertit, & quæ ab eo inuitata *Cant. 7. v. 10.* paria reddit cum vicissim in agros inuitando, vt ostendat paratam se quocunque sponsus volet commigrare, & auersari pristinam habitationem, carnis nidoribus, & caligine nubilam; cupere turbas, & molestias vrbium effugere, & in agri amœnitate amori liberius indulgere.

COMMOREMVR] pernoctemus, ex Hebr.

§. 2. MENS VERBORVM.

Amore CHRISTI sponsa inflammata, ei soli adhærere optabat, & quam serius animarum salutem cœperat sitire, feruenter se sitire ostendit. Velle se per orbem quoque cum sorore adulta sponsi nomen & fidem propagare, & spirituales ei filios gignere: quotquot restarent Pagani & Antichristi sectatores conuertendo.

Cassiodorus. *Pagani vnde dicti sint.*

CASSIODORVS, Nemo nescit paganos à villa dictos. quia κώμη Græcè, villa dicitur Latinè. inde pagani dicti, quia longè sunt à ciuitate Dei.] Quicquid sit de etymo, certum est mihi, hoc loco agi de conuersione vltimæ sponsæ. Notatum enim rectè fuit ab Honorio, totam quidẽ vniuersalem Ecclesiam vnam esse sponsam CHRISTI, sed in hoc illam Cantico considerari debere, vt quatuor sponsas: quarum prima sint primitiæ Synagogæ, secunda Ecclesia gentium ab Apostolis conuersa, tertia fæces Iacob, seu reliquiæ Iudæorum, conuersæ prædicatione Enoch & Eliæ; quarta verò Gentiles adhuc reliqui, & hæretici, & omnes adhuc superstites Antichristi partiarij, incõdita nempe illa multitudo, quæ, occiso perditionis filio, instar mandragoræ sine capite remanserat; de qua sponsa deinceps nonnulla inferentur: & de huius cum sponso nuptiis conciliandis, iam nouella illa seu tertia sponsa (quam Honorius *Sunamitin*, vt quartam hanc *Mandragoram*, solet nuncupare) se admodùm sollicitam ostendit.

Philo. Honorij verba dabo vers. seq. Nunc sufficerint ista PHILONIS

Adhorta-

Adhortatur sponsa sponsum, eundémque precatur iam inde aduenire, vt vnà cum ipso ingrediatur in hunc agrum, hoc est, in hunc mundum, dicente Domino, *Ager mundus est* *; & pernoctent in pagis, & *fiat vnum ouile, & vnus pastor* * Ecclesiæ sanctæ Dei, iam iam latiùs amplificatæ, secundũ illud Prophetæ [b] *Dilata funiculos tuos, & taulas tuas fige, ne timeas: & clauos tuos vallósque confirma, & ad dextram, sinistramque protende.* Sponsus pernoctauit in villis, cùm in agrestibus mentibus Iudæorum, duris & obstinatis animis, peruicacissimísq;, & fœuis cordibus, ad noctem vsque mortis peregrinus, inuisus, & perosus fuit.] Imò potiùs agit de mansione in cordibus Iudæorum iam conuersorum, & conuertendorum reliquorum.

* Matt. 13. v. 38. * Ioh. 10. v. 16. [b] Isa. 54. v. 2. & 3.

TROPOLOGIA.

§. 3. AMBROSIVS vbi sup. Suprà ad hortum inuitabat, hîc ad agrum habentem non solùm florum gratiam, sed etiam triticum & hordeum, hoc est, solidiorum firmamenta virtutum, vt fructus eius respiciat. *Requiescamus* (inquit) *in castellis*; ad quæ Adam, cùm de Paradiso eiectus esset, fuerat relegatus; in his requiescebat, sed terrã operabatur. Qua autem ratione exire eum in agrũ vellet, intellectus manifestus est: vt quasi bonus pastor pascat gregem suum, lassos alleuet, reuocet errantes. Nam etsi ista anima noua & vetera seruauit, tamen sunt adhuc velut agni qui lactis succo nutriendi sunt. Ergo quasi perfecta, non pro se, sed pro aliis interuenit, vt de sinu Patris exeat, vt *procedat tanquam sponsus de thalamo suo* [c], egrediens currat viam, vt lucretur infirmos, non, in illo secreto patris solio, & in illa luce immoretur, quò inualidi equi conscendere non queunt; sed vt assumatur & inducatur in domũ sponsæ atque secretum. Sit foris sibi, vt nobis intus sit medius nostrùm, & si non videatur à nobis. Vnde ait, *Quis dabit te frater, &c. cap. 8. vers. 1.*

D. Ambros.

[c] Ps. 18. v. 6.

Tres Patres. TRES PATRES: *Exeamus*, ego qui te mysticè contẽplor, & tu qui sic à me spectaris: *in agrum* corda discipularum, quem vt agrum à tribulis & spinis, à vitæ sollicitudinibus & prauis cogitationibus ipsũ suffocantibus purgaui. *Egrediamur* ostendentes illis spiritualem coniunctionẽ nostram in virtutum moribus peractionem expressam. Et sic egredientes *commoremur in villis*, in animabus, quæ nomini tuo, vt villæ incolas suos, cunctas intelligendi appetendique potentias, & sensus in vnum cogentes dedicarunt. Has tu domicilium tibi in Spiritu sancto constitues. Ego autem illis me ipsam, quo tibi placeant, exemplum præstabo.]

Honorius. HONORIVS, fidelis anima *in agrum egreditur, in villis commoratur*, dum agrestes vel villanos in bonis operibus vel moribus instruit: vel dum homo spiritualis interrmisso lectionis vel orationis studio, *manibus suis laborat, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti* [d].

[d] Ephes. 4. v. 28.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.* * *deest hæc vox MS.*

GVILHELMVS; Postquam dilectus, expleto propter quod à Patre exierat humanæ * salutis negotio, præclaris onustus lucris, ascendit vbi erat priùs; piam matrem modico tempore passus est commorari: modico, inquam, tempore à suis eã passus est deliciis peregrinari. Itaque, Ecclesia priuitiua sacris eius alloquiis iam sufficienter instructa, gloriosè assumpsit eam. Porrò sancti Apostoli officio inuigilabant prædicationis, *Domino cooperante, & sermonẽ confirmante sequentibus signis* [a]: *quia, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* [b]. Sed & ipsa pia mater ad filiũ iam assumpta vberrimis meritis Apostolicum laborem iuuabat; & primitias ex circumcisione per eos aquisitas filio iugiter commendabat. Vbi ergo Iudæi in verbi salubris ministros apertè sæuire cœperunt, & lapidando Stephanum, occidẽdo Iacobum, vinciendo Petrum, arbitrati sunt obsequiũ se prestare Deo; super tanta ingratitudine, & cæcitate eorum pia mater indignata, & conuersa ad filium; *Veni*, inquit, dilecte mi, *egrediamur in agrum, commoremur in villulis.* parum est: *Te esse in Iudæa notum, & in solo Israel magnum esse nomen tuum* [c]: vt ergo vsque in Idumæam extendas calceamentum tuum, & salues populos gentium, *veni, dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.* Denique populus Israëliticus repulit à se verbum Dei, indignum sese iudicauit vitæ æternæ. Vt ergo delictum eorum diuitiæ sint mundi, & diminutio eorum diuitiæ gentium, exeamus in mundum vniuersum, & prædicetur Euãgelium omni creaturæ. Egrediamur de illa Ierusalem; quæ meliùs Babylon dicitur, pro eo quod nõ nouit tempus visitationis suæ, & adhuc scandalum patitur in cruce Saluatoris sui. *Egrediamur* hinc, *& comm. in villulis gentium*, vsque ad vesperum sæculi. nam iuxta prophetiam Dauid, *conuertentur ad vesperam* [d], de quibus ait Isaias, *Si fuerit Israël quasi arena maris, reliquiæ conuertentur ex eis* [e]. Non sine me egredieris, aut sine me alicubi commoraberis. quia ego semper tecum, & prę omnibus te sequor, ô Agne, quocunq; ieris, tecúmque manebo vbicumque moram feceris. nam grata erit mihi Gentiũ salus, nec assumam laudem vel orationem pro domo Israël vsque ad tempus.]

[a] Matt. 16. v. 20.
[b] 1. Cor. 3. v. 6
[c] Ps. 75. v. 1.
[d] Ps. 58. v. 15.
[e] Isa. 10. v. 21.

Hailgrinus. HAILGRINVS; In his verbis ostendit mater sollicitudinem, quam gerit pro Ecclesia, qualiter sollicitet filium, vt eã visitet, & profectus videat,

videat, quatenus quod minus est visitando compleat. Visitemus, ait, illos qui sunt in agro, & vomere prædicationis humanorum cordium terram scindunt. *Commoremur in villis* facientes mansionem apud illos, qui habitantes in vnum, per dilectionem vno iure viuunt.]

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

HONORIVS. Ecclesia hîc peregrinans cum CHRISTO *in agrum* floribus plenum *egreditur*, dum de hoc mundo migrans paradisum voluptatis cum CHRISTO ingreditur. *In villis commoratur*, dum in mansionibus sibi à Deo præparatis recipitur.

SECT. IIX.

SECTIO IIX.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 12.	» Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerũt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.	*Diluculò surgamus in vineas, videamus si floruit vitis, floruit propago, floruerunt mala punica. Ibi dabo vbera mea tibi.*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSAE ADVLTAE.

VNIORIS verba & cõsilium soror adulta approbat, & ipsa quoque sponsum adhortatur, vt sororculæ morem gerat; atque simul omnes vrbe relicta in villis pernoctent: vt queãt sũmo mane vineas & hortos adire. sub auroram enim in locis æstuosis agri sunt amœnissimi.

FLORVIT VINEA] Aqu. & sexta editio, germinauit. *Vide similia c 2. v. 12 & 13. & c. 6. v. 10.*

FLORES] si primulæ illæ & acerbæ adhuc vuulæ se prodere & tumidari incipiunt. Hebr. *an aperuerit se vua pusilla.* pro *fructus parturiunt.* LXX. ὁ κυπρισμὸς, quod vulgò de florũ propagine seu fructu accipiunt. Sed PHILO videtur legisse, κυπρὸς. nam exponit arborem Cyprum: cui Theodoretus, & tres Patres, &ceteri, & fons Hebræus, repugnant.

SI FLORVERVNT] Aqu. *si se aperuerunt.* ἤνοιξαν, respicit ad pomum ipsum calore hians; meliùs noster ad malogranati florem sese pandentem.

VBERA MEA] ibi faciam tibi copiam mei; amoribus meis potieris: non agri tantùm, sed meis quoque deliciis perfrueris. non offert fugenda vt filio, sed amplexanda vt sponso.

§. 2. MENS VERBORVM.

Nunc adultior Ecclesia nouellam hanc sponsam tertiam sibi concorporat: atque ita deinceps de seipsa loquitur, vt quædam illi tanquam adultæ, quædam tanquam nouellæ sponsæ conueniant. Hinc iam sorores istæ, sicut sponsa vna, vnanimiter incipiunt incumbere in conuersionem reliquæ multitudinis, quæ Antichristo pertinaciùs

tiùs inhæserat; quo necato, illa multitudo hæreticorum, gentilium, & pauculorum adhuc fortassis Iudæorum Acephala permanserat. Sponsæ inuitantis sponsum, Ecclesiæ CHRISTVM; verba esse consentiunt PHILO, Iustus, Gregorius, Honorius, Angelomus. inuitat autem vt per totum orbem diffusas particulares Ecclesias dignetur visitare, visurus num quos *fructus* ibi recens ab Antichristi perfidia reuocatorum possint colligere. *Vineæ florent*, cùm mentes fidelium bona opera proferunt; sed fructum non pariunt, si ab eo quod proposuerint, aliquibus erroribus victi infirmentur. *Sic D. Gregor. lib. 12. Moral. cap. 26. Vineæ flores* expone, vt d. vers. 12. & 13. *mala punica*, vt d. v. 10. & c. 4. v. 12.

Spõsa vna ex gentilibus & Iudæorum reliquis fiet.

Accipite nunc verba Honorij, qui mihi ad loci istius intelligentiam præiuit; ait HONORIVS *in commentar.* Postquam totus comitatus Sunamitis in aulam Regis est receptus, & regalibus nuptiis admissus; ecce ab Aquilone noua sponsa cum magno apparatu, Mandragora sine capite, sponso adducitur: cui ab eo aureum caput imponitur, diademate redimitur, in nuptias recipitur. *Sunamitis* quippe de castris egressa, inuenit *mandragoram*, regiam puellam sine capite in agro iacentem: cui nimiùm compassa, & ad regem regressa obnixè supplicat, vt secum eat, miseræ subueniat. Per *mandragoram* intelligitur multitudo infideliũ, cuius caput erat Antichristus, qui est caput omniũ malorũ: sed caput amputabitur, quando Antichristus occidetur. hanc videns Ecclesia sine capite, optat eã sibi in fidem CHRISTI sociari, & capite CHRISTO sublimari. ô dilecte (inquit) quem præ omnibus diligo, qui ad me per gratiam venisti, & me per præsentiam donorum visitasti; veni etiam nunc per gratiam ad multitudinem infidelium, & visita eam per præsentiam charismatum; & per prædicatores *egrediamur in agrum* mundi, & spargamus per populos semen verbi Dei; tu inspirando, ego prædicando, & operando, & docendo; diu *commoremur in villis*, in paganorũ conuenticulis: *manè surgamus ad vineas*, hoc est, maturè faciamus Ecclesias.

Honorius.

Mandragora Antichristũ designat.

Ager est Christianus populus aratro Euangelij cultus: *villæ* verò sunt pagani, * infidelitate & vitiis inculti. Dilectus quasi in occulto sedet, dum CHRISTVS peruersos, per manifesta flagella ad conuersionem non admonet, vel infideles per prædicatores ad fidem non vocat: qui ad publicum in agrum egreditur, dum prauos manifestè flagellat, vt se corrigant, vel infideles ad fidem per Doctores conuocat. Ecclesia verò quasi in occulto latet, dum contemplationi vacat, & proximis errantibus non prædicat: de occulto *in agrum egreditur*, dum per publicam prædicationem accingitur. Post mortẽ ergo Antichristi sponsus & sponsa in agrum conueniunt: quia CHRISTVS & Ecclesia per Prælatos consiliũ ineunt, qualiter Christianos propter timorem Antichristi ad perfidiam prolapsos, ad pœnitentiã reuocẽr, vel adhuc incredulos per prædicatores ad fidem conuertant. *In villis cõmorantur*, dum paganorũ cõuentibus, maximè prædicãdo, immorãtur. Similitudo est ab illis, qui in agrũ spaciatũ vadũt, in villas ad spe-

* corr. *non, f. vt exhibui.*

Post mortem Antichristi quid futurum est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» ctaculum conueniunt. *Nox* fuit tempus perſecutionis Antichriſti: » *manè* verò tempus pacis poſt mortem eius. *Manè* ergo ſponſus & » ſponſa *ad vineas* ſurgunt, qui quaſi in nocte dormierunt; dum ſe poſt » necem Antichriſti ad faciendas Eccleſias erigunt, vel ſub eo deſtru- » ctas renouant, vel diſperſas congregant, quas ſub eo deſtrui viderunt, » ſed quaſi dormientes non reſtiterunt. At nunc dicit; *videamus ſi flo-* » *rent*, &c. per prædicatores faciamus eos videre, *ſi vinea* (ſcilicet Sy- » nagoga) in fide *floruit*, vt eam imitentur; ſi florentes in fide opera fi- » dei exſequuntur, vt illos imitentur; ſi imitatores Martyrum in pa- » tientia florent, vt eos imitentur. In illo agro *proferam* ad honorem » tui omnem doctrinam vtriuſque legis, quæ ſunt *vbera mea*, vt rudes » in fide ſugant inde lac doctrinæ.] Hactenus Honorius.

Angelomus. Melius vltimum illud ANGELOMVS, triplex (ſi) refert ad cordis fidem, & oris confeſſionē, & fidei profuſione ſanguinis confirmatio-

Iuſtus. » nem. Quod à IVSTO accepit, cuius ſunt iſta; vt appareat an fideles, » quæ corde crediderunt, ore pronuncient, ſicut Apoſtolus ait; *Corde*

a *Rom.10.v.* » *creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem* a: vel ſi in eis per

10. » ſancta deſideria pietatis opera prodierunt. Si illi (quoque) qui in » CHRISTVM crediderunt in tanta dilectione proficiunt, vt etiam oc- » cidi pro ipſo omnibus modis delectentur. Vis videre malum puni- » cum audi in actibus Apoſtolorum Paulum Apoſtolum; *Ego* (inquit)

b *Act.21.v.* » *nō ſolùm iudicari in Hieruſalē, ſed & mori pro* CHRISTO *paratus ſum* b.

13. » Poſtea *vbera* exponit ipſos Eccleſiæ Doctores, pro CHRISTO pa- » tientes, & ideò illi conregnaturos.

TROPOLOGIA.

§. 3. VARIA ſunt huius commatis membra: vnum de vinea, » alterum de flore, & fructu eius, tertium de malis puni- » cis, quartum de vberibus ſponſæ: quare diuidamus ea nunc. Quoad primum PHILO, *diluculum* ſeu *mane* in-

Philo. Diluculū ſeu mane quid ſit. » terpretatur beneficium Dei, quo anima à tenebris ignorantiæ Dei & cæcitate mentis, & à nocte delictorum, vocatur in admirabile lumen religionis & pietatis. Et tunc vult *florere vineā*; quan- » do ex odore ſanctitatis, veræ fidei præbet argumenta; quæ quidem » (inquit) opera ſunt honeſta, iuſta ac ſancta. Fidelis enim Chriſtianus » omnis, ex operibus iuſtitiæ qualis ſit agnoſcitur. nam *fides ſine ope-*

c *Iaco.2.v.* » *ribus mortua eſt, vti corpus ſine anima* c. Duo enim ſunt, quæ fidem do-

17. » centi & prædicanti faciunt, vitæ honeſtas & iuſtitia. hæc ad actiones » & officia, illa ad mores & vitam pertinet. Quicunque igitur credere » ſe dicit in Deum, iuſtè agat & ſanctè viuat, ambulet vt ſanctus, viuat » vt fidelis ac pius.] Sic ille.

Honorius. Clauſtra ſunt ſpiritales vineæ. HONORIVS: *Manè ſurgit ad vineas*, dū ſe totā erigit ad imitādum » clauſtralium vitas. clauſtra enim ſunt ſpiritales vineæ, in quibus ſunt pocula

pocula vitæ. Fidelis quiſque flores vineæ, fructus florum, flores ma- « lorum punicorum videt, dum fidem Eccleſiæ, opera fidelium, pa- « tientiam martyrum imitari ſtudet. *Ibi dat vbera* proximis, dum pro- « fert doctrinam geminæ charitatis.] «

Quoad ſecundum; idem Philo intelligit per *fructus*, vitæ puritatem & candorem: IVSTVS & ANGELOM. fidei confeſſionem. TRES « *Tres Patres.* PATRES omnia coniungunt hoc pacto; Tu quies (ô ſponſe) iuſti- « tiæ Sol, cognitionis lucem emittens in animas, laborum fructum fe- « rentes patientiam; qui quaſi *botrus* quidam per multas tribulationes « vinum lætificans cor hominis ſtillas, propter * quem futuræ remu- « * corr. ſpem. nerationis; ego autem ſecundùm ipſum ſolis ortum, patientiæ mo- « res * illos oſtendens exemplo meo. Ita porrò ſurgentes *videamus*, tum « * corr. illis. ipſe, qui in abſcondito vides, tum ego quæ in manifeſto, vtrum di- « ſcipularum à me inſtitutarum fides (quæ vt *vitis* in palmites, ſic ipſa « in varias virtutes diffunditur) floruerit, intùs quidem per habitum « ex rationibus virtutum; foris autem per actionem ex moribus atque « inſtitutis ipſarum. Nam animæ *flos* ex virtutum rationibus germinat « per mores ipſarum in carne, cuius fidei flos tum arcanus, tum mani- « feſtus eſt *flos malorum punicorum*; quæ intrinſecùs quidem dulcem « fructum continent; extrinſecùs autem auſterum corticem præferunt. « Etenim fidei quoque fructus in occulta animæ affectione, propter fu- « turi præmij ſpem, lætitiam adfert: in exteriore autem carnis ſenſu, « propter virtutis labores præbet acerbitatem. In agro illo diſcipula- « rum mearum *tibi dabo vbera mea*, proferam tibi ſponſo meo quam in- « ſtituēdis illis adhibeo doctrinam naturalem & moralem; vt per hanc « ducens eas ad diſciplinam arcanam, oſtendam rerum naturam te « ſuum auctorem indicare per notas quaſdam, vt veritatem; non au- « tem, vt iuxta prudentiam Græcorum, ſtultitiam, naturali rerum « cognitione ſic eas imbuam, vt à te procul veritate diſcedant.] «

Rupertus. RVPERTVS: Tunc *flores fructum parturiunt*, ſi dociles inueniantur ad benè operandum. Quoad tertium, idem Rupertus conſentiens Iuſto & Angelomo & D. Gregorio; tunc (ait) *floruerunt mala pu-* « *nica*, ſi inueniuntur in eis aliqui, quorum fides vſque ad martyrium « durare ſufficiat. «

Philo. Sed PHILO; Ecce ſanctorum animæ, ecce ſanctorum mentes, quæ « *punicorum* inſtar ab honeſtis floribus virtutum ad excellentiſſimos « fructus glorioſiſſimè perueniunt. Vt enim malus punica multa gra- « na, multoſque ſinus in pomis ſuis generat: ſic & Eccleſia Dei mul- « tos populos intra ſe continet, ſuoque gremio complectitur ac fouet, « & amictibus mandatorum circumtecta atque velata ſanguine IESV « CHRISTI conſeruatur, & Martyrum corporibus, velut corticum « rubentium ſanguine, & miraculis decoratur.] *Idem, quoad quartum,* « *vbera exponit duo teſtamenta*; Talibus (ait) bonis & rectis corde fide- « libus profunda myſteriorum ſenſa ex ſpiritualibus vberibus, hoc eſt, « è duobus teſtamentis benè cognitis & obſeruatis, reuelantur, & «

Universidad de Deusto
Biblioteca

Scriptura qui suauis caret lectio non intelligunt.

» velut vbera sugenda præbentur. Incredibile est carnalibus, quàm suauis sit Scriptura sacra benè cognita, quamque mira & cœlestia arcana pandat piis scrutatoribus ac iustis: sed recta mente & humili, vigilantique animo ad eam perscrutãdam accedere oportet. longè absit arrogantia, abscedat animi fastus ac tumor, excitetur ingenium, inuigilet animus, sit mens casta & humilis, nec otio langueſcat.] Qui talis est, *vbera* habet, & ea dat ipsi CHRISTO (teste Gregorio) quando docet CHRISTI membra, hoc est, ignaros & Christianæ doctrinæ indigos.

TROPOLOGIA hoc loco valdè coincidit in Litteralem interpretationem, sicut etiam commate sequente; & ex vtroque mixta est sequentis §. tractatio.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

APVD GVILHELMVM sic pergit pia mater filium alloqui: *surge* tu, & quia ego semper tecum, *surgamus*; & hoc *manè*, id est, maturiùs, dum nascentis Ecclesiæ manè est, dum adhuc in suis primordiis est. Manè surgamus ad vineas in gentibus plãtandas & excolendas, vespere reuersuri ad vineam illam Domini Sabaoth, domum Israël, quæ nunc degenerauit, atque elanguit. *Vinea* a quippe olim *facta est* tibi *dilecto meo in cornu filio olei*, & *sepisti* eam egregiè, & *exspectasti vt faceret vuas*, *& fecit labruscas*. Sed hoc primò: consequenter quod multò grauius est, *fecit* vuas, sed *vuas fellis & botros amarissimos* b. Annon *vua eius vua fellis* erat *& botrus amarissimus*, cùm tibi dulcedini ingrata propinaret *vinum cum felle mixtum* *c? annon & tunc *fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum* c *insanabile*, dum tuos odit atque interficit? *Auferd* ergo *sepem eius, & sit in direptionem* vsque ad tempus: *non putetur neque fodiatur, & nubibus tuis* (id est, Apostolis tuis) manda dilecte ne *pluant super eam imbrem*; sed dicant ei; *vobis oportebat*e *primùm loqui verbum Dei*; *sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis vita æterna, ecce conuertimur ad gentes*. conuersæ igitur ad gentes nubes tuæ ibi pluant, ibi fructuosè prædicent: atque ita *manè surgamus ad vineas*, Ecclesias per orbem plãtandas atque excolendas, quæ in vniam magnam vineam, id est, Ecclesiam Catholicam, rediguntur: & cùm

Vinea Iudæorum pessimos fructus edidit.

a Isa. 5. v. 1.
b Deut. 32. v. 32.
* Matth. 27. v. 34.
c Deut. 32. v. 33.
d Isa. 5. v. 6.
e Act. 13. v. 46.

& cùm hæc magna vinea per orbem terrarum plantata fuerit & propagata; *videamus si floruit vinea, &c.* Tuum est videre hæc, & tamẽ dixi *videamus*, quia ego semper tecum, & sequar te (ô Agne) quocũque ieris. *Floret vinea*, id est, Ecclesia in inchoantibus; *flores eius fructus parturiunt* in proficientibus. Tuum verò est vtrumque videre, id est, approbare in beneplacito tuo, sed multò magis *flores malorum punicorum*, id est, decus & deuotionem martyrum propter te proprio cruore rubentium. *Ibi dabo tibi vbera mea*, id est, in Ecclesia gentium dabo tibi, quæ & in Ecclesia Iudæorum olim tibi dedi vbera mea. Verè apud Iudæos dedi tibi vbera corporalia ad pascendum te; porrò in Ecclesia gentium dabo tibi vbera mea spiritualia ad pascendos tuos, spiritualiter enim pascam paruulos tuos lacte maternæ pietatis, quæ te olim paui lacte corporali pro veritate carnis. Deniq; pro eo quod tibi sum mater corporalis, ero tuis mater spiritualis, materna charitate quasi proprios parturiens filios, donec plenius formeris in eis; materna ibidem cura nutriens eos, donec vsque in virum perfectũ grandescas in eis. Totum autem hoc faciam eos tibi assiduè commendando, & augmenta gratiarum eis piis à te precibus impetrando.]

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius. Totum huius sæculi tempus est nox.*

HONORIVS, *manè surgit* Ecclesia ad vineas, dum in die iudicij se erigit ad supernas Ecclesias. totũ quippe tempus huius sæculi est quasi *nox* ad comparationem futuri sæculi. Dies autem iudicij est quasi *manè* æternæ diei, quæ melior est super millia annorum. vel vita cuiusque hominis est quasi *nox*, *manè* autem vita futura: in quo *manè* quisque fidelis surgit ad vineas, dum post mortem peruenit ad cœlestes Ecclesias. Ibi videt *flores vineæ*, florum *fructus*, & *flores malorum punicorum*, id est, præmia fidelium; & donorum, quæ dabuntur benè operantibus; & mercedem quæ recompensabitur martyrib.

Ibi *dabit* Ecclesiæ CHRISTO *sua vbera*, quia Doctores vtriusque legis repræsentabit in æterna gloria.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers.13. VOX EIVSDEM. " Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.	*Mandragoræ dederunt odorem. Et in ostiis nostris omnes nuces nouas ad veteres fraterne mi seruaui tibi.*

LITTERA.

§. 1. & 2. VOX & SENSVS.

DVPLEX hîc est lectio. quidam ex Latinis legunt, [a] *mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. Omnia, &c.* Sed huic dispunctioni repugnat LXX. & fons Hebræus. Alia lectio est, Codicis Romani & Regij quam exhibui, *dederunt odorem. In portis nostris omnia, &c.* D. Ambrosius *in Ps.*118. *Serm.* 19. non videtur legisse *In portis*: Iustus, non ponit expressè, sed ex interpretatione eius subolet mihi eum iunxisse cum mandragoris: discrimen, quoad sententiam, non magni momenti est. Cùm essent in agrum egressi, delectauit quidem illos Synagogę veteris (*h. vineæ flos*) oblectarunt etiam eos *florum fructus*, quos *paturibant vineæ* Gentilium; recrearunt *flores malogranatorum*, nempe Synagogæ recens cõuersæ, quæ iam ad Martyrium anhelabat: sed præcipua causa repentinæ lætitiæ fuit videre adfulgentem spem certam, & exhalantem famæ bonæ odorem ex acephala illa turba, quæ partim à CHRISTO ad Antichristum defecerat, partim nunquam baptizata huic adhæserat. Læta igitur & exultabunda sponsa, inquit; non operam lusimus. nónne percipis suauem, & adhuc inexspectatum mihi *mandragorarum odorem*; quarum frigus hactenus noxium, & odor grauis fuit; quæ steriles ipsæ & quasi expertes vitæ mortis somno consopitæ iacuerant; humani denique busti, potiùs quàm veri hominis, effigiẽ præbebant, & præter hanc mutilam speciẽ, nihil hominis obtinebãt. Legamus illas, maturuerunt: statui tibi soli eas colligere, & vesci tecum. Interea vescere fructibus, quos tibi sepositi in corde meo, & ad manum habeo; omne genus fructuum hornorum, & annosorum deliciis tuis repositorum asseruaui. Significat bona vtriusque populi, Iudæorum & Gentilium opera nam *noua* hæc *& vetera poma*, legis Mosaicæ & Apostolicæ obseruantiam interpretantur plerique [b]. Sic etiam similem noui Testamenti locum grauissimi Patres de vtroque testamento exposuerunt, Augustinus *c. 16. quæstionum in Matthæum*; Hilar.

[a] *Sic Alan. Guilhel. Cassiodorus, Gregorius, Honerius, VVilleramus, Angelomus, Rupertus, Thom. Cister. Hailgrinus, & alij.*

[b] *Ambros. serm.* 22. *in Ps* 118. *Hieron. in præfat. lib.* 1. *in Isa. Theod. Philo, & alij hic.*

Hilar. Hieron. Chrysost. Theophylactus, Euthymius & Beda; illum dico, vbi parabolicè Saluator noster comparat *omnem scribam doctum in regno cœlorum homini patrifamilias, qui proferi de thesauro suo noua & vetera* [a]; hoc est, omnis generis poma.

[a] *Matt.* 13. v. 52.

Aliud illud, quod ait, *in portis*, rectè Iarrhius exponit, in promptu, seu ad manum.

דודאים

DVDAIM Mandragoras significare non dubitabant antiqui, vt hoc loco LXX. & item Gen. 30. v. 14. & fatentur Abenezra & Kimchi; & etiam Iosephus & Aquila. confirmat quoque Thargum in quo est IABRVCHIN, quod non dubito mandragoras significare: siquidẽ Arabes, vt docet Simon Ianuensis, eas vocãt *Iabrae*, & *Iabroach*, & *Iufaha*. Contemnendi ergo recentiores tam Iudæi, quàm Christiani, qui nihil nisi diuinãt. Iarrhius *Dudai* Ieseminũ censet, alij violã, alij ficũ, alij Satyriũ: verùm hoc est nugari. Fran. Georg [b]. *in Problemat.* & Sixtus Senens. *in Bibliothe.* nostrũ interpretem reprehendũt, & dicunt, vertendum, lilia: sed lilia SVSANIM vocantur, non DVDAIM. rationes illorum sunt, quia mandragoræ sunt inodoræ: item sunt frigidissimæ, & partui inimicæ: tertiò quia tẽpore messis triticeæ mandragoræ nondum maturæ. Respondeo, duo illa priora perpetuò, & perspicuè falsa: vltimum verò istud in Mesopotamia falsum, vbi matures cunt citiùs, quàm apud nos; apud quos etiam maturæ esse possunt sub messis triticeæ finem; quantò citiùs illic? Oleaster c tamen, *lilia* quoque tuetur, sed ea, quæ vulgò vocantur, *liliola connallium*, quæ prodesse de partus labore ægris multi censent. Quasi verò Rachel adhuc sterilis de prospera Ilythya tum cogitarit; aut quasi tum de distillanda ex mandragoris aqua ageretur. distillatitiam enim, non flores ipsos ei rei memorant idoneos [d].

יברוחין
Deficultur vulgata editio.

[b] *Georg. tom.* 1. *problem.* 215. *Sixtus lib.* 5. *annot.* 109.

[c] *in Gen. c.* 30. v. 14.

[d] *Vide Matthiol. in Dioscor. lib.* 3. *c.* 120. *De Mandragoris quid sentiendum.*

Caluiniani duo, putant DVDAIM esse vocem generalem ad flores omnes amabiles, gratique odoris, & nomen ductum ab amore; eò quòd Hebræi dilectum vocant DVD. sed falluntur, vt eis meritò obiicit alius eiusdem sectæ Io. DRVSIVS, linguarum probè diligens, & in versionis nouitate minùs improbus. Primò quia DVDIM vocãtur ollæ, à radice DVD. an ergo dicemus DVDIM significare quæliber vasa amabilia? Dormierit ebrius inter ollas; cui illæ sunt amabiles, pulchræ, iucundæ, & ab amore denominatæ. Deinde non sequitur; DVDAIM, deducitur à DVD, ergo DVDAIM significat amabile. Sæpe fallit petitio significati ab etymologia: à radice *Malach*, deducitur *Maluchim*; falleris tamen, si dicas significare quasuis herbas falsas. Denique si ad etymologiam amoris recurras, potiorem partem sibi vindicet mandragora; quam propter vim philtricam veteres ἀφροδίσιαν vocarunt.

Retineamus ergo *mandragoras*. primò, quòd eorum poma non dissimilia rotunditate ollulis, seu vberibus, vnde Hebræum nomen deductum.

Secundò, quia sunt admodùm odorata, non graui tantùm odore,

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed & suaui, vt post Dioscoridem fatetur B. Augustinus *lib. 22. contra Faustum, cap. 56.*

a *Serm. 19. in Psal. 118.*

» Tertiò sunt aspectu pulchra & delectabilia, præsertim maris, in croci colore declinātia. D. Ambr[a]. sic scribit; Plerique discernūt quendam » inter mandragoras sexū, vt & mares putēt esse & fœminas. Sed fœminas grauis odoris. Significat ergo gētes quæ antè fœtebāt, cùm esse sent infirmiores; * euitata quadam imbecillitate perfidiæ boni odoris » fructū ferre cœpisse, postquam in aduentū Domini crediderūt.] Angelomus autem; Mandragoræ duo sunt genera, masculus & fœmina. » Fœmina rubra, masculus albus, vtrisque eadem vis ad medicamenta: » & postea Latini, malum terræ, poëtæ ἀνθρωπόμορφον vocant, eò quòd » habeat radicem formam hominis assimilantem.] Sed de hoc postea.

* corr. eiurata.

Angelomus. Falsum hoc de vi eadē: legendum quoque *fœmina alba; masculus ruber.*

Cassiodorus autem; Mandragora herba est aromatica, cuius radix » similitudinem habet humani corporis. poma eius optimi sunt odoris, » in similitudinem pomi Matiani, quod nostri Terræ malum vocant. » Hæc herba rebus medicinalibus aptissima.] *Mox ponit duos effectus:* » Ferunt (ait) eos qui incommodo vigiliarum laborant, hausto hu» ius pomi releuari & posse dormire. confirmant hoc multi, D. Ambros. *lib. 3. Hexaemer. cap. 9. & D. Basil. De opificio VI. dierum, hom. 5. Cæsarius Dialo. 1. Cyrillus lib. 11. in Gen. Dioscor. Plin. Xenophon & alij.*

» Item propinatur exterior cortex vino mixtus bibendus iis qui se» candi vel cauterio sunt inurendi, vel torquendi, vt sensus doloris » iis obtūdatur] auctores sunt huius rei præter Cassiodor. etiam VVilleramus, Honorius, Rupertus, Angelomus, & alij.

Præterea creditur à multis amatorium quid & philtris aptum inesse, vt præter Dioscoridem, testantur, Theophrastus *lib. 9. Histor. plantar. cap. 10.* & Epiphanius *in Philologo*; & hinc Belgæ Teutones vocamus *Dool appelen*, quasi poma animo errorem adducentia; Hessi vocant, Cordo teste, *Dollfraut*. quidam tamen censent hæc pertinere ad tertiam speciem mandragorarum, quas Hispani nomināt *Berangenas*; quas Lobellius censet esse Mandragoram Theophrasti, aliam à vera Dioscoridis, & vtramque Plinium confudisse. Scio quosdam hoc dictum D. Epiphanij reiicere: sed rationes eorum non conuincunt: quia quædam amatoria venena frigida gustu & tactu, effectu tamen calida reperias.

Septimò traditur nauseam stomachi compescere. Sic Aponius, Bedā & Thomas Cistercienſis hoc loco.

b *Aristotel. lib. 2. de gener. animal.* c *Post Dioscor. Plinius lib. 26. cap. vlt. Auicenna lib. 2. de labr.*

Octauò, ad fœcunditatem prodesse, scribit Rupertus *lib. penult. in Cant. in fine.* neque id caret ratione. cùm enim inter ceteras sterilitatis causas vna sit fluxūs menstrui obstructio, & inde nata matricis oblimatio de excrementis morbidis [b]; mandragoræ semen habet vim matricis expurgandæ; & succus eius semioboli pondere, pessis emollientibus admixtus, solet per se menses ciere, ac partū etiā mortuum expellere [c]; in calidis quoque regionibus fœminas, quæ feruidioris & arentioris vteri sunt, viscositate ac frigiditate sua ad temperiem reducit;

reducit; &, post congressum, vi soporifera illas cōsopiens, obstat ne semen in fumos & fuligines euanescat (quæ secunda est in talibus causa sterilitatis) facitque, vt vterus acceptum firmiùs retineat [a].

a *Lemn. Lemnius, de Herbarum lubricar. explicat. c. 1.*

Illud præterea de forma notandum, Philonem Carpathium, Aponium, Honorium, Cassiodor. Angelomum, VVilleramum & Rupertum, qui formam illi humanam tribuunt; loqui quosdam de radice effossa simul cū fructu, tūc enim quasi bustum refert sine brachiis; quosdam de radice sola, quando dicunt referre cadauer sine capite; & intellige cadauer debrachiatum. Reuera dumtaxat radix refert speciem duorum femorum cum pedibus. Sic intellige Pythagoræ ἀνθρωπόμορφον, & illud Columellæ *lib. 10.*

Quamuis semihominis vasano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores.

Quod verò Dauid Kimchi, & Abenezra, & Albertus Magnus censuerunt, sexū quoque in mandragoris virilē, fœmineumq; repræsentari, caue credideris. decepti illi ab impostoribus fuēre; qui de radice solent effigiare statunculas virunculorum fœmellarumve, quibus de milij semine inserto radiculas instar pilorum faciunt excrescere, vt striculi videātur. *lege Matthiolum impostura modum describentem, & qui de mandragoris multa; Dioscoridem lib. 4. cap. 61. & ibi Matthiolum & Amatum, Plinium lib. 25. cap. 13. Dalechampium siue Rouillium lib. 17. histor. plant. c. 7.*

TROPOLOGIA.

§. 3.

PATRES (vt Theodoret. Philo, Iustus, Gregor.) hæc Patriarchis ac Prophetis, vel noui testamenti sanctis, & perfectis viris accōmodant; Titelmannus, eruditè CHRISTO, sed non conuenit cum serie contextus.

VVILLERAMVS Cassiodorum secutus, ita; Concionator sit similis * omnibus, *cùm sit omnia omnibus cum Paulo, cum infirmātibus infirmatur* [b], *cum scandalizatis vrituꝛ, vt omnes lucrifaciat*; & qui insomnia vexantur propter humanarū rerum strepitum, facit dormire quietiùs *inter medios cleros* [c], id est, duo testamenta vetus & nouum; vt toti conquiescant potiùs diuina mysteria scrutari, quàm ludis, fabulis, aut turpibus cantilenis occupari. Item vel sola superficie verbi diuini infirmos auditores quodammodo insensibiles, ad mundi mala toleranda facit.] Sic VVilleramus, ad effectus mandragoræ alludens. addo, etiam nauseam rerum spiritualium potu cœlestis verbi restringere; & sterilitate bonorum operum pulsa fœcundas reddere animas Christianorum.

« *VVilleramus.*
« * *corr.* hominibus.
« b *1. Cor. 9. 7. 10. 22.*
« c *Psal. 67. 7. 14.*

ANGELOMVS; *Mandragoræ* propter multimoda medicaminum genera, sanctorum virtutibus comparantur: quæ more medicorum, ad salutem animarum, à vitiorum infirmitatibus * sanentur, ostenduntur. *Portæ* Ecclesiæ Doctores sunt sancti: & *in* huiusmodi *portis*

Angelomus.
« * *corr.* sanandis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

corr. famam palam.

» *mandragoræ dant odorem*, cùm ſpirituales quique ex ſe virtutum *paſſi-
» mam longè lateque ſpargunt.]

Gregorius. » GREGORIVS de iiſdem ſanctis; qui dum exempla bonorum ope-
» rum circumquaque per ſanctam famam tribuunt, quaſi odorem, quo-
» ægroti ſanentur, aſpergunt.]

Tres Patres. » TRES PATRES verò, qui noſtram ſequũtur diſpunctionem: Re-
» rum, inquiunt, ſenſibilium ſpecies, & ipſius Scripturæ notæ, quaſi
» *mandragoræ* quædam, faciunt, vt mens per ſenſum illis inhærens; non
» autem per eas ad veritatem vigilanter aſcendens, obdormiſcat, & ve-
» luti torpore ſtolida teneatur. *Præbuerunt odorem* rationis veritatis in
» omnibus exiſtentis, ſi ſpiritaliter conſiderentur. Quamobrem *& in
» portis noſtris omnes nuces*; ſenſus veluti portæ quædam, educunt qui-
» dem me ad te, vt rerum omnium cauſam, per naturalem ipſarum in
» ſpiritu contemplationem, inquirendum: introducunt autem te ad
» me per mentis cognitionem. In ſenſibus ergo meis promptæ ſunt
» omnes in rebus procreatis inſitæ veritatis rationes; quæ tanquam *nu-
» ces* tum per Scripturæ notas, tum per rerum ſenſibilium ſpecies Iu-
» dæorum, Græcorúmque ſtultitiam nutriebant. Vnde *noua ſuper
» veteres; nepos mi, ſeruaui.* Hoc eſt, recentes Euangelicas rationes (gra-
» tia ſpiritus renouante) cum antiquis Græcorum Iudæorumque igno-
» rantiæ, tum naturalibus, tum ſcriptis rationibus coaceruatas, *ſeruaui
» tibi*: quoniã & per ſcriptas illas purgata ſum ac moribus inſtituta, &
» per naturales illuminata; vt per eorum, quæ facta ſunt, contempla-
» tionem, te conditorem omnium auctorémque cognoſcerem, & per
» ſpiritales, perfecta & abſoluta; vt te cum Patre & Spiritu conſubſtan-
» tialem intelligerem & prædicarem.] hactenus illi.

Philo. » Clariùs verò PHILO in hunc modum diſſeruit; *Mandragorarum
» fructus atque odores* ſimiles fundere Eccleſiæ Doctores. quia dum be-
» nè ſcrutantur ſacras litteras, ex iis bonam & ſuauiter olentem frugem
» Eccleſiæ filiis parant ac mandunt, veræ fidei ſuauiſſimum odorem,
» fructúmque diffundunt. *Per portas* autem vires animæ & humani
» corporis partes ac membra ſignificari; vt aures, & os & oculos, per
» quorũ aditus omnia vitæ & mortis merita ingrediuntur: ſecundùm
» illius propoſitum & voluntatem, qui corporis ſeruitio & animi im-
» perio vtitur. Per *oculos* pudicitiæ caſtitatiſque indicia; *per aures* ho-
» neſtatis atque modeſtiæ; *per os* grauitatis & temperantiæ, ad manda-
» torum obſeruantiam facilè dignoſcuntur. Quare ſi Deum verè time-
» mus atque amamus, pudica & honeſta oculis ſpectamus; auribus ſa-
» lutaria & optima quæque percipimus; ore ſancta, atque neceſſaria
» loquimur; turpibus clauduntur oculi, obſcœnis aures occludimus,
» vana & nocitura ſilemus: ſecundùm illud Apoſtoli; *Omne ver-
» bum inhoneſtum non procedat de ore veſtro.* [a] Propterea depre-
» cabatur beatus ille vates; *Pone Domine cuſtodiam ori meo, & por-
» tam* vel oſtium *continentiæ labiis meis* [b]. contra verò aguntur om-
» nia; ſi Deum noſtrum minimè amamus atque timemus: ad
turpiſſi-

Senſus quatione regãdi ſint.

a Eph. 4.v. 29.

b Pſ. 140.v. 3.

turpiſſima & mortifera oculi vertuntur; ad inaniſſima & fabuloſa au-
res accommodantur, ora ad obſcœna & abſurda panduntur: nec in-
telligimus miſeri, quod idem vates deprecatur, dicens; *Auerte oculos
meos, ne videant vanitatem* [a]; Et Dominus in Euangelijs per os, &
oculos, & aures, & ceteras noſtri corporis portas mortem ingre-
di, niſi rectè ſanctéque claudantur, & reſerentur [b]. Non enim ſen-
ſus accepimus ad mortem, ſed ad vitam ſempiternam, ob id enim da-
ti ſunt oculi, vt cœleſtia atque terreſtria contemplantes, inde gratias
immortales Deo maximo ageremus: ob id aures affixæ, vt quæ hone-
ſta & laude digna, nobiſque & ceteris profutura ſunt, auſcultaremus:
ob id os efformatum labiis, & dentibus veluti clauſtris obſeptum,
ne quicquam temerè effutiremus, ſed grauiter omnia atque pru-
denter eloqueremur, ad ſummi illius conditoris omnium præco-
nium & laudes, qui ſumma prouidentia cuncta moderatur & gu-
bernat, vtque ore pariter & vita Deum ipſum in æternum bene-
diceremus; non verò vt blaſphemiis inceſſeremus & maledictis, non
vt obſcœnitate verborum prouocaremus ad iram, non vt ipſius ineſ-
fabilem bonitatem atque prudentiam carperemus, non vt aduerſa la-
mentaremur; ſed vt in omnibus, & per omnia gratias agentes, Deum
ipſum ſummum bonum nunquam aberrare poſſe confiteamur &
prædicemus.] ſic ille explicat quæ anima dicere queat, ſe *in* ſuis *por-
tis* ſponſo *omnes nuces aſſeruaſſe.*

a Pſ. 118.v. 37.

b Matth. 15. v. 11.

Deinde & *noua & vetera* ſic exponit; Si quis quærat, quidnam in
veteri teſtamento nobis præcipiatur à Domino, reſpondere poſſu-
mus; idem quod mandatur in nouo id ipſum præceptum fuit in ve-
tere. Ex quo quidẽ hæc iuſtitiæ præcepta habemus & inſtituta; *Non
occides, non mœchaberis, non falſum teſtimonium dices* [c], & reliqua: &
ex nouo admonemur prauas cupiditates omnes, & actiones ampura-
re. Ait enim Dominus; *Audiſtis in antiquis, non mœchaberis. Amen di-
co vobis, ſi quis viderit vxorem proximi ad concupiſcendum eam, iam
mœchatus eſt eam in corde ſuo* [d]. Sic etiam *non omninò iurandum*, ſed *eſt,
eſt, non eſt, non eſt, dicendum eſſe, quicquid amplius additur, peccatum eſſe.*
Hæc ſunt quæ fidelis ſponſa ſponſo vetera ad noua: & noua cũ ve-
teribus ſanctiſſimè ſeruauit, & ſeruare debet quæque fidelis anima,
vt per vtriuſque teſtamenti diligentem obſeruationem ac ſanctã au-
dire mereatur: *Veni electa mea, ponam in te thronum meum, quoniam con-
cupiuit Rex ſpeciem tuam.* Legalia igſter quæ neceſſaria ſunt, & Euan-
gelica præcepta omnia, diligentiſſimè ſeruanda ſunt nobis, nihilque
ex iis omnino negligendum. nam qui minora negligit, is paullatim
labitur in maxima, & *qui in vno offenderit, factus eſt omnium reus* [e]. Sed
qui Deũ verè timet, amat & colit, is noua cũ veteribus ſtudioſiſſimè
coniungit & copulat. Hoc eſt enim quod idem Dominus in Euãge
liis admonet, dicens; *Omnis ſcriba doctus in regno cœlorum, ſimilis eſt
patrifamilias, qui profert de theſauro ſuo noua & vetera* [f]. *Noua* quidem
illa Euãgelica mãdata perfecta & abſoluta, quib⁹ nihil in terris poteſt
eſſe diuinius, nihil illuſtrius, nihil deniq; vtilius: *vetera* verò, quęcun-
que

c Exod. 20. v. 14.

d Matth. 5. v. 27. & 34.

e Iac. 2. v. 10.

Idem præcipitur in vtroque teſtamento.

f Matth. 13. v. 52.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» que in lege Mosaica & Prophetis continentur ad salutem æternam
» conductura. Hæc sunt igitur, quæ castissima atque fidelissima spon-
» sa se fidelissimo atque sempiterno sponso, patri, & fratri suo, accura-
» tissimè seruasse, & seruaturam esse promittit & sponder.] Hactenus
Carpathius.

Honorius. » HONORIVS denique; Tunc *dabunt odorem mandragoræ in portis*,
» quia sæculares iam conuersi, qui sine capite fuerunt, dum nullum
» prælatum habere voluerunt, famam bonæ operationis in virtutibus,
» quæ sunt portæ vitæ spargunt. *Omnia poma noua & vetera seruant*,
» dum conuersi omnia opera antiquorum & modernorum patrum ad
» imitandum sibi congregant.]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Guilhelmus. PRÆCEPTA hæc veteris & noui testamenti quis accuratiùs omnia seruauit, quã Dei genitrix MARIA? sed de tota re audite loquentẽ GVILHELMVM; Scriptum est [a], quòd primogenitus Liæ Ruben, egressus
» in agrum tempore messis triticeæ, repperit mandra-
a Gen. 30. v. 13. » goras, quas & matri detulit: cui soror Rachel, da mihi (inquit)
» partem de mandragoris filij tui. Sic primogenitus MARIÆ IE-
» SVS, qui primogenitus eius, post triginta ætatis suæ annos, qui-
» bus putabatur filius Ioseph, egressus in publicum, & hoc tempore
» acceptabili & die salutis, quasi tempore triticeæ messis (egredieba-
» tur quippe operaturus salutem in medio terræ) egressus in agrum vo-
» mere legis excultum (Hebraicum populum) singularis fragrantiæ
» mandragoras repperit, in eo quòd Dei filius esse innotuit; *quem*
» *scripsit Moyses in lege & Prophetæ, inuenimus* IESVM *filium Ioseph*
b Ioan. 1. v. 45. » *à Nazareth*, ait Philippus Nathanaëli [b]. Nondum planè inuene-
» rat mandragoras in Philippo & Nathanaële, vnde & filius Ioseph
» vocatur. Quærit ergo mandragoras, pro quibus vtique quærendis in
» agrum iam egressus erat. Quærit eas dicens Nathanaëli, *Priusquam*
» *te Philippus vocaret cùm esses sub ficu, vidi te.* Tum ille;
» *Rabbi*, inquit, *tu es filius Dei, tu es Rex Israël.* Hic planè suauissi-
» mi odoris Mandragoras repperit. Item quærebat mandragoras, cùm
» discipulis aiebat, *Quem dicunt homines esse filium hominis? At illi di-*
» *xerunt, alij esse Ioannem Baptistam, alij Heliam, alij Ieremiam, aut vnum*
c Matt. 16. v. 13. » *ex Prophetis* c. Nihil adhuc mandragoratum est, nihil fragrat. Quærit
» ergo eas diligentiùs, dicens: *Vos autem, quem me esse dicitis?* Tune
Petrus,

Petrus, *Tu es* (inquit) *Christus filius Dei viui.* Hìc planè, repertis man- « *Christus quo-*
dragoris, Dominus IESVS earum delectatus odore, Petro respondit, « *modo mãdra-*
Beatus es Simon Bariona, quia caro & sanguis nõ reuelauit tibi, sed Pater « *goras quæsie-*
meus qui in cœlis est. Nihilominùs cùm illuminato à se cæco diceret; « *rit, & inueni-*
Tu credis in filium [a] *Dei?* quærebat mandragoras, quas & inuenit ipso « *rit.*
statim respondente; *credo Domine, & procidente ad adorandum eum,* « a Ioan. 9. v. 35.
tanquam Dei filiũm. Domi ergo non inuenit mandragoras per tri- «
ginta annos, quibus putabatur filius Ioseph; sed egressus in agrum «
reperit, quia verbo & signis foris patratis, quòd esset Dei filius quan- «
tùm & quibus voluit, iatimauit. «

Porrò has summi odoris mãdragoras foris repertas piæ matri pius « *V.B. odore fi-*
filius detulit: quia declaratio maiestatis eius ad matrem eximiè re- « *lij sui fragrat*
dundauit. Quamdiu enim ille putabatur filius Ioseph, ipsa quoque « *ardentissimè.*
nihil aliud putabatur nisi vxor fabri, & puri hominis mater: at vbi «
claruit diuinitas filij, matris quoque virginitas declarata est: atque eo «
ipso, quod filius eius agnitus est Dominus gloriæ, prorsùs quicquid «
inglorium, vel minùs glorioſum in ea videbatur, euacuatum est, «
* assumptũ est. Itaque pia mater filij sui mandragoris fragrat in odo- « * corr. absum-
rem suauissimum omnibus sæculis. Sed & nos de mandragoris filij « *ptum.*
eius pro modulo nostro accipimus, *vt*, quod Adæ filiis valdè glorio- «
sum est, *filij Dei nominemur & simus* [b]. Et quoniam participatio, pro- « b 1. Ioan. 3.
pter quam filij Dei appellamur, eiusdem pię matris meritis nobis au- « v. 1.
getur, cum summa deuotione illi dicendum est; *Da nobis partem de* «
madragoris filij tui [c]: quod vtique toties illi dicimus, quoties eam no- « c Gen. 30. v.
bis deuotis conciliamus obsequiis, vt pro nobis apud filium merito- « 14.
rum vbertate suorum interuenire dignetur. Et notandum, quia *man-* «
dragoræ filij eius primùm *dederunt odorem* in angulis, deinde *in portis.* «
Si quidẽ fama dignitatis eius primò paucos attigit, deinde Apostо- «
lis prædicatibus publicè fragrauit; cùmque fragrarent mandragoræ «
illæ in portis, aliis quidem dabant *odorem mortis in mortem, aliis verò* «
odorem vitæ in vitam [d]. Quippe vnde vitaliter vegetabantur electi, in- « d 2. Cor. 2. v.
de mortaliter scandalisabantur reprobi. « 15.

Denique pia mater, cùm dixisset ad filium: *Veni dilecte mi, egredia-* «
mur in agrum, commoremur in villis, id est, migremus ad gentes, & de- «
sertis Iudæis maneamus apud eas, vsque ad tempus; rationem egre- «
diendi subnexuit dicens; *Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris*, «
quasi dicat; Egrediendum est nobis, & migrandũ ad gentes, quia iam «
satis prædicatus es in populo Iudæorum: præsertim cùm odorem mã- «
dragoratum tuarum, quasi grauem atque pestiferum, pestiferè à se re- «
pellant; nec patiuntur audire famam diuinitatis tuæ, dum grauiter v- «
suntur scandalo crucis tuæ. «

Omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. Planè *omnia poma* «
noua & vetera, quæ ex te, ligno vitæ, dum olim ageres sub materna «
cura mea, decerpere potui, id est, quæcunque in te vel circa te tunc tẽ- «
poris comperi; quæ naturam in te diuinam & humanæ veritatẽ sub- «
stantiæ comprobarent, *dilecte mi, seruaui tibi.* Quid est *seruaui tibi*; «

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vetera & noua de Christo N. seruauit.

» in corde meo pro tempore occultaui, opportunè promẽda & experi-
» denda in spiritualem alimoniam tuorum. Nam quòd sine corru-
» ptione es conceptus & editus; quòd ab Angelis præclarè prædicatus;
» quòd per stellam designatus; quòd à Magis mystica dona es odoratus;
» & huiusmodi, noua planè erant, & diuinitatem tuam declarabant.
» Porrò quòd *paruulus natus* es, quòd *pannis inuolutus*, quòd lacte nutri-
» tus; & huiusmodi, vetera erant, quia de vetustate carnis erant; & hæc
» humanæ in te veritatem substantiæ comprobabant. Ego autem *con-*
a Luc. 2. v. 19. » *seruabam omnia verba hæc, conferens ea in corde meo* a; conferens vtique
» noua cum veteribus, & vetera cum nouis, & vtrisque pariter colla-
» tis, te Deum simul & hominem comprobans. *Conseruabam omnia ver-*
» *ba hæc*, & sic *omnia poma noua & vetera, dilecte mi*, conseruabam tibi,
» suo tempore promenda & expendenda in tuos. Et quidem sufficien-
» ter iam expensa sunt in eos, qui crediderunt in te ex circumcisione:
» superest vt expendantur in multitudinem gentium, vt & ipsi cogno-
» scant mysterium incarnationis tuæ, & viuant. Quod vt fiat, *egredia-*
» *mur, dilecte mi, in agrum*, eamus in mundum vniuersum, & prædice-
* Mar. 19. v. 15. » tur Euangelium omni creaturæ *.]

Rupertus. RVPERTVS, postquã tradidit Mandragoras prodesse sterilibus,
» subdit; sterilem hic intelligi populum Gentium, de quo dictum; *lau-*
» *da sterilis, qua non paris; decan a laudem & hinni, qua non pariebas*; quo-
» *niam multi filij deserte magis, quàm eius quæ habet* b *virum*. hunc odorẽ
b Isa. 54. 7. 1. » *in portis*, hoc est, in finibus Iudææ, sparsisse tum Æthiopem illũ quem
c Act. 8. v. 27. » Philippus baptizauit c; tum Cornelium Centurionem d, tum visio-
d Act. 10. 7. 4. » nem viri Macedonis Paulo oblatam, & auxilium implorantem e.
e Act. 16. 7. 9. Hailgrinus. » HAILGRINVS; Bonorum operum perseuerantia demonstratur
» in virgine. Dicit enim *omnia* boni odoris opera, ô *dilecte*, quæ feci;
» *tam vetera*, quæ ex mandatis legis veteris processerũt; *quàm noua*, quæ
» produxerunt præcepta Euangelica: sine infectionis macula; sine cor-
» ruptionis putredine *seruaui tibi*, tanquam grata xenia præsentanda.]

ANAGOGE.

§. 5. Honorius. » HONORIVS; In extremi iudicij die *mandragoræ in por-*
» *tis dabunt odorem*, quia in morte, quę est porta vitæ, da-
» bunt viuentibus suam opinionem; dum miraculis co-
» ruscant in terris, quorum animæ viuunt in cœlis, qui
» *mandragoræ* olim fuerunt, dum diabolum caput om-
» nium malorũ amiserunt, & CHRISTVM caput omnium bonorum
» vel iustorum induerunt: & nunc, vt mandragoræ, multis morbis sunt
» medicina. *Ibi omnia poma noua & vetera* sponsa dilecto seruauit,
» quia omnia opera sanctorum, veteris legis, &
» omnia opera iustorum nouæ legis Ec-
» clesia cælestis CHRISTO re-
» compensanda repræ-
» sentabit.

IN CA-

IN CAPVT OCTAVVM CANTICI CANTICORVM.

THEODORETVS *hoc caput vult esse totius operis perorationem: ego deprehendo in eo, primum ardentem amore orationem, qua sponsum dilecta affatur; deinde, somnum sponsæ, & excitationem; denique, sponsi sponsæque suauissimum in itinere colloquium.*

SECTIO I. SECT. I.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniã te foris, & deosculer te, & iã me nemo despiciat?	*Quis det te fraterne mi lactentem vbera matris meæ? inueniens te foris osculabor te: & quidem non spernent me.*	Vers. 1.

LITTERA.

§. 1. Vox Sponsæ vniuersalis. a *Apol. prophet. Dauid.*

EXPLERAT se sponsa Circæis, nec diu vim succi & odoris earũ otiosam sensit. Videte (ait D. Ambr a.) æstuantem, videte desideranté. Prior effectus mandragorarũ fuit vehemẽter gliscẽs ardor amoris: posterior erit, cùm in sponsi brachiis ruet consopita. prioris indicium clarissimũ est, ista pathetica exclamatio; qua, per tenerrimã similitudinẽ, affectum animi nititur explicare. Peruenerat ad culmẽ amoris: & quia quod amabat infinitum erat, non poterat id amando expleri; vt tamen quoad posset id consequeretur, vni amori vacare volebat. ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc necessarium intelligebat, à dilecto nunquam auelli, & solis eius amplexibus inhærere. Sed quia nonnihil in publico sic amicum deosculans conspici verecundabatur; molestè ferebat, hunc sibi fructum dilectionis iugem à spectatoribus turbari, & interrumpi. Quamobrem optat dilectum sibi, cunctorum iudicio similem fieri infantulo fratri, obuio, & vt tali sibi coram hominibus frui liceat. Solent enim puellæ fratres suos pusiunculos palàm vlnis circumgestare, sinu, amplexu, & osculis fouere, cum nullius scandalo aut offensione: quoniam hanc licentiam illis sanguinis coniunctio, & infantiæ innocentia largitur.

a *Num.11.v.29.*
b *Iob.6.v.8.*
c *Exod. 16. v. 3. & Iud. 9.v.29.*

QVIS MIHI DET] idiotismus, pro; *ô, si mihi detur*, frequens in Iob, Psalmis & Prophetis: noster aliquando phrasim retinet [a], *Quis tribuat, vt omnis populus prophetet? Et quis det vt veniat petitio mea* [b]. Aliqãndo reddit aduerbio optandi, vt passim [c]. Sensus ergo; vtinam fores mihi quasi frater infantulus, vterinus, collactaneus & lactens, quem vel in propatulo & foro liceret osculari; neque quisquam hoc mihi probro, vitióve verteret.

Frater quid significet.

FRATREM] Fratris nomen multa significat; aliquando germanum, *vt Genes.4.v.7.* aliquando cognatum, *vt Gen.12.v.5.& Actor.1. v.14.* & cùm audimus, *fratres Domini*, in Euangelio; aliquando quemlibet proximum, *vt Leuit. 19. vers.17.* aliquando Gentilem suum, vt *Leuit.25. v. 46.* aliquando socium seu fœderatum, vt cùm Hedui vocantur fratres Romanorum, & Tyrij fratres Iudæorum; aliquando similem, *vt Prouerb.19.v.9.* aliquando significat dilectum, vt sororis nomen dilectam, vt in hoc Cant. *& Esth.15.v.12.& alibi.*

Sed refragantur viri docti, & amici in Iob & Esther scribentes; qui censent potiùs significare sponsum, seu maritum. Posset hoc dici, sed tum sponsum significat; non quia sponsus, sed quia dilectus, nec Estheræ resocillandæ sufficiebat dicere; ne timeas, quia sum maritus tuus. sciebat enim; & vxori, vt vxori, mors lege Persarum erat subeunda: sed idonea consolatio erat dicere, sum amator tuus, cui tua vita charior, quàm mea; ideò nullum tibi necis periculum imminet. Deinde si *frater & soror* Hebræis idem quod maritus & sponsus; certè non fuit cur vel Pharao vel Abimelech Abrahamum, aut Isaacum mendacij coarguerent, neque cur huic nominis velamento illi salutem suam committerent. Censeo itaque hoc nomine nunquam coniugium, sed vel affectum, vel vinculum quale diximus significari: Et virum singulari eruditione atque virtute IVST. LIPSIVM, hoc nomine immeritò reprehensum. Docueram hoc pridem, ante annos penè XXX. Aduersariis in Tragœd. Senecæ, & ante annos octo vel nouem Commentario ad eundem Hippolyti locum: sed quoniam agũt argumentis, & nostra non soluũt, hîc censui idem repetendum.

Frater sponsum non significat proprie.

Dæ loco Esther iam egi: de locis Cantici huius res aperta. nam cap. 4.v.9.& 10. & 11. & cap.5.v.1. separat vocem *sororis* à voce *sponsa*, vt appareat aliud significari. Si respondeant etiam in c.5.v.2. *amica* vocem seperari à voce *sororis*; occurro, rationem aliam esse. Nam illic

amica

amica vox ponitur pro socia seu contubernali tantùm, quod indicat vox Hebræa; & idcirco eo loco *sponsæ* nomen prætermittitur, quia voce RAHATHI significata erat, hoc sensu, *aperi mihi dilecta mea, quæ es sponsa mea, &c.* Quando verò dicitur; *soror mea sponsa*; non potes intelligere, sponsa mea, sponsa: nam foret tautologia, & in Hebræo diuersæ voces ponuntur: sed debes interpretari dilecta mea, quam mihi desponsaui. Quod dico confirmatur eiusdem cap. 5. vers. 16. *Talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus*, vbi Hebraicè est pro dilectus DVD; & pro amicus, RAHA, hoc est, socius seu sponsus. Denique cap.8.v.8. *Soror nostra parua est*: nõ potes sumere pro sponsa, propter id quod sequitur: *quid faciemus sorori nostræ, in die quando alloquenda est*; hoc est, cùm erit agendum de illius desponsatione? Ecce, tam *soror* vocatur, quæ nondum *sponsa*, neque coniux; dilectam ergo significat non coniugem. Sed fortassis Iobus sic vsurpauit cap. 7. v. 13. *mater mea & soror mea vermibus.* Quomodo vermis mater & soror? mater ne & coniux? Nec coniugem ibi nec amicam significat, sed vt patris & matris, sic & sororis vocabulum coniunctionem significat sanguinis: quasi dicat, putredo & tabes, seu vermis, mihi adeò diu computrescenti & vermibus scatenti consanguinei sunt, non gentiles modò, sed & familiares: videmur eodem in lectulo (lectuli meminit vers. 12.) nati, educatique; in quo simul degimus & quiescimus.

Quod ad prophanos scriptores attinet, manifestior adhuc res tota. nam apud illos concubinæ, seu, vt ille ait, vsuariæ potiùs, quàm iustæ vxoris est nomen. Nec vxor Albij Deliæ de Delia tamen illud,

Non soror Assyrios cineri quæ dedat odores.

An priuignum maritum optabat faucia nouerca, quæ Thesco nupta eius patri? & tamen *sororem* se vult vocari.

Matris superbum est nomen, & nimium potens.
Nostros humilius nomen affectus decet.
Me vel sororem Hippolyte, vel famulam voca.

Latebat enim in *sororis* nomine, quod ipsa cupiebat, quod ardebat; non coniugium, sed contubernium; sed cordis & corporis coniunctio. Nolo plura, nec necesse.

Hoc loco vt noster, etiam Aquila; τίς δώσει σε ὡς ἀδελφὸν ἐμοὶ; *quis dabit te vt fratrem mihi?* D. Ambrosius quoque non *fratruelem* nec *fraternum*, sed *fratrem* vertit [a], vnde apparet *fraternum* LXX. pro *fratre* posuisse; hoc est, isto loco, pro germano.

a *lib. de inst. virg. cap. 1. & serm. 19. in Ps. 118.*

SVGENTEM] collactaneum seu adhuc lactentem.

VT INVENIAM] optimè explicat Symm. *vt cùm inuenero te foris, deosculer te.*

FORIS] alia editio ἐν ἀγρῷ. alia ἐν ἀγορᾷ, *in foro*; sensus est vnus; sed posterius hoc efficacius; quasi dicat, in publico hominũ cõuentu.

DESPICIAT] *vili pendat.* sex. editio; *subsannet*, Symm. inuicem explicant.

§. 2. MENS VERBORVM.

Æquum erat Ecclesiæ in culmine amoris stanti, perfectissima tribui desideria. Videbat impleri numerũ filiorum, & vltimam conuer-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tendorum turbam accurrere; quibus receptis diuturnior in terris mora senium videbatur. iam transuolat amore nubes, & cœlestes orbes desiderio transcendit. Vtinam (exclamat) illa per te mihi tandem, tandem gaudia tribuantur; *quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt**. Sic ardeo, vt nequeam, nisi amplexu iugi & osculo assiduo refrigerari, perij, disperij, nisi, nisi te nanciscar extra hûc mundi ambitû (*foris*) extra hæc terrarû loca tenebrosa, extra corpus hoc caliginosum; nisi *nuda & reuelata facie gloriam tuâ* [a] *aspiciã*, illic, vbi nullis culpæ, vel reprehensionis obnoxia periculis, nec amplius *huic subiecta vanitati* [b], omni superior rerû vicissitudine & corruptione, in tuã (ô sponse) *imaginem transformabor* [c], & *consors tuæ gloriæ apparebo* [d]. sic te, qui primo aduentu lac Synagogæ mecum suxisti; matris illius communis; tunc sine intermissione, absque probri metu, brachiis voluntatis, & intellectûs amplexans, labiis laudis & confessionis osculares. Hæc nisi fallor vera loci est interpretatio, & omnino cum tribus Patribus hæc sunt referẽda ad vltimi aduẽtûs CHRISTI votum. Plerique Patres referunt ad primum, seu incarnationem Domini; quod non satis quadrat texturæ & serici huius Cantici; potest quis tamen pro concione hoc sequi, cum D. Ambrosio d.c. 1. Philone, Gregor. Honorio, Cassiodor. Alcuino, Angelomo & VVilleramo hîc. Minûs aptè D. Chrysost. *ex var. in Matth.* refert ad puerum IESVM manus Herodis effugientem. Ipsi veteres Rabbini fatentur hæc omnia ad Messiæ aduentûs desiderium pertinere, vt ex vtroque Thargumæo, & Midras docet Galatinus *lib. 3. c. 28.*

HONORIVS tribuit hæc verba vltimæ turbæ Iudæorum conuersorum: sed malo, quod dixi. Meliùs RVPERTVS Ecclesiæ gentium; optimè, qui sponsæ vniuersali.

Desiderium immensum beatitudinis.

* *Esa. 64. v. 4. 1. Cor. 2. v. 9.*

a *1. Cor. 13. v. 18.*
b *Rom. 8. v. 21.*
c *d. v. 18.*
d *Colos. 3. v. 4.*

TROPOLOGIA.

§. 5. *Tres Patres.*

PRIMÆ igitur TRES PATRES referunt ad secundum aduentum, & animæ verba volunt esse ad beatitudinem anhelantis, quod ad Anagogen spectat. ideò illic exhibebo illorum verba. §. 5. hoc & sequenti v. verè littera coincidit cum Anagoge.

Rupertus. » RVPERTVS docet; inuenire sponsum *foris*, est *exire extra castra*, sicut ille *passus fuit extra portam* [e], & factus est *extraneus fratribus suis,*
e Heb. 13. v. 11. » *& peregrinus filiis matris suæ* [f]. *deosculari* verò, improperium eius venerari, & Sacramenta pietatis eius familiariter cognoscere.]
f Psal. 68. v. 9.

Moporius. » HONORIVS vult hæc pertinere ad animã hominis verè religiosi,
» suam & proximorum salutem sedulò curantis. Hunc (ait) sibi CHRI-
» STVS *fratrem* facit, dũ eum cohæredẽ regni eligit: qui CHRISTVS
» *vbera matris* fidelis animæ *sugit*, dum duo testamenta Ecclesiæ ma-
» tris fidelium, fratribus in vnum habitantibus, spiritualiter exponit;
vel

« vel *mater* alicuius conuersi est congregatio fidelium spiritualium; cu-
« ius *vbera* sunt regularia instituta; quæ CHRISTVS *sugit*, dum quem-
« que conuersum regularibus disciplinis instruit. CHRISTVM *foris*
« *inuenit*, quia opera dilectionis in necessitate proximorum peragit:
« hunc *intus* inuenit, quia concupiscentias carnis per eundem vincit.
« CHRISTVM *deosculatur*, quia ei intimo amore coniungitur. Hunc
« *nemo despicit*, quia & Angelis & hominibus placebit.] Sic ille *in commentario.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Idem.*

IDEM *in sigillo* MARIÆ, sic eam loquentem inducit; « *Quis mihi det te fratrem meum*, de Iudæa gente natum; *sugentem vbera matris meæ*, Synagogæ sub lege educatæ; *vt foris te inueniam*, vt à Iudæis, qui adhuc foris sunt, excoli videã; *& deosculer te*, ab eis diligi conspiciam: *& iam me nemo despiciat*, nullus de Iudæis sit, qui non credat me sine viri semine virginem permansisse.]

Rupertus. RVPERTVS censens hæc verba dici ab Ecclesia Gentium, *Matrem*, interpretatur Deiparam his verbis; Ista admiratiua peroratio, *quis mihi det, &c.* similis est illi; *Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad* [a] *me?* Et ista exultatio, *inueniam te foris & deosculer te*, similis est illi responso tuo ad Angelum; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum* [b]. Similis namque est quæ hæc dicit, ficut decet filiam similem esse matri. Annon tu mater eius, quæ vitam & salutem peperisti? Annõ hæc filia tua est fidei imitatione? si Abraham pater gentium [c] & Sara mater gentium rectè dicitur, & est, propter fidem, quantò magis tu, ô fidelissima fidelium, mater es omnium nostrum? Cuius ergo (dicit) matris meæ, nisi virginis MARIÆ? propterea de patre nihil dixit, quia in *fratre* isto, vt conciperetur vel nasceretur, fierétque filius naturæ vel carnis nostræ; vir nihil patrauit. Totum quod *frater* noster est, de matre est. *Matris vbera suxit*, sed non de patris radice fluxit. Mater ista, mater est, quia caro ista caro nostra; & fides ista fides tua, ô MARIA, fides nostra est.]

a *Luc. 1. v. 43.*
b *Ibid. v. 38.*
c *Gen. 17. v. 5.*
B. V. mater est omnium nostrum.

Guilhelmus. GVILHELMVS, vt Alanus, & plerique Patres alij, ad CHRISTI incarnationem respiciens, ita coniũgit hæc præcedentibus; verè *omnia poma noua & vetera dilecte seruaui tibi* [d], non quærens gloriam meam, sed tuam; quod tamen in meam gloriam suo tempore insignitèr redundaret. Vnde etiam accepto desuper nuncio, quia ex me

d *Cant. 7. v. vlt.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

" corporaliter nasci,& cum hominibus conuersari visibiliter dignare-
" ris;id quidem maturiùs impleri flagrantissimis votis optabam:sed ta-
" men stupefacta præ magnitudine deuotionis, in tuis auribus vere-
" cundè clamabam: *Quis mihi det,te fratrem, &c.* Polliceris quod mihi
" filius nascaris:sed vtinam nascendo de alia qualibet, vel *frater* mihi
" nascaris per humanæ communionem naturæ, dum tamen omnino
" nascaris in meam,omniúmque salutem. *Et vnde hoc mihi vt* Domi-
" nus meus nascatur ex me, sumendo hostiam humanæ redemptio-
" nis ex me,& de meis pascaris vberibus,qui etiam Angelos pascis in
" cœlestibus?Transferatur si placet hæc tam grandis & præclara digni-
" tas ad aliam quamlibet generis Abrahæ; dum tamen sacramentum à
" sæculis conditum compleatur; & quia iam instat *plenitudo temporis*,
" venias qui venturus es liberare populum tuum.nascaris,& mihi suf-
" ficit,nutriaris,& sufficit. Verumtamen si hanc mihi singularem di-
" gnaris tribuere dignitatem,vt de meis nascaris viscеribus,& de meis
" nutriaris vberibus,non sum incredula, vel ingrata; *Ecce Ancilla* tua
" Domine,*fiat mihi secundum verbum tuum*. Nam nec pater noster A-
" braham incredulus vel ingratus exstitit,cùm tibi filium ex ea,cui iam
" desierant fieri muliebria,pollicenti,miraculi nouitate stupefactus, &
" diuini muneris acceptator verecundus,respondit: *Vtinam Ismahel vi-*
" *uat coram te* [a].Sic nimirum pollicenti tibi per Angelum,quod ex me
" nasci dignareris;tantæ dignationis pondus non ferens, & multò re-
" ctiùs quàm Abraham obstupescens,respondeo; *Quis mihi det te fra-*
" *trem meum,&c.* Vtinam vel *frater* mihi sis per humanæ communio-
" nem naturæ,qui te mihi filium polliceris! vtinam hoc mihi simplici-
" ter tribuas,vt incarneris,qui te ex me incarnandum polliceris!Incar-
" neris tantùm,& sufficit mihi:frater meus sis tantùm.

" *Vt inueniam te foris,& deosculer te,& iam me nemo despiciat*, & suffi-
" cit mihi.hoc mihi tantùm tribuas, quod ceteris per incarnationem
" tuam,& sufficit mihi.Nam omnibus dilectis tuis, quibus secundùm
" carnem frater esse dignaberis, hoc interim per incarnationis Sacra-
" mentum largieris;vt inueniant te foris,& deosculentur te,& iam eos
" nemo despiciat.Inueniris siquidem iugiter intùs,sed ab his qui sunt
" intùs,id est,ab Angelis sanctis:porrò ab his qui sunt foris, id est, ab
" hominibus,non inueniris intùs; sed nec foris adhuc inueniris ab eis,
" qui totus es apud patrem.Itaque per incarnationis mysterium *exi à*
" *patre & veni in mundum* [b],vt inueniant te homines *foris*, scilicet à te
" traiiciendi intùs. Egredere ad nos,vt nos facias ingredi in gaudium
" Domini nostri.non intrabimus,nisi tu exeas:non inueniemus te in-
" tùs,nisi priùs inuentum, & deosculatum foris. Egredere, id est,in-
" carnare,vt inueniamus te foris, & deosculemur te. inueniamus te
" foris per fidem incarnationis tuæ, & deosculemur te puritate dile-
" ctionis.Quippe inuenire te,& non deosculari,nihil est, quia *fides sine*
" *charitate mortua est*.Inueniamus te foris in veritate carnis nostræ
" visibilem, & deosculemur te in perferendis passionibus, pro nobis
" amicum miltem. Quis autem despicere nos poterit, te inuento,
& deoscu-

H.B. Deipara esse præ humilitate renuit.

[a] Gen.17.v. 18.

Incarnatio quàm desideranda fuerit.

[b] Ioan.16.v. 28.

& deosculato à nobis? Quis poterit despicere homines in Deo ho- "
mine facto?Quis vilem iudicabit hominem prerio sanguinis tui pro "
hominibus dato?nemo ergo nos despiciat.nemo planè, quia nec "
Deus,nec Angelus,siue bonus,siue malus:non Deus,quia propter te "
hominem & in te homine curabit homines.Angelus bonus nō, quia "
& ipse propter te hominem homines amabit,eorumque saluti,quan- "
tum in ipso est,hilariter ministrabit:porrò Angelus malus inuidebit "
quidem,sed tamen timebit homines propter te hominem, vnde nec "
ipse despicere poterit homines,te propter homines homine facto.] "

HAILGRINVS refert ad desiderium visionis beatificæ. Inuenire " *Hailgrinus.*
desiderat eum solum,in diuina videlicet natura, in qua solus est,& "
humanum non habet consortium.Inuenire desiderat eum,vt non so- "
lum cognoscat in carnis ergastulo:sed vt immensitatem Deitatis in- "
ueniat,quæ nullo concluditur termino,& omnia continet,& conclu- "
dit:& ipsum sic inuenire desiderat, vt deosculetur eum, vt videlicet "
eum videndo præsentem, tanquam facie ad faciem,in eius amore de- "
lectetur.]Sed quid quod sequitur?refert Hailgrinus ad Iudæos,quasi
dicat, vt non amplius ab iis quasi mater peccatoris hominis blas-
phemer.Possis etiam sic exponere;vt iam nō amplius *nigra* dicar,hoc
est,vitæ huius miseriis obnoxia; sed glorioſa & beata,non postpo-
tar Angelis,sed præponar.

ANAGOGE.

QVONIAM,aiunt(TRES PATRES)prior aduentus tuus " §.5.
me ad te perfruendum præparauit,*ecquis tribuet mihi* se- " *Tres Patres.*
cundo aduentu tuo *dilectum meum* nobiscum in patris "
regia(*quæ fidelium est mater superna Hierusalem* [a]) nouũ " [a] Gal. 4.
bibentem poculum;quod ex ipsa in nos,per gratiã sine " v. 26.
medio; quasi lac ex *matris vberibus* in filios ipsius fluat,atque ita sa- "
lutem animarum nostrarum nutriat,finemque fidei præbeat; nempe "
bonorum;quæ supra naturam sunt communionem,& diuinam illam "
atque incredibilem voluptatem,quam ipse naturaliter obtinens, di- "
guis,coniunctus per gratiam,impertitur? Sic enim *inueniens te foris* "
deosculabor. Et *nemo* sanè *me contemnet*;ita cognoscent te,non vt nunc "
per fidem;sed per aspectum foris extra diuinam substantiam tuam in "
nostra substantia, incorruptionem nobis atque immutabilita- "
tem in communi dilargientem resurrectione,perfruamur te, & *ne-* "
mo quidem *despiciet me*; licet nunc à mundi sapientibus spernar,quod "
propter amorem tuum caduca cuncta contemnam.] si quis hæc mali- "
tiose commodam tropologiæ, facilè poterit ea tribuendo animæ con-
templatiuæ.

Breuiter HONORIVS;In patria,CHRISTVM *fratrem* suum, sci- " *Honorius.*
licet hominem de humano genere natũ in Deo videbit; qui eã soro- "
rem,videlicet regni cohæredem facit;qui frater *vbera matris* Ecclesiæ "

Universidad de Deusto
Biblioteca

» *fugit*, quia Dominicus homo, gaudia cœlestis Ierusalem, id est, Ange-
» lorum plenitudinem habet, & suis tribuit. Hunc *intus* in gloria patris
» Ecclesia inuenit, quem hîc *foris* in carne per fidem vidit: quem diu
» optatum *deosculatur*, dum eius dulcedini in æterna pace copulatur.
» Hanc amplius *nemo despiciet*, quia æqualis Angelis erit, quæ hîc op-
» probrium hominum & despectio superbis fuit.]

NOTA. Sequens vers. ab isto quoad sententiam vix potest auelli, ideò qui leget in eum mysticos Patrum sensus, iungat cum eorum verbis hoc vers. positis, vt commodius capiat.

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condîto, & mustum malorum granatorum meorum.	*Assumam te, introducam te in domum matris meæ, & in cubiculũ eius, quæ concepit me: Potabo te de vino vnguentato, de latice malorum punitorũ meorum.*	Vers. 2.

LITTERA.

§. 1. VERBA EIVSDEM.

PERSISTIT in similitudine & Metaphora eadem. Ait se facturam, quod solent puellulæ; quæ cùm quæsitos *fratres* suos foris solos offendunt, lætabundæ illos leuant, & in vlnas transferunt, dissuauiantur, & blandè in domum delatos interrogant; quo quid acturi ierint? quid egerint? infantuli, vt est ætas balbutie garrula, narrare conantur potius quàm narrant: illæ verba balbutientium adulantur, & osculis interrumpunt; & tandem ætatulæ optatis munusculis deliniunt. Nostra ait; APPREHENDAM; tenebo prehensum, & DVCAM IN DOMVM; dixerat suprà id in animo esse, nunc optat perficere; *tenui eum; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ & in cubiculum genitricis meæ*: quod vltimum vides hoc loco repetitum in LXX. cùm desit in fonte; & è contrario editio Vaticana LXX. prætermittit illud, *ibi me docebis*, quod est in fonte, & habetur in nonnullis Græcis codicibus, & agnoscunt Iustus *h.e* & D. Ambros. *in Ps. 118. serm. 19.* sed in commentar. hoc loco, nec Theodoretus, nec Tres Patres, nec Philo explicarunt. Cant. 3. v. 4.

VINO CONDITO] Sic etiam Symm. vertit, & eodem sensu LXX. *vino vnguentato*. nam ARΩMATH significat vinum odoriferum, arte pigmentarij confectum: sed puto hoc loco puerili more omnem potum, *vini* nomine significari: & *conditura* seu *aromatis* nomine, quicquid dulce est: vt intelligamus, non vinum myrrhatum, vel cynnameum, quæ parum puerulis conuenientia: sed ex melle & lacte mellicératum, de quo Eustath. in Homeri Odysseam. præterea promittit *mustum de malis granatis* expressum. Sic enim solent pueri torcularia vindemiæ imitari. רוקח

CASSIODORVS: *malum granatum*, ait, idem est quod malum Punicum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» Punicum, *granatum* dicitur à granorũ multitudine, *Punicum* à patria,
» eò quòd in Africa plurimùm abundet. Punica enim ipsa est Africa.]

§. 2. MENS VERBORVM.

Rursus vehementia amoris eam facit mariti munus vsurpare, de quo dixi sup. vers. 4. cap. 3. tunc ait, te non dimittam, donec duxero & introduxero in cœlestem Ierosolymam [a], quæ terrenæ huius habitatorum communis est mater. Illic mutua beneuolentia certabimus, tu, quem Michæas meum Doctorem futurum est vaticinatus, *me docebis* [b] *omnia*; quæ nunc capere non possum, ad salutem & gloriam necessaria; dum me illa in diuinitatis speculo clarissimè facies intueri. Ego te vicissim deliciis conabor remunerari. propinabo non iam vinum aqua mixtum, vel myrrhatum tristitia, sed mellicratum laudis & bonorum operum; quæ tenellæ istæ tuæ plantationes, quibus adhuc lac est cibus, protulerint. *potabo* te simul *succo granatorum*, hoc est, sanguine martyrum; quem robusti & ardentes charitate milites in persecutionis torculari effusum; largè suppeditabunt. Sic explicant Iustus, Aponius, Angelom. & Honorius, nisi quod hic putat esse sensum Anagogicum, sed coincidit cum literali.

a Ita D. Ambros. lib. 3 ep. ad Irenæum, quæ est 13. Beda, Honor. Alcuin. Angel. b c. 4. v. 2.

Honorius.

Philo duas explicationes ponit prioris partis versiculi: vnam, qua
» per *matrem*, communem intelligit terram totius carnis initium &
» finem, quia terra sumus, & in terram reuertemur a. terræ thesaurum
» seu repositorium esse mortem. vt enim in promptuario thesauri re-
» conduntur, sic & in morte iustorum animas requiescere, & ad per-
» petuæ vitæ felicitatem transferri. in hunc thesaurum introductum
» fuisse Saluatorem nostrum, cùm mortuus & sepultus, vt mortem
» vinceret, & animarum captiuam ex limbo educeret captiuitatem.
» Altera interpretatio est, posse per *domum matris* sponsæ Scripturas sa-
» cras accipi, quarum mysteria sunt quasi quædam promptuaria, in qui-
» bus fidelis anima sæpè cũ cœlesti sponso meditatur & loquitur, & in
» his sanctissimè reficitur.] Quæ expositiones haud dubiè sunt accom-
modatitiæ, vt & ea quæ sequitur de *vino aromatico & musto punicorum*.
» Vult enim à vino salutaris vndæ potatam fuisse Ecclesiam, & vnam-
» quamque fidelem animam, cùm per sanguinem pretiosissimum re-
» demptoris mundata est primùm atque redempta: mox & per Apos-
» los Spiritu sancto illustrata, & nece Martyrum, rubentium punico-
» rum instar, confirmata, hoc salutare vinum omnium virtutum, veluti
» aromatum suauitate refertum, fideles populos CHRISTO IESV cœ-
» lesti sponso sanctissimè copulauit & miscuit. ob id enim in sacra-
» mento vinum miscetur aquæ, quæ vnà cum sanguine ex eius latere
» salutariter fluxit, vt CHRISTO populos fide & charitate iungendos
» daretur intelligi. Nam quòd vino salutis potata sit sponsa à sponso,
» idem per se declarauit, cùm dixit, *Accipite & bibite: hic est sanguis*
» *meus qui pro vobis effundetur* b, *&c.*]

Philo.

a Gen. 3. v. 19.

Cur vinum aquæ misceatur in Eucharistia.

b Matth. 26. v. 28.

Eodem, nempe ad sacrosanctam Eucharistiam, retulit olim B. BERENGOSIVS Abb. D. Maximini apud Treuerim, his verbis; Psalmista prænudens, quia potus iste non oris, sed mentis, & fidelibus
» suauis & reprobis amarus est, *calix*, inquit, *meus inebrians quàm præclarus*

Berengosius Serm. in Natali Martyrum.

clarus est [a]? Ex hoc igitur calice illud diuinæ charitatis effunditur po-
culum, cũ quo CHRISTVS in sanguine suo Christianum sibi com-
parauit populum: quod Ecclesia in Cantico dilecto suo propinans,
in figura sanctorum; *dabo*, inquit, *tibi poculum ex vino condito, & mu-
stum malorum granatorum meorum*. Vinum quippe sine alterius rei
commixtione, dilectio est sine simulatione: *vinum* verò *conditum*, di-
lectio est cum operatione. Vinum ergo non simplex, sed bonis operi-
bus & sanctis conditum virtutibus, diuinis præcipuè placere videtur
obtutibus. Quod in Euãgelio veritas ostendit, cùm dicit; *Si quis dili-
git me, sermonem meũ seruabit* [b]. Et benè quidem Ecclesia præ nimiæ di-
lectionis affectu, non aliud quodlibet poculum, sed *mustum* suo præ-
bet dilecto. quia mustum cùm feruentissimum est, nunquam à suo
calore probatur deficere, priusquàm nimio feruore suo omnem * im-
mo ditiam à se videtur eiicere. Vnde per hoc *mustum malorum gra-
natorum*, non incongruè signatur fortis dilectio sanctorum; qui in
passione suâ, ab omni vitiorum sorde mundati, tam feruentissima di-
lectione Deum videbantur amare, vt *neque mors, neque tribulatio aliqua
posset eos à charitate* CHRISTI *separare* c. *Malũ* autem *Punicum*, quod
in Africa plurimùm abundat; idcirco *malum granatum* dicitur, quia
multa granorum numerositate redundat: per quòd significatur, quòd
sicut multæ mansiones sunt in regno cœlorum, ita & in præsenti Ec-
clesia multæ sunt tribulationes iustorum. Per hoc verò quòd malum
Punicum sanguinem habet colorem, non modò martyrum CHRI-
STI, sed etiam ipsum Dominicum videtur typicare cruorem, qui
idcirco ab Ecclesia in Cantico *candidus* dicitur *& rubicundus* d, vt ex
innocentia quam habet, candidus; & ex passione quam pertulit, in-
telligatur rubicundus. In qua passione salutifer ille CALIX effusus
est pro nobis, quem ipsi Martyres inuictissimi potati sunt vino com-
punctionis.] ita Berengosius.

a Psal. 22. v. 5.

b Ioan. 14. v. 23.

* sic corrige, vulgò muuditiam.

c Rom. 8. v. 35.

d Cant. 5. v. 10.

TROPOLOGIA.

§. 3. Tres Patres.

TRES PATRES; *Capiam te*, qui mihi diuinitatem elargiris, cupida splendoris tui, in eoque contemplando *introducam te* in mentem, quæ domus est gratiæ Spiritus sancti: à qua, vt *à matre*, per baptismum genita sum, & propter similitudinem illius est capax. *Cubiculum* autem rursùs est ipsius, quia propter imaginem thesauros eius in se reconditos habet. Quæ quidem gratia concepit me per fidem. Adhæc tibi sitienti salutem meam, quasi *poculum* quoddam, offeram perpetuam tui, qui veritas es, cognitionem: ex compositione diuersarum rationum, quæ in omnibus creaturis Scripturáque sunt, instructam & concinnatam. Hæc enim, tanquam vinum odoratum lætificat cor, lætitia conspergit animas, à quibus percipitur, perennémque mihi tui, vt summi boni

Universidad de Deusto
Biblioteca

» amorem infundit,ex præstantia timoris tui,& desiderij te perfruen-
» di; quorum quidem tanquam *malorum punicorum* alterum acerbi-
» tate sua comprimit, alterum dulcedine oblectat.]

Philo. Sponsus à sponsa vicissim potatur.

» Hoc vltimum confirmat PHILO his verbis;Possumus intelligere
» sponsum à sponsa vicissim nunc *potari* per charitatis officia, vt quod
» à sponso gratis accepit, id aliquando rependat eidem. Potatur enim
» à sponsa,cùm ab eius filiis liquore sanctimoniæ atque virtutum lau-
» datur in terris,cùm timetur à bonis, colitur à iustis,prædicatur à san-
» ctis. Tunc enim *vino aromatico*, hoc est, mysteriis cœlestium dono-
» rum, & sanctitatis odore, proborum mentibus delectatur humani
» generis auctor, & vices grati animi beneque operati accepta talenta,
» & charitatis immensæ, quam priùs ipse sponsæ donarat, libentissimè
» admittit ac probat.]

Honorius.

» HONORIVS ad claustrales suos pergit loqui; Ibi (in claustro)
» CHRISTVM quasi per manum *apprehendit*, & *in domum matris* suæ
» *inducit*,dum opera bona in claustrum,domum congregationis,matris
» conuersorum, inducit, & in intellectum regulæ claustralis suæ nu-
» tricis, dum eam intelligere docet. Ibi in claustro docetur, quid con-
» uersis in cœlo promittatur. Ibi dabitur ei *poculum ex vino condito*, id
» est, doctrina ex Scripturis sapientum composita, & *mustum malogra-
» natorum*, id est, exempla iustorum.]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Idem.*

» IDEM *in sigillo*; *Ducam*, ait, per fidem,*in domum*, intel-
» lectum legis, *docebis*,colere & obseruare præcepta: *po-
» culum*, deferetur tibi opus bonum;*ex vino condito*, ex sa-
» pientia & charitate alios inebrians,& *mustum malorum
» granatorum*,diuinum seruitium virtutibus refertum.]

Guilhelmus.

» GVILHELMVS verò; quod si hanc singularem excellentiam (*in-
» quit pia mater*) ancillæ largiri dignaris, vt ex me incarneris,& nõ tan-
» tùm frater per humanæ susceptionem substantiæ, sed & filius mihi
» nascaris:*Ecce ancilla tua Domine, fiat mihi sicut* vis[a]. Ergo singularem
» hanc gratiã cum quanta possum gratiarum actione susciens, *appre-
» hendam te*, & *ducam in domum matris meæ*, & *in cubiculum genitricis
» meæ*. *Apprehendam te*,quia forti & deuota fide concipiam,& cùm ap-
» prehensum nouem mensibus clausero in vtero meo: sacro te partu
» indutum carne,*inducam in* orbem.Et quidem toti mundo te pariã,sed

[a] Luc. 1. v. 38.

principaliter *ouibus,quæ perierunt domûs Israël*[a],scilicet vt ipsæ primò requirantur;sed suo pòst tempore tamen in plenitudine gratiæ migraturum ad gentes.Habet siquidem eadem genitrix mea *domum*,id est,plebem exteriùs habitantem;habet & *cubiculum*,id est,Scribas & Pharisæos subtiliori conuersatione in ipsis quodammodo legis penetralibus quiescentes.Ad confundendum verò Scribarum & Pharisæorum superbiam;priùs te *ducam in domum*. priùs enim in te credet piscator Petrus,quàm magister in Israël Nicodemus: priùs assumes idiotas & illiteratos,quàm littera legis inflatos: *ibi me docebis*, in domo illa & cubiculo;sed quid nempe quia *quæ stulta sunt mundi elegis,vt confundas sapientes;infirma mundi eligis, vt confundas fortia; & ignobilia mundi,& contemptibilia eligis, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destruas,& nõ glorietur in conspectu tuo omnis caro*[b].Et hoc quidem iam docuisti me per internam vnctionem, sed tum per rerũ euidentiam idem me illic docebis,priùs visitando *domum*, quàm *cubiculum*, priùs ex gente mea assumendo idiotas, quàm prudentes, priùs piscatores,quàm legis Doctores.

[a] Matth. 15. v. 24.

Idiotæ priùs ad Christum conversi quàm docti.

[b] 1. Cor. 1. v. 27. 28.

Sanè propter hoc *dabo tibi poculum ex vino condito*. Charitas vinum est quo inebriatur anima,sed non simplex vinũ. Charitas enim nunquam sola est,nunquam sine aliis virtutibus est. Vinum ergo conditum est,patientia,humilitate,obedientia,castitate,ceteríque virtutibus.hæc pigmenta sunt,quibus conditur vinum charitatis.Itaque *dabo tibi poculum ex vino condito*, id est,gratiarum actionem ex sancti amoris feruore procedentem. Non enim tepidè vel insipidè gratias agam tibi,sed(vt decet)in multo feruore & suauitate amoris.præterea *dabo tibi mustum malorum granatorum*. non enim tantummodo de feruore & dulcedine animi gratias ago tibi in memetipsa, sed verbo & exemplo faciam in amorem tuum spiritus feruere multorum in tantùm, vt moriendo pro te glorioſi martyres fieri valeant, qui per mala rubea figurantur.Quod cum factum fuerit,erunt *mala granata* mea,id est,ad gloriam meam in amore CHRISTI rubentia, quotquot per me ad hanc excellentem profecerint charitatem.] Parum accommodatè ad legis spiritualem sensum Alanus hæc retulit.

Charitas nũquã sola est.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ANAGOGE.

§. 5. Honorius.

» HONORIVS; In cœlis dilectum diu quæsitum, vix tandem aliquando inuentum æterna dilectione *apprehendet*, » & *in domum matris suæ*, in cœlestem Ierusalem, quæ est » domus matris Ecclesiæ Angelicæ, inducet, dum cum illo » in illam ad æternas nuptias introibit; *& in cubiculum genitricis* suæ, » id est, in secretum gloriæ humanitatis CHRISTI, quam in æterna » gloria videbit. *Ibi docebit* eam CHRISTVS *quod oculus non vidit, nec* » *auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligenti-* a Esa. 64. 4. 1. Cor. 2. 9. » *bus se* a. Ibi *dabit ei poculum ex vino condito, & mustum malogranato-* » *rum*, id est, plenum gaudium Angelorum, & hominum, quod erit vt » vinum, & mustum; quæ sunt lætitia epulantium: vel sponsa » dabit dilecto *vinum* & *mustum*, quia sanctos » veteris & nouæ legis proferet, quibus dabitur plenum » gaudium.]

VVLG.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.	*Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.*	Vers. 3.

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM.

SENSVS est: recipiet me in sinum, & amplexu suo reget, defendet, fouebitque. *vide vers. 6. cap. 2.* Sùt enim eadem: nisi quòd, quæ illic optabat tantùm, hìc prædicit futura, & certò sibi in domo matris tribuenda pollicetur. Nec vltra ferens vehementiam desiderij, debilitata insuper vigiliis, laboribus, ærumnis, in sinum sponsi (qui vt deficientem fulciret, consederat) lassum caput reclinat, & sopore opprimitur.

§. 2. MENS VERBORVM.

Summa hæc vtrorum est militantis Ecclesiæ; quæ, præ vehementia amoris, & desideriorum, postremis illis temporibus, vt parturiens ingemiscet, ardentissimè optans in cœlum rapi, & vltimis nuptiis æternùm sponsò copulari, fouebit illàm interea, protegetque sponsus, viresque subministrabit, vt licet languens, perferat tamen, & obduret.

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

HONORIVS de anima religiosi viri: *Læua* CHRISTI *sub* » eius *capite*, id est, bona præsentis vitæ sub eius mente, quæ » est caput animæ, & *dextera illius amplexabitur* eam, id est, » virtutes & bona opera; in corpore opera, in anima virtutes. Sub hac » *dextera* obdormit, dum terrena obliuiscitur, & cœlestia contemplatur: & ne quis eam ab hac quiete retrahat, ad sæculi tumultum à » CHRISTO per Scripturas adiuratur.]

Universidad de Deusto
Biblioteca

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS pergit introducere MARIAM loquétem de mysterio incarnat. cùm cœlestis mihi nuncius futurum cum integritate conceptum partúmque intimasset; tibi, dilecte mi, iã excitanti potentiam tuam, vt venires in salutem, aiebam; *Quis mihi det te fratrem meum?* Porrò te iam ex me corporaliter nato, prædicato ab Angelis, cognito à pastoribus, adorato à magis, cõseruabam omnia verba hæc conferens in corde meo, atque in hac collatione fructum incarnationis tuæ subtili consideratione perpendens, ita mecum loquebar ad te: *Læua eius sub capite meo*; id est, sustentans & subleuans caput meũ, sed hoc interiùs: nam suo tempore *dextera* quoque *illius amplexabitur me.* Siquidem, vt scriptum est, *graue iugum* [a] *super filios Adæ, à die exitus de vtero matris eorum vsque in diem sepulturæ, in matrem omniũ*, iugũ scilicet mortalitatis; quod & ego fero cum ceteris filiis & filiabus Adæ. *At læua* dilecti mei *caput meum*, id est, mentem meam, sub tam graui pondere laborantem, consolando sustentat, & subleuat. *Læua eius*, est dignanter ex me assumpta similitudo carnis peccati. Venit enim non in carne peccati, vt ceteri, sed *in similitudine carnis peccati, vt de peccato damnet peccatum in carne* [b]. Denique generale pondus leue mihi efficitur, consideranti, quod Dominus omnium, idem pondus ferre dignatur mecum, & cum omnibus filiis Adæ; non solùm dignanter, sed & dispensatoriè; ille *qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ* [c]. Sic *læua eius* nunc *sub capite meo*: suo tempore *dextera illius amplexabitur me.* Dextera eius gloria resurrectionis eius, quæ in carne eius absorbet similitudinem carnis peccati; illa, tanti prærogatione exempli, de secutura membrorum eius imitatione exhilarabit subtiliter attendentẽ: quia *primitiæ* CHRISTVS, *deinde hi qui sunt* CHRISTI [d].]

Alanus.

ALANVS hoc pacto; virgo ea quæ videbat menti suæ suppositi, & ea, quæ non videbat omni conatu & vniuersis cogitationibus appetiit; quæ tanto desiderio cœlestia sectabatur, vt omnia visibilia pro nihilo reputaret, mentem suam cœlestibus desideriis occupans. Ergo *Lauam sub capite* habebat, quia mente erecta ad beatitudinem, vitam præsentem sub se portabat. *& dextera* CHRISTI *eam amplexabatur*, quia ex omni parte cœlestis eam dilectio tuebatur. Et quia virgo in contemplatione erat; Euangelistas CHRISTVS admonet, ne eam suscitent, &c.

ANA-

[a] Eccl. 40. v. 1.

[b] Rom. 8. v. 3

[c] Phil. 3. v. 21.

[d] 1. Cor. 15. v. 23.

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

HONORIVS; Erit *læua* sponsi *sub capite* sponsæ, quia omnem gloriam mundi videbit sub potentia CHRISTI, qui est caput eius: & *dextera eius amplexabitur eam*, quia Angelica societas, & sanctorum vnanimitas, quæ in dextera CHRISTI in iudicio erit, illam sibi associabit: in hac dextera ab omni perturbatione requiescet, & nemo eam ab hac quiete excitabit, quia *gaudium eius nemo tollet ab ea* [a].]

* * *

[a] Ioan. 16. v. 22.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. II.

SECTIO II.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 4. Vox Sponsi.	Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.	*Adiurani vos filiæ Hierusalem in viribus agri, si suscitaueritis, et si exsuscitaueritis charitatem quoadusque voluerit.*

LITTERÆ.

§. 1. ADDVNT LXX. illud, *in viribus agri*, & in Complut. & apud Theodoretum est, *in potentia & viribus agri.* in Græc. Schol. ex alia versione; *in capreis, aut in cervis regionis*: sed horum nihil habet D. Ambros. Similia hæc sunt dictis c. 2. v. 7. & c. 3. v. 5. vnde petenda interpretatio. dumtaxat addo, quia hæc in via gerebantur, adiuratione hanc à sponso dirigi ad eos, qui aderant Sodales, & simul omnes transeuntes.

§. 2. MENS VERBORVM. Recurrendum est ad d. v. 5. & 7. nisi quod minùs hic accuratè obtestatur, quia peruenerat Ecclesia ad statum perfectum, & ideo minus erat periculum, ne per interpellationes ab otio contemplationis abstraheretur inuita. Philo hæc verba tribuit sponsæ: perperam haud dubiè, licet sic etiam tres Patres.

TROPOLOGIA.

§. 3. Instit. Ruperius. IVSTVS notat hoc ter repeti, vt firmiùs animo infigatur, & nunquã mente nobis excidat: *Ne suscitetis* (inquit RVPERTVS) eo modo quo Martha suscitare volebat Mariã; quæ sedens ad pedes dilecti, audiebat verba oris eius: hoc erat requiescere: At illa quæ *satagebat circa frequens ministerium* volẽs eam suscitare, *Domine*, inquit, *non est tibi curæ, quòd soror mea reliquit me solam ministrare: dic ergo illi, vt me adiuuet* a. Cunctis filiabus huiusmodi, quæ corporale ministerium, siue actualem vitam nesciunt discernere, quantùm distet à dignitate contemplationis, dictum esse hoc nemo dubitet; *Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam.* nam illa, quæ *optimam partem elegit*, quæcunq; studet vero Dei, ipsa est *dilecta*: ceteræ quæ *sollicitæ sunt, & turbantur erga plurima*, sicut Martha illa; *filiæ* sunt.]

a Luc. 10. v. 40.

MIXTA INTER PRETATIO, SEV DE DEIPARA.

GVILHELMVS; scriptum est, quòd veniente matre Salomonis ad eum a *surrexit Rex in occursum eius, posituſſ. est thronus matri Regis, quæ sedit ad dexteram eius.* cúmque illa dixisset, *vnam petitionem paruulam ego peto à te, ne confundas faciem meam*; at ille respondit: *Pete mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.* Si ergo nuncupatiuus ille Salomon, ei *quæ fuit Vriæ*, pro eo quòd esset mater, tamen honorem exhibuit; quantùm putas intemeratæ matri suæ verus Salomon honorem impendit? Cùm illam ad se de terris acciuit, dubitandum non est ipsum filialiter surrexisse in occursum eius, positumque ei esse, ministrantibus Angelis, thronum iuxta thronum filij, eamque perpetuò sedere ad dexteram eius. Quod si illa ducat aliquid pro aliquo petendum, num verum Pacificum piæ matris minus clementer, siue remerenter, responsurum putas; quàm suæ quondam matri, cùm peteret, nuncupatiuus ille respondit? Imò verò multò fauorabiliùs, multoque suauiùs pia mater à Salomone suo, quod olim à suo Bersabee, audiuit, *Pete mater mea, neque enim fas est, vt auertam faciem tuam.* Norunt hoc CHRISTIANI, atque ideò familiare est eis, piæ matris meritis se commendare, pias matris suffragia sedulò postulare: omnes ad eam confugiunt; impetra mihi hoc vel illud, dicunt singuli. ab omnibus quidem hoc dicitur, sed fructu tamen petitionis suæ pauci donãtur. Multi enim *petunt & non accipiunt* a, quia vel minùs digni, vel minùs digna petunt. Petit aliquis vltionẽ de inimicis suis: sed hæc fœda petitio est apud eum, qui ait; *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos* b. Alius verò petit diuitias siue dignitates sæculares: sed hæc item petitio fœda est apud eum, qui per os Apostolicum loquitur; *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt* c. Porrò alius honesta petit, id est, quæ non dedeceant: sed non talis est, qualem esse petentem decet; & ob hoc suæ petitionis effectu fraudatur. Itaque ad hoc vt fructuosè petatur, non tantùm petitionis, sed etiam petentis honestas desideratur.

§. 4. Guilhelmus. a 3. Reg. 2. v. 19.

Christus maximum honorẽ matri impendit.

a Iacob. 4. v. 3.

Loquitur de priuata inimicitia & vltione.

b Matt. 5. v. 44.

Loquitur de ambitiosorum & auarorum petitionibus.

c 1. Ioan. 2. v. 15.

Quia ergo multi vel indigna; id est, quæ præstari non debeant: vel indigni, id est, quibus præstari non debeat, postulando piam matrem in intimæ suauitatis deliciis quiescentem, quantùm in ipsis est, improbis clamoribus inquietant, eorum importunitatem cœlestis sponsus reprimit dicens: *adiuro vos*, &c. *filias* vocat, in quo vt molles

" notat. nam si viriliter saperent, agerentque, *filij* vocarentur non *filiæ*.
" In eo tamen quòd non filias Babylonis, sed *filias Ierusalem* dicit, piè
" blanditur, & suauiter allicit. *Adiuro vos* (inquit) non simpliciter mo-
" neo, sed *adiuro*, id est, vehementer prohibeo, *ne suscitetis dilectam*, id
" est, quantùm in vobis, inquietetis talia postulando, quæ præstari non
" debeant, *neque euigilare faciatis*, tales postulando, quibus nihil præ-
" stari deceat: *Donec ipsa velit*. nondum enim vult surgere ad effectum
" petitionum vestrarum, quia nondum postulatis, quales postulare, &
" qualia postulari decet. Ergo postulate, digni exauditu, digna impe-
" tratu: vt delectet piam matrem surgere interpellando pro vobis. Di-
" gni postulate digna, & tunc non frustrà postulabitis, quia volentem
" surgere suscitabitis, atque euigilare volentem dilectam facietis.]

ANAGOGE.

§. 5. Vide vers. superiorem, §. 5.

SECTIO

SECTIO III.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	SECT. III.
Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectũ suum?	*Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innitens super fraternum?*	" Vers. 5. " memb. 1. " Vox SODALIVM.

Cogor propter Dialogismum hunc vers. quinctum in duo membra secare.

LITTERA.

§. 1. VERBA SODALIVM SPONSI.

HVius versiculi duæ sunt partes, quia diuersi diuersa interloquuntur. Primò, cùm sponsa paulò pòst fuisset excitata de somno, & hac quiete refocillata maiore iam animo, & dictorum vulgi contemptu; quem augmentum amoris inseruerat, expulso sinistræ suspicionis metu; nihil iam verita propalàm sponsum amplexari, pergebat iter carpere, & Ierusalem versùs ex deserto, quod inter Iericho & Hierosolymam interiacet, ascendere, humeris & pectori brachiis iniectis innixa. Origenes [a] quidem hæc retulit ad sponsam adhuc super sponsi pectus recumbentem, quia legit, ἐπιφηπσομένη: sed vox ascendendi addita hoc refellit, & hodie habemus in LXX. ἐπιφηριζομένη, quod sanè confirmant D. Ambros. Theodoretus, Philo & alij. Simpliciter ergo significat *innixam dilecto*, nempe cubitis super humeros, vel etiam capite versùs pectus demisso, & collum stringentem brachiis, subindéque deosculantem. Sic incedenti magna sodalium sponsi turba occurrit, nouum hunc & insolitum eius progressum atque lætitiam, quam non capiebant, admirantium & dicentium: *Quæ est, &c.*

a *Hom. 1. conuersa à D. Hieronymo.*

DELICIIS *affluens innixa*, optimè Hebr. expressit vnicum, MITHRAPHEXETH, quasi dicat plena deliciis, & palàm profitens se dilecti sui coniugem, eíque præ teneritudine corporis, & magis affectùs innitens, non, vt Esther, ancillarum humeris [b]; non, vt Benadab, manibus fulta Principum.

מתרפקת

b *Esther 15. v. 6.*

DE DESERTO] ita in Schol. ἐκ τῆς ἐρήμου; sed LXX. non ad verbum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bum, verùm propheticè ad baptismum respicientes, vertunt, *dealbata*.

§. 2. MENS VERBORVM.

Geminarum reliquiarum conuersarum, tot filiis, auctæ Ecclesiæ (*de vltimis reliquiis cæpit* HONORIVS) sancti cœlites [a] pulchritudinem & gloriam admirantur, videntes eam ex deserto tenebratum & ignorantiæ, vbi bonorum omnium summa erat penuria, tam celeri & grandi gradu cœlestem Ierusalem petere; tot donis gratiæ, ac præsertim intelligentiæ mysticæ rerum diuinarum, abundanter cumulatam, (*vide D. Gregorium lib. 16. Moral. c. 30.*) vident, non intuident, laudant laude debita. aiunt *ascendere*, quia conatum & laborem liberi arbitrij adhibebat: sed *innixam super dilectum*, quis gratiæ eius confidebat, non de viribus propriis præsumebat [b]: non ignara neminem in cœlum ascendere posse, nisi subnixum eius fauore & auxilio, qui de cœlo descendit. *Lege D. Augustinum de gratia & lib. arbitrio ad Valentinum cap. 6. cetera pete ex dictis sup. cap. 3. vers. 6.*

[a] Sic Ambros. lib. 4. de Sacram. c. 2. Philo, Gregor. & alij hic.

[b] Sic Cassiodor. & Vlfilas.

Honorius.

HONORIVS hîc duo notat, primò esse similitudinem, petitam ab illo populo, qui eductus de Ægypto, *de deserto*, duce IESV Naue, in terram promissionis *ascendit*, *deliciis* legalium obseruationum & tabernaculi mysteriorum *affluens*, *innixus super dilectum suum* Moysen; & significat populum, qui de infidelitate ad Ecclesiam, vel de mundo ad æternam gloriam per IESVM CHRISTVM *ascendit deliciis* scripturarũ *affluens*, in solo duce suo CHRISTO confidens. Secundò notat, hanc interrogationem, *quæ est ista*: nunc tertiò esse positam; primò in laude Ecclesiæ Gentium, secundò in laude reliquiarum conuersarum; tertiò in laude multitudinis partiariæ Antichristi: item ter laudari, propter cõmunem Trinitatis fidem; quam tribus sæculis semper fideles credidêre, qui ab Abel vsque ad Prophetas ante legem sub Patriarchis vixêre; & qui à Moyse sub lege & Prophetis vsque ad Apostolos vixêre; & qui ab Apostolis vsq; ad mũdi finẽ sub gratia victuri.

Hunc etiam retulit Iustus Orgelitanus.

5. Trinitatis fides communis omnibus sæculis.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Idem.*

„ IDEM; Fidelis anima *de deserto ascendit*, cùm malam vitam
„ deserit, & ad spiritualem conuersationem per gradus vir-
„ tutum ascendit. Hæc *deliciis affluit*, dum ferculis Scriptura-
„ rum se deliciosè pascit. *super dilectum est innixa*, quia soli amore
„ CHRISTO infixa.]

Tres Patres.

„ TRES PATRES; *Quænam est hæc*, quæ tam peritè docens à re-
„ bus arcanis ad magis arcanas reconditasque *progreditur*, ab omni
„ peccatorum macula purgata?] alludunt ad versionem LXX. vt &

Theodoretus.

„ THEODORETVS, notans sponsum non vocari *dealbatum*, sed *candi-*
„ *dum*; quia natura est talis: sponsam verò vocari *dealbatam*, quia cùm
„ esset denigrata, propterea quòd eam sol aspexisset, dealbata est, &
„ candoris sponsi particeps effecta, qui sicut lux existens ipsam lucidam
„ & reddidit & appellauit; & sanctus existens, sanctam & fecit & no-
„ minauit; & cùm sit resurrectio, resurrectione dignam esse voluit, sic
„ & albedinem suam illi communicauit.]

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelm.*

PATRVM hoc loco exsultat & iubilat oratio. GVILHELMVS scribit in hunc modum; Vox Ecclesiæ Catholicæ est
" matrem Domini subtiliter contemplantis, atque eius ex-
" cellentiam congratulatoriè admirantis. Non enim igno-
" rantis, aut dubitantis ista vox est, sed admirantis, *Quæ est ista*? quæ
" mihi tam sublimis & glorioſa apparet; *ista*, quæ meæ considerationis
" oculis species dilecti mei iugiter exhibet. *Vide*, inquiens, *omnia. facito*
" *secundum exemplar quod tibi ostendo* [a]. *Quæ est ista, quæ ascendit de de-*
" *serto*? verè *ascendit*. Sed vnde? planè non aliunde quàm *de deserto*. Per
" *desertum* rectè intelligitur genus humanum, quod nimirum gratia
" conditoris propter peccatum Adæ deseruit, & lugẽda bonorum om-
" nium sterilitate deserendo damnauit: atque ita genus humanum fa-
" ctum est, quasi de loco voluptatis, *locus horroris & vastæ solitudinis* [b].
" In hoc horrore & squalore virgo MARIA nata est; sicut & ceteri: ex
" hoc horrore & squalore beneficio gratiæ *ascẽdit* vsq; ad solitũ regni.
" *Ascendit ergo de deserto*, & non simpliciter, sed *deliciis affluens*. ha-
" bes vnde ascenderit in eo quod ascendisse dicitur de deserto: porrò
" in eo, quod dicitur ascendisse *deliciis affluens*, habes quantũ, & quous-
" que ascenderit. Multi namque electione gratiæ & Christianæ profe-
" ctibus pietatis ascendunt de deserto humani generis; sed nullus eo-
" rum ascendit deliciis affluens. ascendunt ad delicias, non autem in de-
" liciis: *Euntes* autem *eunt cum fletu portantes manipulos suos* [c]; & quidem
" cum aliquantula delectatione, id est, quadam modica cœlestis gaudij
" prægustatione, vel potiùs quadam odoratione ascendunt; non tamen
" ascendentes deliciis affluunt, sed postquàm ascendunt, peruenientq;
" quò tenderunt. Quod ergo Dei genitrix *ascendit de deserto*, commune
" ei cum multis est; quod autem *in deliciis ascenderit*, singulare illi est. Si
" quæris de deliciis istis; dicimus, in magnis deliciis fuit ex quo Deum
" verbum concepit. Nam Spiritus sanctus in illam superueniens, dum
" ex eius carne hostiam reconciliationis humanæ formaret, placido il-
" lapsu mentem eius illustrauit, atque inenarrabili suauitate interiora
" eius inebriauit. Denique ex vicinitate illius ineffabilis Sacramenti,
" quod in eius vtero celebrabatur, cor eius mirè tangebatur, & suauis-
" simè afficiebatur. Tunc ergo deliciis affluere cœpit, cùm Dominum
" suauitatis de Spiritu sancto fœta concepit. Nullus vnquam viro-
" rum, nulla fœminarum has in se delicias potuit experiri, quia singu-
" lares

[a] Exod. 25. v. 40.

Desertum genus humanum significat.

[b] Deuter. 32. v. 10.

[c] Psal. 125. v. 6.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» lares sunt matri verbi. Nec in eius pectore perfunctoria esse potuit
» illa suauitas, sed postquàm mentem eius semel * imbiberat, numquam
» postea vel leui sui diminutione retrorsior exstitit. Itaque ex quo ge-
» nuit Saluatorem ascendebat pia virgo de deserto *deliciis affluens*. In
» tanta autem excellẽtia, nisi custodem bonorum omniũ humilitatem
» sollicitè tenuisset, proculdubiò ab excellentia cecidisset. Proinde Ec-
» clesia non tantùm excellentiam eius miratur, cùm dicit, *Quæ est ista*,
» &c. sed etiam in tanta excellentia cautissimam eius humilitatem
» stupet & veneratur, cùm subdit,

» *Innixa super dilectum suum.* Dilectum dicit, cui nupsit in spiritu, se-
» cundùm illud Apostoli, *Despondi vos vni viro virginem castam exhi-*
» *bere* CHRISTO a. *Innixa* planè non *super baculum arundineum*; *cui si*
» *innixus fuerit homo, confractus intrabit manum eius, & perforabit eã* b.
» Sed *super dilectum* stabilem vtique ad supportandum. Quod sanè non
» ignorans Dauid; *fortitudinem*, inquit, *meam ad te custodiam* c, id est, su-
» per te innitar, qui nunquam deficis, nec subtrahis te vt cadat, qui su-
» per te duxerit innitendum. Denique super baculos arundineos innix-
» untur; *qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarũ* d.
» Quid enim sibi homo, nisi baculus arundineus? Vnde Ieremias;
» *Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachium suum* e.
» Porrò de his qui innituntur super Dominum Deum suum conse-
» quenter annexuit; *Benedictus vir qui confidit in Domino, & cuius Domi-*
» *nus fortitudo eius* f. Quia ergo pia mater quantò magis apud Deum
» excelluit, tantò humilius de se sensit, docta & assuefacta non in se, sed in
» Deo, spem ponere; nec in se, sed in Domino, de acceptis muneribus
» gloriari; aptè postquàm dicta est *deliciis affluens*, dicitur etiam *innixa*
» *super dilectum*.]

» Breuissimè HONORIVS; sequitur laus Ecclesiæ conuersæ de Iu-
» dæis admirantis gloriam Virginis: *Quæ est ista*, id est, quanta laude di-
» gna: *quæ*, virtuosa *ascendit de deserto* Libano mundi, *deliciis affluens* cœ-
» li, *innixa super dilectum suum*, ab eo exaltata super choros Angelo-
» rum.]

» Fusiùs autem Abb. RVPERTVS; *Quæ est ista?* vbi erat? vbi late-
» bat? Mira res, nobis nusquam erat, nulla erat, sed illi erat, in illo erat,
» de quo veraciter dictum est; *Quod factum est, in ipso vita erat* g: & de
» quo dicit alius quidam amicorum, *Qui vocat ea, quæ non sunt, tanquam*
» *ea quæ sunt* h. Qualis enim est? qualis ascendit? *deliciis affluens*. Iure mi-
» remur, quantis vel qualibus deliciis affluit. Deliciis gratiarum, quæ
» manifestantur ad vtilitatem, videlicet *sermone sapientiæ* i, *sermone*
» *scientiæ, fide, gratia sanitatum, operatione virtutum, prophetia, discretione*
» *spirituum, generibus linguarum, interpretatione sermonum*. Quo autem
» vel ad quid, *innixa super dilectum suum*? Nimirũ vt non timeat timo-
» rem hominum, vt non deficiat in tribulationibus, quæ illam inue-
» nerunt, siue inuenturæ sunt; tribulationibus atque persecutionibus
» inimicorum visibilium atque inuisibilium, paganorum, Iudæorum,
» hæreticorum, & spirituum malignorum. Quomodo enim in-

* corr. imbuerat.

Nota in quãta excellentia seruauit humilitatem.

a 2. Cor. 11. v. 2.

b Esa. 36. v. 6.

c Ps. 58. v. 10.

d Ps. 51. v. 9.

e Ierem. 17. v. 5.

f Ibid. 7.

Honorius.

Rupertus.

g Ioan. 1. v. 3.

h Rom. 4. v. 17.

i 1. Cor. 12. v. 17.

tet hæc omnia subsisteret, nisi *innixa* esset *super dilectum suum*? Num- "
quid innixa deberet esse super semetipsam, aut super quemlibet a- "
lium? tunc vtique caderet, stare non posset. Nunc autem dicit; *De-* "
minus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ "
meæ, a quo trepidabo? Si consistant aduersum me castra, non timebit cor "
meum. Si exsurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo a. Hoc dice- " a Ps. 26. v. 1.
re & facere, nimirum est, innixam esse super dilectum.] "

Idem tradit ALANVS, sed illud actiuè; *Descendit in desertum* per " *Alanus.*
natiuitatem; *ascendit per desertum*, progrediendo de virtute in virtu- "
tem; *ascendit super desertum*, omnem mundanorum contemnens subli- "
mitatem; *ascendit de deserto*, in æternam beatitudinem.] "

HAILGRINVS denique; *Ascendit* B. Virgo per processus meri- " *Hailgrinus.*
torum. *Ascendit* per gradus dignitatum, quæ *consurgens vt aurora, pul-* "
chra vt Luna, electa vt Sol. Ascendit quoque de vitæ præsentis * auxi- " *corr. exilio.*
lio supra choros Angelorum assumpta. *Ascendit* autem *de deserto* sci- "
licet, de mundo quem sic deseruit, & tanquam desertum reputauit, "
quod ab ipso omnem suum auertit affectum. *Affluere* autem dicitur "
gratiarum *deliciis* & virtutum; & *innixa super dilectum*. nam ne perde- "
ret delicias affluentes; non suis meritis, sed ipsius innitebatur gratiæ, "
qui gratiam tribuit, & meritum præmium superaddit.] "

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

HONORIVS; sponsa *de deserto ascendit* gloriosa, quando " "
Ecclesia hic peregrinans de deserto mundi ad cœli gau- "
dia migrabit glorificanda: quam chorus cœlestis Ieruſa- "
lem, scilicet conuentus Angelorum hac laude excipiet, "
Quæ est ista? id est, quàm beata, *quæ ascendit* de mundo ad cœlum, & "
in consortium suum introducet; vbi *deliciis* paradisi *affluet*: quia de "
bonis Domini gaudebit, cùm ipsum Deum, *in quem Angeli desi-* " b 1. Pet. 1. 12.
derant prospicere b, *facie ad faciem* videbit; vbi concentum Angelorum "
& organa sanctorum audiet, & ipsum odorem suauitatis sentiet; vbi "
inebriabitur ab vbertate domus Domini c, *& potabitur cùm* " c Psal. 35. v. 9.
apparuerit gloria Dei d. Ibi erit *super dilectum* " d Psal. 16. v. 15.
suum innixa, quia semper in gaudio "
Domini erit stabilita.] "

* *
*

Sequitur huius versiculi pars posterior.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ECT. IV.

SECTIO IV.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 5. memb. 2. „Sub arbore malo ſuſcitaui te:	*Sub malo exuſcitaui: Ibi peperit te mater tua: ibi peperit te quæ genuit te.*
„ ibi corrupta eſt mater tua,	
„ ibi violata eſt genitrix	
„ tua.	

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSI. *Recutiterum malitia.*

IOCVS iſte vnus eſt, ex illis, quibus graſſata malitia recutitorum. nam decipiendorum Lectorum gratia varia hîc ſunt commenti. Chaldæus Paraphraſtes rorum inexplicatum reliquit. Maſſoretæ punctis ſuis ſenſum mutarunt; *Seua*, quod poſt Kametz ponendum, id ei præpoſuerunt, & ex fœminis pronominibus maſculina fecerunt, THECA pro THACHE: nimirùm vt hæc non à ſponſo ſponſæ, ſed à ſponſa ſponſo dici viderétur. nã ſi à ſponſo fererentur dici, videbant communem Catholicorum Patrum explicationem, de Synagogæ lapſu, & crucis Dominicæ gloria atque virtute, nimis apertè confirmari. Non miror Mercerum, hominem à recta fide deuium, hoc non animaduertiſſe: ſed magis doleo viros Catholicos & eruditos, Agathiã, Nãnium, Genebrardum, Luiſium, Oſorium Iuniorem, & alios quoſdam, id non conſideraſſe. Sat ſcio ſi aduertiſſent, nunquam, propter hæc commenta & ſæpe fraudulenta puncta Maſſoretarum, à Patribus hoc loco receſſiſſent.

Sponſo tribuunt ex Græcis tres Patres, & Theodoretus, & Philo: ex Latinis Iuſtus, Caſſiodorus, Gregorius, Aponius, Angelomus, Alcuinus, Beda, VVilleramus, Haymo, Guilhelmus, Anſelmus, Honorius, Rupertus, Decanus Ambianenſis, Thomas Aquinas, & Tho. Ciſtercienſis, & alij: & ex recentioribus optimè hîc ſcribens Fran. Titelmannus: quos ſequor.

Igitur, cùm ſponſa ſe laudari ſentiret, nihil ipſa reſpondit: ſponſus pudori eius conſulens, pro vtroque amicis reſpondit, ita tamen, vt ad ſponſam ipſam ſermonem dirigat: idque eo facit artificio, vt & laudem ſponſæ non anoliatur, ſed laudatores potius in ſententia confir

confirmet, & tamen ſponſæ conſulat, ne his laudibus, etſi veris, efferatur; & ſimul amantium conſuetudinem peritiſſimè exprimat. Solent enim amantes, vel infœliciter vinculo amoris diſſoluto, vel arctiùs colligato, & cùm iam per matrimonium deſideriis potiti, crebros ſuauiter ſermones miſcere de initiis amoris ſui, atque præcipuis cauſſis illius. Prioris exemplum eſt illud infortunati, cui Mopſus, apud Maronem, prælatus,

Sepibus in noſtris paruam te roſcida mala, «
(Dux ego veſter eram) vidi cum matre legentem: «
Vt vidi, vt perij, vt me malus abſtulit error. «

Sic hoc loco noſter, narrat amoris ſui initium, & incrementum ſub malo arbore dilectæ ſe manifeſtaſſe: quæ arbor amori dicata *(vide ſup. c. 2. v. 3.)* & ſub qua ſoliti paſtores conuenire, dormire, & liberis operam, dum in agris degunt, dare. recordaris, ait, nam *meminerunt omnia amantes*; cùm eſſes altiſſimo ſopore ſub malo depreſſa, te à me ſuſcitatam, & inde rudimenta amoris noſtri eodem loco cœpiſſe; ſub illa, inquam, arbore, ſub qua fama fertur, zonam virgineam ſoluens genitrix tua te concepiſſe, & poſtmodùm ſub eadem peperiſſe? cuius mihi, & temporis, & loci, & casûs gratiſſima ſanè memoria eſt; nec poteſt non eſſe tibi, quæ illic à me his deliciis beata fuiſti. ſic à ſponſa arrogantiam, ne ſubrepat auertit, dum illam à ſe accepiſſe inſinuat: interrogantibus verò reſpondet, dum oſtendit, quàm ardens, & antiquus ſit ſuus in ſponſam amor.

Amantium conſuetudo.

MALO] non eſt adiectiuum, vt quidam putarunt. nam & ſolœciſmus foret; & Hebræa repugnarent; & verſiones omnes veteres, LXX. Aq. Symm.

CORRVPTA] ſic Aqu. διεφθάρη.

PEPERIT] cum doloribus enixa, nam Hebræum HIBELA optimè vertunt LXX. ὠδίνησέ σε.

חפל

§. 2. MENS VERBORVM.

Ne tam largis laudibus in ſuperbiam efferretur Eccleſia, CHRISTVS memorem reddit priſtinæ miſeriæ & paupertatis: *(ſic opt. tres Patres)* & choro qui locutus reſpondet; certè ſibi *dilectam* eſſe, & illam quidem *aſcendere*, ſed dilecti fultam & fretam auxilio. *Suſcitaui* (ait) *te ſub arbore*; peccato mortuam & ignorantiæ tenebris ſepultam, in ligno crucis pendens morienſque ſuſcitaui. Benè crux *arbor mali*, quia pomifera, fructum ferens quem ſuperiùs [a] ſponſa comparauit *malo inter ligna ſyluarum. Ibi corrupta, ibi violata*, bis idem repetit, quoniam ſub arbore duæ ſponſæ matres corruptæ fuerunt ab eodem mœcho cacodæmone. Prior, generis humani naturalis mater, Eua; & poſterior, Synagoga mater Eccleſiæ ſpiritualis. illa corrupta fuit, dum pomo vetito veſcitur: hæc violata fuit, quando redemptorem ſuum in crucem egit. Sub eadem tunc crucis arbore diuerſam Iudæi ſortem ſubiêre. Nam maior illa pars (Pontifices, Sacerdotes, Scribæ, Phariſæi, Sadducæi, qui plebeculam, vt mater, doctrinæ lacte nutrire debebant) mortis æternæ damnationi fuit addicta; filia verò illius plebecula, piſcatores & ignobiles multi CHRISTO

[a] *Cant. 2. v. 2.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

regenerati fuerunt; dum ſicut ex Adami coſta, ſic ex CHRISTI latere Eccleſia prodit Chriſtiana. Vt verſiculi huius optima ſit interpretatio hymnus ille;

De parentis protoplaſti
Fraude facta condolens*
Ipſe lignum tunc notauit,
Damna ligni vt ſolueret.
Hoc opus noſtræ ſalutis
Ordo depoposcerat:
Multiformis proditoris
Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde,
Hoſtis vnde læſerat.

* *Breuiaria iuſſu D. N. Clementis VIII. emẽdata habent loco facta, factor, quæ vox melioris ſenſum habet quàm prior. Duos verſus prætermiſit Auctor, qui maxime hunc ſenſum illuſtrant.*

Nam hoc erat ſapientiæ æternæ decretum, vt qui in ligno vicerat, in ligno vinceretur, & vnde mors orta, inde vita reſurgeret. Sic ferè interpretantur Patres omnes §. 2. laudati. Sed oppugnat Mercerus, quaſi inde conſequatur Euam ſub malo arbore corruptam. Sed *mali* nomine omne pomiferum, hoc eſt, fructiferum lignum, comprehenditur. An ergo & crux Domini ex pomo? quidam cenſuerunt. certè pomi nomine digna, quæ vitæ fructum tulit. Verùm ſufficit ligni ad lignũ; arboris ad arborem comparationem inſtitui: ceteras circumſtantias ne moremur.

Quãdo pomi noxialis Morſu in mortẽ corruit.

TROPOLOGIA.

§. 3. Tres Patres.

RES PATRES; Sub rebus iſtis procreatis, quę ſuauis *pomi initar*, ſenſus omnes oblectant, te (ô anima) deſidia ad bonum complectendum inertem, & rerum caducarum ſtudio cõſopitam, *excitaui*, prouidentiæ, iudiciique rationibus & ſermonibus impellens ad amorem & deſiderium mei. *Illic enim* in affectione rerum fluxarum *concepit* te prima *mater tua*, Eua generans cum voluptate, & pariens cum dolore. Quibus affectionibus rerum fragilium deſiderio laborabas voluptatem ſequens, doloremque fugiens, ad voluptatis finem ita contendens, vt à dolore velles ſeparari, quod quidem fieri nullo modo poteſt. Proinde ſi cupis ab iſtis perturbationibus eſſe libera, *Pone me vt ſigillum, &c.* quæ ſequuntur.]

Honorius.

HONORIVS; Animam *ſub arbore malo* CHRISTVS *ſuſcitauit* (iuxta illud Apoſtoli, *ſurge qui dormis, & illuminabit te* CHRISTVS[a]) dum mortuam in peccatis per fidem crucis viuificauit. *Ibi corrupta eſt mater* eius in peccato concupiſcentię, dum mortalis facta eſt humana natura: & ibi *violata eſt genitrix* eius, videlicet propter peccatum paſſibilis facta eſt caro Euæ, quam CHRISTVS adhuc *ſuſcitabit*, & incorruptibilem, atque impaſſibilem faciet.] hæc ille, impropriè vocans Euæ carnem matrem animarum. nam animæ non naſcũtur ex traduce: ſed tantùm Euæ caro propriè poteſt vocari mater corporum; aut ſanè viuentium, Synecdochicè.

a *Epheſ. 5. v. 14.*

Animæ non procreantur ex traduce.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. Guilhelmus.

VOx cœleſtis ſponſi eſt admiranti Eccleſiæ reſpondentis (ait GVILHELMVS) Benè (ait) piam matrem meam « miraris & veneraris; ſed, quia in imitatione totus veneratio- « nis eſt fructus, imitare, quam veneraris. Imitare il- « lam tam in partu, quàm in moribus. Illa enim in cor- « pore virgo & mater eſt: te quoque in ſpiritu virginem & matrem « eſſe oportet. Illa enim me caput omnium corporaliter peperit, & vir- « go permanſit: te quoque ſimiliter oportet membra mea ſpiritualiter « parere, atque in ſpiritu virginem permanere. *Non enim ex ſanguinibus, « neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri; ſed ex Deo* naſcun- « tur[a], qui à te mihi parientur. Sic ergo oportet te, matrem meam, in « virginali fœcunditate, & in fœcunda virginitate imitari: vt ſcilicet « hoc ſis ſpiritu pariendo membra mea, quod illa fuit in carne parien- « do me ipſum. Sed & eius præclara humilitas, ceteræque virtutes tibi « eſſe debent pro norma & exemplari, vt ſcilicet pia in omnibus imi- « tatio eius mores tuos informet, atque exornet. Denique ad hoc vt « illam, quam miraris, imiteris, *ſub arbore malo ſuſcitaui te*, ſub ligno il- « lo fructifero, ex quo prodiit fructus redemptionis humanæ, ſuſcitaui « te à morte. Nam mortua eras in peccatis, vel innatis, vel additis, & vi- « uificaui te ſub ligno crucis. De corpore meo pendentis in ligno ſan- « guis redemptionis, quinque riuis ſtillauit ſuper te, & ita ſub arbore « illa ſuſcitaui te. Quid eſt *ſub arbore illa*? ſuſpicientem in arborem il- « lam, ſuſpicientem æneum ſerpentem, id eſt, credentem in IESVM « CHRISTVM, & hunc crucifixum. «

Ibi ſub arbore illa *corrupta eſt mater tua*, illa corrupta, vbi tu ſuſci- « tata. mater tua Synagoga, quæ te genuit ad fidem vnius Dei: quippe à « Iudæis filiis Patriarcharum & Prophetarum fides vnius Dei ad te « manauit. Et quidem eadem mater tua fuerat gens ſancta, & popu- « lus peculiaris Dei: ſed quia *non cognito tempore viſitationis ſuæ*[b], « parauit crucem Saluatori ſuo dicens, *ſanguis eius ſuper nos & ſuper « filios noſtros*[c]; corrupta eſt, confracta & contrita, ſuſcipiendo ſuper ſe, « & ſuper filios ſuos pondus tam graue. Denique, ô Eccleſia, ſanguis « meus ſuper te, & ſuper filios tuos, ſed ad expiationem, & ad tuitio- « nem; ſanguis meus ſuper te, ſurſum eleuans te, & liberans de cor- « ruptione vitam tuam. Porrò ſuper ingratam & cruentam ma- « trem tuam ſanguis meus pondus graue, confringens & conterẽs eam. « *Ibi* ergo corrupta eſt mater tua, vbi tu ſuſcitata, id eſt, à corruptione «

a *Ioan. 1. v. 13.*

b *Luc. 19. v. 44.*

c *Mat. 27. v. 25.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberata. *Ibi* sub arbore malo ferente tamen fructum bonum, fructum vitæ.

Ibi etiam *violata est genitrix tua.* Nam duplici contritione conteri meruit, cùm proprium Saluatorem ferali impietate peremit. *Ibi* amisit dignitatem & libertatem, ne iam sit populus Dei & semen Abrahæ. Ibi reatum incurrit corruptionis æternæ, vt post iugum temporalis seruitutis supplicio tradatur gehennæ.]

ANAGOGE.

§. 5. Honorius.

HONORIVS de Ecclesia peregrinante; Hanc (ait) *sub arbore mali* CHRISTVS *suscitabit*, quia post hanc vitam omne genus ad vitam per victoriam crucis viuificabit, quod per arborem transgressionis mortem subiit. Tunc Ecclesia recipietur in illa gloria, vbi *corrupta* est per superbiam *mater* eius, scilicet dignitas Angelica, & *vbi genitrix* eius *violata*, videlicet numerositas electorum imminuta; quam ipsa redintegrabit, cùm incorruptelam possidebit, & numerum electorum implebit. Tunc CHRISTVM vt signaculum, &c.

VVLG.





VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Pone me vt signaculum super cor tuũ, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est, vt mors, dilectio; dura sicut infernus æmulatio; lampades eius lampades ignis, atq; flammarum.	*Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum. Quia valida, vt mors, charitas; durus, sicut infernus, zelus: alæ eius, alæ ignis, flamma eius.*	Vers. 6.

LITTERÆ.

§. 1. VERBA EIVSDEM.

HÆc ego verba, cũ Patribus, adhuc tribuo sponso; non nouerant illi affixa Massoretarũ; quæ si tollas, poterũt hæc accipi genere fœmineo, vt à sponso dicta sponsæ. Sẽsus est: pro tãtis & tot in te beneficiis vicissim postulo; vt mei, qui te sic depereo, vtaris imagine, pro *signaculo* sigillari: eam cordi & lacerto imprimas, foris domique gestes: vt & verba & facta tua cunctis ostendant, ita me à te diligi, quem admodũ prior te dilexi. Hanc ergo legem amoris tibi fero; me vnum vt cogites, me vnũ vt dictis factisque colas. Poteris cum gratia mea si voles: voles autem exemplo & amore meo incitata. Nam *amor* in te meus vehementissimus est, & planè adultus. *Zelus* & æmulatio, qua te mihi desponsatam custodire illæsam & intactam studeo, tenacissimus, inflexibilis, & planè inexpugnabilis est (Symm. ἀκατανίκητος) Nec Orcus ipse illi queat comparari. Affectus isti meum animũ omni scintilla, flammáque violentiùs depascuntur. *Carbones* enim & *scintillæ* solum corpus depascuntur & consumunt; &, materia pereunte, simul absumptæ, intereũt: *amor* autẽ & *zelus* meus interiorẽ flammam semper adaugent, & magis magísque inflammant: & animum interea cura maiore, & noua, & acriore pergunt conficere: vtque *volucres* illæ finguntur *Tityi recrescens iecur*, sic istæ sibi ipsis materiam suggerentes, pergunt exedere.

Magna vis amoris christiani nos hic exprimitur.

SIGNACVLVM] annulum signatorium, quem veteres vix de digito solitos deponere docet Honorius, est autem Idiotismus pro,

Universidad de Deusto
Biblioteca

habe me chariſſimum:ſic apud Aggęum, *Ponam te quaſi ſignaculum quia te elegi* [a], hoc eſt, habebo te ſemper præ oculis, ſingularem tui curam geram: quæ verba volunt multi Zorobabeli, vt typum CHRISTI gerenti, dicta. Contra de Iechonia legimus apud flebilem Prophetã, eum, etſi foret tanquam ſignaculum in manu; amouendum tamen & reiiciendum [b]. Pro *ſignaculo* VVilleramus, *ſigillum*, non malè.

a c.2.v.4.

b Ier.22.v.24.

INFERNVS] VVilleramus, vt ſolebant tum temporis, vocat *infernum. ſic, Infernus vt ſtridet, &c.* Fortunatus.

Inferus inſatiabiliter cauâ guttura pandens.

שאול

Recentiores multi Hebræum SEOL, quiduis potiùs quàm *infernum* interpretantur, quidam; *ſepulchrum*, alius; *buſtum*, alius; *tumulum*. Sed doctiores ſanctæ linguæ veteres, vt noſter, & LXX. & Chaldæus Paraphraſtes, *infernum* maluêre: ſed & Theutonicæ Nouatorum editiones, quas Caluiniſtæ plurimi faciũt; Emdana & Delphenſis, conſentiunt nobis. Non defuit alius pius, & eruditus Ecphraſtes Habakuki, qui multis contendit *infernum* hîc pro morte ipſa, nempe prima, poſitum, vt poſterius hoc ſit prioris interpretatio; vultque de gehenna, neque hic, neque alibi accipi debere. Magno emat Beza, ſi queat oſtendere, SEOL ᾅδης, & infernum de illis receptaculis inferorum non accipi, hoc loco, nec aliis controuerſis. vt ſic articulum fidei de deſcenſu Domini ad inferos, quem ex Catechiſmis ſuis ſuſtulerunt, faciliùs queat repellere.

Infernus non pro ſepulchro vel morte, ſed pro inferorũ locis ſumitur.

Sed quibus argumentis hoc aduerſarij probãt? præcipua loca ſunt, quibus vtitur vir iſte doctus, quem dicebam; primò quia mortis portæ cum inferni portis confunduntur, *Sap.16.v.13.* ſi conferas cum Regum *1.ç.2.v.6.* Sed reſpondeo, hæc loca cum ſimilibus de morte peccati, & morte ſecunda poſſe intelligi, de qua *Apocalyp.2.verſ.20.& 21.* ad quam Deus permiſſiuè deducit, quando hominẽ labi in peccatum ſinit, reducit verò effectiuè, quando eumdem iuſtificat. Vel ſanè *d. v. 6.* poſitus fuit *infernus* Metaphoricè pro abyſſo mœroris.

» Secundò profert illud Eccleſ. *Mors illius, mors nequiſſima, & vtilis potiùs infernus quàm illa* [c]. Vbi non confunditur mors cum inferno, ſed mors animæ dicitur pernicioſior eſſe homini, quàm ſint cruciatus inferni.

c Eccl.28.v.25.

d Iſai.5.v.14

Tertiò quod Iſaias dicit [d]; *Propterea dilatauit infernus animã ſuam, & aperuit os ſuum, &c.* Reſpondeo, infernum illic pro morte non accipiendum, vt fatentur ipſimet hæretici, cum quibus diſputamus. nã Flandrica illa Emdenſis, & Gallica Lugdunenſis anni 62. & Oecol. Strigelius, Caſtalio, & Leo Iudas, omnes hæretici, de ipſo inferno, ſeu gehennæ loco acceperunt. Quos ego hæreticos Bezæ, Stephano, & Druſo hæreticis obiicio, & ab ipſis poſtulo, vt vel vnum locum proferant, vbi liquidò, & indubitatè ᾅδης pro ſepulchro poſitum, vel infernus indubiè, pro ſepulchro aut morte. Catholicis autem cõtra ſentientibus, qui omnes hac demũ ætate vixerunt, & (vt dici ſolet) heſinati; obiicio conſenſum LXX. & noſtri, & Thargum in vocis explicatione, & veteres Rabbinos (quos adducit Genebrardus lib.1. de Trinita.

Trinita. & in Pſal.9.v.19.) & omnes Patres Orthodoxos, qui & hoc Canticorum loco, & loco illo Iſaiæ vnanimiter, vt nos, explicant; inter quos vnus de antiquiſs. Tertullianus, *Orcum* vertit. Sanè SEOL à CHAAL deducitur, quod eſt petere: procacia autẽ hæc inſatiabilis conuenit inferno, vel Salomone teſte: non autem ſepulchro, quod certa cadauerum mole expleri nemo neſcit.

Quartò Habac. 2.v.5. dicitur, *qui dilatauit, quaſi infernus, animam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur.* Reſpondeo, non poni pro iiſdem mortem & infernum: ſed ſuperbum comparari, primò inferno, reſpiciendo ad locum Eſaiæ prædictum: quare vt apud Eſaiam, ſic apud Habacuc infernus accipiendus: ſecundò comparari eumdem morti. *Vidè Riberam eo loco.*

Quintò non fauet illis hoc Matthæi, *portæ inferi non præualebunt aduersus eam* a. nam portas inferi illic ſignificare quiduis potiùs quàm mortem diſertè ſcribit D. Hieronymus; Nemo itaque putet (*verba ſunt eius*) de morte dici, quòd Apoſtoli conditioni mortis ſubiecti non fuerint, quorum martyria videat coruſcare.] *portæ* autem *inferi* illic ſunt conatus & vires hæreticorum, & ceterorum diaboli partiariorum, eo quòd videantur per inferni valuas immitti contra Eccleſiam. Nullus denique locus eſt S. Sæ. in quo neceſſe ſit *infernum* de animæ à corpore ſeparatione accipere: nota verò eſt mortis fortitudo inexpugnabilis, quæ Samſonem, Herculem, Dauidem vicit: nota *Orci* inexpleta rapacitas, vnde & *Virgus* ab vrgendo dictus. Si dumtaxat illi contenderent *morti*, nomen *inferni* aliquando competere, haberent hoc loco Theodoretum ſibi ſuffragantem; ſed Theodoreto non aſſentior quo ad hunc locum Salomonis: multum enim ſic decederet de myſtici ſenſûs amplitudine ac veritate, complectentis totum illud, quò reſpexit Oſea, cùm diceret; *Ero mors tua ô mors, & morſus tuus inferne. c.13.v.14.*

a c.16.v.18.

ÆMVLATIO] ſtudium acerrimum vlciſcendi & dolor, de accepta thori iniuria: Zelotypia vinci aut placari neſcia: de qua Prouerb. 6.v.vlt. & Seneca in Medæa & Hercule Oetæo, ex Euripide.

LAMPADES EIVS] RISPHE ſignificat prunas copioſo lucentes, & candentes igne, & præ copia illius ſcintillantes, & ſtricturas emittentes; & inde vox traducta fuit ad omnia miſſilia, aque volatilia. Noſter ſolet diuerſimodè reddere, prout rei, de qua agitur, magis iudicat conuenire. Iob 5.v.7. *auem*, Pſal. 75.v.4. *potentias arcuum* h. iacula ſeu tela. Pſal. 77.v.44. *ignem*: Habac. 3.v.5. *diabolum*. à ſimilitudine ac ſpecie: hoc loco verò, Sexta editio à ſcintillatione σπινθῆρες Symmach. ab impetu, quo erumpunt ῥῆγαι; LXX. à volatus celeritate πετεινὰ πτερωτὰ alæ ſeu volatilia: noſter vt hæc omnia comprehẽdat, & lucis quoque fulgorem indicet, vertit, *lampades*, vt indicet amorem ſuo ſe ſemper indicio prodere, & omnibus eſſe manifeſtum.

רשפי

IGNIS ATQVE FLAMMARVM] hoc eſt, vehementer accenſæ, & clarè relucentes.

Commendata ſua ſponſus charitate, qua pro hoſtibus, & adhuc impiis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

§. 2. MENS VERBO-RVM.

impiis, mori fuerat dignatus [a], dũtaxat impetrare ſtudet, vt viciſſim ametur, fidéſque coniugalis illibata, & fidelis ſibi præſtetur: ſimul rationem ediſſerit, qua id Eccleſia non difficulter efficiat: ſi videlicet ex animo nunquam ſibi patiatur excidere ſponſi memoriã, ſed amore ipſius quotidiè medullitùs & animitùs magis magíſque inardeſcat (quod eſt *ſigillum cordi imprimere*) & hanc animi gratitudinem exteriùs etiam demonſtret piis in proximũ operibus, amore CHRISTI, inſiſtendo. Hæc expoſitio eſt à Patribus recepta, ſed paullò elucidatiùs propoſita. Sic explicarunt D. Ambroſius *de Iſaac cap. 8. & in Pſalm. 118. ſerm. 19. & 22.* Petr. Damianus *ep. 3. cap. 3.* Philo, Iuſtus, Beda, Anſelm. & Honorius *hic. Sigilli* verò ſimilitudo in eo poſita eſt, vt ſponſa CHRISTI in animo, velut in tenera, mollíque cera, imaginem exprimat: nempe vt pro inimicorum quoque, & perſequentium ſalute mortem oppetere non extimeſcat. Difficile id non fore, ſi cera hæc ſpiritualis charitatis calore probè molliatur: apponat eam iuxta ſponſi flammas. Videat quid ipſe egerit, quid pertulerit, quicquid autem pertulit vel perfecit, id magnæ eius dilectionis ab incendio profectum. Dilectio fecit illum mori, & moriendo vincere, & infernum ſpoliare [b], ſi ſponſa ad hoc exemplum calorem animo concipiat, morti & inferno præualituram.

[a] *Rom. 5. v. 6 cum ſeqq.*

Sponſa debet reſtimare ſpõſum.

[b] *Oſea 13. v. 14.*

TROPOLOGIA.

§. 3. *D. Gregorius.*

GREGIE D. GREGORIVS, In corde ſunt cogitationes, & in brachio operationes. *Super cor* ergo & *ſuper brachiũ* ſpõſæ dilectus *vt ſignaculum, ponitur*: quia in ſancta anima, quãtùm ab ea diligatur, & volũtate & actione deſignatur. Signum quippe ſancta mens interiùs, & exteriùs CHRISTVM portat: quia, dum in eius meditationibus aſſiduè laborat, in exteriori actione eum imitari non ceſſat, quo eius dilecta eſſe dubitari non debeat. De quo ſigno ipſe ſponſus diſcipulis ſuis aiebat: *In hoc cognoſcent omnes, quia verè mei diſcipuli eſtis, ſi dilectionem habueritis ad inuicem* [c].

[c] *Ioan. 13. v. 35.*

QVIA FORTIS, &c. Benè proculdubiò *fortis vt mors dilectio* eſſe dicitur, quia dum per dilectionem à vitiis mortificamur, quod mors agit in ſenſibus corporis, hoc agit dilectio in cupiditatibus mentis. Sunt.n. nonnulli, qui ſic diligunt Deum, vt omnia viſibilia negligant, & dũ in æterna mente tendunt, ad omnia temporalia penè inſenſibiles fiunt. In his nimirum *vt mors dilectio fortis* exiſtit, quia ſicut mors exteriores corporis ſenſus ab omni proprio & naturali appetitu interficit; ſic dilectio in talibus viris omnia terrena deſideria contemnere mentem aliàs intentam compellit. Huiuſmodi mortuis & viuis dicebat Apoſtolus: *Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum* CHRISTO [d] *in Deo.* Hi proculdubiò vitã ſuã cũ CHRISTO abſcondunt, quia dũ omnia quæ videmus, poſtponũt, in his quæ non videmus, in beatitudine ſcilicet CHRISTI, veraciter & ſecretè viuunt.

[d] *Coloſ. 3. v. 3.*

viuunt. Quia enim falſam vitã deſpiciunt, quæ viſibiliter apparet, in vera vita ſe abſcõdũt, quæ nõ niſi inuiſibilibus oculis ſe manifeſtat.]

THEODORETVS; *Cor* appellat animæ vim contemplatiuam, *brachium* verò actiuam. Quamobrẽ & ſacerdotibus à populo brachium dexterum, & pectuſculum ſeparabatur [a]. Vult ergo Saluator noſter, vt eum *pro ſignaculo* in contemplationibus, & in actionibus noſtris habeamus, & noram ipſius in omnibus tum dictis, tum factis imprimamus. Sic enim erunt numiſmata Regia, nõ adulterina, ſed regiam imaginem præferentia. Hoc autem tibi factu, inquit, non erit difficile, ſi erga me retinueris charitatẽ, quæ *fortis eſt ſicuti mors*. Quemadmodum enim hæc poſt latam à Deo [b] ſententiam omnibus dominatur, ſic etiam ipſa ſuperat omnia, adeò vt mortem quoque vincat. Si *æmulationem* poſſederis, quæ quidem ſi in te viguerit, non patieris vllam aliam eſſe te præſtantiorem, vt tu quidem ignaua timidaque torpeſcas, illa verò conſuetudine mea potiatur.]

Theodoretus.

[a] *Exod. 19. Num. 18.*

[b] *Gen. 2. v. 17.*

Charitas ſuperat omnia etiam ipſam mortem.

Sic enim (aiunt TRES PATRES) ipſe quoque in te mãnebo, tuaſque tum intelligendi, tum agendi potentias, *vt ſignaculum* à rerum ſenſibilium, & caducarum affectionibus integras conſeruabo. Nam integra atque perfecta erga me *charitas tam fortis eſt*, vt mortis inſtar omnes ad malum motiones atque impetus ſedet; *æmulatio* autem propter me, malo non cedit, ſed *tanquam infernus*, rationi repugnantes motus vincit, vinctóſque, ne progredi poſſint, coërcet. Opera quippe ardentis erga me charitatis ſunt eius *alæ*, quæ illuſtrat in luce veritatis mentem per contemplationem, atque ignorantiæ tenebras diſcutit, & per actionem atque opera mandatorum malitiam omnem (vt flammæ materiam accenſu facilem) abſumit, & incrementum ſuggerit.]

Tres Patres.

PHILO notat, primis verbis nos moneri, vt caput noſtrum, quoad fieri poteſt, imitemur abnegata propria voluntate, & cruce ſublata ducem CHRISTVM ſequentes: nec id graue fore diligenti, quia *charitas* nihil graue exiſtimat, nihil vt intolerabile veretur, ſed omnia facillima & iucunda reputat; mortem ipſam contemnit, cruciatus grauiſſimos peruincit, obediens Deo dicenti, *vſque ad mortem pro veritate decerta*: quod Martyres fideliter fecerunt, vt ſponſo viuerent, & nobis exemplo præirent. Sic etiam obfirmari animum charitate, vt vel ad inferos preces penetrare faciat diuina gratia nixus, ad ſubleuandas animas purgandorum (*audiant Aëriam*) ſponſum imitans, qui præ amore deſcendit ad inferos, vt animas aduentum eius præſtolantes liberaret. Et ſicut ille animam pro fratribus poſuit; ſic etiam nos animã noſtram, non opes modò, pro iiſdem exponere debemus; quam ſummam charitatem ſponſus alibi vocauit [c]. Ad hunc amorem tam fortem, tam durum, nos euolare poſſumus alis igneis duabus, diligendo Dominum Deum ex toto corde, & ex tota anima, & proximum ſicut noſmetipſos. Has *alas* eſſe inextinguibiles quaſdam *lampades*.]

Philo.

Charitas nihil graue exiſtimat.

[c] *Ioan. 15. v. 13.*

HONORIVS etiam accuratè: CHRISTVM *ponit ſuper cor ſuum vt ſignaculũ*, quia eius doctrinã & vitã in corde ita ſeruat, quaſi eũ præſentem

Honorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ sentem semper videat. *Super brachium ponit eum vt signaculum*, dum
„ exempla operum CHRISTI semper inspicit, & ea imitari cupit. In
„ tali homine *fortis est, vt mors dilectio*, quia sicut mors corpus interimit
„ & insensibile reddit: ita vera dilectio animã concupiscentiis mundi
„ permit, & ad cuncta desideranda insensibilem facit: & in ea, *dura*
„ *est, sicut infernus æmulatio*, quia sicut infernus duriter, quos absorbue-
„ rit tenet: ita anima imitationem virtutum, quam cœpit, fortiter tenet,
„ nec propter aliqua dura mundi eam deserit. Hæc anima est lampas
„ charitatis, in qua ardet ignis diuini amoris, & foris lucet flamma bo-
„ ni operis.]

Absalon. ABSALON Abb. *Serm. 29.* hanc mortis comparationem eodem modo expositi; ambo à Gregorio mutuati.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Rupertus.* RVPERTVS egregiè admodùm, nisi quòd verba sponsæ tribuat; Quid rogo ista petit mulier fortis, nisi vt confidat in
„ ea cor viri sui? Quid enim est dicere, *pone me vt signaculum*
„ *super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*; nisi ac si dicat, con-
„ fidat in me cor tuum, roboretur adiutorio meo brachium tuum? Et
„ ô dilecte, quid est præsenti loco *cor tuum*, & quid *brachium tuum*, nisi
„ Scripturæ veritatis, quæ scriptæ sunt secundùm cor tuum; & me-
„ moria mirabilium tuorum, ex quibus cognoscitur, quàm magnum,
„ quàm forte sit brachium tuum? *Pone me vt signaculum super* illud *cor*
„ *tuum, pone me vt signaculum super* illud *brachium tuum*. Quam ob cau-
„ sam? nimirum * vt triplicem, qua contra me latrant insaniam, vide-
„ licet Iudaicam, Paganicam, hæreticam. Prompta sum, expedita sum,
„ deuota sum è contra, fortiter defendere illud *cor tuum*, protegere illud
„ *brachium tuum*, sicut imperiale *signaculum*, sicut fidele testimonium,
„ mira fortitudine, miranda duritia, quam nullus possit effringere. For-
„ titudinem meam dico *dilectionem*, duritiam meam dico *æmulationem*.
„ Cur hoc? *quia fortis est vt mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio.*
„ Quid hoc est dicere, nisi ac si dicatur, zelum magnum habet dilectio,
„ iram intolerabilem habet æmulatio? Attendite amici quod dicitur,
„ animaduertite diligenter quod agitur & actum est hactenùs, ex quo
„ *ascendit de deserto deliciis affluens* mulier ista fortis, & *innixa super dile-*
„ *ctum suũ*, quæ istud posuit, vt confidat in ea cor viri sui. Quis vnquam
„ portare potuit zelũ dilectionis, quam habet circa cor dilecti sui, iram
æmula-

* *legit* contra triplicẽ, quã in me latrant.

æmulationis quam habet erga brachium dilecti sui? Sicut mors, sicut
infernus, ita nulli parcit, & omnibus est immitis; quicumque malè
sentiunt de Scripturis veritatis, quæ scriptæ sunt secundùm cor viri
sui, dilecti sui; qui malè prædicãt de brachio fortitudinis, quo salutem
generis humani operata est omnipotentia viri sui, dilecti sui. Nonne
cùm in remittendis peccatis piissima sit, illos dumtaxat, qui loquun-
tur extra vel contra verbum veritatis, mortificat, & inferno addicit
illorum animas? Quippiam tolerare potest, quod cordi dilecti sui, id
est Scripturæ veritatis contrarium est? tolerare non potest. Illos qui
sunt in hoc, eliminat, & anathematis gladio trucidat. Non inexperta
loquimur. Nulla re magis offenditur, nullo malo exacerbatur ampliùs
quælibet anima habens spiritum dilectionis, quàm si audiat de Scri-
pturis quippiam contra sensum cordis huius amici, contra honorem
brachij huius dilecti. Quantumuis natura sit mitis, statim ad rem
istam fit intractabilis, & videtur aduersariis eius motus eius quasi
mot⁹ mortis, & ira eius quasi ira infernalis: sicut de Moyse cõstat, *quia*
cùm esset mitissimus omnium hominum qui morabatur in terra [a], vbi causa
poposcit, sic immitis factus est quasi mors, sic durus, quasi infernus,
vt ita diceret, *Qui Domini est, iungatur mihi*: & durissimo eius impe-
rio, occideret vnusquisque fratrẽ & amicum & proximum suum; ce-
ciderũtque vna die viginti tria millia [b]. Et ille materiali gladio, & alij
post eum complures, vt Helias, & fortissimus Dauid probauerunt,
quia verè *fortis est vt mors dilectio*, verè *dura sicut infernus æmulatio.*
Ista verò dilectissima spirituali gladio sæuit propter dilecti sui cor &
brachium, persistens fortiter tãquam inuiolabile signaculum. Nam
de materiali gladio non habet præceptum siue dilecti sui consensum,
quum audierit eum dicentem; *conuerte gladium tuum in locum suum.*
satis est. sinite vsque huc. [c]

[a] *Num. 12. v. 3.*
[b] *Exod. 27. v. 32.*
[c] *Luc. 22. Mat. 26.*

Lãpades eius lampades ignis atque flãmarũ. Cuius, *eius*? dilectionis si-
ue æmulationis. *Lãpades* dilectionis, *lãpades* ignis; *lãpades* æmulatio-
nis, *lampades* flammarum. Sicut ignis dum concitatus fuerit, generat
flammam: sic dilectio dum aliquid perceperit, non secundùm cor
huius viri, non secundùm sensum huius dilecti, parit æmulationem,
lucentem pariter amicis, & vrentem inimicos.]

Aliter GVILHELMVS & aptiùs sanè CHRISTVM inducit loquẽ- *Guilhelmus.*
tem; Verè, ô Ecclesia, ad hoc *sub arbore malo suscitauit te*, vt piam ma-
trem meam tam in partu virgineo, quàm in conuersationis sinceritã-
te imiteris. Ergo illam imitando, *pone me, vt signaculum super cor*
tuum, vt signaculum super brachium tuum, id est, intùs & foris impri-
mere mihi quasi signaculo. Intùs in cogitatione, foris in operatione.
Imprimere mihi intùs me iugiter cogitando, imprimere mihi foris
propter me strenuè operando. Qui euanescunt in cogitationibus
suis, non imprimuntur mihi intùs; non ponunt me vt signacu-
lum super cor suum. Qui opera sua non propter me faciunt, sed vt
videantur ab hominibus, non imprimũtur mihi foris, non ponunt me
vt signaculũ super brachium suum. Imprimere mihi quasi signaculo

Universidad de Deusto
Biblioteca

» per amorem mihi fortiter adhærendo, vt à me quasi signaculo for-
» mam accipias, & meam subtili expressione similitudinem trahas.
» Quanta fuerit impressio amoris, tanta erit & expressio similitudinis.
» Quantò mihi fortiùs per amorem inhæseris, tantò mihi per iustitiam
» & puritatem similior eris. Quantò te mihi impresseris fortiùs, tantò
» ego CHRISTVS in te formabor expressiùs, & tantò tu in me reformaberis, transformaberisque insigniùs. Vt ergo, ô sponsa mea Ecclesia, in singulis mẽbris tuis à me CHRISTO tanquam à signaculo formam accipias, id est, cogitando simul & operando, Angelis & hominibus veraciter CHRISTIANA appareas, *pone me vt signaculum, &c.*

Alanus. Signaculum quid sit.

» *Signaculum* (ait ALANVS) dicitur, cuius sigillum, vel forma, vel
» imago solet ceræ imprimi, vt cera recipiat formam sigilli, vt secreta
» celentur ignotis, aperiantur notis. Sic virgo MARIA CHRISTVM,
» posuit *super cor suum, vt signaculum*, quia ipsi per imitationem conformata est, eiúsque gratia consignata. Hoc autem fuit incognitum diabolo, & cognitum Angelo. *Super brachium tuum*, id est, in omnibus
» operibus tuis memor eris mei. *Super cor* virginis, & *super brachium*
» dilectus ponitur, *vt signaculum*, quia in cogitationibus, quæ notantur
» per cor, & in actionibus, quæ per brachium, virgo Filium imitabatur.]
Ei ergo assimileris, qui eam colis. Ne causare, te non posse.

Guilhelmus.

» Verè (ait GVILHELMVS) potes me *vt signaculum* ponere tibi,
» verè potes te mihi ad acquirendam à me formam imprimere: *quia*
» *fortis est vt mors dilectio*, illa nimirum quæ paulò pòst charitas dicitur;
» quo nomine bonus & pius amor signatur. Et quàm fortis est mors?
» amicitias, iunctissimasque substantias, & quas nihil aliud dirimere
» potest, animam scilicet & corpus, potenter dissociat. Sic & virtus
» charitatis hominem & mundum, quantalibet sibi pace cohæreant, so-
» la fortiter dirimit, atque etiam eo ipso hominem Deo cohærere facit.
» Et quidem homo quamdiu per amorem inhæret mundo, proculdubiò mundum ponit *vt signaculum super cor suum, vt signaculum super*
» *brachium suum*; mundo se intus & foris, voluntate & opere, vt signaculo imprimit; & quantò magis illi per amorem imprimitur, tantò
» illi conformior efficitur. Sed charitas hominem mundo conformem
» transformat, quia vt signaculum, ita & formam mutat. Hominem
» ab amore mundi potenter auellens insigniendum nouo signaculo
» CHRISTO imprimit: & sic per expressionem nouæ formæ veterem
» expellit: & quantò magis hominem ab amore mundi separat, tantò
» magis illum per conformitatem CHRISTI transformat: cùm autem
» perfectè fuerit transformatus, hilari conscientia, cum Paulo dicit;
» *Viuo ego, iam non ego, viuit verò in me* CHRISTVS [a]: & illud eiusdem
» Apostoli; *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo* [b].

Charitas hominem transformat.

a *Galat. 2. v. 20.*
b *Galat. 6. v. 14.*

Bene ergo dicitur, *fortis vt mors dilectio*: quod vtique de perfecta dilectione intelligendum est: vnde & subditur, *dura sicut infernus æmulatio*. Siquidem dum charitas tenerior est, molliùs æmulatur. Sed cauendum est, ne Apostolo contraria sapiamus, qui ait; *Charitas* [c] *non æmulatur*. Dicimus itaque æmulationẽ æquiuocè accipi, quandoque pro

c *1. Cor. 13. v. 4.*

Æmulatio duplex est.

pro inuidentia, quandoque pro zelo bono vel malo, & fortè aliis modis. pro inuidentia ponitur, ibi; *charitas non æmulatur*; pro zelo ponitur, & zelus malus exprimitur, cùm Apostolus de quibusdam loquitur, *æmulantur vos non benè* [a]. pro zelo bono ponitur, cùm idem Apostolus discipulis ait; *Æmulor vos Dei æmulatione. despondi enim vos vni viro virginem castam exhibere* CHRISTO [b]. Vtique charitas in Apostolico pectore æmulabatur, nec sibi obloquitur, cùm dicit, *charitas non æmulatur*. planè charitas non æmulatur, id est, non inuidet, quia fel amaritudinis non habet: sed *charitas æmulatur*, id est, zelat; & quia charitas est, benè zelat. Nam qualis est amor, talis & zelus eius est. Denique si charitas est, zelat; & quantum charitas est, tantum zelat. Quamdiu ergo tenerior est, molliùs zelat, & quantò magis creuerit, tantò duriùs & robustiùs zelat: cùm autem progredientibus incrementis ad tantum robur peruenerit, vt nullis illecebrarum blanditiis possit molliri, nullis tribulationum molestiis frangi; tunc demum *æmulatio* eius *dura est sicut infernus*; quo scilicet nil durius. nam neque vlla vi ab his quos semel susceperit superatur, vt euadatur, nec vllis miserorum blanditiis mollitur, vt parcat, vel mitiùs puniat.

a *Gal. 4. v. 17.*
b *2. Cor. 11. v. 2.*

Hanc autem inflexibilem inferi duritiam Salomon considerans; *Quodcunque*, inquit, *potest manus tua facere, instanter operare. quia nec opus, nec ratio, nec scientia, nec sapientia est apud inferos, quo tu properas* [c]. Sed & magnus Patriarcha, cùm ei apud inferos diues in tormentis positus diceret; *Pater* [d] *Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, vt intingat extremitatem digiti sui in aqua, & refrigeret, &c.* eamdem inferi duritiem declarabat dicens; *Inter nos & vos magnum chaos firmatũ est; vt hi qui volunt hinc transire ad vos non possint, neque inde huc transmeare* [e]. quasi diceret, Me, qui durus non fui, facilè tam blandis precibus flecteres: sed infernus, qui te pro malis meritis cruciandum suscepit, tanta viget duritia, vt nulla vi euadatur, nulla blanditia mollia-tur ad parcendum. Cùm igitur charitas ad perfectum venerit, & fortis sicut mors fuerit; *æmulatio* quoque eius, *sicut infernus dura est*, nulla vi vel metu vincibilis, nullis etiam blandimentis flexibilis. Tanta nimirum & talis æmulatio charitatis erat in eo, qui præclara fiducia aiebat; *Certus sum enim, quia neque vita, neque mors, neque Angeli, neque principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, nec profundum, nec creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in* CHRISTO IESV [f].

c *Eccl. 9. v. 10.*
d *Luc. 16. v. 24.*
e *d. c. 16. v. 26.*
f *Rom. 8. v. 38.*

Igitur postquam sponsus cœlestis sponsam suam Ecclesiam, ad imitationem piæ matris prouocauit dicens, *pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum*, id est, ad expressionem meæ in te similitudinis fortiter mihi per amorem adhære, aptè subiũgit; *Quia fortis est, vt mors dilectio, &c.* q.d. nihil impossibile moneo, quia sola ad hoc charitas sufficit, quæ nimirum instar mortis animam à corpore extorquens, hominem ab amore mundi fortiter abstrahit, & informandum illum mihi, vt signaculum imprimit, & pro accepta à me forma, tam robustum in eo zelum excitat, vt nullis illecebra

Universidad de Deusto
Biblioteca

» cebrarum blanditiis, nullis aduersitatum violentiis cedat.
» Sequitur, *Lampades eius, lampades ignis atque flammarum.* Verè
» *fortis vt mors, dilectio; verè dura vt infernus, æmulatio.* quia *lampades eius*
» similes nō sunt vacuis frigidísque lampadibus fatuarum [a] virginum:
» habent enim *oleum*, & ob hoc etiam ignem & flammas. *Lampades*
» charitatis, id est, in quibus ardet charitas, corda sanctorum sunt. in his
» sanè oleum gratiæ est, quo accēditur aliturque ignis charitatis: sine
» hoc oleo ignis iste friget, quoniam aliunde ardere non habet. Quan-
» tùm habet olei tantùm ardet, & ardendo non minuit sibi oleum, sed
» auget. Sic enim hoc oleo ignis iste alitur, vt tamē ab hoc igne oleum
» istud nihil dispendij patiatur. Itaque quantum est oleum in lampadi-
» bus, tantus est ignis; quantus ignis, tantæ & flammæ; id est, quanta est
» gratia in sanctorum cordibus, tanta charitas; quanta charitas, tantus
» & zelus. Per *flammas* etenim rectè signatur ardens & erumpens ze-
» lus. flammæ ex igne prodeunt, zelus ex charitate: & sicut per erum-
» pentes flammas ignis; ita per erumpentem zelum charitas declaratur:
» habent autem erumpentes flammę splendorem & calorem: sic & ze-
» lus charitatis. splendet enim proximis, id est, clarè innotescit; quos e-
» tiam ad amorem virtutis excitando calefacit. *Lampades* ergo charita-
» tis, id est, corda sanctorum, non sunt vacuæ & frigidæ lampades, qua-
» les fuerunt virginum fatuarum; sed, propter oleum gratiæ, quo refer-
» tæ sunt, *lampades ignis atque flammarum*, quia nimirum ardent in eis
» amor & zelus, quantùm autem ardeant, ex eo quod sequitur intima-
» tur; *Aquæ*, inquit, *multæ non potuerunt, &c.*

3. *Lampades charitatis sūt corda sanctorum.*

[a] *Mat. 25. v.*

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

» VNC CHRISTVM (ait HONORIVS de Ecclesia triumphante) *vt signaculum super cor ponet*, quia ipsum, qui est
» imago Dei, in seipsa; vt imaginem in cera; expressam vi-
» debit: *super brachium vt signaculum ponet*, quia ipsum pro
» labore operū mercedem accipiet. *Ibi fortis est, vt mors di-*
» *lectio*, quia sicut mors omnes reprobos traxit ad interitum, ita dilectio
» Dei omnes electos trahet ad gaudium. *Dura est* ibi *sicut infernus æmu-*
» *latio*, quia sicut infernus * omnes æmulationes, id est, imitatores
» CHRISTI recipiet. Ibi omnes electi *lampades charitatis* erunt, quan-
» do accensis lampadibus obuiam sponso & sponsę ibunt: qui semper
» in amore Dei *vt ignis* ardebunt, quia in regno Patris sui vt Sol ful-
» gebunt c.]

* aliquid deest in cod. M. S. forte erat, sicut infernus omnes inuidos, sic cœlum Dei omnes æmulatores.

b *Mat. 25. v. 1.*

c *Mat. 13. v. 43.*

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Aquæ multæ non potuerunt exstinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.	*Aqua multa non poterit exstin-* *guere charitatem, & flu-* *mina non vndabunt eam.* *Si dederit vir omnem vi-* *tam suam in charitate: con-* *temptu contemnent eum.*	« Vers. 7. « « « « « «

LITTERA.

§. 1. VOX EIVSDEM.

HARVM lampadum dilectionis vis imbribus nullis, aut fluminibus obruta vinci potest, fouetur illis potiùs & mirandum in modum, vt de asphalto memorant,

Alit vnda flammas, quoq; prohibetur magis,
Magis ardet ignis.

Ditior pretiosiórque amor hic est cunctis thesauris, ideò licèt homo pro eo omnem pecuniam suā expenderit, gaudens contemnet opum cunctarum iacturam, quia præ hoc thesauro, omnes gazę non thesauri, sed carbones æstimandæ sunt.

OMNEM SVBSTANTIAM] secutus est Aquilam, qui verterat σὺμπασαν ὕπαρξιν τȣ̃ οἴκȣ αὐτȣ̃ LXX. *vitam*, quia veteri dicto, *argentum sanguis, & vita est mortalibus*. nimirum quia pecuniis cuncta, quæ vitæ tuendæ, comparantur.

PRO DILECTIONE] Sic etiam Symm.

DESPICIET EAM] longè hoc noster rectiùs, quàm LXX. vel Symm. qui; *spretus spernetur*. nam sensus horum, charitatem auro emi non posse, vtpote incomparabilis valoris & æstimationis infinitę, vel sanè (cum tribus Patribus & Theodoreto) talem charitatis emptorem ab aduersariis potestatibus, & mundanis hominibus aspernandum & contemnendum. Nostræ verò versionis sensus est; tam vberes & iucūdos esse fructus dilectionis & charitatis, vt qui semel eam, vel omnium bonorum cum iactura, sit consecutus, facilè iacturam illam nihili pendat. EAM] scilicet substantiam.

§. 2. MENS VERBORVM.

Per *aquas multas*, populos possumus intelligere; interprete B.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioanne Theologo[a] *per flumina*, tribulationes, minas, & persecutiones aduersariorum. Ait ergo; Qui me verè diligunt, lucent vt lucernæ, ardent, & scintillant vt prunæ vehementius ignitæ: imò superant cuncta funalia, & omnes prunas: harum enim & illorum lux & ardor, aquarum & fluminum impetu ac copia solent exstingui. Perfecta verò dilectio, qualis & mea erga te, & tua in me mutua, nullis minarum flabris, nullis tribulationum, aut persecutionum fluctibus poterit suffocari. Titillet caro, mundus aduletur, hostis humani generis insidietur, fremat, tumultuetur, nullæ blanditiæ decipere, nullæ minæ deiicere, nulla aduersa concutere, nulla tribulationum vis aut copia charitatem Ecclesiæ erga sponsum poterit superare. In his omnibus victrix triumphabit per me, qui tantoperè illã dilexi. Vide D. Paul. ad Rom. 8. hoc dilatantem à v. 34. Qui semel quid charitas valeat, & quanti sit æstimanda cognouerit, inuenta tam pretiosa margarita[b], vẽdet quicquid possidet, vt inde redacta pecunia valeat emere; quam cùm emerit omnium bonorum commutatione, gratis eam accepisse sibi videbitur. Possidenti verò (vt secundùm LXX. aliquid addamus) si quis pro ea offerat omne aurum Indiæ, & quicquid vbique gemmarum, vel thesaurorum est, oblata despiciens spernet; aurum dicet arenam vilem esse, & argentũ quasi lutum in conspectu eius. tu tibi dicet habeto quisquilias tuas, margaritum vitro non vendo. Possis etiam illud, pro ea, accipere comparatiuè, q. d. pro ea, vt sit sensus illius dicti Apostolici; *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem verò non habeam; nihil mihi* c *prodest.* Sic Angelomus in stromatibus ad Lotharium Imp. & eo prior IVSTVS.

Act. 17. v. 25.

b Matt. 13. ver. 46.

c 1. Cor. 13. v. 2.

TROPOLOGIA.

§. 3. Philo.

PHILO charitatis vim nobis hoc loco pulchrè exaggerat: qui diuina (inquit) charitate vallati sunt atque muniti, etsi vi tentationum sæpè premuntur, & diaboli insidiis ac mundi turbinibus, velut ingruentium imbrium atque fluuiorum impetu, quatiuntur, nunquam tamen euelli, nusquam expugnari possint; sed inuictam semper, atque inconcussam vim amoris tuentur illæsi, diuina gratia protegente. Cùm enim alas sponsæ veluti flammarum ignis esse dixit, ardore Spiritus sancti accensam animam nullis aquis, hoc est, perturbationibus & viribus populorum atque pressuris, nõ modò exstingui, sed ne quidem vinci posse declarat, adeò vi cœlestis amoris in Deo ipso roboratur & crescit. Hic enim cœlestis ignis non aquarum fluctibus, non fluuiorum impetu, non vllo ventorum turbine exstingui potest, quin flatibus aduersis indies magis ac magis accenditur inflammaturque vehementiùs, nec vlla quamuis maxima rerum iniuria lædi potest; scriptum est enim: *Quicũque audierit verba hæc & fecerit, comparabitur viro sapienti, qui*

qui ædificauit domum suam super firmam petram, descendit enim pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, in eamque impetum fecere, nec ipsa tamen corruit. Fundata enim erat supra petram a. Hoc igitur igne saluari, qui consumit * nec absumitur, qui ardet nec aũburit, inflammat nec lædit, cõflagremus oportet; de quo Saluator dixit; *Ego veni* b *mittere ignem in terras humanum, & quid volo nisi vt ardeant?*

a Matt. 7. v. 24. * Sic corrigendum. b Luc. 12. v. 49.

Quod sequitur; *Si dederit homo, &c.* hoc de illis dictum vult Philo, qui, sponsum qui se pro nobis exinanitum omni gloria & diuitiis, & potentia, & imperio morti obtulit; secuti, totos se Deo dicarunt, & cum Apostolis, gaudent se tanquam mundi excrementa & quisquilias pro charitate reputatos.]

Honorius. HONORIVS; In hac anima *aquæ multæ*, id est, multiplices delectationes carnis *non poterunt exstinguere charitatem; nec flumina*, id est, tentationes *obruent eam*; quin semper ardeat & luceat. Hæc dilectio talis est. *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.* Si omnia mũdi relinquat, nihil prodest ei, nisi ipsam charitatem, quæ Deus est, habeat. videndum quid sit dilectio. Dilectio est magna appetitio alicuius rei perfruendæ, quam quis habere cupit. hæc diuiditur in duo, in dilectionem videlicet Dei & proximi. Dilectio Dei est omnia commoda & incommoda contemnere causa perfruẽdi Deo. Hæc tribus verbis impletur; vt *diligamus Deum ex tota anima, ex tota mente, ex tota virtute* c, id est, sensu, & ratione, & intellectu. Dilectio proximi est, priuata commoda postponere gratia perfruendi amico. hæc per duo præcepta impletur, scilicet; *Quod tibi fieri non vis, alij ne feceris, & quod vultis vt faciant vobis homines, facite eis similiter* d. nemo vult damnum pati; nemini faciat. omnes volunt sibi in necessitate subueniri? aliis in necessitate subueniant. hoc totum per illud impletur; *Declina à malo & fac bonum* e. Proximo damnum non inferre est à malo declinare; in necessitate proximo subuenire, est bonum facere. Ideò lex scripta erat in duabus tabulis, quia continet in se duo præcepta charitatis.

Dilectio quid sit.

c Deut. 6. v. 5. Luc. 10. v. 27.

d Matt. 7. v. 12. Luc. 6. v. 31.

e Psal. 36. v. 27.

Timor est auctor charitatis. Est autem timor anxietas periclitandi, qui diuiditur in duo, videlicet in seruilem & filialem timorem. Seruilis timor est malum deuitare, ne supplicium à Domino luat; filialis timor est bonum facere, ne offensam patris incurrat. Seruilis timor animam penetrat, vt ferrum acutum corium terebrat: timor filialis dilectum animæ inducit, vt animam alliget Deo, sicut seta linum inducit, vt corium colliget. ferrum durum est seruilis timor, seta minùs dura est filialis timor, linum lene est dilectio. ferrum & seta exeunt, linum intùs permanet: sic charitas timorem expellit, ipsa intùs remanet. Item: timor diuiditur in duo, est enim timor Dei & timor sæculi f. de timore sæculi dicitur, *perfecta charitas foras mittit timorem* g. Timor Dei est veneratio Dei, qui habet duas species. cùm amator Dei timet se, vel aliquid de mandatis Dei neglexisse, vel non ad placitum mandata Dei omnia impleuisse. Timor autem sæculi habet quatuor species, quæ sunt timor vilitatis, cùm quis malum perpetrat,

Timor quid sit. & quotuplex.

f Psal. 18. v. 10.

g 1. Ioan. 4. v. 18.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» petrat,ne aliis vilis appareat,v. g. cùm quis homicidium vel adulte-
» rium facit, ne homicidis & adulteris vilis sit. Timor fragilitatis est,
» cùm quis malum, scilicet homicidia, vel rapinas, vel incendia perpe-
» trat,ne à dominis suis temporalia beneficia perdat. Timor mundanus
» est, cùm quis malum deuitat, ne supplicium luat, vt puta cùm quis
» deuitat furtum,quia timet suspendium, vel deuitat sacrilegium, quia
» timet cruci fragium. Timor seruilis vel Iudaicus est; cùm quis legis
» mandata facit, ne à lege damnetur. Duæ species priores impellunt
» ad malum: duæ sequentes retrahunt à malo; quas omnes charitas fo-
» ras mittit,quæ sola dilectione iustitiæ bonum facit.]

Theodoretus. Exempla charitatis eximia.

THEODORETVS exemplis vim charitatis præclarè confirmat,his
» verbis; Abrahæ charitatem erga Deum, nec vitæ traductio in terra
» aliena, neque inopia & fames, neque vxoris ereptio, neque filij abla-
» tio, neque de puteis cõtentio potuit exstinguere. Neque Isaac chari-
» tatem molestiæ quibus afflictus fuit. Neque charitatem Iacob assidui
» labores & dolores vitæ. Quid Ioseph tentationibus acrius? qui à fra-
» tribus venditus est, & parentibus, à quibus diligebatur, & maiorum
» suorum priuatus est domo, & libertate, & fortunis, & indignè seruie-
» uit, & pudicitiæ præmium calumniam retulit, & in carcerem conie-
» ctus est, & incommoda sustinuit innumerabilia: quibus tamen om-
» nibus charitas erga Deum splẽduit illustrior. Atque vt magnum Mo-
» sem & Iosue Imperatorem, & eximios Prophetas Samuelem & Da-
» uidem, & Eliam, & Elizeum, silentio prætereamus: quid Babyloniis
» immanius, aut truculentius vnquam fuit? quid camino ignis ab illis
» incenso formidabilius? attamen ne ille quidem trium puerulorum
» exstinxit charitatem. Quid leonibus illis, quibus B. Daniel obiectus
» est, sæuius aut terribilius? at illum quoque charitas erga Deum red-
» didit fortiorẽ. Denique vt sanctos alios in præsentia prætermittam,
» solus B. Paulus satis erit ad indicandam nobis vim charitatis, quippe
a *Rom. 8. v. 35.* » qui maximè omnium illam expertus est: *Quis enim nos* (inquit [a]) *se-*
b *Psal. 43. v. 23.* » *parabit à charitate* CHRISTI? *tribulatio, an angustia, an persecutio, an*
» *fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est* [b], *propter*
» *te mortificamur tota die, reputati sumus sicut oues occisionis. Sed in his om-*
» *nibus superamus propter* CHRISTVM, *qui dilexit nos.* Hæc quidem
» idonea sunt ad charitatis victoriam demonstrãdam. Verùm quod se-
» quitur, eam celebrat, atque extollit clariùs multò: subiicit enim,
» *certus sum enim quòd neque mors, neque vita, neque Angeli, neque vir-*
» *tutes, neque altitudo, neque profundum, neque vlla alia creatura poterit nos*
c *1. c. 8. v. 38.* » *separare à charitate Dei, quæ est in* CHRISTO *Domino nostro* [c]. vt ostẽ-
» dat eam esse rerum omnium potentissimam, verbis effingit creaturam
» quæ non est, & cum illa confert charitatem Dei, demonstratque hanc
» esse fortiorem.]

Tres Patres.

» TRES verò PATRES, per has aquas & flumina intelligunt multi-
» tudinem molestarum tentationum, impietatis in Deum, aut odij in
» proximum, blasphemiæ, contemptus mandatorum, &c. inuicem si-
» bi instar fluctus succedentium, & semper animo ingruentium.

MIXTA

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4.

GVILHELMVS: Sanè, inquit, aliud est exstingui charitatem, aliud obrui. Exstinguitur enim cùm fortè per illecebrã peccati ab * effectu frigescit & penitùs interit. Obruitur autem cùm fortè vi aut metu superatur, quodam in Deum inaniter intùs affectu manente, tanquam mortuæ charitatis cadauere. Vnde Leo dicit in negãte Petro *non dilectionem euersam, sed constantiam fuisse turbatam*; & addit, *abundauit fletus vbi non defecit affectus*. q.d. obruta est in eo charitas, non exstincta. Et quidem tenera adhuc in illo charitas fuit, quæ tam facilè, id est, ad interrogationem personæ vilissimæ potuit obrui. *Spiritus enim nondum erat datus, quia* IESVS *nondũ erat clarificatus* [a]. IESV verò clarificato, & Spiritu dato, tantum in pectore Petri charitas robur accepit, vt illam nec aquæ multæ extinguere, nec flumina possent obruere, quæ vni quondam succubuerat guttulæ. Princeps Apostolorum, IESV nondum clarificato tam eneruiter cecidit, vbi tot viri, tot fœminæ, tot pueri, atque puellæ, iam clarificato tam fortiter steterunt. clarificato inquam IESV, in tam multis etiam vilibus personis claruit *fortis vt mors dilectio*, quæ nondum clarificato IESV eneruis inuenta est in primo Apostolo. Tantùm valet in membris clarificatio capitis. Deniq; clarificato capite nostro *aquæ multæ*, id est, quãtęlibet ęsęculares illecebrę, *non possunt exstinguere charitatem; nec flumina*, id est, quanta libet ingruentium moles aduersitatum, *obruunt illam*; in his dumtaxat, de quibus ait Apostolus; *scimus quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum, iis qui secundùm propositum vocati sunt sanctis* [b], Horum itaque corda sunt *lampades* illæ *ignis atque flammarum*, tanti planè ignis, tantarumque flammarum, vt nec aquis multis possint exstingui, nec fluminibus obrui. Vnde Apostolus tanquam aquas multas & magnas fluminum moles enumerans; *certus sum*, inquit, *quia neque vita, neq, mors, &c.* (vt habes §. præcedenti) q.d. nec tantæ aquæ ad extinguendã charitatẽ, nec tantæ moles fluminũ ad obruendum eam quicquam valent, quia clarificato IESV, *charitas Dei*, non simpliciter infusa est, sed vbertim *diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis* [c]; *fortis* est in nobis *vt mors dilectio, dura vt infernus æmulatio.*

Tam magnum ergo tamque validum bonum quanto precio potest æstimari? impretiabile est, & non sunt condigna ad illam, quæ à sanctis viris contemnuntur pro illa. Proinde cœlestis spensi voce

a Ioan. 7. v. 39.

b Rom. 8. v. 28.

c Rom. 5. v. 5.

Guilhelmus. Aliud est charitatẽ exstingui, aliud obrui.

* *fortè*, affectu.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ subiungitur; *Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectio-*
Corpus est hominis domus. „ *ne, quasi nihil despiciet eam.* Domus hominis, corpus est, si hominem
„ consideres & penses secundùm illud dictum diuinum; *Faciamus ho-*
a *Gen. 1. v. 26.* „ *minem ad imaginem & similitudinem nostram* [a]. Non enim in corpore,
„ sed in spiritu rationali luminosæ huius imaginis, insigne tenet: deni-
b *Iob. 4. v. 18.* „ que Scriptura S. *homines* dicit *habitare domos luteas* [b], id est, fragilia
„ corpora, eos iuxta id quod in eis excellit, attendens. Notandum verò,
„ quòd *homo* sibi est & domus, & dominus. Sibi enim condito ad ima-
„ ginem Dei domus est, eo quòd de humo sumptus est; idemque sibi
„ sumpto de humo, dominus est, eo quòd imagine Dei insignitus est.
„ eo quòd de humo sumptus est, sibi domus lutea est: sed secundùm
„ spiritum rationalem, in quo est imago Dei, habitat domum luteam,
„ id est, fragile & corruptibile corpus. Habet autem hæc domus nō-
„ stra de consolatione diuinorum munerum *substantiam* copiosam.
„ Substantia eius est, quicquid eam necessariò iuuat ad subsistendum;
„ victibus & potus, somnus & vestis, & quod in eius substantia sum-
„ mum est, ipsa vita. Quippe sine his *domus* nostra lutea cadit, & redit
„ in terram vnde sumpta est. Verùm omnis ista domus tuæ substantia,
„ ô homo, vilis tibi esse debet pro lucro charitatis. Non ergo sint ista
c *Phil. 3. v. 8.* „ tibi pro magnis, sed contemne ea & *arbitrare vt stercora* [c], respectu
„ charitatis. Nam & id, quod in substantia domus tuæ maximum est,
„ id est, vitam ipsam corporalem, pro CHRISTO debes hilariter pone-
„ re, ne fortè contra exemplum Apostolicum, *facias animam tuam pretio-*
d *Act. 20. v. 24.* „ *siorem, quàm te* [d]. Et quidem omni tempore, ea quæ inuitus amittere
„ potes, pro paruis debes habere: secundum tempus autem ea etiam da-
„ re debes volens *pro dilectione*, id est, ea libenter amittere, vt CHRI-
„ STVM lucrifacias. Quod si etiam id, quod in substantia domus tuæ
„ maximum est, vitam ipsam, pro CHRISTO contempseris; iam pro-
„ fectò *omnem substantiam domus tuæ dedisti pro dilectione*. Verùm *quasi*
„ *nihil despicies eam* pro dilectione datam, quia ad magnitudinem glo-
„ riæ, quæ post hanc vitam datur sanctis, quantaslibet huius temporis
„ passiones, à te pro CHRISTO toleratas, nullas reputabis.

„ Sanè quia multi virtute animi parati sunt, & idonei pro CHRI-
„ STO animas dare; quibus vtique ad subeundum Martyrium sola de-
„ est occasio temporis; sciendum, quòd quidam in solo habitu animi, vt
„ illi qui hodie in Ecclesia vsitato nomine confessores vocantur; quī-
„ dam etiam actu, vt illi qui propriè martyres appellantur, omnem sub-
„ stantiam domus suæ, id est, vitam, dant pro dilectione. Siue autem so-
„ lo habitu animi, siue etiam actu hoc fiat, proculdubiò *cùm dederit ele-*
e *Psal. 126. v. 3.* „ *ctis suis somnum*, atque in ipso audierint, *Ecce hæreditas Domini* [e]; quic-
„ quid ab eis in hac vita pro adipiscenda hæreditate eadem toleratum
„ est, præ magnitudine eius & claritate, inane & nihilum reputabunt.]
Cui hæc meliùs conueniant, quàm DEIPARÆ, quæ omnem domus, hoc est, carnis suæ substantiam impendit, quando VNIGENAM IESVM in cruce patri obtulit; cuius charitas omnium Martyrum charitatem superauit?

ANA-

ANACOGE.

HONORIVS; sicut *aquæ* delectationum, & *flumina* „ §. 5. Honorius.
persecutionum sanctorum *charitatem non exstinxe-* „
runt, ita præmia charitatis nullum finem habebunt. „
Domus hominum est hic mundus: si *omnis substan-* „
tia domus mundi detur, præmio charitatis non com- „
parabitur, quod dilectoribus CHRISTI, qui est charitas, dabitur.] in „
eamdem ferè sententiam quædam PHILO memorat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. V.

SECTIO V.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 8.	« Soror noſtra parua, & vbe- « ranon habet: quid facie- « mus ſorori noſtræ in die « quando alloquenda eſt?	*Soror noſtra parua, & vbera non habet. Quid faciemus ſorori noſtræ in die, qua loquetur in ea?*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSAE ADVLTAE.

a *Theod. & tres Patres, & Philo.*

b *Apon. hic, & D. Ambroſ. in Pſal. 118. ſer. 22.*

HEBRÆI, & Patres antiquiores Græci [a], Latiníque Caſſiodoro antiquiores [b], hæc tribuunt ſorori adultæ, Caſſiodor. Gregor. VVilleramus, & alij recentiores ipſi adhuc ſponſo: nec multùm refert, quid ſequare: amplius arridet prior ſententia, vt ſoror ætate maior ſic oſtendat ſe minoris curam gerere, q. d. mihi quidem valdè placet amoris lex, quã dixiſti; *vti rogas*, perferendam cenſeo. Verùm quia perfectos requirit, factores, non auditores tantùm; ſollicitor vehementer de ſororcula noſtra, adhuc tenella, nec nuptiis habili; vt cui video pũeris ætatis ſigna deeſſe. quo illam pacto comemus; ornabimus, augebimus ſuffarciendo & ſuſtollendo, ne marito diſpliceat, cùm in manum eius conueniet? ſic Ambroſius, & Honorius.

VBERA NON HABET] D. Ambroſius *d. ſerm. 22.* hoc ſolet ſignũ omnibus virginibus eſſe nupturis, vt cùm vbera cœperint eminere tunc coniunctioni habiles cenſeantur.

דבר

QVANDO ALLOQVENDA] Hebræi, *in die loquetur de ea.* id eſt, ſermo, ſeu locutio de ea, ſeu ſuper ea fiet. quia DVBBAR eſt vox paſſiua ſecundùm Furſterum. Symmach. vertit, *qua loquetur ei.* hoc eſt, in ſponſalium ſolemnitate, quando de illa elocanda tractabitur: tunc enim varij ſermones de conditione nupriarum ſeri ſolent. VVilleramus benè vocauit, *alloquij tempus*; ſed apud illum veteſtũ Saxonicum, corruptè ſcriptum *gegruozet*, pro *gegruezet*; quod fefellit Batauum interpretem, adeò vt perperam non ad ſalutationem, ſed corporis incrementum referret.

§. 2. MENS VERBORVM. Cant. 8. v. 2.

Perfectionem charitatis ſuæ adulta Eccleſia oſtendit, dum ſui oblita, ſollicitam curam gerit recens conuerſorum. Videas hunc affectum in beato Paulo, dum [c] *optabat anathema eſſe à* CHRISTO *pro fra-*

fratribus ſuis; & qui *gerebat quotidiana inſtantia ſollicitudinem* [a] *omnium Eccleſiarum*; qui *cum infirmis infirmabatur, & cum ſcandaliſatis vrebatur*. De vltima verò & penultima ſponſa loquitur, ſimul; ſicut de vna ſorore; ſponſi, ratione humanæ quam aſſumſerat ſponſus, naturæ; ſponſæ verò adultioris hæc loquentis, ratione quoque fidei recens receptæ. Dicit *paruam*, quia multitudine adhuc modica; dicit *vbera non habere*, quia nullos adhuc Doctores protulerat, qui alios gignerent ſpiritu, & doctrinæ lacte lactarent, & qui numerum prædeſtinatum Angelorum ſedibus vacuis inſererent; è quibus etiam ipſa perfectæ dilectionis duo præcepta liberet, vtriuſque teſtamenti ſummam continentia. (ſic Iuſtus, Apon. & Honorius.) Quærit ergo à ſponſo, & interrogando opem poſtulat ab eius largitate; quærit, inquam, quid ſororcula futurum, die quo tradetur viro, hoc eſt, vltimi iudicij die, quando ad normam charitatis, quam quiſque poſſederit, omnia exigentur, q. d. decet nunc nos operam dare, vt illam mundo idoneo doctrinæ, fidei & operum charitatis; inſtruamus, ne maritus illam tum, vt cœleſti coniugio immaturam, repudiatã ſpernat. Tuum hoc eſt, qui potes, & vis deſpicere, & eam, qualem tunc tibi optas ſiſti, talem tempeſtiuè efficere. Vis ornatam orna, vis comptam come, vis ditem dita. in hanc fermè ſententiam Honorius & Anſelmus.

a 2. Cor. 11. v. 28.

TROPOLOGIA.

§. 3. HONORIVS.

HONORIVS; Tropologicè intelligitur hoc totum de fideli anima de ſæculo ad ſpiritalem vitam conuerſa, de qua dicit vox Prælatorum, *Soror noſtra paruula eſt, & vbera non habet, &c.* q. d. anima fratris noſtri nuper conuerſi, quæ *ſoror noſtra* eſt in profeſſione, *paruula*, id eſt, rudis & inſcia eſt in conuerſatione, *& vbera*, id eſt, doctrinam regulæ ſufficienter *non habet*. quid ergo fiet de ea *in die* tentationis, quando à priſtinis vitiis, vel à dæmonibus tentandá eſt? diabolus enim multò acriùs tentat ad religionem conuerſos, quàm ſæculi fluctibus immerſos. Anima *paruula* eſt antequam creſcat per incrementa virtutum; & ideò *vbera* prædicationis *non habet*, quæ infirmis auditoribus præbeat. Adulta autem eſt, quando verbo Dei copulata, Spiritu ſancto repleta, per prædicationis myſterium in filiorum conceptione fœcundatur, quos exhortando parturit, conuertendo parit.]

Diabolus multò acriùs regulares tentat, quàm ſæculares.

Egregiè, nec minùs PHILO Carpathius, imò hoc meliùs, quòd ad omnẽ animam retulerit; cùm fidelis anima (inquit) cœpit in CHRISTVM credere, & lacte nutriri, nondum altiſſimum illum gradum, & vtriuſq; teſtamenti perfectum ſenſum & peritiam eſt aſſecuta: ſed paulatim proficit, ſenſimque conſcendit, & indies ſumit incrementa virtutũ. *nemo* enim *ſit repentè ſummus*. ideò dicitur, *parũula*, id eſt, nondum fide & ſpe aucta, feruet charitate; & *vbera non habet*, quia duo ipſa teſtamẽta, & duo illa ſublimia atque excelſa præcepta charitatis

Philo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

" adhuc ignorat.nec ob id tamen abiicitur,sed augeri magis magisque
" precatur. Solo enim timore Dei, qui initium est & fundamentum
" salutis æternæ;atque fide munita est anima:sed adhuc ignara perfectæ
" virtutis & charitatis. Quocirca rogandus est Deus, vt post donatam
" fidem atque timorem, qua est benignitate atque clementia, eandem
" ipse inaugeat, simulque & charitatem nobis infundat atque confir-
" met:quanquam nemo perfectam fidem gratis accepit vnquam, quin
" eidem donata sit simul spes atque charitas:sed more nostro ita loqui-
" mur, & de incipientium fide,quæ quidem quantulacunque est, mo-
" dò vera sit fides, incipit operari. *Fides enim operis expers, mortua est*
" *omnino*,vt * Ioannes ait. *Non* enim *auditores legis iusti censentur à Deo,*
" *sed factores* [a].nam *plenitudo legis est charitas* [b]. charitas autem Dei &
" proximi nunquam cessat agere aliquid Deo gratum, nunquam fugit
" laboris ardua renuit:sed inuicta semper & studiosa,quæque optima,
" ac honestissima aggreditur. Cúmque duo homini sint necessaria, co-
" gnitio nempe & recta actio,illúdque * præcedat, hoc natura sequa-
" tur:neque sola per se cognitio satis esse potest, neque rerum geren-
" darum actio perfecta est omnino,sed altera alterius eget, opémque
" requirit: sunt enim natura copulata atque coniuncta, ita vt separari
" non queant. Quare non sola Dei mandatorũque scientia, & altissima
" rerum peritia satis est ad salutem. Sed iusta ac sancta actio rerum in-
" tellectarũ nobis est necessaria:hac enim absente, cùm opus est agere,
" vana est omnis eruditio, atque scientia & maximè nocitura. *Scientia*
" *enim inflat, & charitas ædificat* [c]. Sit ergo cognitio Dei rerum opti-
" marum actioni coniuncta, insit nobis ipsa charitas, quæ seruare po-
" test atque beare.}

" In sequentibus deinde verbis idem ponderat illud,quod secũdùm
" LXX. dicitur; *in die qua loquetur in ea*, seu vt alij exponunt, *in die qua*
" *locuta fuerit in se*.} Magna, inquit, beneficia consequitur, qui se rima-
" tur, & conscientiam propriam discutit ac purgat, secumque loqui-
" tur,& tacitè recenset, quicquid vnquam egit in vita,vt cum Rege il-
" lo dicat: *Recogitabo tibi Domine omnes annos meos in amaritudine animæ*
" *meæ* [d]. Nihil est enim vtilius,nihil laudabilius,nihil sanctius,quã in se
" descendere, seque & vitã propriam ac proximi,cùm possis, ad hone-
" statem collineare. obtemperandum est Deo, obaudiendum est eius
" præceptis, vt cum Propheta fœliciſſimè dicamus; *Audiam, quid lo-*
" *quatur in me Dominus* [e], *quoniam loquetur pacem in plebem suam*. ô bea-
" tissima auditio! ô suauissima auscultatio & iucundissima pax
" animi! qui minora Dei præcepta audit & seruat,
" maxima consequitur ab eo beneficia,
" eáque diuina, & nun-
" quam peritura.

* *
*

* *memoriæ lapsus,pro Iacobo,cuius hoc est,c.2.v.20.*

a *Rom.2.Iac. 1.*

b *Rom.13.v. 10.*

* *Sic corr.*

c *1. Cor. 8. v.1.*

d *Esa. 38.v. 15. Nihil laudabilius quã in se descendere.*

e *Ps.84.v.9.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Honorius in speculo. Guilhelmus.*

HONORIVS hæc refert ad sollicitudinem DEIPARÆ pro recèns conuersa Synagoga, & tempus alloquij intelligit prædicationem Enoch & Heliæ.

Melius GVILHELMVS ad animarum imperfectarum multitudiné respiciẽs, Postquã dilectus, inquit,Ecclesiæ suæ,vt eam ad imitationem piæ matris accenderet, charitatis excellentiam præclarè commendauit:eadem pia mater perfectam illam, quæ laudata fuerat charitatem,in tam paucis Ecclesiæ membris cõsiderans, atque imperfectionem ceterorum apud iudicem filium materna lenitate excusans: *Soror*, inquit, *nostra, &c.* pro illa parte Ecclesiæ loquitur,quæ per quandam,non carnis,sed mẽtis infantiam,nimiùm delicata,& ob id magnis virtutum operibus minùs idonea cernitur. *Soror* tamen dicitur,propter gratiam adoptionis, quam accepit. nam & infirmæ animæ *spiritum adoptionis* pro modulo suo habent *clamantem in eis Abba Pater* [a]; quamdiu veste nuptiali, quam in baptismo accepe-runt,se per iniquitatem non spoliant, quamuis ad magna virtutum opera non assurgant. *Soror nostra*,id est;mea & tua,ô sponse cœlestis, mea,propter communem adoptionem;tua verò, quia eodem spiritu quo tu ex me natus,illa in te renata est. *Parua est*,per ætatem virtutis, & ob hoc minùs idonea fœcũdari de spiritu tuo,minùs idonea verbo & exemplo tibi parere filios. propter paruitatem non potest parere. vt quid autem pareret,vt quid fœcundaretur ad prolem:quæ *nondum habet* vnde pascat eam? nondum illi creuerunt *vbera*. Parua est,& *vbera non habet*:sed adhuc quodammodo ad vbera pendet. Vnde Paulus,tam grandia habens vbera ad pascendos suos paruulos,ita eos alloquitur: *Non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus,tanquam paruulis in* CHRISTO *lac dedi vobis,non escam. Nondum enim poteratis:sed nec nunc quidem potestis, adhuc enim estis carnales* [b]. Quomodo ergo hæc parua soror nostra lactaret alios, ipsa nondum ablactata,nondum auulsa ab vberibus? Proinde quia pro paruitate sua vbera non habet,oportet eam priùs in se grandescere, vt & ad alios possit lactescere.

Guilhelmus.

a *Gal. 4.v.6.*

b *1.Cor. 3.v. 1.*

Ad hæc piæ matris verba, cœlestis sponsus ita respondet: *Quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est*? q.d. more tuo facis, ô pia mater, simpliciter suggeris, cùm hæc dicis: sed hæc tua suggestio petitionem redolet, vt olim cùm ego & tu pariter recũbe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

a Ioan.2.v.3.

„ lemus a in nuptiis. Nam deficiente vino simpliciter mihi suggessisti
„ dicens, *vinum non habent*, & nihil addidisti: ego autem sciebam, quid
„ sibi vellet ista suggestio, sciebam quòd peteres vinum cõuiuantibus
„ fieri, & in hoc facto diuinitatis meæ potentiam declarari. feci quod
„ volebas. nam conuertendo aquam in vinum, & lætificaui conuiuas,
„ & manifestaui gloriam meam. Sic etiam nunc simpliciter suggeris
„ sororem nostram paruam esse, & vbera nõ habere: sed video quid sibi
„ velit hæc suggestio tua. Vis enim & petis, vt eam per merita tua ha-
„ beam excusatam, & ignoscam ei quòd iam diusculè talis est, quòd
„ iam longiusculè in suis primordiis, in fidei cunabilis hæret, quòd
„ nondum euacuauit quæ erant paruulæ, sed adhuc loquitur, sapitque
„ vt paruula. Ecce facio quod petis, ignosco ei super hoc interuenien-
„ tibus meritis tuis. Sed video quòd hoc solo contenta non sis, video
„ quid ampliùs velis, ipsam scilicet grandescere quousque vbera ha-
„ beat. Pete quod vis, die expressè quid velis; *Quid faciemus sorori no-*
„ *stræ in die quando alloquenda est*? quid faciemus, id est, quid vis vt fa-
„ ciamus? ecce in voluntate tua pono, quid faciam ei. Non est, quo am-
„ pliùs honoretur mater à filio. Quid ergo faciemus ego & tu sorori
„ nostræ, ego per auctoritatem, tu per interuentionem: ego di-
„ uinè operando, tu piè cooperando? Sed nondum idonea est, vt ei
„ magna faciamus. *paruula est*, atque impar acrioribus tentationibus
„ sustinendis: *fidelis* autem ego, *qui non permitto eam tentari supra id quod*
„ *potest* b. Interim ergo dispensatoriè * patiar infirmitati eius, vt scili-
„ cet acriùs non interrogetur, donec proficiendo grandescat: cùm au-
„ tem grandiuscula fuerit, atque ei iam vbera creuerint, quid vis vt fa-
„ ciamus ei in die quo interroganda acrioribus tentationibus, vtpote
„ iam idonea sustinere?] Sic Guilhelmus, cui dialogismum sic diui-
denti, & sequentia hæc verba sponso tribuenti, non assentior; sed
malim hæc omnia sponsæ tribui.

b 1. Cor. 10. v. 13.

* corr. com-patiar.

Alanus. Alanvs hæc vult à Deo ad Angelos dici de Beatissima virgine ante incarnationem: & *vbera* eius vocari humilitatem ac virginitatis propositum. Angelos respondere versu sequenti; si seruet hoc propositum, tum eam instruendam S.S. cognitione vberiore: denique quasi respondentem v.10. se firmam prorsùs in hoc proposito esse, & fore ex quo Deus eam diligere & gratia vberiore beare dignatus fuerit. Mihi magis consentanea contextui visa, quæ ex Guilhelmo posui.

* *
*

ANA-

ANAGOGE.

Vxta Anagogen (ait Honorivs) est hæc vox Ecclesiæ iam in cœlo regnantis ad Angelicam turbam de Ecclesia peregrinante conquerentis. q.d. Ecclesia adhuc peregrinans nostra cohæres futura, adhuc in numero electorum imperfecta est, & *vbera non habet*, id est, plures Doctores, qui eam ad perfectionem instruant. Quid ergo fiet de imperfectis illis in die iudicij, quando à iudice iustè iudicandi sunt? multi enim sunt, qui non solùm omnia vt perfecti non reliquerunt; sed nec peccata sua eleemosynis pauperum redemerunt, & ideò damnandi sunt.] § 5. *Honorius.*

* *
*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. VI.

SECTIO VI.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 9. Vox Sponsi.	» Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.	*Si murus est; ædificemus super eam propugnacula argentea: & si ianua est; sculpamus super eam tabulam cedrinam.*

LITTERA.

§. 1. Verba Sponsi.

NON assentior Guilhelmo ista tribuenti sponsæ. Nam sponsi responsio est, hoc sensu: Non decero sororculæ. supplebo quæ deesse dicis. Ea tamen lege, si firma & constans in amore, & cultu meo perseueret perstans instar muri, contra procorum insidias, contra procacium impetus. Si ceteris exclusis vni mihi pateat, vt fidum Domino ostium. Addam illi insuper noua decora & munimenta, quibus hæc pusilla, muro argenteo altior & nitidior, & ostio cedrinis assulis contecto odoratior, integriórque appareat.

MVRVS] muri nomine pectus significari vel illo docemur Lyrici,

Hic murus aheneus esto.

COMPINGAMVS] sequitur Symmachũ, qui vertit περιοφίξωμεν.

ILLVD] Symm. αὐτὴν eam. Sensus est, eam quæ ianua est, roboremus, vestiamus, & muniamus.

TABVLIS] Sic etiam Symm. σανσὶν.

§. 2. Mens verborvm.

Erat hæc sponso Deo iam reconciliata: ideò illi ampliorem gratiam pollicetur se collaturum, si acceptis benè vtatur. Si firma in fide, & Dei cultu perstet, vt à Spiritu sancto erat edocta; addam (ait) illi insuper nouum maiúsque robur: multis gratiis & donis, vt murorum pinnis & propugnaculis eam vallabo, simul muniam & exornabo: incorruptione illam vestiam, si me recipiat, ceteris exclusis. *ostium* significat aditum, qui Gratiæ Dei venienti patet: *murus* constantiam & perseuerantiam. Cùm ergo primæ gratiæ iam ab Ecclesia nouella fuissent patulus aditus aurium præbitus; sponsus primò postulat, vt quæ benè cœpit, firmiter perseueret, & perseuerando nouæ & nouæ gratiæ, siue prioris augmento semper pandatur. Hanc constantiam, se diuinæ sapientiæ & eloquentiæ donis remuneraturũ. innuit Doctores

Gratia Dei bene vtẽdũ, si volumus materã recipere.

ctores & concionatores idoneos; qui *turrium & pinnarum argentearũ* instar, ipsam ornent & tueantur. Si iugiter cordis *ostium*, diabolo & satellitibus eius præcluserit, sponso verò fidei & morum præcepta tradenti promptè & benignè illud reseratit; se pectus eius donis ac gratiis Spiritus sancti, incorruptibilibus quoque charitatis & castimoniæ veterum exemplis, quasi *cedrinis tabulis & valuis*, cinecturum obducturumque. Ita fermè explicant Philo, Iustus, & Angelomus. De argenteis propugnaculis *vide sup. c. 3. v. 10. & c. 4. v. 4.* de cedrinis vide *c. 1. v. 16.*

RVPERTVS hæc omnia meo iudicio satis etiam litteraliter explicat, nisi quod ad Neronis tempus recurrit: qua ratione series Cantici tota turbatur. Rectiùs accommodabis illa, qui voles vti, ad vltima mundi tempora. *Rupertus.*

TROPOLOGIA.

§. 3. *Philo.*

PHILO; Per *pinnas*, mores sanctos & excellentes, ni fallor, intelligit, si credula est sponsa, non infida, nõ duræ ceruicis, non pertinax, atque repugnans sanctorum meritis, & doctrinæ, sanctitate pollens & pudicitia. Sic enim fidelis esse iudicabitur, in eaque quemadmodum *in muris pẽnas argenteas*, sanctitatem videlicet, probitatis excellentiam, præceptaque illa salutaria sponsi, argenti & auri instar lucentia atque ignita, ponet. Fides ista, & mandatorum obseruantia prima est salutis æternæ, *ianua*, *Tabula cedrina* in scribenda promittitur ab Apostolis, & Prophetis, & ceteris Spiritus sancti prædicatoribus: modò fide digna inueniatur, & vitiis omnibus abiectis virtutes omnes amplexetur. Tunc enim maxima atque rarissima sponsi secreta, sicut in Tabor tres discipuli, percipiet. *Tabula* autem hæc *cedrina* veterum iustorum, & Patriarcharum, & sanctorum omnium immarcessibilis virturis & sanctitatis exempla, doctrinámque significat, & Spiritus sancti dona, quibus peruncta sponsa atque ornata, nullius vitij labe distabescit.]

Angelomus.

ANGELOMO, *murus* significat fortes in fide, aut claros ingenio, aut prophetia instructos, & iis dicit addenda *propugnacula argentea*, quibus significetur scientia Scripturarum: addenda autem vt sic faciliùs queant protegere infirmos atque indoctos: per *ostium* vult intelligi simplices, tamen * docendi studiõ inhiantes, qui velut ostium quod aperitur & clauditur, tempus loquendi & tacendi intelligunt. *Cedros* virtutes sanctorum; *tabulas*, latitudinem charitatis designare.]

Corr. discẽdi.

Gregorius.

Quod verò D. GREGORIVS per *argentea propugnacula*, intelligit miracula; id ad Anagogẽ assurgit. Longiùs etiã petitum, quod TRES PATRES per *propugnacula argentea* mysticos sensus legalis litteræ interpretantur; & *ostium* cognitionis aditum & apertionem contemplationi

Tres Patres.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» plationi sensus patentes; *& tabulam cedrinam*, mentē quæ sensus con-
» trahat imperfectos, & fidem operibus perfectam, & gladio spiritus
» resecantem opinionum errores atque defectus virtutum.]

Honorius.

» Optimè HONORIVS; si anima illa *murus est*, si velit esse stabi-
» lis in congregatione, *ædificemus super eam propugnacula argentea*, in-
» struamus eam sententiis S.S. eloquentia lucidis, quibus se à tentatio-
» nibus muniat, & alios se à vitiis abstinere doceat: *si ostium est* aliis
» verbo & exemplo ad conuersionem; *compingamus illud tabulis cedri-*
» *nis*, id est, ornemus illud multis Patrum exemplis, vt multis pateat
» introitus per illud ad vitam.]

Ruperius.

» Nec minùs rectè retuleris ad fortes illas, & illustres animas, quæ
» ad veræ confessionis ac martyrij laudem aspirant, seque comparant.
» ex quibus (vt cum RVPERTO loquar) alius ita fortis est, vt torme-
» ta, vel opprobria sustinere queat, & hic vtique *murus* est, iuxta illud,
» *Ego quippe* (ait Dominus) *dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in co-*
» *lumnam ferream, & in murum æreum, & bellabunt aduersùm te, & non*
» *præualebunt, quia ego tecum sum* a. Alius in hac parte infirmior est, qui
» fortè persecutiones fugiat, & latere velit, sed tamen gratiam aliquam
» habeat, exempli causa Sacerdotale officium, catechizandi rudes, &
» baptizandi: hic *ostium* est, quia sicut per ostium in ciuitatem ingredi-
» mur, ita per tale ministerium credentes Ecclesiæ incorporantur. Ira-
» que prioribus illis, qui dignè possunt stare & persistere in agone cer-
» taminis pro fide, suggerit sponsus, quæcumque necessaria sunt veri-
» tatis testimonia, vt non minùs respondere sciant, quàm si legissent le-
» gem & Prophetas. promisit enim; *Cùm steteritis ante Reges & Præsi-*
» *des, nolite præmeditari, qualiter respondeatis. ego enim dabo vobis os &* Mat. 10. v. 18.
» *sapientiam, cui non poterunt contradicere omnes aduersarij vestri.* Item; *Nō*
» *enim vos estis qui loquimini, sed spiritus vestri patris, qui loquitur in*
» *vobis.* Nónne sic olim factum est? cur non & nunc sic fiat, an abbre-
uiata manus Domini? nónne si ritè consideras responsiones & dicta
martyrum, illa nobis propugnacula argētea sunt casta, castigata, mul-
tùm nitoris & splendoris habentia? Posteriores autem illi, qui non
tantæ sunt fortitudinis & tolerantiæ, vt tormenta passionum sustine-
re queant; satagere debent, pro deuotione & officio, vt viam & in-
troitum sternant, & aperiant in regnum Dei intrare volenti-
bus; sic enim & ipsi si non *vt palma florebunt*, saltem
sicut cedrus multiplicabuntur b, & incorruptam
sanctimoniam retinebunt. b Psal. 91. v. 13.

Murus spiritalis sunt martyres, & ostium Ecclesiæ sacerdotes. a Ier. 1. v. 18.

MIXTA

MIXTA INTER-
PRETATIO, SEV DE
DEIPARA.

§. 4.

GVILHELMVS ita scribit; Grandescat adhuc. Secūdùm aptitudinem eius promoueamus eam, vt veriùs crescat in meritis. Nisi qui in Ecclesia promouēdi, promoueantur secundùm aptitudines suas, nullus, aut minimus erit fructus. Si, qui idoneus est corporeis, vel incorporeis hostib⁹ pro domo Dei se *murū* opponere, priuatus in Ecclesia viuere permittatur; quātus fructus suffocatur? Si ei, qui ad hoc tātùm aptus, vt priuatus & quietus viuat, locus superior tribuatur; quis hinc fructus poterit exspectari? Ideò personarū aptitudo in promotionibus, hic obseruāda ostēditur, dum dicit pia mater; Si aliqua persona intra Ecclesiam insigni prudentia, & robore animi idonea est ascendere ex aduerso, & contra hostiles impetus murum se opponere pro domo Israël; tu diuina auctoritate, ego precum interuentu; tu donando, ego impetrando, sublimius & solidius officium personæ ad hoc idoneæ imponamus. Quia verò pastorale officiū absque sacrarum scientia Scripturarum rectè non exercetur, oportet eadem *propugnacula* per nitorem diuini eloquij esse *argentea*. *Eloquia enim Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum* a. Personæ itaque idoneæ curam pastoralis officij cum Scripturarum scientia tribuamus.

Guilhelmus.

Personarum ea aptitudo in promouendis ad Ecclesiastica munera seruanda est.

a Psal. 11. v. 7.

Quòd si *murus* non est, si non est quis idoneus pastorali sollicitudine circumdare ciuitatem Dei, fortè in eadem vel *ostium* est, id est, paratus ad suscipiendum, secundùm illud Apostoli; *suscipite inuicem, sicut & CHRISTVS suscepit vos, in honorem Dei* b; Multi enim propter simplicitatem suam parùm idonei sunt regere Ecclesiam Dei, qui tamē excellenti charitate parati sunt iuxta formam Apostolicam; *dum tempus habent, operari bonum ad omnes, maximè ad domesticos fidei* c. Verùm hī, quoniam simpliciores sunt, in agendis suis, propriè discretioni minus debent inniti. Ad priorum ergo Patrum, qui suo tempore Deo egregiè placuisse, & tanquam spirituales *cedri* excelluisse noscuntur, acta respiciant, atque hinc, quasi sumpto exemplari, suas tantò confidentiùs, quantò & consultiùs, explicent actiones. Hoc nimirū est, quod à pia matre omnipotenti filio dicitur, *si ostium est, &c.* Si quis in Ecclesia propter simplicitatē pastorali officio aptus non est, & tamen per charitatem ad exhibendā proximis misericordiam proclivior est; tu, diuina operatione, ego pia intercessione, non tantùm prouocemus, sed & informemus cum sublimibus clarissimorum

b Rom. 15. v. 7.

c Gal. 6. v. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Patrum exemplis; ne scilicet insufficientiam proprię discretionis minùs attendens, & ob hoc illi plus iusto innitens, ibi suæ iustitiæ * *stipendium* patiatur, vbi se Deo impẽsius præstare obsequiũ arbitratur.]

* *corr.* dissidium.

Hailgrinus.

" HAILGRINVS; CHRISTVS se vocat *ostium*, & mater hic vocatur " *ostium*, sed aliter & aliter. Nam CHRISTVS dicitur *ostium*, id est, " apertura siue via, per quam intratur ad vitam, quod illi soli conuenit.

2 Ioan 10. v. 7. & 9.

" Vnde de seipso discretiuè dixit; *Ego sum ostium* [a], & non alius. *Ostium* " quoque dicitur compactio tabularum, per quam maleuolis clauditur " ingressus in domum. Vnde & hìc dicitur, *si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis*. Beata virgo *ostium* est in Ecclesia, quæ malignis " obsistit spiritibus, ne ad deuotos suos intrent & accedant, sicut vo- " lunt: & hoc ostium tot tabulis est compactum à sancta Trinitate, " quot in ea sunt virtutes & priuilegia dignitatum; & hæ *tabulæ cedri-* " *næ* dicuntur, quia imputribiles sunt & odoriferæ; & per humilitatem " in profundum radicatæ, creuerunt in immensum.] Sanè per *portam* " *Orientalem* lucidam & semper *clausam* MARIA significatur apud [b] " Ezechielem, quò alludens D. Augustinus, sic inducit loquentem; " *Porta* facta sum cœli, *ianua* facta sum filij Dei. Illi facta sum *ianua* " clausa; qui post suam resurrectionem ingressus est per *ostia* clausa [c].]

B Virgo ostium est in Ecclesia.

b c. 44. v. 1. & 2.

c In sermon. de Natali Domini. 2. & 14.

Sic & ceteri communiter Patres Prophetæ locum accipiunt, *Iustin. Apol. 2. pro Christian. Chrysost. hom. de Ioan. Baptista, Proclus Cyzicenus in Synodo Ephesina, Damascen. lib. 4. de fide orthodo. Ambros. de instit. Virg. cap. 8. & epist. 81. Hieron. in Ezech. c. 44. Ruffin. in Symb. Emissenus hom. 1. de Natiuit. Domini. Rupert. lib. 3. de diuin. offic. cap. 8. agens de Natiuitate & alij.*

ANAGOGE.

§. 5. " HONORIVS; Respondet vox Angelica, si est constructa per opifices vt *murus*, de viuis lapidibus, ædificemus exhortando super eam bona opera, vt sint ei in die iudicij *propugnacula* in dilectione, vt argentum splendida; quando sinistris dicetur, *discedite à me operarij iniquitatis, nescio* " *vos* [d]. Si est prædicando aperta vt *ostium*, vt sit fidelibus introitus per " eam ad vitam, *compingamus eam tabulis cedrinis*, id est, admonendo " constipemus eam spiritalibus filiis, qui numerum electorum impleant, & de nostra societate congaudeant.] cùm Angeli vocentur *cedri Dei*, rectè qui Angelis sociantur, *cedrina tabulæ* vocantur, & ideò valdè apta est Anagogiæ, hæc Honorij Augustodunensis explicatio.

d Matth. 7. v. 23.

* * *

SECT.

SECTIO VII.

SECT. VII.

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.	*Ego murus, & vbera mea sicut turres. Ego eram in oculis eorum tanquam inueniens pacem.*	" Vers. 10. " VOX SPONSAE NOVELLAE. "

LITTERA.

§. 1. POSSVNT hæc tribui adultæ sponsæ; quasi gratulanti sibi de beneficiis & perfectione, atque ornatu membrorum à sponso sibi collato; & fororculam iuniorem inuitanti; vt sub vmbram eius confugiat: quo pacto Guilhelmus, & quidã alij acceperunt. Possunt etiam, & fortè rectiùs, tribui sponsæ nouellæ [a] interloquẽti. Nam quicquid sponsus pollicetur, hoc certò præstat. ideò velut muro iam ornato, & ostiis compactis; (vt solemus de promissis omnino certis, loqui quasi de iam acceptis & possessis) iunior sponsa respondet gratias agens, & conditionem sponsi latenter acceptans; Prorsùs statui facere quod iubes. nam sentio iam liberalitate tua meam obedientiam præueniri. Tuis enim muneribus iam factum, vt videar mihi (neque fallor) murus quidam propugnaculis argenteis nitens; & gemino vbere, vt turribus paribus vallata. Solent Hebræi, quicquid eminet turribus comparare, vt nasum sup. c. 7. v. 4. Quare aptissimè hoc loco, si pectus eius simile muro, colliculi de pectore eminẽtes, turribus similes.

a Sic enim tres Patres, & Theodor. & alij.

TVRRIS] alij libri *turres*, quod consentaneũ est Hebr. & LXX.

EX QVO] duæ possunt esse interpretationes, prior, vt dicat se murum, ex quo pacem reperit coram sponso, hoc est, gratia sponsi esse quod erat. altera, vt significetur sponsum priùs de fide illius dubitasse, & ideò sub conditione locutum; *Si est murus*. Nempe quia ab hac quoque confessionem oris exigebat. hanc nunc facere dicendo; *Ego murus, &c.* & sic sponso statim planè reconciliatã, & in gratiam receptam, magis mihi prior arridet.

CORAM EO] Romana editio LXX. *in oculis eorum αὐτοῦ*. Sed alij codices, *in oculis eius αὐτῆς*, quod confirmant noster, Aqu. D. Ambros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

FACTA SVM] pro, *eram*, Philo legit; sedebam, & mirè explicat, vt postea, coram eo, eius beneplacito, vt rectè Anselmus.

QVASI PACEM REPERIENS] Pax more Hebræo pro omni bono & salute ponitur: & *quasi*; pro verè ac planè.

Pax pro omni bono ponitur.

§. 2. ALIVS VERBORVM.

Iunior hæc sponsa, Ecclesia reliquiarum Antichristi, certitudini promissorum sponsi confidens (vt egregiè Theodor.) & videns se iam fide armatam, & charitate loricatam; respondet sponso, simul ei gratias agens, & fororis senioris animo metum repulsæ adimens. Se quoque iam *murum* esse *supra firmam petram* ex viuis lapidibus ædificatum, & calce charitatis solidatum. *Vberum* quoque lacte turgentium loco; prouisum sibi de vtroque testamẽto; plenam se vtriusque cremore, distendi nempe præceptis duplicis dilectionis Dei & proximi (*sic Philo,*) neque iam deesse sibi Doctores, qui vitæ exemplo & doctrina, supra ceteros instar *turrium* emineant, & malorum conatibus obsistant. Non tamen hæc vel viribus, vel industria sua sibi peperisse se, sed sibi ea sponsi munificentia obtigisse; ex quo per illum cruci affixum, ipsa Deo, cui meritò erat inuisa, quem grauissimè perfidia, pertinaciaque sua offenderat, fuit reconciliata. Sic Cassiodor. Beda, Haymon. Alcuinus, Angelomus & VVilleramus.

Ipsum.
* *Sic corr. vid* ex, cam.

Nec longè abit IVSTVS; vox Ecclesiæ est * iam in fide & pro fide proficientis. *Ego murus*, quia ipse ædificauit me, qui fortissimus pugnat pro me; *& vbera mea sicut turris*, hi qui constructe Deo proceritate iustitiæ creuerunt, & in me paruulos qui in CHRISTO sunt nutriunt, & donec ad perfectionis cibũ perueniant, eos nutrire non desinunt, quoadusque eis voce sapientiæ dicatur: *relinquite infantiam, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ* a. Ex quo, &c. *Ex quo* in CHRISTO pacem reperi, ex eo & murorum præsidia & turrium propugnacula cum decore suscepi, cum eis, ab eo qui me condidit, ciuitas esse promerui, habens munimenta in sanctis, & decorem retinens in electis.]

a *Prouer. 9. v. 6.*

TROPOLOGIA.

§. 3. Philo.

» PHILONI sic anima pia loquitur; Ego iam fide munita sum & charitate referta, & *vbera mea*, mea, inquam, quia mihi donata, iustitiæ officiis comprobata, diuina gratia duce, me ad altissimum probitatis gradum *turris* instar euexerunt: ibique iam aliena prorsùs esse cœpi, » ab omni rerum humanarum sollicitudine, perturbatione, ac cura, & » *requieui*. Et *ego sedebam in oculis eius, &c.* Rectè iam se sedere & con-
b *Ioan. 14. v. 27.* » quiescere in oculis sponsi gaudet, postquam diuinæ gratiæ munus ac-
Namquã hic perfectè conqui. scere possumus. » cepit, & pacem, dicente sponso; *pacem meam do vobis, pacem meam* » *relinquo vobis: non quomodo mundus dat, ego do vobis* b. Animaduertẽdum » est, quòd tẽpore imperfecto vtitur, cùm dicit: *ego sedebã*, non, *sedi*, vt » ostẽderet, nũquã nos hîc perfectè posse quiescere. *Non enim habemus hîc*

hîc ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus a, vt Paulus ait. Aduena enim & peregrini sumus in alieno solo longè à patria illa nostra superna profugi; ob id huc missi (vtinam non electi) vt quamdiu sumus in viuis, assiduè viatica ad patriam ipsam conductura, honestate vitæ, atque morum comparemus. Quare nemo speret in exilio, nemo sibi falsò promittat, se hîc diutiùs regnaturũ, quieturúmque omnino. nati sumus ad laborem, nati ad corporis ærumnas, ad inediam, sitim, frigus & æstum, nuditatem, & morbos omnes, & vitæ finem. Quapropter in solo Deo speremus, qui nunquam nobis est defuturus, eique vinea fructifera esse studeamus.]

a *Hebr. 13. v. 14.*

HONORIVS autem sic explicat; Anima doctrinis prælatorum, vt lapidibus opificum ædificata, & exemplis patrum ornata clamat sæculo ribus; Vos qui in sæculi negotiis laboratis; meo exemplo, quasi per *ostium* in spiritualis vitæ requiem intrate. quia ego priùs vobis similis, in peccatis labilis, facta sum *vt murus* in spiritualibus stabilis: & *vbera mea*, id est, doctrina vitæ meæ, *vt turris* inexpugnabilis; *ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*, id est, ex quo me de tumultu sæculi contuli ad quietem claustralem. Nam quasi in fremitu bellorum desudat, qui inter aduersa mundi, & carnis illecebras, laborat: sed quasi *pacem coram* Deo reperit, dum in spiritali vita requiescit, quam pacem plenam habebit, quando nullam pugnam inter carnem & spiritum sentiens, in æterna pace gaudebit.]

Honorius in Comment.

D. GREGORIVS; sed quid est quod non ait, *pacem*, sed *quasi pacem reperiens*; nisi quia, dum in hoc mundo sumus, à peccatis omnimodis non desistimus; & quamdiu in peccato viuimus, pacem perfectam eum illo, qui sine peccato in carne vixit, non habemus?]

Gregorius.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Honorius in sigill.*

HONORIVS vult esse Deiparæ promissionem, q. d. *Ego*, ero, *murus*, eis, quia si vitam meam imitabuntur, erunt inexpugnabiles à vitiis: & *vbera mea turris*, id est, per mea exempla erunt tuti in bonis; *Ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens*, hoc est, ex tempore quo eum precibus placaui, & eis pacem, & gratiam impetraui.]

Aliter GVILHELMVS; Postquam (ait) pia mater sororẽ paruam filio commendauit, conuertit se ad illam, atque hortatur eam in suis

Guilhelmus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» necessitatibus ad se, quasi ad locum munitum confugere, & in sua tu-
» tela consistere, donec eò vsque crescat, atque grandescat, vt inimi-
» cis proximis vel *murus*, vel *ostium* fiat. *Ego murus*, inquit, & *vbera*
» *mea sicut turris*. q.d. paruula es, & delicata, nondumque idonea stare in
» acie aduersùs hostes, rigidissimos Principes, & potestates tenebra-
» rum: ergo ad me veni, apud me mane. *Ego* enim *murus*, ad protegen-
» dum, murus inexpugnabilis circumcingens eos, qui ad me confu-
» giunt. planè qui hoc muro circumdatur, tutus est ab his qui *in circui-*
a *Psal. 11. v. 9.* » *tu ambulant impij* [a], & à capite eorum, qui *tanquam leo rugiens circuit,*
b *1. Pet. 5. v. 8.* » *quærens quem deuoret* [b].

» Et *vbera mea sicut turris*. *Ego murus* simul & mater, *murus* ad pro-
» tegendum, mater ad nutriendum: *murus* infirmis, *mater* paruulis.
» Propter insufficientiam virium campum times? *murus* sum, intra
» *abscondere à facie inimici*. de paruitate tua confunderis, & crescere vis?
» *mater* sum, meo lacte nutrire: *murus* sum per fortitudinem, *& mater*
» per pietatem. Ego *murus* inexpugnabilis, & excelsa habens propu-
» gnacula: ego *mater* amabilis, & grandia habens *vbera*. quàm grandia?
» *Sicut turris*. *Vbera mea* non tantùm sunt vbera, sed etiam turris: non
» tantùm nutriendi, sed & protegendi vim habent nullus me putet ha-
» bere quo nutriam, & non habere quo muniam. materna pietas mea
» quos nutrit, etiam munit: quos nutrit vt discant, atque grandescant,
» munit à facie inimici. donec iam grandes effecti, contra eum in cam-
» pum fiducialiter exeant. Sed numquid tu ô pia mater, numquid tu
» non vna es filiarum Euæ? quid est quod tam gloriosa tam præclara
» de te loqueris? vnde tibi prærogatiua hæc? non in me (ait) sed in Do-
» mino glorior. nihil enim habeo, quod non acceperim, vnde nec glo-
» rior, quasi non acceperim.

» Quæritis quando esse cœperim, qualem me modò conspicitis? pla-
» nè talis & tanta sum, *ex quo facta sum coram eo, quasi pacem reperiens*.
» Inusitatè loqueris ô pia mater: *coram eo* dicis, & de quo dicas non
» exprimis: tamen habet nomen. *Quid quæritis nomen eius, quod est*
c *Iud. 13. v. 18.* » *mirabile* [c]? quid opus fuit exprimi quod tam impressum est notitiæ
d *Matth. 12. v. 34.* » omnium? quis ignoret de illo loquiosos meum, cui iugiter
» inhæret cor meum? *ex abundantia enim cordis os loquitur* [d]. Ergo *co-*
» *ram* dilecto meo, coram Deo meo *facta sum quasi pacem reperiens*.
» Magnum quidem inimicitiarũ chaos firmatum erat olim inter Deum
» & hominem, venitque Dei filius dissoluere illud & facere pacem. ve-
» nit in vterum meum assumens ibidem hostiam pacis, in ara crucis
» suo tempore immolandam: atque ideò magnum illud pacis sacra-
» mentum, præ omnibus, siue Angelis, siue hominibus, mihi statim
» innotuit. Denique mox vt ex carne mea VERBVM CARO FA-
c *Ioan. 1. v. 14.* » CTVM EST [c], inueni & sensi me habere in vtero de Spiritu sancto,
» & repperi in vtero meo *quasi pacem*; nondũ quidem pacem, sed iam
» *quasi pacem*, id est, hostiam pacis, cuius immolatio hostiæ plena pax.
» *Repperi*, & sensi subitò in vtero meo hostiã pacis, & hoc nõ ex me: nã
» vt hoc reperirem, excellẽtis gratię fuit. Ergo diuinitùs facta sum *quasi*
pacem

pacem reperiens, & hoc *coram eo*, non coram Angelis & hominibus.
nullus enim hominum sciebat, quid in vtero meo ageretur: nec corã
Angelis erat, quàm suauiter ego sentirem illud, sed totus ille suauis-
simus atque dulcissimus sensus meus, intùs coram illo erat, de cuius
vtique munere erat. Porrò ex quo sensi me in vtero habere de Spiri-
tu sancto; proculdubiò tantæ excellentiæ, tantæ potentiæ; tantaque
clementiæ facta sum, vt omnibus ad me confugientibus, non tantum
murus sim ad muniendum, sed & *mater* ad nutriendum: & talis ma-
ter cuius *vbera sunt sicut turris*: id est, cuius materna pietas non tantũ
paruulos nutriet: sed etiam dum adhuc in nutrimentis sunt, & minùs
apti ad prælium, hostibus inaccessibiles faciat; cùm creuerint, fiducia-
liter processuros in campum, *non* tantùm *carnem & sanguinem*, *sed*
& spiritualia nequitiæ in cœlestibus a prouocaturos ad prælium.] Quid
hac explicatione dulcius deuotiúsque?

a *Eph. 6. v. 12.*

Non tamen aspernanda est interpretatio HAILGRINI ita scri-
bentis; Beata Virgo *murus* est nostræ defensionis, & *super eam ædifi-*
cauit tota Trinitas *propugnacula argentea*; vt precibus suis benesonã-
tibus inimicum repellat, & hoc signatur in argento, quod cereris
metallis dulciùs sonat. Subiunxit: *Et vbera mea sicut turris*. q.d. Mise-
ricordia mea & pietas mea; quibus quasi vberibus suffragiorum dul-
cedine lacto filios Ecclesiæ; sunt *turris*, munimentũ scilicet, refugium,
& securitas peccatorũ. Et hoc ita, *ex quo* sic accepta, sic grata, sic pla-
cita facta *sum coram eo*, vt *quasi pacem reperiens*, id est, verè pacem re-
periens, & faciens inter Deum & hominem: vt essem *Pacifica*, tan-
quam mater veri Pacifici, Mediatrix mater mediatoris.] solus hìc re-
ctè voculã; *quasi*, accepit, vt solet accipi in S.S. non rarò, de quo aliàs.

Hailgrinus.

V. M. Mediatrix mater Redẽptoris.

ANAGOGE.

§. 3. *Honorius.*

HONORIVS; Ecclesia videns de viuis lapidibus, vt mu-
rum, in habitaculum veri Dei ædificari, & turrim Ange-
licam cœlestis Ierusalem per se reparari, canit exultans,
Ego murus, & vbera mea sicut turris. q. d. ego sum con-
structa per opificem CHRISTVM de electis homini-
bus, *murus* de lapidibus in ambitum Ierusalem cœlestis, vt *murus* in
circuitum ciuitatis; & *vbera mea*, id est, doctores, qui mihi lac doctri-
næ præbuerunt, *sicut turris*, erecti sunt pro Angelis, qui inde cecide-
runt: & ita cœpi ædificari vt ciuitas per doctos opifices Apostolos,
& eorum successores ex illo tempore; *ex quo facta sum coram eo quasi*
pacem reperiens. Humanum genus pacem cum Deo & Angelis
non habuit, postquam in Paradiso mandatum Dei per primum pa-
rentem præteriit; sed *quasi pacem* cum eo reperiit, cùm in CHRI-

Universidad de Deusto
Biblioteca

" STVM, qui est vera pax, credidit. Hanc pacem chorus Angelicus
" hominibus bonæ voluntatis cecinit [a], quãdo princeps pacis CHRI-
" STVS de aula cœli in carcerem mũdi venit. Hanc suis inde ascendẽs,
" reliquit dicens; *pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis* [b]. Hanc pa-
" cem victa morte, & destructo bellorum auctore diabolo, attulit fi-
" liis pacis, scilicet pacificis, dicẽs; *Pax vobis* [c]. Hac pace optauit se sem-
" per Ecclesia Deo pacificari, dicens; *Osculetur me osculo oris sui*, id est,
" per CHRISTVM reddat mihi pacem, quam amisi. Hanc
" pacem nunc habet in spe, postea habebit in re, quan-
" do ipsam pacem CHRISTVM facie ad faciem
" videbit, & omnes fines Ieru-
" salem pacem possi-
" debunt.

a Luc. 2. v. 14.

b Io. 14. v. 27.

c Io. 20. v. 19.



SECT.

SECTIO IIX. SECT. IIX

VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.	
Vinea fuit pacifico in ea, quæ	*Vinea facta est Salomoni in*	" Vers. 11.
habet populos: trãdidit eam	*Beelamon: dedit vineam*	"
custodibus. vir affert pro	*suam ius, qui seruant. Vir*	"
fructu eius mille argẽteos*,	*feret in fructu eius mille*	"
vinea mea coram me est.	*argenti. Vinea mihi mea*	" Vers. 12.
Mille tui pacifici, & ducenti	*in conspectu meo: mille*	"
his, qui custodiunt fructus	*Salomoni, & ducenti ser-*	"
eius.	*uantibus fructum eius.*	

LITTERA.

§. 1. Vox SPONSAE ADYLTAE.

a Homer. in sigill. Philo. לשלמה *lischlomo.* בבעל *bebahal* המון *hamon.*

Baalamon quid sit.

CENSEO hæc omnia vni sponsæ tribuenda; etsi nonnulli [a] velint illud, *Vinea mea coram me est*, sponsum interloqui. Locus intricatissimus est; vt extricemus quædam prænotãda. Primùm. *Pacifici* nomen hoc loco proprium esse Salomonis, vt patet ex fonte Hebraico, vbi additum, *ipsi Salomoni*; & ideò LXX. nomen retinent huius ergo cultiã vineæ suam confert.

Secundò, pro in ea, quæ habet populos, Hebraicè est in BAALAMON, ad verbum, *in domino seu possessore multitudinis*, & subauditur vrbe, vel quid simile. LXX. ipsum nomen retinent. Teste Theodoreto, vt noster, sic etiam Aqui. & Symm. nomen maluerunt interpretari, nam ille vertit, *in habente multitudinem*; hic verò, *in retentione turbæ*. Chaldæus Paraphrastes, explicat *in Ierosolyma*; VVilleramus, eam quæ trahit omne genus populorum. Pro *Baalamon* (sic Abenezra) nomen fuisse loci prope Ierosolymam; cui loco talis appellatio cesserit, quia maioris populi partis illic vineæ laudatissimæ & pretiosissimæ videbãtur. Noster significationem vocis reddidit, nomine capiamus quasi nomen proprium loci; sed vt eo nomine in expositione Historica, & mysticis sensibus probè & peritè vtamur; neve ad inepta commenta mysterium hoc inuolutum traducamus.

Tertiò, *tradendi* vocabulum, non de donatione, sed de elocatione vel emphyteusi accipiendum, sicut in parabola Domini Matth. 21.

Universidad de Deusto
Biblioteca

custodum verò nomen significat ipsos agricolas, quibus vinea colenda simul & custodienda tradita. ideò *colonos* vertit VVilleramus.

איש Quartò sciendum *vir* nomen ex latitudine vocis Hebrææ I s, significare quemlibet, siue vnumquemque, coloni seu agricolæ diligentis officio fungentem. ideò noster vt vtrumque indicaret, non vertit hoc loco, *singuli, quilibet, vnusquisque*; sed *vir*, hoc est, quicumque vir fortis & robustus eam excolendam conduxerat; quicumque » (ait Guilhelmus) in vineæ custodia viriliter agens.

iabi יבא » Quintò, illud, *affert*, siue quod Hebraicè est *adduceret*, non debet referri ad compendium agricolarum, quasi ipsi sibi lucrò apponant mille argenteos; sed ad vtilitatem Salomonis, cui agricolæ tantùm pendebant pro canone: nam Salomon non ipsas vuas vel vinum, sed fructuum loco, quos vinitoribus permittebat, pecuniam recipiebat statuto anni tempore: quæ causa etiam, cur quidam, *pro in fructu: in καιρῷ*, id est, *in tempore*, transtulerint.

Sextò, pro, *coram me*, D. Ambrosius *in conspectu meo*, & Scholia Græca, *ante faciem meam*. est Hebraismus, quo, *coram aliquo* esse dicitur, quod quis diligenter curat, quasi sibi proprium, vel creditum, & à quo numquam mentem vel oculos dimouet. Subticet autem hoc loco illationem, plus itaque vtilitatis se ex sua vinea perceptura, cùm vtriusque vineæ sit æqualis fertilitas, & ipsamet suæ curam gerat, Salomon verò aliis commiserit.

האלף לך שלמה *haaleph lecha schelomo.* Septimò, pro illo, *mille tui pacifici*; Hebraicè est, nec non Græcè, *mille tui Salomon*. Complutensis editio Latinè habet, *mille tui pacificè*. Sed verior est lectio, *pacifici*, vt sit casus singularis patri) (vt aduertit Angelomus) eodē sensu quo Hebræi, *tibi Salomon*. nomē enim *Pacificus*, hic proprium est, interpretatū à nostro, vt conecteret cum eo, quod v. 10. de pace præmiserat, vt ita Historicus sensus clarior foret.

Octauò, tres illi apud Theodoretum Patres notant hic quoddam Hysteroproteron, quia positum prius, intelligendum posteriùs: nam censent hoc ordine intelligenda & distribuenda hæc omnia, *Vir affert pro fructu eius mille argenteos. Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. Vinea mea coram me est.* Sed eadem sententia elicitur, etiamsi suo singula loco retineantur.

Sequor ergo his præmissis bonā interpretationem interpretis non boni [a], à quo boni multi eam acceperunt [b], simpliciter & dilucidè commentantes; Facere sponsam, quod solitæ nouæ nuptæ, vt ostendant se rei familiaris nec inopes, nec indiligentes, inferūt sermonem de prouentibus, & commodiore familiæ sustentatione. sic nostra, cui vinea dotalis erat satis ampla fertilisque, cōmoditates eius proponit. Soror (ait) mea, quantùm intelligo, benè animata est, seque nubilem profitetur. restat domestica curemus, de quibus benè sperandum, ingenium vineæ nostræ consideranti. Si commeministi, vicino nostro Salomonis vinea fuit, quæ quotannis hero mille argenteos pendebat, insuper operarijs singulis ducenti denarij cedebant. Sed ille vineam elocabat [illegible] nos autē vineam liuic nostram, quæ nec soli bonitate, nec

a Ioan. Mercer.

b Gilb. Genebrardus, Lorinus Legionēs. Hieronymus, Osorius, Nepos, & alij.

nec vitium numero postponenda, sed præferenda, propria cura excolemus. Saginabit fundū Domini oculus, nec quicquam alteri seu custodi seu cultori decerpetur, solidum nobis lucrum futurum. Plus ergo, & lucri nobis cedet, & ex ipsa quoq; agricolatione, & vineæ amœnitate, maiorē percipiemus voluptatē; quam ex sua Salomō olim percepit; vel tu, si Salomonis fores loco, ex eius illa vinea percepisses.

§. 1. MENS VERBORVM.

Ecclesia Christiana cernens plenitudinē conuersorum, & vineam nouellam coniunctam, & annexā primitiuæ Apostolicæ vineæ; confert hanc spiritualem vineam, cum quadam famosa vinea, quam olim Rex Salomon habuerat inter multas alias, quas plantauerat [a]: hoc est, confert Ecclesiam Gentium sic adauctam geminis reliquiis cum antiqua Salomonis vinea, nempe Synagoga, (*sic Guilhelmus.*) Quantumuis (inquit) illa Domino fuerit vtilis, superabit omnē eius vbertatem & fructus nostra. Quæ, si magnitudinem spectes, per totum orbem est diffusa; si loci feracitatem, *in cornu filij olei sita* [b]; si agricolas, hoc munus ego tecum obibo: concurret voluntas mea, cum gratiæ tuæ largitate: si fructum, solidus noster erit, nec vlla de toto partieula demetur. Mihi, quæ colam, beatitudinis æternæ præmium obtinget (*sic mille argenteos exponit Honorius*) vel potius mille tibi (qui vetus es Salomon) cuius munus est omnis perfectio, qui pax ipsa, & pacis conciliatores rerum finis & principum; qui mihi es fragilitatis meæ restauratio, corporis resuscitatio, & animæ in bono stabilitas; tibi inquam, eo ipso quòd præcepta tua perfectè obseruabo, per decem mandatorum corde & opere centies duplicatam, id est, perfectā obedientiam, continget verus & germanus vineæ meæ fructus. Non est quòd Salomoni inuideas: maiora percipies emolumenta. *Sic ferè tres Patres & Theodoret.*

a *Eccl.* 2, v. 4.

b *Esai.* 5. v. 1.

Sanè significat his verbis Catholica Ecclesia, se peruigilem attentissimè pro suo grege excubare, & cauere, ne cura eius alienis committatur. ostendit etiam vineæ plantatæ in fide (*sic Rupertus*) fore fructum copiosiorem, quàm Synagogæ plantatæ in operibus legis. Fidem esse eam, quæ populos habet omnes veros Abrahæ filios. (*vide Rom. 4.*) *Custodes vineæ* sunt, Sacerdotes, Prophetæ, Reges. Fidei verò vineam, hoc est, Catholicam, sponsus & sponsa per se excolunt. hinc tanta fructus superabundantia. De illius vineæ fructu, loqui Oseam vult Rupert. cùm apud eum Dominus dicit, cap. 3. *v. 2. Fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei, & dixi ad eam, dies multos exspectabis me, nec fornicaberis, & non eris viro,* &c. vult enim significari, quòd hæc nostra vinea, simul virgo sit & viro nupta: illa autem innupta nec virgo. Huius enim virginitatem notari vnitate millena, nuptias verò binario centeno. Vnitas virgo dicitur, quia in semetipsa multiplicata nihil creat, quia semel vnus tantùm est vnus, quod alteri numero nulli contingit. bis duo, sunt quatuor, ter tria nouem, atque ita deinceps. Nuptias centenus binarius designat, quia hæc felicissimè indissolubili vinculo dilecto copulata est. Sed illius veteris numeri, viduitatem illius & de-

Ecclesia pro suo grege permigil excubat.

« *Ecclesia simul virgo & viro nupta.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» integrationem significant : quia neque in vnitate permanent, neque
» ad binarium perueniunt. nam argentei quindecim, neque decem sunt
» argentei, quod esset dena vnitas ; neque viginti, quod esset bi-
» narius denus ; sed sunt quindecim, in quo numero plus est vnitate,
» minus est binario. Similiter neque vnus hordei corus, neq; duo, sed
» corus & dimidius; hoc est, plus monade & minus binario. Ihinc col-
» ligere licet, quantò fides operans præstantior sit vel mortua fide, vel
» operibus nudis antiquæ legis.

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius. Congregatio spiritualis est vinea Salomonis.*

» HONORIVS; Quod autem subditur, *vinea fuit pacifico*, intelligitur quælibet iustorum congregatio ; in qua *palmites* » sunt, viri spirituales; *vinum* verò suauis doctrinæ; & *hæc habet populos*, scilicet ad religionem multos conuersos. » Hanc *tradidit* verus *Pacificus* CHRISTVS *custodibus* ad excolendum; » scilicet spiritalibus Prælatis, vt Augustino & Benedicto, ad erudien- » dum. *Pro fructu eius affert vir mille argenteos*, quando quisque relin- » quit omnia, quæ mundi sunt, & claustrum intrat, vt centuplum re- » cipiat, & vitam æternã possideat; vel quando CHRISTVS huic, qui » in bono opere perseuerauerit vsque in finem, vitam æternam dabit: » vnde subiungitur, *Vinea mea coram me est*, hoc est, claustralis vita, quæ » causa mei fit, in præsentia mei est, vt remunerem omnes pro me in ea » laborantes, & damnem omnes in ea prauè viuentes. Et, ô tu anima, » quæ *quasi pacem reperisti coram me*, quando de sæculo conuersa es ad » me, adhuc plenam habebis, quando me æternam pacem videbis. quia » *mille erunt tui Pacifici*, id est, omnes perfecti pacificabunt me tibi: & » * *ducenti* pacifici erunt *his qui custodiunt fructus eius*, vineæ, id est, om- » nes perfecti & contemplatiui in actiua vita pacificabunt hos apud » me, qui spiritalis vitæ instituta custodiunt. Sicut enim mille, ita cen- » tum perfectionem vel plenitudinem præmij significant, & ducenti » quantum duo millia. adscripsi, non quia vehementer hæc probem; » sunt enim contortula, & ipsa contortione detorta: sed vt habeant, » qui volent vti.

* male accepit, ducentos.

Philo.

» LONGÈ clariùs PHILO, in hanc sententiam commentatur; Anima, » quæ *pacem* Domini *inuenit*, & requiem à delictis, sit quasi *vinea* fru- » ctifera *Salomoni* cœlesti; qui cũcta beat in cœlo & in terra, omniaque » quieta, beata, pacifica præstat & seruat, modò illi subiecta sint, & » morem gerant. Nam nec *impiis est pax* [a], nec improbis quies, nec su- » perbis tranquillitas, sed mansuetis & rectis corde. His si sponso stu- » dent placere, non mundo, non homini, suæ animæ, vt *vineæ custodes* » præficiuntur, hoc probat Propheta cùm dicit ; *Portio mea, Domine, dixi custodire legem tuam* [b]. Talis *pro mercede accipit mille argenteos*, hoc » est totius legis & mandatorum plenitudinem salutarẽ, secum deferẽs » in patriam, & ibi, sine fine victurus, *comedet de fructu manuũ suarum.*

Pax impiis nõ : sed mansuetis & rectis corde.

[a] *Isa. 48. v. 22.*

[b] *Psal. 118. v. 57.*

Nihil

Nihil Deo acceptius quàm benè facere, & benè ceteros docere, exemplo ipsius sponsi nostri; qui de talibus dixit; *Vbi ego sum, ibi sit & minister meus* [a]. Tales in aëra ad Dominum rapientur, & sic cum eo semper erunt. Tales qui charitate ardent, qui nihil aliud quàm cœlestia & sancta meditãtur, ab ipso Domino seruantur & custodiuntur. Sunt vinea Dei *coram* Deo. *Oculi enim Domini super timentes eum, & aures eius in preces eorum* [b]. Addit; *Mille* sponso cedentes, esse omne iudicium, quod Pater filio dedit: *ducentos* verò, esse fructũ perfectum centesimum illi qui duo præcepta charitatis fideliter impleuerit, retribuendum; quo dabitur cum sponso sedere super sedes duodecim, & tribus terræ, & teste Apostolo [c], ipsos etiam Angelos iudicare.

[a] *Nihil Deo acceptius, quàm benè facere. 1 Ioan. 17. v. 24.*

[b] *Ps. 32. v. 18.*

[c] *1. Cor. 6. v. 3.*

Sed omnium præclarissimè D. GREGORIVS; Qui sunt isti *pacifici, qui mille* dicuntur esse & *ducenti*, nisi illi superiores *argentei* (dixerat esse omnia bona terrena) quos dum perfectè dimittimus; pacem, per eorum distributionem, cum sanctis, nobis ipsis acquirimus? Vnde & in Euangelio Dominus præcipit; *Facite vobis amicos de mammona iniquitatis; vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula* [d]. Sed quid per *ducentos* intelligimus, nisi duplicem retributionem, quam acquirimus, dum in hoc mundo perfectè omnia terrena contemnimus? *Mille* ergo & *ducenti* Ecclesiæ *argentei* exsistunt, quia dum fideles quique omnia, quæ possident, ex toto relinquunt, & pacem sibi cum sanctis faciunt, & præsentis vitæ remunerationem cum cœlesti percipiunt. Et hoc est quod Dominus in Euangelio ait: *Amen, amen dico vobis, nemo est, qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem aut matrem, aut filios, aut agros, propter me & propter euangelium, qui non accipiet centies tantum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres & filios, & agros cum persecutionibus: & in sæculo futuro vitam* [e] *æternam.* Sed quibus ista remuneratio sic duplicatur, nisi *his qui custodiunt fructus eius*? Qui sunt autem, qui fructus vineæ custodiunt, nisi illi, qui in sancto opere, quod inceperunt, perseuerantes exsistunt? opus enim, quod sancto desiderio incipitur, si constantia mentis vsque in finem non tenetur, sine fructu habetur: quia immaturè ab hoc, vnde processerat, vacuatur.

[d] *Luc. 16. v. 19.*

[e] *Mat. 19. v. 29. Qui inceperunt videant vt perseuerent.*

Haud tamen ausim his postponere, quæ THEODORETVS hoc loco pereruditè & subtiliter disseruit; *Vineam* vocat homines, qui ad pietatem accesserunt: *seruantes* verò & *colentes* eos, qui sacerdotali funguntur munere, quibus mandatum est, vt eam spiritali doctrina simul irrigent, & tueantur. *Mille argenteos* significare fructum manus dexteræ, nempe fructum salutis ipsius vineæ, quam solam sibi sponsus exigit. *Vineæ* quoque *custodes* recipere mercedem definitam, & aptissimam. Etenim quia quinque sensus vineæ custodiunt; visum, gustum, auditum, odoratum, & tactum; iure *ducentos* accipiunt; quem quidem numerum *mille*, vt quintam sui partem, quinquies continet. Digni enim sunt, qui Dei vineam custodiunt, vt præmium recipiant ab eius plantatore. Itaque non solùm sponsus, sed etiam sponsa, ie illis mercedem daturos pollicentur. Et beatus Paulus; *Si cuius,*

Theodoretus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

a 1. Cor. 3. v. 14.

b Matt. 20 v. 9. Apud Deum nihil esse sine mercede.

c Mat. 10. v. 42.

» *inquit, opus manserit, quod superædificauit: mercedem accipiet* [a]. Et iis qui
» in vinea laborauerant, cùm aduenisset vespera, iussit paterfamilias
» dari *singulos denarios* [b]. Constat ergo apud Deum nihil esse sine mer-
» cede. Quod, *si qui dederit calicem aquæ frigidæ vni ex paruulis minimis,*
» *non perdet mercedem suam* [c]; quàtò magis à Domino vineæ præmium
» accipietis, qui vineam custodit? Ipsa quoque vinea quinque sensuum
» obedientiam exhibebit, & implebit ducentos, qui quinquies sumpti
» definitè, sunt eorum, qui re & factis sensus ipsos custodiunt. Nam
» *numerus millenarius* in CHRISTO significat perfectionem, cùm sit
» vnitas absoluta, eiúsque rationem nõ solùm vi, sed etiam re in seipso
» contineat. Ab vnitate enim incipit, & per vnitatem ostenditur, &
» vnitatis effector est. Nam vnitatis nota mille & myrias indicantur.
» *numerus* verò *ducenarius* naturæ nostræ in se ipsam redactæ, per ob-
» seruationem mandatorum, significat constitutionem: quippe qui de-
» cies repetitum per decem mandata vicenarium continet, ex quater
» quinque compositum, & propterea naturam nostram, quæ ex mate-
» ria formaque constat, ostendentem.] Consentiunt TRES PATRES.
Sanè Tropologia hoc loco vix ab Anagogia commodè separatur.

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

» VOX est (ait GVILHELMVS) piæ matris ad Synago-
» gam de nobilitate generis superbè gloriantem, atque
» aspernantem populos nationum, quasi alienos à semine
» Patriarcharum, & ob hoc salute indignos; vox inquam
» piæ matris est ad veterem illam *vineam Domini Sabaoth,*

d Esa. 5. v. 7. » *domum scilicet Israël* [d], proponens ei electionem, atque vberratem al-
» terius vineæ, atque eo ipso vanam eius gloriationem confringens.
* iam. tu- mes. » Quasi dicat, quid apud te * times, ô Israël secundùm carnem: quasi
» solus sis populus Dei Sabaoth, vinea Dei? planè aliam *vineam* habet
» multò ampliorem, multò fertiliorem. Ampliorem multò, quia *vinea*

e Esa. 5. v. 2. » *est pacifico, in ea quæ habet populos* [e]; tu autem vnus es populus. Multò
» fertiliorem, quia *vir affert pro fructu eius mille argenteos*: tu autem *non*
» *facis vuas, sed labruscas*, & ideò fructus tui nec dipondio vænierunt.
» *Vinea fuit pacifico*, id est, vero Salomoni pacificanti per sanguinem
» crucis suæ, quæ in cœlis sunt, & quæ in terra: *in ea quæ habet populos*, id
» est, in gentilitate. nam Israël, vnus tantùm populus est, gẽtilitas verò
» tam multos habet populos. In hac *quæ habet populos* ab æterno ei *vinea*

» *vinea fuit*, quia in æterna eius dispensatione fuit assumere Ecclesiã
» sibi ex gentibus. Pro hac maximè vinea de solido paterno venit in mũ-
» dum: pro hac maximè vinea duræ mortis tulit exitium: quippe quæ
» multò amplior, vberiorque foret, quàm vetus illa vinea. Denique per
» gloriam resurrectionis iam de morte triumphans, *tradidit eam custo-*
» *dibus*, id est, sanctis Apostolis dicens, *Euntes in mundũ vniuersum prædi-*
» *cate Euangelium omni creaturæ* [a]. Et quidem ante passionem suam, te
» ô domus Israël, vetus illa vinea, eisdem custodibus tradiderat, dicens;
» *In viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueri-*
» *tis: sed potius ite ad oues, quæ perierunt domus Israel* [b]. Sed quia degene-
» rare, quàm fructum facere maluisti, iidem custodes dixerunt: *Vobis q-*
» *portebat primò loqui verbum Dei: sed quia repulistis illud, & indignos vos*
» *iudicastis vita æterna; ecce conuertimur ad gentes* [c].

a Mar. 16. v. 16.

b Mat. 10. v. 5.

c Act. 13. v. 46.

Tradidit eam *custodibus*; non ait *cultoribus*, quia *neque qui plantat est*
» *aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* [d]. Vnus ergo est
» *cultor* eius, sed *custodes* plurimi. Vnus qui colit eam, sed multi solli-
» citudinem gerũt circa eam. Planè vnus est qui colit eam ad fructum,
» à quocunque foris occasio præbeatur: sed & ipsa per se custodum sol-
» licitudo cassa est: *nisi enim Dominus custodiat vineam, frustra vigilant*
» *qui custodiunt eam* [e]. Verumtamen vnusquisque Propheta mercedẽ
» recipiet secundùm proprium laborem. quamuis enim *neque qui plan-*
» *tat sit aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus* [f]: plantan-
» tem tamen atque rigantem, pro quantitate laboris sui, suo tempore
» gloriosè remunerat Deus. quamuis enim *neque qui plantat, neque qui*
» *rigat, sit aliquid*: labor tamen plantationis atque rigationis præclaram
» atque perfectam plantanti atque riganti iustitiam comparat. Et hoc
» est quod dicitur; *Vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vir*, id est,
» quilibet in custodia vineæ viriliter agens, vt Paulus; *affert pro fructu*
» *mille argenteos*, id est, de supernis profectibus, quibus propriæ sollici-
» tudinis laborem impendit, copiosa & præclara meritorum lucra ac-
» quirit: quæ nimirum non sibi, sed gratiæ conditoris attribuit, secun-
» dùm illud; *Afferte Domino gloriam & honorem, adferte gloriam nomini*
» *eius* [g].]

d 1. Cor. 3. v. 7.

e Psal. 126. v. 1.

f Suprà.

Plantans & rigans nihil sunt, sed mercedem laboris ferunt.

g Ps. 28. v. 2.

Honorius.

HONORIVS *in sigillo vineam* dicit esse Deiparam, quã Deus plan-
tauit in Ierusalem Apostolica patria, & commendauit eam in cruce
pendens Ioanni, qui vnus custodum, cùm diceret; *Ecce mater tua* [h].]
Quæ sequuntur, idem Honorius, vt Hailgrinus, & Guilhelmus
tribuunt CHRISTO Domino. ex quibus Guilhelmus ita scribit; At-
testatur magnus verúsque *pacificus* piæ matris sermonibus. benè (ait)
dixisti mater, quòd secundùm prædestinationem *vinea mihi fuerit in*
ea, quæ habet populos, id est, Ecclesia in gentilitate, & quòd *eam tradide-*
rim custodibus, Apostolis & Apostolicis viris: verùm non ita curam
eius aliis credidi, vt ipse vacem à custodia eius. Nisi enim ego ipse
custodiero vineam meam, frustrà vigilat quilibet eam custodiens. Er-
go *vinea mea*, iugiter *coram me est*. & quidem aliquoties videor auer-
sus ab ea, videor plerumque dorsum ponere ad illam, exponendo eam

h Io. 19. v. 27.

Guilhelmus.

 variis

Universidad de Deusto
Biblioteca

" variis tribulationibus: sed tamen iugiter *coram me est*, & tunc clemen
" tiùs eam intueor, cùm quasi iratus videor eam auersari. Quippe *tri-*
" *bulatio patientiam operatur, patientia verò probationem, probatio verò spē,*
" *spes autem non confundit* [a]: atque ita vberrimè fructificat vinea mea.
" Adhæc pia mater, verè ait, *vinea tua coram te est*, verè Ecclesia ex gen-
" tib⁹ in oculis tuis pretiosa est: vnde nec portę inferi prævalere queũt
" aduersùs eam [b], quantumlibet infestent eam. Cùm ergo vineæ tuæ
" propagandæ & conseruandæ tu solus sufficias, dignaris tamen habe-
" re ministros, per quos & in quibus circa eam operetis, non tantùm
" homines, sed & Angelos. *Nanne omnes sunt administratorij spiritus in*
" *ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis* [c]. Itaque
" *mille tui pacifici, &c.*

[a] Rom. 5 v. 3. & 4.

[b] Matth. 16. v. 18.

[c] Heb. 1. v. vl.

" Sanè hi *qui custodiunt fructus* Dominicæ vineæ sancti pastores &
" Doctores, sunt solliciti; pro debito officij sui, non tantùm plantando
" & rigando Ecclesiam CHRISTI ad fructum pietatis excolere, sed e-
" tiam natos in ea iam fructus, ne pereant, conseruare. Quæ enim vtili-
" tas in fructibus eius si pereant? Proinde non minore sollicitudine sa-
" tagunt, vt commissa sibi Ecclesia fructum afferat, quàm *vt fructus eius*
" *maneat* [d].

[d] Ioan. 15 v. 16.

" Denique his diuina prouisione associantur & cooperantur in cu-
" ra Ecclesiæ sancti Angeli; qui nimirum per *mille* & *ducentos* cœlestis
" sponsi *pacificos* * rectè figurantur. Nempe *pacifici* sunt, qui quærunt
" & iugiter rogant, quæ ad pacem sunt Ierusalem: non vtique Ieruſa-
" lem ancillæ, sed Ierusalem liberæ, qua libertate CHRISTVS non libe-
" rauit, id est, Ecclesiæ Catholicæ. Planè sancti Angeli Ecclesię Catho-
" licę *pacifici* sunt, spiritualibus eius profectibus iugiter seruientes, &
" hostiles ab ea nequitias potenter arcentes. Sed & sponsi cœlestis *pa-*
" *cifici* sunt, ab eo ad tuitionem Ecclesiæ Catholicæ ordinati, atque illi
" in omnibus, non sibi, zelantes. Porrò *mille* & *ducenti* congrua ratione
" dicuntur. Siquidem *mille & ducenti* duodecies cẽtum sunt. Et notan-
" dum, quia duodenarius cõstat ex quatuor ternariis, & quodammodo
" quadratur eis. Quadratorum autem est, in quamcumque partẽ incli-
" nentur firmiter stare. Itaque *duodenarius* Angelorum in amore crea-
" tricis Trinitatis eorum stabilem insinuat firmitatẽ. *Centenarius* verò
" in litteris sacris solemni ratione perfectionem significat. Cùm verò
" sancti Angeli duodecies centum dicuntur, in amore sui conditoris
" non tantùm firmi, sed & perfecti ostenduntur: nempe illi tam firmi-
" ter adhærent, vt nullo tempore, nullo casu in eius valeant amore nu-
" tare; & tam perfectè atque integrè, vt nihil, quod non in ipso, & pro-
" pter ipsum ament valeant cum ipso amare. Quia (vt ait
" Pater Augustinus) *minùs eum amat, qui cum ipso*
" *aliquid amat, quod non propter ipsum amat* [e],
" quod vtique sancti Angeli faciunt, cũ
" homines diligunt, non nisi ipsũ
" amant, & hoc ipsum perfe-
" ctè amant.]

* erat putas paciſici esse zelũ spirati.

Ecclesiæ Angeli custodes sunt.

[e] Aug. li. 10. Confess.

ANA-

ANAGOGE.

HONORIVS; Peregrinans Ecclesia *fuit vinea* vero *Pacifico* CHRISTO *in ea, quæ habet populos* Christianos: in qua ipsa fuit vitis vera, vinũ euangelica doctrina. hãc *tradidit custodibus*, Apostolis & aliis Prælatis, ad dilatandam & propagandam, sub quibus nobiles fructus tulit, scilicet Martyres, Confessores, Virgines, & alios fideles, *pro* quo *fructu* CHRISTVS *vnr affert mille argenteos*, scilicet omnibus vineæ istius operariis præmij denarium, qui est plenum gaudium. Vnde sequitur, *vinea mea coram me est*, scilicet Ecclesia in hac vita vinea mea, per patrẽfamilias plantata, & per Apostolos propagata per orbem, semper erit in cœlis *coram me*, videns gloriam meam, & Patris & Spiritus sancti præsentiam: & ibi ô vinea, erunt *mille tui pacifici*, hoc est, omnes Angeli & sancti, ô Ecclesia, per me pacem tecum habebunt: & *ducenti his, qui fructus eius custodiunt*, hoc est, omnes qui huic vineæ benè profuerint, pacem corporis & animæ in æternum habebunt.] §. 5. Honorius.

* *
*

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. IX.

SECTIO IX.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. 13.	„ Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.	*Qui sedes in hortis, amici sunt intendentes voci tuæ: vocem tuam insinua mihi.*

LITTERA.

§. 1. VOX SPONSI.

VÆ] LXX. *qui*, & sic Symm. *οἱ καθήμενοι qui sedetis.* Sed secundùm puncta quæ hodie addita in Hebræo, meliùs noster: & connexio præcedentium subsequentiúmque postulat, vt hæc sponso tribuamus, qui sponsam nunc alloquens, tempus est, ait, colloquio tandem nostro finem imponamus [a]. adde coronidé, Tu, *quæ in hortis habitas*, id est, in iis colendis & conserendis iugiter occuparis; age tandé, dic quid à me exposcas; quid pro tuo in me amore, dignum amore in te meo; & pro sedula opera in vinea excolenda tam fideliter in mei gratiam præstita, dignum munificentia mea, me tibi velis præstare. Nonne vides Sodales amicos meos intendentes patulis & arrectis auribus (Hebr. הקשיב est HIKSIB) auscultare, quæ sit, ô mea Hester, petitio tua? Vt illis gratum erit audire, mihique petitionem tuam commendare, sic & mihi longè iucundissimum fuerit, suo tempore eam complere, perorata, & exorasti.

a Sic Angel.

§. 2. MENS VERBORVM. Honorius. Quatuor horti in hac opere numerantur.

„ Confirmat hanc interpretationem HONORIVS, ita scribens: Notandum quòd quatuor horti in hoc libro ponuntur, *hortus conclusus*, „ *hortus pomorum*, *hortus aromatum*, & *hortus nucum*. *Hortus conclusus* fuit „ virgo MARIA mater incorrupta, in quem hortum sponsus descendit, quando in clausum virginis vterum venit. *Hortus pomorum* fuit „ gens Iudæorum, quæ dulcia poma protulit, dum in primitiua Ecclesia multitudinem edidit credentium, quæ cor vnum & animam „ vnam habuit, in quo horto sponsus myrrham messuit, dum amaritudinem passionis sustinuit. *Hortus aromatum* fuit Ecclesia gentium, in qua fuit collectio sanctorum, in quem hortum sponsus descendit, dum per prædicationem Apostolorum in Gentilitatem venit. „ *Hortus nucum* est Synagoga adhuc conuertenda, in quo sunt multi „ amara carnis sustinentes exteriùs, dulcedinem interiùs virtutum habentes, in quem sponsus descendet, cùm per prædicationem Eliæ „ & Enoch Synagogam visitabit. *In* his *hortis* Ecclesia *habitat*, quìa „ pro diuersis temporibus diuersos status mutat. huic dicit sponsus; ô „ Regina Reginarum, quæ hîc mecum habitas in hortis, iam te regali „ ornatu ornaui, iam omnes gentes in tuum dominium congregaui, dic „ quid ampliùs petas, &c.] Sic ille. „

Nullo modo placet, quod recentior quidam vir doctus, quod additur; *Amici auscultant*, de pseudamicis & pseudochristianis exposuit, sine bono auctore, sine vlla necessitate. *Habitat* Ecclesia *in hortis*, vel quia particulares Ecclesias verbo Dei rigat, & virtutibus conserit, vel quia quasi fixum habet domicilium in amœnitate Scripturarum, versaturque in excolendis paradisis, iugè virentium, pulchrè florentium, & suauiter olentium virtutum (*ita Rupertus*) Dicit ei CHRISTVS, *pete & accipies, pulsa & aperietur tibi.* Vox precum tuarum, vt Angelis & Beatis omnibus, sic mihi est optata & iucunda. Illi optant ad me perferre, & pro te intercedere, ego desidero illis, tibique satisfacere. Si illi *auscultant*; ergo preces nostras audiunt, cur? non nisi vt perferant, & intercedant. Ita intelligût hunc locũ Aponius, Cassiodor. Honorius, Beda, Alcuinus, Anselmus, & Haymo, & Rupertus. Matth. 7. v. 7.

De Angelis etiam accipiunt, licet aliter exponant, quàm nos, Theodorer. Abenezra & Iarrhius hîc & D. Ambros. *lib. de bono mortis cap. 5.* locus est ergo pro adoratione Sanctorum & Angelorum contra Nouantes. Sanè Angeli, Sanctique, rectè socij seu amici dicuntur sponsi, quia CHRISTVS eorum opera & ministerio vtitur in docenda propagandáque Ecclesia; quod vi veritatis coactus hoc loco Mercerius, vnus Nouantium, fatetur. Sanctorũ & Angelorum veneratio.

TROPOLOGIA.

§. 3. Honorius.

HONORIVS; quælibet fidelis anima *in hortis habitat*, quæ viriditate spei, & bonorum operum est repleta. Sicca quippe est spes mundi, quia omnia quæ hîc amantur cum festinatione arescunt. *Quæ* ergo *in hortis habitat*, oportet vt sponsum *vocem suam audire faciat*, id est, in tantum prædicationis * donum emittat, in quantum ille delectatur, quem desiderat. *quia amici*, id est, electi omnes, *auscultant*; qui vt cœlestem patriam reuisant, verba vitæ audire desiderant.] * for. Sonum.

Eodem modo Angelomus exponit, vt & GREGORIVS; addens; Gregorius. notãdum quòd amicus est, qui *auscultat*, quia qui Deum integra mente diligit, prædicantem quem * diligit, libenter audit.] * for. quẽ dirigit, id est, mittit.

TRES PATRES; *Horti* sunt diuina templa, martyrum monumenta, & eorum qui solitariam amplexi sunt vitam conuentus.] Tres Patres.

RVPERTVS; *Fac me audire vocem tuam*: quomodo? Nimirum ita, sicut scriptũ est, *narrabis filio tuo in die illo dicens, Hoc est, quod fecit Dominus mihi. In manu enim forti eduxit me de Aegypto. Et erit quasi* Rupertus. a Exod. 13. v. 8. Deut. 6. v. 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

„ *signum in manu tua, & quasi monimentum ante oculos tuos: & vt lex Do-*
„ *mini semper sit in ore tuo.* Nam te veraciter ego eduxi de Ægypto, de
„ tenebris huius sæculi, de seruitute peccati, in *terram* illam *fluentem lac*
„ *& mel*, vt habitares *in hortis* istis, in omnibus sacrarum scripturarum
„ sacramentis; vbi veraciter sunt fontes & riui lactis & mellis, fluen-
„ tes de spiritu Dei & hominis CHRISTI IESV dilecti tui. *Fac* igitur,
„ vt dixi, *me audire vocem tuam*, vt lex Domini semper in ore tuo sit,
„ nunc prædicando, nunc operando, nunc psallendo. His namque mo-
„ dis libenter audio vocem tuam: & vt ampliùs sapienter & sollicitè
„ id facias, ecce dico tibi; *amici auscultant*, etiam illi, quos non vides
„ corporalibus oculis, sancti scilicet Angeli, iuxta illud; *in conspectu*
a Psal. 137. v. 1. „ *Angelorum psallam tibi* [a].]

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 5. Beuerini. „ BEVERIVS HONORIVS; CHRISTVS ad virginem *Qua habitas* (ait) *in hortis*, id est, iam ô mater ab vtroque populo coleris: *amici auscultant*, id est, quique electi te imitantes mihi obediunt; *nunc fac me audire vocem tuam*: id est, quid ampliùs desideres.]

Alanus. „ ALANVS; *Qua habitas in hortis*: in horto Ecclesiæ corporaliter: & horto virtutum germinantium in vitam æternã spiritualiter: in horto qui CHRISTVS est, per amorem: in horto vitæ æternæ, per spem, consequenter habitatura per speciem. *Fac me audire vocem tuam*, id est, ad me dirige preces de quacunque tribulatione, vt eas impleam, quia inordinatè orare non potes.]

Guilbertus. „ More suo copiosiùs hoc etiam loco disserit GVILHELMVS; In calce, inquit, sacri carminis cœlestis sponsus præclarè insinuat, quantum fauoris & honoris impendat piæ matri, in æternis secum deliciis accubanti: ne quis fortè cunctetur eius se meritis commendare, eius suffragia postulare, tanquam illi sit aliquid apud filium difficile impetratu. Multùm ait iam, ô pia mater, cantauimus, multam in alterutrum suauitatem eructauimus, & suauitate carminis nostri sanctos etiam oblectauimus Angelos, audierunt & delectatæ sunt Reginæ, concubinæ, & adolescentulæ. *Qua habitas in hortis* cœlestibus, quæ mecũ accubas in amœnitate semper virẽtis paradisi; fiducialiter apud me pro quibuscumque volueris intercede: non enim possum obliuisci me filium, vt matri quicquam denegandum putem.

Christus matrem pro quibuscunque rogare iubet.

Quos

„ Quos mihi orando commendas, nullatenùs deseras, donec paullatim
„ proficientibus impetrando gratiam perfectionis, *facias me* in illis *au-*
„ *dire vocem tuam*, id est, facias illos ex puris cordibus in meis auribus
„ dicere illud, quod tu olim perfecta charitate mihi dixisti [a]; *Fuge di-* a Cant. 2. v.
„ *lecte mi & assimilare capreæ hinnulóque ceruorum super montes aroma-* vlt. paucis mu-
„ *tum*, fac me audire ab his, quos mihi commendas, vocem tuam, vo- tatis.
„ cem istam, id est, tam fiducialiter, tam instanter, & tam efficaciter in-
„ tercede pro eis, vt prouectiorr tandem charitate diffusa in cordibus
„ eorum per Spiritum sanctum, tædeat eos iam nosse me secundùm
„ carnem, & dicant, *Fuge dilecte mi. Fac me* in illis *audire vocem tuam.*
„ Ecce enim *amici auscultant*, id est, sancti Angeli vocem illam tuam de-
„ cordibus piorum audire desiderant. Nam quia amici sunt, familiare
„ habent, non tantùm cooperari, sed etiam congratulari profectui pio-
„ rum, atque illis grata & suauis est vox profectus illorum.

„ Sanè sciendum est piæ matri, & antequam habitaret in hortis, id
„ est, in æternæ amœnitatis deliciis accubaret, bis dictum à sponso cœ-
„ lesti, *fac me audire vocem tuam*, amicis nimirum auscultantibus. Cùm
„ enim iam instaret plenitudo temporis, quo Dei filius hostiam recon-
„ ciliationis humanæ suo tempore immolandam de carne virginis su-
„ meret, voluit ea nescient vel inuita hoc facere, sed ad hoc dignatus
„ est eius petere atque exspectare assensum. Præmisit ergo Angelum
„ præcipuæ dignitatis, qui *sacramentum à sæculis absconditum* [b] electę b Ephes. 3.
„ virgini nunciaret, & fidelem eius assensum, nulla verborum asperita- v. 5.
„ te extorqueret, sed quo liber & hilaris esset, blandè molliterque eli-
„ ceret. præmisit inquam Angelum, per quem ei diceret, vt mecum suo
„ tempore præclarè in hortis habites, *fac me audire vocem* assensus tui.
„ En amici hominum sancti Angeli vocem assentientis inhianter ex-
„ spectant, scientes sine assensu tuo non posse hominum prouenire sa-
„ lutem, quam multùm desiderant: vt ergo tam bonos, tam dulces ho-
„ minum amicos, & tam intentè auscultantes, qui nullatenùs fraudari
„ debent, exspectata voce lætifices; Dic, quod dictura es; dic, dic, & in-
„ choa carmen nostrum amatorium, quod oportet inchoari in OSCV-
„ LETVR me, & finiri in FVGE DILECTE MI: Tunc illa per fidem
„ diuino mysterio deuotũ & hilarem præbens assensum, ad colloquen-
„ tem Angelum inquit c; *Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum* c Luc. 1. v.
„ *tuum*. incarnetur ex me VERBVM, eo ipso mihi imprimens suauissi- 38.
„ mum suæ gratiæ osculum. Incarnetur ex me VERBVM, atque ità
„ OSCVLETVR ME OSCVLO ORIS SVI secundùm verbũ tuum.
„ Nempe ab eodem sponso cœlesti felicissimè me osculandã polliceris,
„ *Spiritus sanctus*, inquiens, *superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit*
„ *tibi* [d]. Itaq; *fiat mihi secundũ verbũ tuũ, & osculetur me osculo oris sui.* Et d Ibid. 35.
„ ecce hoc est caput carminis nostri amatorij. Planè hæc erat vox quam
„ sponsus per Angelum expetebat; *fac me*, inquiens, *audire vocem tuam.*

„ Item consummato opere redemptionis humanæ per sanguinem
„ sponsi, & instante iam hora, vt transiret ex hoc mundo ad Patrem,
„ erat pia mater cum sanctis Apostolis; qui quia rudes erant, simpliciter
„ nouerant

Universidad de Deusto
Biblioteca

» nouerant secundùm carnem CHRISTVM, & corporalem eius præ-
» sentiam plus iusto amantes, minùs capaces spiritus erant. Denique
» durus eis sermo videbatur, cùm diceret eis; *vado ad eũ qui misit me* [a],
» & quamuis iste rationem redderet; *Si enim*, inquiens, *non abiero, para-*
» *cletus non veniet ad vos*; lactentibus tamen animis satisfactio non erat.
» Itaque sponsum quanto poterant affectu, retentabant, ne iret ad Pa-
» trem; porrò amici hominum Angeli sancti dominum suum olim
» pro salute humani generis à Patre emissum, fœliciter consummato,
» propter quod emissus erat negotio, ad Patrem cum triumpho reuer-
» tiatque in cœlis consistere cupiebant, scientes quòd hominibus hoc
» expediret: quia eo non subtracto paracletus nõ veniret. Angeli igi-
» tur & Apostoli contrariis quodammodo voluntatibus ebullibant.
» Erat voluntas Angelorum fortior, quia iustior; sed voluntas Apo-
» stolorum fauorem piæ matris ex parte habere videbatur. Nempe illa
» rudes discipulos tenere diligens, quamuis sciret quid eis expediret,
» eorum tamen infirmitati maternè ad modicum condescendebat, nec
» dabat filio licentiam abeundi. Qui enim cum eius assensu a Patre
» olim exierat, præter eius assensum ad patrem reuerti nolebat: & quo-
» niam exiturus à Patre per Angelum eam salutauerat, in suo ad Pa-
» trem reditu insalutatam relinquere minùs filiale iudicabat. Denique
» aiebat ei, Quid me retentas, ô pia mater, ne me recipiam in dexte-
» ram Patris, ne me recipiam in hortos illos cœlestes, vbi habites me-
» cum, & perennibus deliciis affluas? scio quòd tenera charitate rudes
» meos discipulos diligas: sed attende quid amici Angeli optent, atque
» exspectent; qui profectò norunt, quòd re inuita nolim reuerti ad pa-
» trem. *Quia* ergo *amici auscultant*, dic quod dictura es: *fac me audire*
» *vocem tuam*, id est, da filio ad Patrem redeundi licentiam. Non enim
» minus intentè nunc auscultant, vt à te audiant: *Fuge dilecte mi*: quàm
» olim auscultabant vt te audirent dicentem, *osculetur me osculo oris sui*.
» Nec minus intentè nunc auscultant, vt te audiant, quo carmen no-
» strum amatorium terminetur, quàm olim auscultabant, vt audirent,
» quo inchoaretur. Hactenus ille; accommodatiùs ad piè meditãdum,
» quàm ad explicãdam in scholis aut pulpitis germanam loci interpre-
» tationem, & seriem Cantici Canticorum.

Angeli & Apostoli quodammodo cõtrarij.

Hailgrinus.

» Rectiùs exponit HAILGRINVS: In fine (ait) huius operis, in hoc
» CHRISTVS verba cõcludit, assignat siquidem matri officium, quod
» gerat in patria, dicens, ô tu dilecta mea, quæ habitas in hortis gratia-
» rum & virtutum, *fac me audire vocem tuam* in precibus. Sonet vox
» tua in auribus meis, quia *amici*, scilicet Angeli *auscultant*, vt quod à
» me petieris statim officioso perãgant ministerio. Beata autem virgo
» libenter obsecundans filio, & tanquam gaudens de in-
» iuncto tali officio statim assurgit ad preces
» dicens, *Fuge*, &c. vt
sequitur.

ANA

ANAGOGE.

§. 5. *Honorius.*

HONORIVS; Iuxta Anagogen amica *in hortis habitat*, quando Ecclesia in Paradiso tripudiat. Addit interpretationem altetius lectionis, cuius solus ipse meminit; nempe, *Quæ habitas in portis*, & multa de porta vitæ & mortis disserit; quæ prætereo, quia lectio illa reiicienda est, ignora Hebræo fonti, & interpretibus Græcis LXX. Aquil. Symmach. Theodotioni; & omnibus quod sciam Patribus, nec in vllis reperitur quos viderim Latinis codicibus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

SECT. X.

SECTIO X.

	VVLG. EDIT.	EDIT. LXX.
Vers. vlt.	" Fuge dilecte mi, & assimi-	*Fuge fraterne mi, & similis esto*
	" lare capreæ hinnulóque	*capreolæ aut hinnulo ceruo-*
	" ceruorum super montes	*rum super montes aroma-*
	" aromatum.	*tum.*

LITTERA.

§. 1 VOX SPONSÆ.

CORRVMPIT in fine Paraphrastes Poëta, qui introducit sponsam hoc loco petentem à sponso, vt cùm discesserit, promissum sibi capreolum, vel ceruum mittere ne omittat. Professus ille sensum litteralem nobis exhibere, de suo nihil rerum addere debuit, quarum in contextu nulla, nec in Hebræo fonte, nec in vulgata, nec apud LXX. vel Chaldæum Metaphrastem, vel veterum recentiorúmve interpretum vllum, mentio reperitur. Si sensu mystico ad promissum spiritum consolatorem respexit: nouum est, Spiritum sanctum cerui vel capreoli nomine insignire. Nec hic de mittendis, sed imitandis huiusmodi animantibus sermo est.

Explicat sponsa desiderium suum. Nec ego video, ait, cur peractis quæ iussisti, diutiùs hic moremur. flagro desiderio te penitùs fruendi. proripe te, & me tecum rape, qua celeritate capreæ & hinnuli diffugiunt. rape me ad suauissimos illos montes aromatum. Dum ait, *fuge*, significat se subsecuturam. finit enim vota, vt inchoarat capit. 1. vers. 4. dicens; *Trahe me: post te curremus in odorem vnguentorum tuorum.*

SENSVS VERBORVM. a Phil. Iust. Cassiod. Angel. Vatabl. & Guilbel. & Alan. Insulensis.

Duæ sunt hoc loco explicationes Historicæ; prior de ascensu CHRISTI Domini in cœlum, quæ multorum Patrum est a, sed videntur ad contextûs seriem minùs attendisse: posterior de secundo Domini aduentu, quando iudicij vniuersalis sententia illa cunctæ carni

carni lata, iustos secum in cœlum assumet. ita censent Theodoretus, Honorius, & Anonymus collegij nostri M.S. & Episcopus Christopolitanus, & Aponius quoque, his verbis; In persona Ecclesiæ, ea quæ agenda sunt, dum finem acceperit mundus, exponit Spiritus sanctus. hæc ergo sponsa vocatur ad gloriam resurrectionis, &c. ex recentior. nobiscum sentiunt Nannius, Luisius & Osorius. Confirmant illi, qui de particularis sponsæ vltima resurrectione, & in cœlos ascensione Patres acceperunt sensu anagogico, vt D. Ambros. *d. cap. 5.* & D. Bernard. *serm. 9. super Psal. qui habitat.* Aponius.

Cum verò vult in *fugiendo similem esse capreæ, hinnulóque ceruorum.* primò vult, vt sicut caprea salutares herbas à noxiis segregat, sic eam ipse ab hostibus secernat, & amicos sibi in nuptiis Agni aggreget: & sicut hinnulus velociter ex æstu in vmbrâ accurrit, sic ipsam velociter in palatium regale, & in cœli montes ex hac lacrymarũ valle perducat. (sic Honorius) secundò vult non esse similem vulpi vel lupo; qui, vt sibi fuga consulant catulos deserunt; sed capreæ & hinnulo, qui secum fugâ teneros suos fœtus eripiunt, & si nequeant secum eripere, soli cadere detrectant (sic Episc. Christopolitan. hic) quod elegantissimè plurimis versibus describitur ab Oppiano lib. 2. Cynegeticorum, lege. non pœnitebit.

MONTES AROMATVM.] fortè D. Bernard. lapsus memoria, cùm ciuit, *montes Bethel.* Sym. vertit *montes ἀδοσμάτων, suauitatum*; sunt autem sedes Angelorum, & Beatorum cœli ciuium mansiones. Huc sponsa petit de istius mundi fœtu inis celeriter transferri. Tecum (ait) strenuè laboraui, pugnatum sat est, rude dona patriæ restituo, bonum certamen pugnaui, cursum consummaui, cedo iustitiæ coronam, *corpus humilitatis nostræ transfiguratum claritati corporis tui reformans* a, vita induat immortali, & cœlesti luce circumfunde. Volo tecum effugere, ardeo euolare ex his angustiis, & in palatiis illis tuis omni suauitate & fragrantia delibutis, tibi cum sodalibus tuis perpetuum ALLELVIA concinere. Gratissima hæc vox sponso, eiúsque amicis: ideò nobis ex animo sapissimè vsurpanda & iteranda, vt finalis retributio, plurimorum de diuina prouidentia querelis, anxietari, vel perfidiæ, finem imponat; vt detersa fuco, probi ab improbis, laudabiles ab illaudatis, stulti à sapientibus, hostes Dei ab amicis eius tandem dignoscantur; &, accisæ Dominica Passione, regni diaboli vires penitùs succidantur; vt Angelorum ruinæ restaurentur; Desque regnum adueniat, & hominum nullo superstite, qui displicere Deo vel rebellare audeat, cuncti diuinæ ditioni planè subiiciantur. Nos quoque tandem in cœlis, his grumnosis temporibus & locis absoluti, secuti Deum facie ad faciem videamus. AMEN.

a Phil. 3. v. 21.

* * *

Universidad de Deusto
Biblioteca

TROPOLOGIA.

§. 3. *Honorius.*

HONORIVS; Facit vocem suam audiri, quando non lucri causa, sed tantùm pro Deo de æterna vita proximis prædicat: item quando non terrena, sed æterna postulat.]

Philo.

Possumus etiam hunc extremum Cantici sermonem (ait PHILO) ad fidelem quemque referre, vt omnis qui audit, atque intelligit, peccatum fugiat, iuxta illud; *Tanquam à facie serpentis peccatum fuge* [a]. propterea & *caprea assimilare* dicit, vt qui peracutè cernit oculo spiritus ac legis, quæ fugienda sunt & quæ sequenda; is diligentissimè caueat, ne capiatur à venatoribus, spiritibus nequitiæ, qui innumerabiles laqueos captandæ animæ assiduè tendunt (caprea δορκὰς dicitur à visûs acumine.) Sic autem fugiens perueniat auditor salutarium monitorum & factor *ad montes aromatum*, hoc est, ad altissima omnia, atque sublimia iustorum exempla imitanda mentem aduertat, seque totum ad Dei optimi maximi legem componat, ac firmet *ceruorum* naturam imitatus; qui serpentes è cauernis eruunt, & vorant, & hinnulos suos sagaciter docent laqueos venatorum euitare. Vt si laqueum concupiscentiæ tibi proponat iniquus hostis per lasciuam fœminã (quam quidem nõ videre prima victoria est, secunda nõ alloqui, tertia non attingere. Nam si facies fœminea aculeus est peccati, quid erit alloquium & tactus?) tu contrà ad illum arduum continentiæ montẽ, Ioseph scilicet te conuertas, eiusque castitatem recorderis, & temperantiam, tèque serues illæsum. tunc enim *dorcas* eris & *ceruus*, cùm huiusmodi laqueos declinaris & serpentes occideris. Et si sceleris alicuius, vt iræ, vt vindictæ, cupiditatem ingesserit; tu contrà ad illius Dauid mansuetudinem, mitissimum clementiæ collem, & aromatum benè fragrantem cumulum, cogitationem reuoca; qui Saul socerum ac Regem, à quo quotidie appetebatur ad mortem, cùm posset occidere, vlcisci noluit, sed clementissimè ignouit. Simus ergo montes aromatum, hoc est, odoramenta virtutum, &c.

[a] *Eccl. 21. v. 2.*

Cauere concupiscentiæ alas fœmina.

Ambrosius.

D. AMBROSIVS, *de bono mortis cap. 5.* Hortatur vt fugiat sponsus, quia iam sequi potest etiam ipsa terrena fugientem. Dicit autem vt similis sit damulæ, quæ euadit de retibus. Vult enim & ipsa fugere, & euolare supra mundum. Hinc hortum illum sibi Plato composuit, quem Iouis hortum alibi, alibi mentis hortum appellauit. Iouem enim & Deum & mentem totius mundi dixit. In hunc introisse animam, quam Venerem nuncupat, vt se abundantia & diuitiis horti repleret; in quo repletus potu iaceret Porus, qui nectar effunderet. Hoc igitur ex libro Canticorum composuit, eo quòd anima Deo adhærens, in hortum mentis ingressa sit, in quo esset abundantia diuersarum virtutum, floresque sermonum.]

In Sympos. Plato ex hoc cantico quid acceperit.

Rupertus.

RVPERTVS; *Fuge dilecte mi.* ô vocẽ dignã auditu dilecti, vocem de corde fideli & mente humili. *Non sum* digna *vt intres sub tectum meum;*

meum [a]; vt in me ostendas frequens aliquod præsentiæ, vel visitationis tuæ miraculum. Non quæro in præsenti vita gloriam, sed desidero gratiam; non quæro charitatẽ miraculorũ, sed opto remissionem peccatorum. hos potentiæ tuæ saltus non fac super me, sed *super montes aromatum*, super præcelsa merita sanctorum. *Fuge* etiam. quia incomprehensibilis es, nec nobis expedit, vt dum viuimus, nos comprehendisse arbitremur, sed vt sequamur semper, vt tandem comprehendamus.]

[a] *Matt. 8. v. 8.*

MIXTA INTERPRETATIO, SEV DE DEIPARA.

§. 4. *Guilhelmus.*

GVILHELMVS qui refert ad Ascensionem Dominicam; de Deipara loquens ait; Illa verò nil cunctata; quia, fili, expedit mihi & tuis, vt vadas, nolo lentè vadas, sed *fuge dilecte* mi, & fugiendo *assimilare caprea hinnuloque ceruorum*, hoc est, non tantùm celeri, sed & hilari fuga Paracletum citò missurus, qui doceat tuos omnẽ veritatem, meque ad tuas epulas citò translaturus, fuge *super montes aromatum*: sub quibus * carmen suscepisti, ascende in dexteram Patris super omnem Angelicum principatum, Sancti Angeli *montes* sunt. montes, quia sublimes & solidi: sublimes natura, solidi gratia: sublimes ex creatione, solidi ex amoris ad creatorem conuersione. Quippe sublimes, & non solidi creati sunt: quod inde planum est, quia quidam per superbiam cecidere, aliisque stantibus, & conuersione effectis montibus Dei, montibus aromatum; illi facti sunt valles miseriæ & tenebrarum, in quibus *vmbra mortis & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat* [b]. Angeli igitur non solidi, sed creati sunt solidandi ad perpetuitatem beatitudinis per gratiam conuersionis, vel perpetuã depressione damnandi per culpam auersionis. Denique sancti Angeli tunc demum *montes* effecti sunt, cùm creatori suo per amorem adhærere cœperunt, nempe tunc in ipsis soliditas sublimitati accessit. Tunc primùm effecti sunt *montes aromatum* propter ineffabiles quibus perpetuò fruuntur delicias internæ suauitatis ex contemplatione summæ Trinitatis.

* corr. carnem.

[b] *Iob. 10. v. 12.*

Fuge, inquit, *dilecte mi*, ascendendo in cœlum, & sedendo à dextris Dei supergredere omnem excellentiam Angelorum, sub quibus carnem accepisti, secundùm illud, *Minuisti eum paullo minus ab Angelis* [c]. Ecce iam gratã amicis auscultãtibus feci te audire vocẽ meam. Ecce iam fugis dilecte mi, & salutata, vt decebat, matre, redis ad

[c] *Ps. 8. v. 6.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

» patrem. vísne adhuc carmen nostrum finiri? Non ait. priùs enim me-
» cum debes habitare in hortis, in æternis mecum accubare deliciis:
» ibíque mihi quantò familiariùs, tantò & efficaciùs commendare plu-
» rimos; donec & ipsi dicant, *Fuge dilecte mi*, & sic carmen finiatur.
» Itaque fugit dilectus *super montes aromatum*, ascendit super cœlos
» cœlorum. Deinde piam matrem ad se de terris euocans fecit eam se-
» cũ habitare in hortis: & illic illi blandiens, *fac me*, inquit, *audire vocem*
» *tuam*, illam scilicet, *Fuge dilecte mi*; fac me illam audire in iis, quos mi-
» hi orando commendas: eos quibus cœpisti suffragari, non cesses mihi
» commendare, donec illis tantam à me gratiam impetres, vt lactis
» perta si solidum cibum esurianr, méque expellant dicentes, *fuge dile-*
» *cte mi*. nam etsi nouimus te secundùm carnem, sed non vlteriùs ita te
a Prou. 1.v. 22. » nosse volumus. Audiãt interea illud Salomonis; *vsquequo paruuli di-*
» *ligitis infantiam*? & timeant illud propheticum, *Puer centum anno-*
b Isai. 61.v. 20. » *rum morietur* [b]. pudeat illos tamdiu lacte nutriri. Sciendum autem
» quòd sponsus plerumque præproperè & præmaturè fugatur, & ante
» tempus dicitur ei *fuge*. Quippe tempus manendi sponso, & tempus
c Luc. 24.v. 29. » fugiendi: tempus dicendi ei, *mane nobiscum Domine* [c]; & tempus di-
» cendi ei, *fuge dilecte mi*: tempus dimittendi eum, & tempus dicendi
d Gen. 32.v. 26. » ei, *non dimittam te nisi benedixeris mihi* [d], nisi auxeris incrementa fru-
» gum iustitiæ meæ, vt suo tempore dimittam te. Denique adhuc plu-
» rimi implumes volare contendunt, priusquàm grandescant euacuare
» volunt, quæ sunt paruulorum, erubescunt sapere, & loqui vt paruuli
e Psal. 130. v. 2. » volentes *ambulare in magnis, & mirabilibus super se* [e]. Hi præproperè
» fugant sponsum, & dicunt ei, *Fuge* præmaturè, fugatus autem à tali-
» bus non mittit Paracletum. Solidus enim cibus non conuenit ante
» tempus ablactatis, & vinum nouum non congruit vtribus minùs in-
» nouatis. Innouentur vtres, grandescant paruuli, & sic demùm opor-
» tunè dicetur, *fuge dilecte mi*.
» Igitur cùm pia mater eos, quos piè inuat vberioribus suffragiis,
» eò vsq; prouehit, vt paulatim euacuatis, quæ erant paruulorũ oppor-
» tunè æmulentur charismata meliora, tunc proculdubiò ex eorũ cor-
» dibus spõsum IESVM & amicos Angelos facit audire vocẽ suam. Et
» sic carmen hoc amatorium cœptum in *Osculetur me*, terminat in *Fuge*
» *dilecte mi*.] Hactenus ille accommodans sacræ scripturæ sensum piæ
contemplationi & menti animi sui, non autem litteræ inhærentem.

Rupertus. De montibus aromatum egregiè differit RVPERTVS in hũc mo-
(Iob 5.v.1.) » dum; Montes esse sanctos; & de iis dictum Iobo; *Voca ergo si est, qui*
» *respondeat tibi, & ad aliquem sanctorum conuertere* [f]. Ad quem igitur
» vestrũm conuertemur ô montes aromatum? in quo ex omnibus vo-
» bis fugientem dilectum citiùs consequemur, & comprehendemus? ô
» beata MARIA, virgo virginum, mons montium, sancta sanctorum,
» ad omnes quidem conuertimur *montes aromatum*, & vocamus, vt re-
» spondeant nobis. Et hoc est, quod vnusquisque nostrũm dicit: *Le-*
g Psal. 120. v. 1. » *uaui* [g] *oculos meos in montes Vnde veniet auxilium mihi*? Sed ad te præci-
» puè conuertimur, ad te præsertim oculos nostros leuamus, tuum præ
omnibus

omnibus auxilium suspiramus. Per sanctum vteri tui Sacramentum, &
illum, qui animam tuam pertransiuit gladium, obtine, vt videa-
mus ipsam illuminationem montium æternorum; scilicet dilectum,
& ex dilecto dilectum, & simul dilectionem amborum, id est, PA-
TREM & FILIVM & SPIRITVM SANCTVM, Deum vnum,
viuum & verum, cuius regnum & imperium permanet in sæculum
sæculorum AMEN.]

ANAGOGE.

B. BERNARDVS, *serm. 9. in Psal. qui habitat*; Ceterũ quod
dicit: *Tu es domine spes mea*, fortè amplius aliquid sonat
& sublimius, quod videlicet non modò in eo speret, sed
eum. Conuenientiùs siquidem spes nostra dicitur quod
speramus, quàm in quo speramus. Sunt autem fortè non-
nulli, qui à Domino obtinere temporalia seu spiritualia quælibet
concupiscunt: sed perfecta charitas solùm sitit, quod summum est,
tota desiderij vehementia clamans, [a] *Quid enim mihi est in cœlo, & à*
te quid volui super terram? Deus cordis mei & pars mea Deus in æternum.
Pulchrè nobis vtrũq; paucis verbis hodie Ieremię lectio cõmẽdauit;
Bonus es Domine sperantibus in te, animæ quærenti te [b]! Vbi sanè & ipsam
numeri discretionem prudenter aduerte, quòd sperantes quidem in
eo pluraliter dixerit, quod hoc videatur commune multorum; quæ-
rentem verò eum singulariter, quòd singularis sit puritatis, singularis
gratiæ, singularis perfectionis, non modò nil sperare, nisi ab eo, sed
nihil quærere nisi eum. Quod si bonus illis, quantò magis isti? Meri-
tò proinde quærenti illum animæ respondetur, *Altissimum posuisti*
refugium tuum *. Neque enim sic Deum sitiens anima, aut cum Pe-
tro [c] ei in terreno monte facere tabernaculum; aut cum Maria eum
deinceps tangere [d] vult in terra: sed planè clamat, *Fuge dilecte mi,*
assimilare caprea hinnulóque ceruorum super montes Bethel. Audiuit
enim dicentem: *Si diligeretis me, gauderetis vtique: quia vado ad patrem,*
quia pater maior me est [e]. Audiuit dicentem, *Noli me tangere, nondum*
enim ascendi ad patrem [f]. Et cœlestis iam non ignara consilij clamat
cum Apostolo; *Etsi cognouimus* CHRISTVM *secundùm carnem, sed*
nunc iam non nouimus [g].

§. 5. Bernardus.
" *Spes nostra potius est quod speramus, quàm in quo speramus.*
a Psal. 72.v. 25.
b Thren. 3.v. 25.
* Psal. 90. v. 9.
c Matth. 17. v. 4.
d Ioan. 20.v. 17.
e Ioan. 14.v. 28.
f Ioan. 20. v. 17.
g 2. Cor. 5.v. 16.

Super montes (inquit) Bethel: super omnem videlicet potestatem & principatum, super Angelos & Archangelos, Cherubim quo-
que & Seraphim. Neque enim alij sunt *montes Dei*, quod sonat *Be-
thel*: planè in dextera Patris, vbi iam non sit pater maior eo in dextera
altissimi coaltissimum apprehendere concupiscens. *Hæc* enim *est vita*
æterna, fratres, *vt patrem cognoscamus verum Deum*, sed *& quem misit*
IESVM CHRISTVM [h] verum nihilominùs & vnum cum eo Deum
benedictum in sæcula AMEN.]

h Ioan. 17.v. 3.

HONORIVS denique sic scribit: Dilectus à malis fugit, cùm spon-
" Honorius.

Universidad de Deusto
Biblioteca

» sam suam de ærumnis mundi ad gaudia cœli ducit. *Capreæ similis* erit, » cùm electos à reprobis, vt grana à paleis, seliget. *Hinnulo* similis erit, » cum in sanctis, vt hinnulus in vmbra, requiesceet. Tunc verò erit *super* » *montes aromatum*, quando regnabit super altitudinem Angelorum » & hominum, in quibus fragrat odor virtutum. Vel ipsa caprea cum » hinnulo erit *super montes aromatum*, quando Ecclesia cum populo fi- » delium *possidebit portas inimicorum suorum*, scilicet cùm hæreditabit » loca Apostatarum Angelorum. Ecce quod istud carmen est dedu- » ctum, quod humanum genus lapsum deduxit ante Dei conspe- » ctum.]

Spiritui sancto compositori & expositori totius operis sit laus, honor & Gratiarum actio: DEIPARÆ quoque MARIÆ, gratias ago, quæ dignata fuit à seruulo vili laudes suas, ex deuotis eius amicorum libris, in vnũ quasi sertum flosculos varios, colligari. Illis laudem, si quid placebit; mihi veniam erratorum pie & beneuole lector, mercedem posco. Cuncta verò qualiacumque sint, S.A.C. Romanæ Ecclesiæ iudicio subiicio.

Absolui Louanij XIII. KAL. MARTIAS, Anno supra Millesimum sexcentesimo.
Recensui GRÆCII, Anno
cIↃ. IↃ. CII.

Finito libro sit laus & gloria CHRISTO.

DEI-

INDEX

CAPITVM ET SECTIONVM, HVIVS COMMENTARII.

***

ISAGOGE.

Cap. 1. sect. 1. *De libri Auctore & Libri esse S. Scripturæ Canonicum.* pag. II.
2. *De inscriptione libri.* III.
3. *De pœnitentia Salomonis.* III.
4. *Quo tempore hoc opus conscriptum.* XXIII.
Cap. 2. *Quis huius libri scopus & finis.* XXIV.
3. *De materia huius operis.* XXVI.
4. *De forma huius operis.* XXXI.
5. *De Interpretibus, quorum vsi & adiuti scriptis sumus.* XLI.

CANTICVM CANTICORUM Salomonis.

Cap. 1. Sect. 1. vers. 1. 2. 3. &c. vsque ad 7.

Proœmium. 1
Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, &c. vsque ad:
Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

COMMENTARIVS.

Littera. 6
Tropologia. 21
Mixta interpretatio, quæ est de B. Virgine. 27
Anagoge. 40
Sect. 2. vers. 8. 9. 10. & 11.
Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, &c. vsque ad:
Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.
Littera. 43
Tropologia. 52
Mixta interpretatio, de B. Virgine Deipara. 56
Anagoge. 63
Sect. 3. vers. 12. 13. & 14.
Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.
Littera 65
Tropologia. 72
De Deipara Virgine, interpretatio mixta. 73
Anagoge. 78

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sect. 4. vers. 15.
Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui colúbarum.
Littera. 79
Tropologia. 81
Mixta interpretatio, seu de Deipara Maria. 82
Anagoge. 84
Sect. 5. vers. 16. & 17.
Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrarum cedrina, laquearia nostra cypressina.
Littera. 85
Tropologia. 90
Mixta interpretatio, de Deipara Virgine. 91
Anagoge. 94

Cap. 2. Sect. 1. vers. 1 & 2.
Ego flos campi, & lilium conuallium. Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.
Littera. 96
Tropologia. 99
Mixta interpretatio, de Deipara. 100
Anagoge. 101
Sect. 2. vers. 3. 4. 5. & 6.
Sicut malus inter ligna syluarum, sic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem desideraueram, sedi, & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, stipate me malis: quia amore langueo. Laeua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
Littera. 102
Tropologia. 109
Mixta interpretatio de Deipara. 112
Anagoge. 117
Sect. 3. vers. 7.
Adiuro vos filiæ Hierusalem, per capreas cerui, siue camporum, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam quoadusque ipsa velit.
Littera. 118
Tropologia. 120
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 121
Anagoge. 123
Sect. 4. vers. 8. & 9.
Vox dilecti mei, ecce iste venit saliens in montibus, transiliens colles. Similis est dilectus meus capreæ hinnuloq; cernorum. En ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.
Littera. 124
Tropologia. 128
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 129
Anagoge. 133
Vers. 10.
En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni.
Littera. 134
Tropologia. 136
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 138
Anagoge. 139
Vers. 11. 12. 13. & 14.
Iam enim hyems transiit, imber abiit, & recessit. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis aduenit. Vox turturis audita est in terra nostra: ficus protulit grossos suos: vineæ florentes dederunt odorem suum. Surge amica mea, speciosa mea, & veni: colúba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, ostende mihi faciē tuam, sonet vox tua in auribus meis: Vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
Littera. 140
Tropologia. 147
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 152
Anagoge. 158
Vers. 15.

Capite

Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea nostra floruit.
Littera. 160
Tropologia. 164
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 165
Anagoge. 167
Vers. 16. & 17.
Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia: donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Reuertere: similis esto, dilecte mi, capreæ, hinnulóque cernorum, super montes Bether.
Littera. 168
Tropologia. 171
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 172
Anagoge. 175

Cap. 3. Sect. 1. vers. 1.
In lectulo meo per noctes quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni.
Littera. 176
Tropologia. 178
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 179
Anagogia. 181
Vers. 2. 3. & 4.
Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui custodiunt ciuitatem: Num quē diligit anima mea, vidistis? Paululū cum pertransissem eos, inueni quem diligit anima mea: tenui eum: nec dimittā, donec introducā in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.
Littera. 182
Tropologia. 185
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 186
Anagoge. 191
Sect. 2. vers. 5.
Adiuro vos filiæ Hierusalem, per capreas cerui, siue camporum, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
Littera. 192
Tropologia. 193
Mixta interpretatio, seu de B. Virgine. ibid.
Anagoge. 195
Sect. 3. vers. 6.
Quæ est ista quæ ascendit per desertum, sicut virgula fumi, ex aromatibus myrrha & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij?
Littera. 196
Tropologia. 198
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 199
Anagoge. 202
Sect. 4. vers. 7. & 8.
En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël: Omnes tenantes gladios, & ad bella doctissimi: vniuscuiusque ensis super femur suum, propter timores nocturnos.
Littera. 203
Tropologia. 208
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 209
Anagoge. 212
Vers. 9. & 10.
Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani; Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum: media charitate constrauit propter filias Hierusalem.
Littera. 213
Tropologia. 216
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 217
Anagoge. 221
Vers. 11.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Egredimini & videte filiæ Sion Regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater sua in die desponsationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.
Littera. 222
Tropologia. 224
Mixta interpretatio, seu de Deipara. ead.
Anagoge. 226

Cap.4. Sect.1.vers.1.
Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es? oculi tui columbarum, absq; eo quod intrinsecus latet. Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.
littera. 227
Tropologia. 230
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 231
Anagoge. 233
Vers.2.
Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas.
Littera. 235
Tropologia. 237
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 238
Anagoge. 239
Vers.3.
Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita gena tua, absque eo quod intrinsecus latet.
Littera. 241
Tropologia. 245
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 246
Anagoge. 247
Vers.4.
Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.
Littera. 248
Tropologia. 251
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 252
Anagoge. 254
Vers.5. & 6.
Duo vbera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.
Littera. 255
Tropologia. 258
Mixta interpretatio, seu de Deipara Virgine. 259
Anagoge. 261
Vers.7.
Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te.
Littera. 262
Tropologia. 262
Mixta interpretatio, siue de B. Virgine Deipara. 263
Anagoge. 264
Vers.8.
Veni de Libano sponsa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.
Littera. 265
Tropologia. 268
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 269
Anagoge. 271
Vers. 9.
Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa: vulnerasti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui.
Littera. 272
Tropologia. 273
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 274
Anagoge. 276

Vers.10.

Vers.10.
Quàm pulchræ sunt mamma tuæ, soror mea sponsa? pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorũ tuorum super omnia aromata.
Littera. 277
Tropologia. 278
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 279
Anagoge. 280
Vers. 11.
Fauus distillans labia tua sponsa, mel & lac sub lingua tua: & odor vestimentorũ tuorũ, sicut odor thuris.
Littera. 281
Tropologia. 282
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 283
Anagoge. 285
Vers. 12.
Hortus conclusus, soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus.
Littera. 286
Tropologia. 287
Mixta interpretatio, seu de B. Virgine. 288
Anagoge. 291
Vers. 13. & 14.
Emissiones tuæ paradisus malorum punicorum, cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fistula & cinnamomũ, cũ vniuersis lignis Libani, myrrha & aloë cũ omnibus primis vnguentis.
Littera. 292
Tropologia. 297
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 299
Anagoge. 299
Vers. 15.
Fons hortorum puteus aquarum viuentiũ, quæ fluũt impetu de Libano.
Littera. 300
Tropologia. 302
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 302
Anagoge. 305
Vers.16.
Surge Aquilo, & veni Auster, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.
Littera. 306
Tropologia. 310
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 311
Anagoge. 313

Cap.5. Sect.1.vers.1.memb.1.
Veniat dilectus meus in hortũ suum, & comedat fructum pomorum suorum.
Littera. 314
Tropologia. 315
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 316
Anagoge. 317
Sect.2.vers.1.membr.2.
Veni in hortum meũ soror mea sponsa, messui myrrham meã cum aromatibus meis: comedi fauũ meum cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.
Littera. 318
Tropologia. 320
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 321
Anagoge. 325
Sect.3.vers.2.
Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulsantis: Aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia caput meum plenum est rore, & cincinni guttis noctium.
Littera. 326
Tropologia. 329
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 332
Anagoge. 334
Vers.3.
Expoliaui me tunica mea, quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

nduar illas laui pedes meos, quomodo inquinabo illos?
Littera. 335
Tropologia. 336
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 338
Anagoge. 338
Vers. 4.
Dilectus meus misit manũ suam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum eius.
Littera. 339
Tropologia. 341
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 342
Anagoge. 344
Vers. 5.
Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ stillauerunt myrrham, & digiti mei pleni myrrha probatissima.
Littera. 345
Tropologia. 347
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 349
Vers. 6.
Pessulum ostij mei aperui dilecto meo: At ille declinauerat, atque transierat. Anima mea liquefacta est, vt locutus est: quæsiui, & non inueni illum: vocaui, & non respondit mihi.
Littera. 350
Tropologia. 352
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 354
Vers. 7.
Inuenerunt me custodes, qui circumeunt ciuitatem: percusserunt me, & vulnerauerunt me: tulerunt pallium meum mihi custodes murorum.
Littera. 358
Tropologia. 359
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 360
Vers. 8.
Adiuro vos filiæ Hierusalem, si inueneritis dilectum meum, vt nuncietis ei, quia amore langueo.
Littera. 362
Tropologia. 363
Mixta interpretatio, seu de B. Virgine. 364
Sect. 4. Vers. 9.
Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum? qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos.
Littera. 366
Tropologia. 367
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 368
Sect. 5 Vers. 10.
Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.
Littera. 369
Tropologia. 374
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 375
Vers. 11.
Caput eius aurum optimum: coma eius sicut elatæ palmarum, nigra quasi corvus.
Littera. 376
Tropologia. 382
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 385
Anagoge. 385
Vers. 12.
Oculi eius sicut columbæ super riuulos aquarum, quæ lacte sunt lotæ, & residentes iuxta fluenta plenissima.
Littera. 386
Tropologia. 390
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 390
Anagoge. 390
Vers. 13.
Genæ illius sicut areolæ aromatũ consitæ à pigmentariis. Labia illius lilia distillantia myrrham primam.
Littera 391
Tropologia. 393
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 396
Anagoge. 396
Vers. 14.
Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, distinctus Sapphiris.
Littera. 397
Tropologia. 402
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 405
Anagoge. 405
Vers. 15.
Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ sunt super bases aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri.
Littera. 406
Tropologia. 408
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 410
Anagoge. 410
Vers. 16.
Guttur illius suauissimũ, & totus desiderabilis: talis est dilectus meus, & ipse est amicus meus, filiæ Hierusalem.
Littera. 412
Tropologia. 416
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 416
Anagoge. 417
Sect. 6. Vers. 17.
Quo abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quo declinauit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.
Littera. 418
Tropologia. 420
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 421

Cap. 6. Sect. 1. vers. 1
Dilectus meus descendit in hortum suum ad areolam aromatum, vt pascatur in hortis, & lilia colligat.
Littera. 423
Tropologia. 424
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 426
Anagoge. 427
Vers. 2.
Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui pascitur inter lilia.
Littera. 428
Tropologia. 429
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 431
Anagoge. 432
Sect. 2. vers. 3.
Pulchra es amica mea, suauis & decora sicut Hierusalem: terribilis vt castrorum acies ordinata.
Littera. 433
Tropologia. 436
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 438
Anagoge. 441
Vers. 4.
Auerte oculos tuos à me, quia ipsi me auolare fecerunt. Capilli tui sicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.
Littera. 442. & 445
Tropologia. 443. & 446
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 444. & 447
Anagogia. 445. & 448
Vers. 5.
Dentes tui sicut grex ouium, quæ ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis.
Littera. 449
Tropologia. 450
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 451
Anagoge. 451
Vers. 6.
Sicut cortex mali punici, sic gena tua absq; occultis tuis.
Littera. 452

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tropologia. 452
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 453
Anagoge. 455
Vers.7.& 8.
Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adolescentularum nō est numerus. Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suæ. Viderunt eam filiæ, & beatissimam prædicauerūt; reginæ & concubinæ, & laudauerunt eam.
Littera. 456
Tropologia. 459
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 461.
Anagoge. 466
Sect.3.Vers.9.
Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata?
Littera. 467
Tropologia. 469
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 470
Anagoge. 473
Sect.4.Vers.10.
Descendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallium, & inspicerem, si floruisset vinea, & germinassent mala punica.
Littera. 474
Tropologia. 475
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 478
Anagoge. 480
Sect.5.Vers.11.
Nescivi: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab.
Littera. 481
Tropologia. 484
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 485
Anagoge. 485
Sect.6.Vers.12.
Reuertere, Reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.
Littera. 487
Tropologia. 490
Mixta interpretatio, seu de Deip. 491
Anagoge. 492

Cap.7.Sect.1.Vers.1.membr.1.
Quid videbis in Sulamithe, nisi choros castrorum.
Littera. 493
Tropologia. 496
Mixta interpretatio, seu de Deip. 497
Anagoge. 497
Sect.2.Vers.1.membr.2.
Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia Principis?
Littera. 498
Tropologia. 500
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 501
Anagoge. 503
Vers.1.membr.3.
Iunctura femorum tuorum, sicut monilia, quæ fabricata sunt manu artificis.
Littera. 504
Tropologia. 505
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 506.
Anagoge. 508
Vers.2.
Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus sicut acervus tritici, vallatus liliis.
Littera 509
Tropologia. 511
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 512
Anagoge. 516
Sect.3.Vers.3.& 4.membr.1.
Duo vbera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collum tuum, sicut turris eburnea.
Littera. 518

Tro-

Tropologia. 520
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 521
Anagoge. 523
Sect.4.vers.4.memb.2.
Oculi tui sicut piscinæ in Hesebō, quæ sunt in porta filiæ multitudinis.
Littera. 524
Tropologia. 527
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 528
Anagoge. 530
Vers.4.memb.3.
Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum.
Littera. 531
Tropologia. 534
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 534
Vers.5.
Caput tuum vt Carmelus: & coma capitis tui, sicut purpura regis vincta canalibus.
Littera. 536
Tropologia. 539
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 541
Vers.6.
Quàm pulchra es, & quàm decora charissima in deliciis.
Littera. 543
Tropologia. 544
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 544
Anagoge. 545
Sect.5.Vers.7.
Statura tua assimilata est palmæ, & vbera tua botris.
Littera. 546
Tropologia. 548
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 549
Anagoge. 551
Vers.8.
Dixi: Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua, sicut botri vineæ, & odor oris tui, sicut malorum.
Littera. 552
Tropologia. 554
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 555
Anagoge. 559
Sect.6.vers.9.
Guttur tuum sicut vinum optimum; dignum dilecto meo ad potandum, labiisque & dentibus illius ad ruminandum.
Littera. 560
Tropologia. 562
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 563
Anagoge. 564
Sect.7.vers.10.
Ego dilecto meo, & ad me cōuersio eius.
Littera. 565
Tropologia. 566
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 567
Anagoge. 567
Vers.11.
Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis.
Littera. 568
Tropologia. 569
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 570
Anagoge. 571
Sect.8.vers.12.
Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea.
Littera. 572
Tropologia. 574
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 576
Anagoge. 577
Vers.13.
Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Littera. 578
Tropologia. 581
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 584
Anagoge. 586

Cap.8.Sect.1.vers.1.
Quis mihi det te fratrem meum sugentem vbera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat?
Littera. 587
Tropologia. 590
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 591
Anagoge. 593
Vers. 2.
Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum.
Littera. 595
Tropologia. 597
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 598
Anagoge. 600
Vers. 3.
Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.
Littera. 601
Tropologia. 601
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 602
Anagoge. 603
Sect.2.Vers.4.
Adiuro vos filiæ Hierusalem ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam, donec ipsa velit.
Littera. 604
Tropologia. 604
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 605
Anagoge. 606
Sect.3.vers.5.memb.1.
Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, deliciis affluens, innixa super dilectum suum?
Littera. 607
Tropologia. 608
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 609
Anagoge. 611
Sect.4.vers.5.memb.2.
Sub arbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua.
Littera. 612
Tropologia. 614
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 615
Anagoge. 616
Vers.6.
Pone me vt signaculū super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors, dilectio, dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum.
Littera. 617
Tropologia. 620
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 622
Anagoge. 626
Vers. 7.
Aquæ multæ non potuerunt exstinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam pro dilectione, quasi nihil despiciet eam.
Littera. 627
Tropologia. 628
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 631
Anagoge. 633
Sect. 5. vers. 8.
Soror nostra parua, & vbera non habet: quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquenda est?
Littera. 634
Tropologia. 635
Mixta

Mixta interpretatio, seu de Deipara. 637
Anagoge. 639
Sect 6.vers. 9.
Si murus est, ædificemus super eum propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis.
Littera. 640
Tropologia. 641
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 643
Anagoge. 644
Sect.7.vers.10.
Ego murus: & vbera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens.
Littera. 645
Tropologia. 646
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 647
Anagoge. 649
Sect.8.vers.11.& 12.
Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam custodibus: vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius.
Littera. 651
Tropologia. 654
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 656
Anagoge. 659
Sect.9.Vers.13.
Quæ habitas in hortis, amici auscultant: fac me audire vocem tuam.
Littera. 660
Tropologia. 661
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 662
Anagoge. 665
Sect.10.vers.vlt.
Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ, hinnulóque ceruorum super montes aromatum.
Littera. 666
Tropologia. 668
Mixta interpretatio, seu de Deipara. 669
Anagoge. 671

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX LOCORVM S. SCRIPTVRAE, QVI IN HOC COMMENTARIO VEL EXPLICANTVR, VEL ACCOMMODANTVR.

* *
*

NOT. Si quæ sententiæ hîc allatæ, in Editione vulgata non reperiantur: meminerit Lector, secundùm eam interpretationem fuisse allatas, qua vsi sunt Patres, quorum ibi verba citantur.

EX VETERI TESTAMENTO.

Gen.1.v.26.
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. 632

Gen.2.v.9.
Lignũ vitæ in medio paradisi. 289

Gen.2.v.23.
Hoc nunc os ex ossibus meis. 12

Gen.6.v.2.
Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiẽ terræ. 303

Gen.6.v.10.
Fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradisum. 303. 304

Gen.9.v.13.
Ponam arcum meum in nubibus cœli. 545

Gen.17.v.18.
Vtinam Ismaël viuat corã te. 592

Gen.22.v.13.
Vidit Abraham post se arietem inter vepres hærentem cornibus. 100

Gen.27.v.27.
Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. 97

Gen.28.v.11.
Iacob vidit in somnis scalam. 333

Gen.32.v.2.
Castra Dei sunt hæc. 444. 494

Gen.49.v.9.
Ad prædã fili mi ascẽdisti, requiescens accubuisti vt leo. 76. 304

Gen.49.v.26.
Desiderium collium æternorum. 179

Exod.3.v.5.
Solue calceamentum pedum tuorum. 337. 500. 501

Exõd.14.v.25.
Fugiamus Israëlẽ. Dominus enim pugnat pro eis. 61

Exod.24.v.10.
Quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cùm serenum est. 152. 399. 404

Exod.26.v.1.
Cortinæ ex cocco bis tincto. 215

Leuit.11.v.4.
Animal quod non ruminat, immundum habetur. 461

Leuit.21.v.18.
Si paruo, vel grãdi, vel torto naso. 533

Num.11.v.29.
Quis tribuat, vt omnis populus prophetet? 588

Deut.6.v.3.
Dabo vobis terram lacte & melle manantem. 382

Iosu.15.v.19.
Irriguum superius, & irriguum inferius. 530

Iudic.9.v.15.
Exibit ignis, & deuorabit cedros Libani. 411

Iudic.11.v.38.
Virginitatem suam per duos menses fleuit in montibus. 200

Iudic.16.v.13.
Septem crines Samsonis. 275

1.Reg.9.v.2.
Saul electus & bonus. 407

1.Reg.16.v.12.
Erat rufus, & pulcher aspectu, faciéque decora. 272

2.Reg.7.v.14.& 15.
Arguam in virga hominum peccata eius: misericordiam autem meã non auferam ab eo. XVII.

2.Reg.7.v.15.
Quem amoui à facie mea. VII.

2.Regum 7.v.14.
Arguã in virga hominum peccata eius: misericordiam autem meam non auferam ab eo. VII. XVII.

3.Reg.2.v.19.
Surrexit Rex in occursum eius, positusque est thronus matri Regis. 605

3.Reg.11.v.11.
Disrumpens disrumpam regnum tuum. XVII.

3.Reg.11.v.26.
Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid patris sui. 6

3.Reg.11.v.43.
Dormiuitque Salomon cum patribus suis. VIII.

3.Reg.16.v.34.
In primogenito suo fundauit. 44

4.Reg.6.v.16.
Vidit montem plenum equorum & curruum igneorum. 440

4.Reg.21.v.18.
Dormiuitq; Manasses cum patribus suis. VIII.

1.Paral.24.v.4.
In capitibus virorum. 44

Esther 14.v.3.
Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam. 209

Iob.3.v.10.
Non concluserit ostia ventris, qui portauit me. 289

Iob.3.v.26.
Cucurrit aduersus Dominum extento collo. 62

Iob.4.v.18.
Qui habitant domos luteas. 632

Iob.6.v.8.
Et quis det, vt veniat petitio mea? 588

Iob.9.v.30.
Si lotꝰ fuero quasi aquis niuis. 387

Iob.32.v.19.
Venter meus quasi mustum absq; spiraculo. 340

Psal.1.v.1.
Beatus vir, qui non abiit in concilio impiorum. 371

Psal.1.v.3.
Lignum plantatum iuxta decursus

Universidad de Deusto
Biblioteca

aquarum. 105.116
Psal.5.v.4.
Manè astabo tibi. 174
Psal.10.v.2.
Parauerunt sagittas suas in pharetrâ. 164
Psal.11.v.7.
Eloquia Domini, eloquia casta, argentũ igne examinatũ. 215. 643
Psal.15.v.vlt.
Delectationes in dextera tua vsq; in finem. 108
Psal.16.v.9.
Sub vmbra alarum tuarum protege me. 105
Psal.17.v.12.
Tenebrosa aqua in nubibus aëris. 179.381
Psal.17.v.30.
In Deo meo transgrediar murum. 127
Psal.20.v.4.
Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. 382
Psal.21.v.2.
Longè à salute mea verba delictorum meorum. 58
Psal.22.v.5.
Calix meus inebrians quàm præclarus est? 596.597
Psal.22.v.7.
Parauit in conspectu meo mensam. 70
Psal.22.v.8.
Impinguasti in oleo caput meũ. 66
Psal.28.v.4.
Vox Domini in virtute. 136
Psal.28.v.5. & 6.
Conteret Dominus cedros Libani, & comminuet quasi vitulum. 216.411
Psal.31.v.10.
Cõturbatus est in ira venter meus. 340
Psal.33.v.8.
Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. 250
Psal.35.v.9.
Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabis eos. 117.& 33
Psal.36.v.27.
Declina à malo, & fac bonum. 114.427.629
Psal.39.v.3.
Et statuit supra petrã pedes meos. 337
Psal.43.v.26.
Conglutinatus est in terra venter meus. 340
Psal.44.v.3.
Diffusa est gratia in labiis tuis. 30.392
Psal.44.v.5.
Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam. 437
Psal.44.v.7.
Virga æquitatis, virga regni tui. 60
Psal.44.v.8.
Vnxit te Deus, Deus tuus. 15
Psal.44.v.11.
Audi filia, & vide. 499
Psal.47.v.8.
In spiritu vehementi conteres naues Tharsis. 402
Psal.50.v.14.
Spiritu principali confirma me. 499
Psal.56.v.5.
Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ. 231
Psal.58.v.10.
Fortitudinem meam ad te custodiam. 440.610
Psal.58.v.15.
Conuertentur ad vesperam. 570
Psal.59.v.5.
Potasti nos vino compunctionis. 34
Psal.60.v.5.
In velamento alarum tuarum sperabo.

rabo. 399
Psal.62.v.8.
In velamento alarum tuarum proteges me. 399
Psal.62.v.11.
Partes vulpium erunt. 162
Psal.63.v.8.
Accedet homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. 443
Psal.64.v.14.
Et conualles abundabunt frumento. 512
Psal.67.v.14.
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ eius deargentatæ. 121
Psal.67.v.14.
Pennæ columbæ deargentatæ. 121.386
Psal.67.v.14.
Columbæ pennæ deargentatæ, & posteriora dorsi in pallore auri. 63
Psal.68.v.33.
Quærite Deum, & viuet anima vestra. 420
Psal.73.v.12.
Operatus est salutem in medio terræ. 190.244.510
Psal.73.v.17.
Æstatem & ver tu condidisti. 142
Psal.74.v.4.
Ego confirmaui columnas eius. 408
Psal.80.v.17.
Cibauit eos ex adipe frumenti. 513
Psal.81.v.6.
Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. 221
Psal.83.v.12.
Melior est vna dies in atriis tuis super millia. 173.261
Psal.84.v.9.
Audiam quid loquatur in me Dominus. 636
Psal.84.v.11.
Iustitia & pax osculatæ sunt. 28
Psal.91.v.13
Iustus vt palma florebit. 215.548
Psal.91.v.13.
Sicut cedrus Libani multiplicabitur. 215.411
Psal.92.v.1.
Indutus est fortitudinem, & præcinxit se. 337
Psal.103.v.20.
Facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiæ terræ. 109
Psal.104.v.3.
Quærite Dominum, & confirmamini. 420
Psal.105.v.23.
Si non Moyses electus eius steriisset in contractione in conspectu eius. 522
Psalm.109.v.1.
Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. 189.
Psal.109.v.2.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. 97
Psal.109.v.3.
Ex vtero ante Luciferum genui te. 14
Psal.118.v.94.
Tuus sum ego, saluum me fac. 431
Psal.119.v.5.
Habitaui cum habitantibus Cedar. 10
Psal.120.v.1.
Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi. 670
Psal.120.v.6.
Per diem sol non vret te, neque luna per noctem. 114
Psal.121.v.6.
Abundantia diligentibus te. 35
Psal.124.v.2.
Montes in circuitu eius, & Dominus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus in circuitu populi sui. 287
Psal.125.v.4.
Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro. 310
Psal.130.v.2.
Sicut ablactatum super matre sua, ita retributio in anima mea. 29
Psal.131.v.14.
Hæc requies mea in sæculum sæculi. 70
Psal.136.v.2.
Super flumina Babylonis. 589
Psal.136.v.9.
Beatus qui tenebit & allidet paruulos ad petram. 164
Psal.137.v.2.
In conspectu Angelorum psallam tibi. 662
Psal.139.v.8.
Domine virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli. 110
Psal.146.v.1.
Deo nostro sit iucunda decoráque laudatio. 562
Psal.149.v.6.
Exultationes Dei in gutture eorum. 115. 562
Prouerb.1.v.9.
Coronam gratiarum accipies vertice tuo, & numellam auream circa collum tuum. 55
Prouerb.3.v.17.
Longitudo dierum in dextra eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. 108
Prouerb.4.v.8.
Honora eam, & amplectetur te. 501
Prouerb.5.v.16.
Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas diuide. 287
Prouerb.5.v.18.
Cerua charissima & gratissimus hinnulus, vbera eius inebrient te in omni tempore. 118
Prou.5.v.19.
Vbera eius inebrient te omni tempore. 7. 557
Prou.7.v.18.
Inebriari vberibus. 7
Prouerb.16.v.21.
Qui dulcis est eloquio, maiora percipiet. 246
Prou.20.v.27.
Inuestigat omnia secreta ventris. 340
Prou.21.v.vlt.
Equus paratur ad diem belli, Dominus autem salutem tribuit. 49
Prou.23.v.5.
Ne erigas oculos tuos ad opes, quas habere non poteris. 443
Prou.24.v.32.
Nouissimè ego egi pœnitentiam. VII. XVIII.
Prou.27.v.6.
Optabilia sunt amici vulnera, hostis autem oscula mala sunt. 363
Prou.30.v.2.
Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. VIII.
Prou.30.v.15.
Sanguisugæ duæ sunt filiæ; dicentes: affer, affer. 535
Prouerb.31.v.6.
Da siceram mœrentibus, ô Lamuel, & vinum his qui amaro sunt animo. 324
Eccles.2.v.6.
Extruxi mihi piscinas aquarum, vt irrigarem siluas lignorum germinantium. 257. 525
Eccles.3.v.7.
Tempus loquendi, & tempus tacendi. 135. 257
Eccles.9.v.8.
Sint omni tempore vestimenta tua candida. 263

Eccles.12.v.3.
Quando mouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi. 504
Eccles.7.v.29.
Virum de mille vnum reperi. 373
Eccles.21.v.2.
Tanquam à facie serpentis fuge peccatum. 668
Eccles.24.v.11.
In omnibus requiem quæsiui. 333. & 74.
Eccles.24.v.17.
Sicut cypressus in monte Sion. 87
Eccles.24.v.20.
Sicut Libanus non incisus, vaporans habitationem suam. 313
Eccles.24.v.34.
Ego quasi fluuius dorix, & quasi aquæductus exiui de Paradiso. 216. 302
Eccles.28.v.25.
Mors illius, mors nequissima, & vtilis potius infernus quàm illa. 618
Eccles.36.v.24.
Species mulieris exhilarat faciem viri sui. 274
Eccles.40.v.1.
Graue iugum super filios Adę. 395. 602
Eccles.43. vers.9.
Vas castrorum in excelsis. 497
Eccles.43.v.12.
Vide arcum, & benedic qui fecit illum. 545
Isa.2.v.2.
Mons Domini in vertice montium. 179. 266
Isa.2.v.10.
Ingredere in petram, vt ibi abscondaris à facie timoris Domini. 156
Isa.3.v.16.
Pro eo quod ambulauerunt extento collo. 253
Isa.4.v.2.
Et fructus terræ sublimis. 153
Isa.4.v.6.
Omnis caro fœnum. 171
Isa.5.v.2.
Vinea facta est dilecto meo. 155. 156. 576
Isa.5.v.14.
Propterea dilatauit infernus animam suam, & aperuit os suum. 618
Isa.8.v.2.
Auferet fortitudinem Damasci, & spolia Samariæ. 534
Isa.8.v.3.
Accessi ad prophetissam, & concepit, & peperit filium. 514. 533
Isa.10.v.27.
Computrescet iugum à facie olei. 30
Isa.10.v.34.
Libanus cum sublimibus suis corruet. 411
Isa.14.v.13.
Sedebo in monte testamenti in lateribus Aquilonis. 310
Isa.16.v.11.
Venter meus ad Moab, quasi cithara sonabit. 340
Isa.18.v.4.
Sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis. 370
Isa.32.v.8.
Princeps ea quæ digna sunt principe cogitabit. 502
Isa.32.v.17.
Cultus iustitiæ silentium. 246
Isa.35.v.2.
Gloria Libani dabitur eis. 268. 411
Isa.38.v.15.
Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. 296. 636

Isa.46.v.4.
Qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. 29
Isa.47.v.2.
Transgredere flumina.. 500
Isa.49.v.2.
Posuit me quasi sagittam electam. 111
Isa.51.v.17.
Eleuare, consurge Hierusalem, quę bibisti de manu Domini calicem iræ eius. 374
Isa.52.v.7.
Quàm pulchri super montes pedes annunciantis & prædicantis pacem? 499.& 49
Isa.54.v.2.
Dilata funiculos tuos, & caulas tuas fige. 569
Isa.54.v.2.
Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende. 11
Isa.55.v.6.
Quærite in inueniendo. 44
Isa.60.v.16.
Et mammilla Regum lactaberis. 14
Isa.61.v.10.
Induit me Dominus vestimento salutis, & indumento lætitiæ. 283
Isa.62.v.6.
Super muros tuos Ierusalem constitui custodes. 187
Isa.63.v.2.
Quis est iste qui venit de Edom? tinctis vestibus de Bosra? 371. 372
Isa.63.v.2.
Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimentũ tuum sicut calcantium in torculari? 371
Isa.65.v.20.
Puer centum annorum morietur. 463.607
Ierem.1.v.14.
Ab Aquilone pandetur omne malum. 311
Ierem. 2.v.7.
Induxi vos in terram Carmeli, vt comederetis fructum eius. 537
Ierem.9.v.21.
Ascendit mors per fenestras vestras. 132
Ierem.22.v.22.
Omnes pastores tuos pascet ventus. 9
Ierem.23.v.24.
Cœlum & terram ego impleo. 419
Ierem.24.v.2.
Ficus bonæ valdè, & ficus malæ nimis, quæ comedi non poterant, eò quòd essent malæ. 149
Thren.3.v.25.
Bonus es Domine sperantibus in te, animæ quærenti te. 671
Thren.3.v.48.
Diuisiones aquarum deduxit oculus meus. 388
Thren.4.v.20.
In vmbra tua viuemus in gentibus. 105
Ezech.1.v.10.
Facies hominis, & facies vituli, & facies leonis, & facies Aquilæ. 304
Ezech.1.v.15.
Similitudo quatuor animalium; & rota in medio rotæ. 484
Ezech.1.v.18.
In circuitu & intùs plena oculis. 275.528
Ezech.15.v.14.
Perfecta eras in decore meo. 88
Ezech.16.v.4.
Non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota. 510.513

Ezechiel.16.v.12.
Dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. 50
Ezechiel.16.v.25.
Et diuisisti pedes tuos omni transeunti. 507
Ezech.23.v.19.
Cubile mammarum. 7
Ezechiel.31.v.8.
Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei. 410
Daniel.5.v.2.
In gustu vini. 44
Daniel.7.v.9.
Vestimenta eius candida sicut nix, capilli albi sicut lana munda. 97.372
Daniel.7.v.14.
Antiquus dierum dedit filio hominis potestatem, & honorem, & regnum. 380
Daniel.10.v.8.
Et species eius, quasi species Tharsis. 402
Ose.2.v.2.
Auferat fornicationes suas à facie sua, adulteria de medio vberum suorum. 7
Ose.2.v.2.
De medio vberum. 67
Ose.2.v.14.
Ego lactabo eam. 13
Ose.6.v.2.
Venite & reuertamur ad Dominum, quia ipse cœpit, & sanabit nos. 492
Ose.6.v.3.
Sicut Auroram, paratum inueniemus eum. 433
Ose.9.v.10.
Prima poma ficulneæ. 149
Ose.14.v.8.
Conuertentur sedentes in vmbra eius. 105
Ioel.2.v.28.
Senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt. 339
Iona1.v.3.
Ionas fugit in Tharsis. 402
Michea 1.v.16.
Tondere super filios deliciarum. 543
Michea 6.v.6.
Quid dignum offeram Domino? curuem genu Deo excelso. 454
Abacuc 3.v.7.
Turbabuntur pelles terræ Madian. 11
Abacuc 3.v.8.
Misisti equos tuos in mare, turbantes aquas multas. 484
Abac.3.v.8.
Qui ascendis super equos tuos, & quadrigæ tuæ saluatio. 48
Abac.3.v.15.
Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. ibid.
Abac.3.v.16.
Audiui, & contur batus est venter meus. 30
Aggæi 2.v.4.
Ponam te quasi signaculum, quia te elegi. 618
Zachar.3.v.9.
Septem oculi in vno lapide. 82
Zachar.4.v.7.
Quis tu mons magne coram Zorobabel, in planum. 130
Zachar.9.v.11.
Emisisti vinctos tuos de lacu. 58
Zachar.10.v.3.
Posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. 48

EX NOVO TESTAMENTO.

Matth.5.v.8.
Beati mundo corde. 7. 225

Matth.5.v.14.
Ciuitas supra montem posita. 434
Matth.6.v.22.
Lucerna corporis tui est oculus tuus. 7
Matth.6.v.22.
Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lepidum erit. 80.
Matth.6.v.28.
Non laborant, neque nent. 394
Matth.6.v.30.
Considerate lilia agri. 173
Matth.9.v.5.
Tolle grabatum tuum, & ambula. 136
Matth.10.v.10.
Neque duas tunicas. 337
Matth.10.v.17.
Estote ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. 388
Matth.11.v.29.
Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde. 253.532
Matth.13.v.12.
Omni habenti dabitur, & abundabit. 544
Matth.13.v.52.
Qui profert de thesauro suo noua & vetera. 579.583
Matth.15.v.19.
De corde exeunt cogitationes. 7
Matt.16.v.18.
Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. 426
Matt.16.v.24.
Tollat crucem suam & sequatur me. 17
Matth.23.v.12.
Omnis qui se exaltauerit, humiliabitur, & qui se humiliauerit, exaltabitur. 253
Matt.25.v.1.
Exierunt obuiam sponso & sponsæ. XXXII.
Marc.1.v.7.
Non sum dignus soluere corrigiam calceamenti eius. 501
Marc.7.v.37.
Bene omnia fecit. 399
Luc.1.v.28.
Aue gratia plena, Dominus tecum. 284.312.335.
Luc.1.v.31.
Dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius. 225.335
Luc.1.v.34.
Quoniam virum non cognosco. 154.284.312
Luc.1.v.35.
Virtus altissimi obumbrabit tibi. 214.312
Luc.1.v.38.
Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundùm verbum tuum. 284. 592.665
Luc.1.v.42.
Benedictus fructus ventris tui. 289.316
Luc.1.v.45.
Beata quæ credidisti. 56
Luc.1.v.48.
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. 56.465
Luc.1.v.48.
Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. 563
Luc.1.v.49.
Fecit mihi magna qui potens est. 172.332
Luc.2.v.35.
Tuam ipsius animam gladius pertransibit. 122.219.542
Luc.6.v.36.
Estote misericordes, sicut & pater vester cœlestis misericors est. 404
Luc.10.v.40.
Martha satagebat circa frequens ministerium. 604
Luc.10.v.vlt.
Maria optimam partem elegit. 333

Luc.11.v.27.
Beatus venter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. 56.260. 280.465
Luc.12.v.32.
Noli timere pusillus grex. 57. 438
Luc.13.v.24.
Contendite intrare per angustam portam. 156
Luc.16.v.8.
Filij huius sæculi prudentiores filiis lucis in generatione sua. 166.388.439
Luc.16.v.26.
Inter nos & vos magnum chaos firmatum est. 626
Luc.17.v.34.
Duo in agro, duo in lecto, duo in molendino. 435
Luc.19.v.12.
Homo nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. 421
Luc.21.v.30.
Videte ficulneam & omnes arbores, cùm producunt iam ex se fructum. 149
Luc.22.v.28.
Vos estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. 380
Ioan.1.v.1.
In principio erat verbum. 74. 132
Ioan.1.v.12.
Dedit eis potestatem filios Dei fieri. 221
Ioan.2.v.3.
Vinum non habent. 638
Ioan.2.v.4.
Quid mihi & tibi mulier? 113. 567
Ioan.3.v.29.
Qui habet sponsam, sponsus est. XXXII.
Ioan.4.v.35.
Iam regiones albæ sunt ad messem. 133
Ioan.6.v.44.
Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. 17
Ioan.7.v.38.
Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. 301. 514.541
Ioan.9.v.6.
Expuit in terram, & fecit lutum ex sputo. 400
Ioan.10.v.7.& 9.
Ego sum ostium. 644
Ioan.10.v.9.
Ingredietur & egredietur, & pascua inueniet. 225. 352
Ioan.12.v.32.
Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me. 16. 555
Ioan.15.v.5.
Ego sum vitis, & vos palmites. 148.476
Ioan.16.v.15.
Vado ad eum qui misit me. 664
Ioan.17.v.22.
Gloriam quam dedisti mihi, dedi eis. 460
Ioan.19.v.25.
Stabat iuxta crucem. Iesu mater eius. 549
Ioan.21.v.15.
Pasce oues meas. 58
Act.10.v.38.
Quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute. 14
Rom.8.v.9.
Vos autem in carne non estis, sed in spiritu. 240
Rom.8.v.35.
Quis nos separabit à charitate Christi? 171. 630
Rom.11.v.25.
Cæcitas venit in Israël ex parte. XXXV.

Rom.13.v.12.
Nox præcessit, dies appropinquauit. 473
1.Cor.3.v.2.
Tanquam paruulis lac dedi vobis potum, non escam. 282. 384. 637
1.Cor.6.v.17.
Qui adhæret Domino, vnus spiritus est. 31. 314. 461
1.Cor.9.v.24.
Sic currite, vt comprehendatis. 194. 409
1.Cor.10.v.4.
Petra erat Christus. 146. 155
1.Cor.11.v.15.
Gloria mulieris coma. 446
1.Cor.13.v.4.
Charitas non æmulatur. 624. 625
1.Cor.14.v.38.
Qui ignorat, ignorabitur. 367
1.Cor.15.v.36.
Insipiens, tu quod seminas, non viuificatur, nisi priùs moriatur. 347
2.Cor.2.v.15.
Christi bonus odor sumus. 554. & 23
2.Cor.3.v.3.
Non in tabulis lapideis, sed tabulis cordis carnalibus. 402
2.Cor.3.v.6.
Littera occidit. 305
2.Cor.5.v.14.
Christus pro omnibus mortuus. 155
2.Cor.5.v.18.
Posuit in nobis verbum reconciliationis. 394
2.Cor.10.v.4.& 5.
In captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi. 166
2.Cor.11.v.2.
Æmulor vos Dei æmulatione. 625
Gal.4.v.12.
Estote sicut ego, quia ego sicut vos. 522
Gal.4.v.17.
Æmulantur vos non bene. 626
Gal.4.v.19.
Filioli, quos iterum parturio. 14
Gal.4.v.26.
Quæ autem sursùm est Hierusalem, libera est. 436. 502
Ephes.4.v.22.
Exuite veterem hominem. 337
Ephes.5.v.27.
Qui exhibuit sibi Ecclesiam, sine macula & ruga. 262. 540
Ephes.5.v.32.
Erunt duo in carne vna. 12. 13
Ephes.6.v.14.
Calceati in præparationem Euangelij pacis. 499
Philip.1.v.21.
Mihi vita Christus. 430
Philip.1.v.21.
Mihi viuere Christus est, & mori lucrum. 219
Colos.3.v.3.
Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. 436. 620
Heb.2.v.14.
Omnes sunt administratorij spiritus. 156. 187
Heb.2.v.16.
Nunquam Angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit. 514
Heb.12.v.1.
Per patientiam curremus propositum nobis certamen. 33
Heb.13.v.14.
Non habemus hîc ciuitatem permanentem. 646. 647
1.Petri 2.v.6.
Lapidem angularem, pretiosum, electum.

electum. 127
2.Pet.1.v.18.
Donec illucescat dies, & Lucifer oriatur in cordibus vestris. 174
1.Ioan.2.v.19.
Ex nobis prodierunt, sed non erant ex nobis. 451
1.Ioan.4.v.18.
Perfecta charitas foras mittit timorem. 619
Apoc.3.v.16.
Quia tepidus es, incipiam te euomere. 31. 463
Apoc.3.v.20.
Ego sto ad ostium, & pulso. 329
Apoc.6.v.13.
Sicut ficus emittit grossos suos. 141
Apoc.19.v.8.
Et datum est illi, vt cooperiat se byssino splendenti & candido. 282
Apoc.22.v.2.
Lignum vitæ. 105
Apoc.22.v.17.
Qui sitit, veniat, qui vult, accipiat aquam vitæ gratis. 305

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX
RERVM ET VERBORVM.

NOT. Littera maiuſculæ L. T. M. A. numeris præfixæ, ſenſum vel Litteralem, vel Tropologicum, vel Mixtum, vel Anagogicum denotant, quo res ſiue verba quæque explicantur.

A

A me. L. 442. M. 444.
Abi. M. 57. A. 64.
Abiit. L. 351. 418. 419. M. 421.
Abſque eo quod intrinſecus later. L. 227. 228. M. 231. L. 243. M. 247.
Accubitus. L. 65. 70. T. 32. M. 74 75. 76.
Aceruus. L. 509. 511. T. 512. M. 512. 513. 514. A. 516.
Aceruus tritici. L. 511. T. 512. M. 513. 515. A. 516.
Acies. L. 434. M. 440. A. 441. L. 469.
Ad bella doctiſſimi. L. 207.
Ad bella. T. 210.
Ad collem thuris. M. 261. A. 261.
Ad tactum eius. A. 338. L. 340. M. 344.
Ad potandum. L. 501. M. 563. 564.
Ad ruminandum. M. 563. 564.
Ad me conuerſio eius. L. 565. M. 567.
Ad me. M. 567.
Ad vineas. L. 574.
Adfert. L. 652. T. 654.
Adfert profructu. M. 657.
Adiuro vos. M. 122. 609.
Adiuro. L. 192. M. 194. 365. 609.
Adoleſcentulæ dilexerunt te. L. 8. 16. T. 23.
Adoleſcentulæ. L. 17. M. 31. A. 40. L. 119. 456. 458. M. 461. 465. 464. 465.
Adoleſcentularum non eſt numerus. M. 463.
Ædificata. T. 251.
Ædificata eſt cum propugnaculis. M. 253.
Ædificemus ſuper eam propugnacula argentea. T. 642.
Ædificemus. M. 6[illegible].
Æmulatio. L. 619. T. 621. M. 622. 626.
Affluens. L. 607. M. 610. A. 611.
Ager. L. 573.
Aloë, L. 294. 296. T. 297. M. 299.
Amana. L. 265. 266. 268. T. 269. M. 269. 271. A. 271.
Amica. L. 44. M. 61. L. 80. T. 81. M. 82. A. 84. L. 135. T. 137. A. 139. T. 150. A. 159. T. 230. A. 264. M. 275. L. 329. M. 333. A. 334. M. 439. A. 441. L. 588. 589.
Amica mea. L. 79. M. 138. 139. 155. 265. L. 328. T. 331. M. 438.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Amici. M.322. T.661. M.662.
Amicus. L.413.414.
Amicus meus. L.414.
Amici auscultant. L. 661. T.662. M.663.664.
Aminadab. L. 481. 482. 483. 484. 499.
Amore langueo. L. 107. T.111. M. 113.115.
Amplexabitur. L.108. M.115.602. A. 603.
Anima mea liquefacta est. M.356.
Anima. M.356.357.
Anima mea. L.483.
Anima mea cõturbauit me. L.481. 483. T.485.
Aperi. L.327.328.329. T.329.330. M.332. A.334. M.345.
Aperi mihi. L.327.329. T.329. M. 333. L.341.351.589.
Aperi mihi soror mea. M.332.
Aperui. T.347. M.349. T.352.354. M.356.432.
Apparuerunt. L.446. M.448.
Apparuerunt de Galaad. M.447.
Apprehendam fructus eius. M.551. L.553. M.556.558.
Apprehendam. T.554.555. L.595. T. 598. A.600.
Apprehendam te. M.598.
Aquæ. L.301. T.302. L. 389. A. 633.
Aquæ viuentes. M.302.303.
Aquæ multæ. L. 627. T.629. M. 631.
Aquæ multæ non potuerunt, &c. M.626.
Aquilo. L.307.308. T. 310.311. M. 311. A.313.
Arbor. L.613.
Arcolæ. T.393.
Arcolæ aromatum consitæ à pigmentariis. T.391.
Arcolæ aromatum. T. 393. A. 417.
Arcola. L.424. A.427.
Arcola aromatum. M.426.
Argentum. L. 52. T. 55. M.63.219. A.221.
Argentea. L. 215. M. 218.219. T. 641. M.643.
Argentei. T.654.655.
Armatura. L.249.251. A.254.
Armatura fortium. L.250. M.252. 254.
Aromata. L.256.278. T.283. A.291. L.308. T. 310. A.313. L. 319. A. 325.596. T. 425. M. 426. A.427. L.660.
Aromata illius. L.308. M.312.
Aromata mea. M.321.
Ascendit. L.196. T.198. M.201. L. 608. T. 608. M.609.610. A.611. L.612.
Ascendit per desertum. M. 201. 611.
Ascendit de deserto. M. 609. 610.
Ascendit de deserto deliciis affluens. M.623.
Ascensus. L.214.215. A.221.
Ascensus purpureus. T. 215. M. 218.219.
Ascenderũt. L.229. T.238. M.239. L.449. M.450.
Ascenderunt de lauacro. T.238. A. 240. M.451.
Ascendam. M. 550. T.554.556.
Ascendam in palmã. M.550. L.553. M 556.558.
Aspiret dies. L. 168. T.171. A.173. M.261.
Assimilaui. L.44. M.60.
Assimilata. L.547. T.548. M.550. A. 551. M.556.
Assimilata est. M.350.
Assimilata est palmæ. T. 548. M. 550. L.553.
Assimilare. T.668.
Assimilare capreæ hinnulóque ceruorum. M. 669. A. 672.

At ille iam declinauerat. M.356.
Audita. A.158.
Audire. T.661.
Audire vocem tuam. M.662.663. 664.
Auerte. T.443. M.444.
Auerte oculos. A.445.
Auerte oculos tuos à me. M.444. A.445.
Auolare fecerunt. L.442.
Auribus meis. L. 147.
Aurora. A.261. L.467.468. T.469. M. 470. 471. 472. A. 473. M. 611.
Aurora consurgens. M.471.
Aurum. L. 52. T.55. M.63. L.370. 377. T. 382. 383. A. 385. 405. 417.
Aureum. L.215. M.218.219. A.221. L.378.380. T.382.383. L.388.399. 400. T.403. L. 406.407. T.408. L.410.
Aurum optimum. L. 378. 380. T. 383. A.417.
Auscultant. L. 661. T. 661. M. 664.
Auster. L. 307. 308.309. T.310. M. 312. A.313. M.321.

B.

Bases. L.407. T.408.
Bases aureæ. T.409. A.417.
Beatissimam prædicauerunt. L. 457.
Beatissimam. M.465.
Bether. L.169.170. T.172. L.458.
Bibi. L.319. M.322.
Bibite. T.320.321. M.325.
Bibi vinum. T.319. M.321.323. A. 325.
Bibi vinum meum cum lacte meo. M.324.325.
Bibite & inebriamini. A.325.
Botrus. L.67.70. M.78. L.81.585. M. 585. T.589.
Botrus cypri. L. 71. T.72. M.73.75. 78. A.78.
Botri. L.546.547. T.548. M.550. A. 551. L.552. T.554. M.556.
Brachium. T.621.
Brachium tuum. M.622.

C.

Calceamenta. L.499. M.501.
Campi. L.96.98. T.99. M.100. A. 101. L.119. M.194.
Canales. L.536.538.539. T.539.540. M.541.542.
Cancelli. L.128. T.ibid. M.132.135. T.151.
Candidus. L. 97.370. 371.372. T. 374. L.597.
Canticum. L.1. T.2. M.3.
Canticum canticorum. L. 3. T.4. M.4. L.324.
Capilli. L. 228. T. 231. M.231.233. A.234. M.238.239. L.272. T.382. 383.447. M.447.
Capilli tui. M.447.448.
Capite. L. 163. T.165. M. 166.
Capræ. L. 229. T.230. M.232.233. A.334. T.446. M. 447.
Capreæ ceruique. L. 118. M. 121. 122.194.195. A.261.
Caprea. T. 120. M.122. A. 123. L. 124. 126. 127. M. 131. L. 169. T. 172. A.195.234. T. 259. M. 260. L. 518.519. T. 521. M. 521.522. 523. T.608. A.671.
Caprea hinnulúsque ceruorum. L.667.
Caput. M. 115. 116. T.231. L.265. A.271.

Universidad de Deusto
Biblioteca

M.275.L.301.328.329.T.331.A. 334.L.380.T.382.383.A.385.L. 415.T.520.L.537.538.T.589. 590.601.
Caput meum.L.329.M.602.
Caput meum plenum est rore.L. 328.M.333.
Caput tuum vt Carmelus.L.537. T.539.M.541.
Caput tuum.L.338.
Carmelus.L.536.537.538.T.539. 540.M.541.
Castra.M.61.439.440.L.484.T. 496.M.497.
Castrorum acies ordinata.L.434. M.438.439.440.A.441.
Cauernia.L.142.146.T.151.M.155 156.A.159.
Cauerna maceriæ.M.155.156.A. 159.
Cedar.L.10.19.
Cedrina.L.86.M.93.T.641.A.644
Cedrus.L.89.T.91.L.306.A.411.
Cedri.T.408.641.M.643.
Cellaria.L.9.17.T.24.M.33.34.A. 41.
Cella vinaria.T.111.M.113.116.
Cella.M.116.
Cerui.L.118.T.120.M.121.122.A. 123.127.T.172.M.194.A.195. T.668.
Cerui camporum.L.192.M.194. 195.
Charitas.L.106.T.111.L.216.T. 621.A.633.
Chariſſimi.L.319.320.M.322.
Chariſſima in deliciis.T.544.M. 544.545.
Chariſſima.T.544.A.545.
Chori castrorum.L.494.495.T. 496.M.497.A.497.
Chori.L.494.T.496.M.497.
Cincinni.L.327.328.M.334.A. 334.T.382.383.
Cincinni mei.L.328.M.333.
Cinnamomum.L.295.296.T.297. M.299.
Circuibo.T.185.
Ciuitas.T.185.186.M.187.323.
Clypei.L.248.250.251.T.251.M. 252.254.A.254.
Coccinea.L.242.T.245.A.247.
Colles.L.126.T.128.M.130.179. T.258.
Collis thuris.L.356.T.258.A. 264.T.268.
Colligat.T.425.
Collum.L.50.51.T.55.M.62.231. L.248.250.T.251.M.252.253. L.273.T.273.M.276.L.518. 519.T.520.M.521.
Collum tuum.M.253.522.
Collum tuum ſicut, &c.L.519.
Columbæ.L.80.81.T.81.M.83. 84.A.84.T.230.L.386.A.390.
Columba.M.121.L.134.T.137.M. 138.A.139.L.145.T.150.151.M. 156.A.159.234.L.329.M.333.A. 334.L.386.389.T.390.M.464. A.466.
Columba mea.L.134.M.137.138. L.145.M.156.L.328.T.331.M. 464.466.
Columbę ſuper riuulos aquarum. A.417.
Columnæ.L.214.T.216.M.218. A.221.L.406.T.408.A.410.
Columnæ argenteæ.T.216.218. M.218.219.
Columnæ marmoreæ.L.406.T. 409.A.417.
Comæ.L.378.380.381.T.383.A. 385.L.389.T.396.L.539.T.540. M.541.
Comæ capitis.T.383.L.539.T.539. M.541.
Coma.L.536.
Coma capitis.L.537.
Coma capitis tui ſicut purpura.T. 539.
Coma capitis tui ſicut purpura regis.M.542.

Comedat

Comedat fructum pomorum.T. 315.M.316.
Comedi.L.319.M.323.
Comedi fauum.T.320.M.321.322. 324.A.325.
Comedi fauum meum.L.319.
Comedite.T.320.M.325.
Comedite amici.M.321.322.A. 325.
Commorabitur.L.67.T.72.M.74.
Cõmoremur.L.568.T.569.A.571. L.573.
Commoremur in villis.T.569.M. 570.571.L.579.M.585.
Compingamus.L.640.A.644.
Compingamus illud tabulis cedrinis.T.642.M.644.
Concluſus.L.286.M.289.A.291. L.314.
Concubinæ.M.31.L.456.457.T. 460.M.461.462.463.464.465.
Conditum.L.597.
Conſitæ à pigmentariis.L.391.T. 393.
Conſurgens.L.467.M.471.611.
Contra Damaſcum.L.533.
Contra.M.535.
Conturbauit.L.481.
Conturbauit me.L.482.
Conualles.T.58.99.101.A.101.L. L.169.474.M.478.
Conuerſio.L.565.566.M.567.
Cor.L.272.T.273.621.
Cor meum.L.327.
Cor tuum.M.622.
Coram eo.L.645.M.648.
Coram.T.647.M.648.T.649.M. 675.
Coram me.L.652.T.654.A.657.
Coram me eſt.M.658.
Corona.L.222.223.T.224.M.225. A.226.M.269.
Coronauit illum mater.M.225.
Coronauit.A.226.
Coronaberis.L.265.266.T.269. M.269.
Corrupta.L.653.A.616.
Corrupta eſt mater tua.M.615.
Cortex.T.452.M.455.
Cortex mali.M.455.
Cortex mali punici.T.453.
Coruus.L.380.381.T.382.383.A. 385.
Crater tornatilis.M.506.T.512.M. 513.515.
Crater tornatilis nunquam indigens.L.510.
Crater tornatilis nunquam indigens poculis.M.513.
Crater.L.509.T.511.M.513.515.
Crinis.L.272.M.275.T.331.384.
Crinis colli.M.276.
Crocus.L.296.T.297.M.299.
Crura.L.406.T.407.408.A.409. 410.
Cubes.A.47.
Cubiculum genitricis.A.191.
Cubiculum.T.597.M.599.
Cubilia.L.267.M.270.
Cubilia leonũ.T.269.M.269.270
Cùm pertranſiſſem.M.181.
Cũ propugnaculis.L.248.M.252
Cum promorũ fructibus.L.292. 295.M.299.
Cum omnibus primis vnguentis. L.297.
Cum melle.T.320.A.325.
Cum melle meo.M.321.322.324. 325.
Cum lacte.T.320.A.325.
Cum lacte meo.M.321.322.
Cum aromatibus meis.M.321.324
Curremus.L.18.M.32.33.A.40. 41.
Currus.T.53.54.L.482.T.485.
Currus Pharaonis.M.60.
Cuſtos in vineis.T.26.M.37.
Cuſtodes.L.358.359.652.653.T. 654.655.M.657.A.659.
Cuſtodes murorum.M.360.
Cuſtodiunt.A.659.
Cypreſſina.L.86.90.93.94.

Cypreſſus.L.90.T.91.
Cyprus.L.67.68.M.73.78. L.278. 295.T.297.M.299.
Cypri botrus.L.72.T.73.74.
Cypri cum nardo.L.293.

D.

Dabo. T. 575. A. 578.L.597.A. 600.
Dabo tibi. M.599.
Dabo tibi poculum ex vino condito.L.597. M.599.
Damaſcus.L.531.533.M.535.
Dauid. L.248.250.M.252.253.
De monte Galaad.M.232.
De Galaad.T.447.M.447.
De Libano.L.266.T.269. M.929. 270.L.300.T.302.M.303.
De capite. L. 266.
De vertice.L.267. M.269.
De cubilibus.M.270.
De deſerto.L.607.608.T.608. M. 609.610.A.611.
Declinauerat.L.350.T.352.353.M. 355.356.
Declinauit.L. 418.419.T.420.M. 421.422.431.
Decolorauit. L.11.20.M.37.
Decora. T.25. L.147. T. 152. M. 157. A. 159. T.384. 436.M.438. 439.A.441.L.543.544.M. 545. A.545.
Decorus.L.83.M.91.
Decora ſicut Ieruſalem. T. 436. 437.
Dedit odorem.M.155.
Dederunt odorem. L. 570. M. 485.
Deliciæ.L.543. T. 544. M.545. A. 545. L. 607. 608. M. 610. A. 611.
Delicus affluens. L. 608. T.608. M.609.610.
Demoliuntur.L. 160.161.163.
Demoliuntur vineas. M.165.166.
Dentes M.231.A.234.L.235.236.T. 237. M.239. A. 240.L.242.449. M. 451.L.461.T.562.M. 564.
Deoſculet.T.591. A.593.594.
Deſcendit.L.424.T. 425. M. 426. A.427.
Deſcendi.L. 474.475.T.476. 477. M.478.479.
Deſcendi in.M.480.
Deſertum.L.196.T.198. M.200.201. 609.
Deſiderabilis.L.414.
Deſpicier eam.L.627.
Deſpiciat.L.589. A.593.
Dextera.L. 108.M.113.114. 115. A. 117.T.601.M.602. A.603.
Dextera illius amplexabitur me. T. 112. M. 113. 116. A. 117. M. 602.
Diadema.M.225.
Dies.L. 168. T. 171. M. 174. A. 261.
Dies deſponſationis.L.223.M.225.
Dies lætitiæ. L. 223. M. 225. A. 226.
Digiti.L.346. T.347.348.L.398.
Digiti pleni.M.349.
Dignum.L.561.M.563.564.
Diligunt.M.34.
Diligit anima mea. M.38.
Dilectus.L.67.T.110.128.M.344 L. 414. A.417.L.561.M.563. 564.L.608.
Dilectus meus mihi.M.76.172.L. 428.M. 430.
Dilectus meus. M.115.148.175. L. 339. M. 342.L.413.414.415. M. 431.432.A.432. M.563. A. 593.
Dilecta L.119.192.456.567.T.604 M.588.589.609. L.615.
Dilecti mei pullantis. M.332.
Dilectus ex dilecto.L.366.
Dilecte.M.591.
Dilecte mi.M.585.586.669.
Dilecte mi,ſeruani tibi.M. 585.
Dilectio.M.622.623.

Diſtil-

Diſtillans.L.281.M.284.A.285.L. 395.T.395.
Diſtillantia myrrham.T. 393. 395.
Diſtinctus ſapphiris. L. 401. T. 403.404.A.417.
Dixi.L.553.
Dixi, aſcendam in palmam.T.555.
Docebis. M. 598.A.600.
Doctiſſimi.L.204.T.210. A. 212.
Domus.L.85. 88. T. 91.M. 92.93. A.94.M.342. 598. 599. 632. A. 635.
Domus noſtræ.M.93.
Domum matris.L.596.
Donec ipſa velit.L. 109. M. 609.
Donec.L.168.T.258.M.260.
Donec aſpiret dies.M.174.L.255. 257.T.258.
Donec introducam.M.189.A.190
Donec introducam illum in domum matris meæ.L.595.
Dormio.L.326.T.330.A.334.
Ducam in domum. L.595.M.598.
Ducam.M.598.
Ducenti.T.655.656.M.658. A.659.
Dulcis. L. 104. M.115.L.142.
Dulce.L.242.A.247.
Dum eſſet.L.62. T. 72. M.73. 76.
Dum eſſet rex in accubitu ſuo. L. 79.
Duo.L.256.T.258.M.259.T. 520. M.522.
Duo vbera.T.258.M.260.A. 261. L.518.T.520.M.521.522.525.A. 523.T.548.
Duo vbera tua.L.518.519.
Duo vbera tua ſicut duo hinnuli. M.522.
Duo hinnuli.M.259.260.521.522
Duo hinnuli gemelli capreæ. M. 522.
Dura.T.622.M.625.A.626.M.631
Dura ſicut infernus æmulatio.M. 622.923.924.

E.

Eam.L.432.M.451.
Eburneus.L.398.399.401.T. 404. A.405.417.
Eburnea.L.519.T.521.M.521.522. 523.
Ecce.L.81.M.82.A.84.L.85.
Ecce tu pulcher.L. 88.
Ecce ſtat.L.124.
Ecce iſte venit.M.129.
Ego flos.L.97.
Ego dormio.L.327.M.333.
Ego dormio,& cor meum vigilat.L.327.
Ego dilecto.L.428.
Ego dilecto meo. M. 432.567.
Ego.M.431.A.432.M.567.647.
Ego murus. L.645.646. M.647. A. 648.649.
Egredere.L. 45.46. T. 52. M. 56 57.A.64.
Egredimini.M.255.A.256.
Egrediamur.T.569.M.570.A.571. L.573.M.586.
Egrediamur in agrum. M.570. L. 573.M.585.
Eius.L.108.T.409.M.557. 567.
Elatæ palmarum.L.378.379.381. A.385.417.
Elatæ,L.378.379.381.A.385.L.552.
Electus.L.370.373.T.374.M. 375. L.406.T.408.
Electus ex millibus.L.370.373.T. 374.M.375.L. 407. T. 410. M. 567.
Electus vt cedri.L.406.407. 408. T.409.410.
Electa.L.457. T.460. A. 466. T. 469.M.471.473.
Electa genitricis ſuæ.M. 464.466
Electa vt Sol. T.471,M.473.611.
Eloquium.L.241.T.245.A 247.
Eloquium tuum dulce.M.385.
Emiſſiones.L. 292. 294. T.298. M.298.299. 302.305.
En ipſe ſtat.M.131.
En lectulum.L.203.
Engaddi.L.69.72.T.75.M.77.78.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Equitatui.L.44.49.T.53.A.60.
Equitatus. M.59.60.
Erunt vbera tua, ſicut botri vineæ. M.557.
Es.L.282.
Eſt matris ſuæ.M.464.
Et. T.110.M.438.
Et rubicundus.L.378.597.
Et totus deſiderabilis. L. 414. A. 417.
Et quæremus eum tecum. L. 418.
Et lilia colligat.M.426.
Et ego illi.L.428.
Et dilectus meus mihi. M.451.
Et decora.L.435.
Et decora ſicut Ieruſalem. M.439. 440.
Et quàm decora.M.544.
Et concubinæ.M.465.466.
Et beatiſſimam prædicauerunt.M. 466.
Et inſpicerem, ſi floruiſſent vineę. M.479.
Et germinaſſent mala punica. M. 479.
Et vbera.T.548.
Et vbera tua botris.T.548.549.M. 550.
Et erunt vbera tua. T.554.
Et odor. T.554.
Et dentibus illius.M.564.
Et ad me conuerſio eius.M.567.
Et vbera non habet.636.
Et vbera mea ſicut turris. L. 646. M.649.A.649.
Et ducenti bis qui cuſtodiunt fructus eius.L.652.
Et ducenti.T.656.M.658.
Et vetera.L.671.
Et ipſe eſt amicus meus.L.589.
Et deoſculer te.M.591.592.
Et iam me nemo deſpiciat.M.591. 592.
Et ducam in domum matris meæ. M. 598.
Et in cubiculum genitricis meæ. L.595.M.598. A. 600.
Et muſtum malorum granatorum meorum.L.597.A.600.
Et dextera illius amplexabitur. T. 601.
Ex fortiſsimis Iſraël.L.207.M.211.
Ex ea.L.249.
Ex.L.366.
Ex dilecto.L.366.367.
Ex millibus.L.370. T.373.
Ex quo L.645.646.M.659.
Ex quo facta ſum coràm eo. T.647. M.647.A.659.
Ex vino condito. M.598.
Extinguere.A.633.
Exultabimus. L.9.18.T.24.M.34. A.41.

F.

Fabricata.M.507.
Faciemus.L.51.52.
Facta ſum.L.646.
Facta ſum quaſi pacem reperiens. M.647.
Fac.T.661.662.
Fac me.M.662.663.
Fac me audire vocem. M.663.
Fac me audire vocem tuam. T. 662.M.662.664.
Facies.L.147.T.151.152.M.157.A. 159.
Facies tua.L.147.T.152.
Faſciculus.L.63.71.
Faſciculus myrrhæ. T.72.M.74. 78.A.79.M.542.
Fauus.L.281.M.284.L.319.A.325.
Fauus diſtillans.M.283.285.
Fauum meum.M.324.
Femur.T.208.M.210. 211. L.504.
Femora. L.504.T.505.M.506.507. A.508.
Feneſtræ.L.127.T.128.M.129.132. 133.T.151.
Ferculum. L. 213. 215. T.216.217. M.218.219.

Ferculum fecit de lignis Libani. M. 217.218.
Ferculum fecit ſibi Rex Salomon. M.218.219.
Ficus.L.141.142.144. T.145. 149. M.154. A.158.
Filiæ Ieruſalem.L.10.19. T.25. M. 26.L.118.M.122.194.364.L.414. M.606.
Filij matris meæ. L. 20. M. 37. 305.
Filiæ.L.99. T.99.M.101.L.119. T. 120. A.123. M. 194. 219. 224. 294.M.364.L. 457. M. 464. T. 604.M.606.
Filij.L.104. A. 117. M. 503.L. 526. M.606.
Filiæ Sion. A.226.M.464.
Filia Principis. L.498.T.505. M. 501.503.
Filia.M.502.T.526.
Filia multitudinis.L. 527. M. 529. A.530.
Fiſtula.L.293.296.M.299.
Flammæ. M.626.
Floridus. L. 86.89. T.91. A.94.L. 205.
Flores fructus parturiunt. T. 576.
Florum fructus.L.578.
Flores.L.89.103.104. 141.142. 143. T.148.M.153.154.A.158.L. 256. T.258.M.299.T.476.L.572. M. 577.A.578.L.579.
Flos. L.89.97.M. 100. A. 101.T. 109. M.116.153.T.575.
Flos campi.T.99.M.100.
Florentes.L.141.A.158.
Floruit.L.261.M.165.L.574.
Floruit vinea.L.572.T.574.M.577 A.578.
Floruiſſet vinea.T.476.M.479.
Floruerunt mala Punica. T. 575.
Fluunt impetu de Libano. L.301. M. 302. 303.
Fluent aromata. L.309. T.310.M. 312.A.313.
Fluent.L.309.T.310.A.313.
Fluenta.L.387.389.
Fluenta pleniſſima.T.391.
Flumina.A.633.
Fœtus.M.451.
Fons.L.277.286.T.287.288.M.289. 290. 291. A. 291. L. 295. T. 297.L.300.301. T.302.M.302. 303.
Fons ſignatus.T.288.M.290.
Fons hortorum. M. 302.303.317. 426.
Foramina petræ. L.146.M.157.A. 159.
Foramina.L.146.
Foramen. L.339. T. 341.M. 342.
Foris.L.590.T.590.591.M.592. A. 594.
Formoſa. L.10.M.35.A. 46. L.135. 136.137.M.139. A.139.T.150. A. 159.
Formoſa mea.M.139.
Fortes. L.204. 206. M. 211.L.251. 457.
Fortiſſimi.M.209.
Fortis eſt vt mors dilectio.T.620. 622.M.623.624.626.A.626.M.631
Fortis.T.620.M.631.
Fortis eſt.T.621.
Fragmen.L.242.A.247.
Fragmen mali punici. L. 244. M. 247.
Fragrantia.L.8.14.
Fragrantia vnguentis optimis. L. 14.T.22.M.30.A.40.
Frater.L.588.589.T.590.M.591.592. A.593.L.595.
Fructus eius dulcis.L.104.106. T. 110.M.112.A.117.
Fructus eius.T.554. A.660.
Fructus.L.105.106.T.110. M.112. 113.114. 115.154. L.295. T.298. M.299.T.320. L.552. T. 554. L.

Universidad de Deusto
Biblioteca

573.T.575.A.659.
Fructus parturiunt. L.572.M.557.
Fructum pomorum.L.314.T.315.
Fuge. L.309.M.664.L.666.667.T.668.M.669.670.
Fuge dilecte.M.669.
Fuge dilecte mi.M.662.663.T.668.M.669.670.A.671.
Fuge dilecte mi, & assimilare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum. M.669.
Fuit.A.659.
Fulcite me floribus.L.107.T.111.M.112.113.115.A.117.
Fumus.T.199.M.199.200.202.
Fumus ex aromatibus. M.207.
Fundatæ.L.405.
Fusca.T.25.M.36.A.46.T.384.

G

Galaad.L.229.T.230.M.232.L.265.
Gemelli.L.235.237.242.T.258.M.260.L.519.T.521.M.522.
Gemelli fœtus. T.237.M.239.A.239.L.449.M.451.
Genæ.L.44.51.T.53.M.62.231.A.234.L.243.M.247.A.247.L.392.T.393.396.A.396.T.454.
Genæ illius sicut areolæ aromatum.T.393.
Genæ tuæ.M.455.
Genæ tuæ absque occultis tuis.M.455.
Genitrix.M.190.A.466.616.
Genitricis suæ.A.466.
Germinassent.M.479.
Gladius.L.206.T.208.M.211.
Granatum.L.242.595.
Greges. T.26.52.M.57.A.64.233.L.235.A.239.
Greges caprarum.T.230.M.233.239.T.383.
Greges tonsarum. L.237.M.238.
Grex ouium.M.455.
Gressus.L.500.T.500.M.501.502.T.505.
Gressus tui.M.501.
Grossi. L.141.142.144.T.149.M.154.A.158.
Guttæ noctiũ.L.327.328.T.331.M.333.334.T.382.
Guttur.L.104.413.414.T.416.A.417.L.560.561.T.562.M.563.564.567.
Guttur illius suauissimum. L.413.414.

H.

Habet populos.T.654.
Habitas.L.660.T.661.A.665.
Hædi.L.48.T.52.M.57.58.
Hermon.L.266.267.268.T.269.M.270.271.A.271.
Hesebon.L.525.526.
Hiems.L.142.143.T.148.A.158.159.
Hiems transiit.T.148.M.152.A.158.
Hinnulus.L.124.126.127.A.175.M.259.A.672.
Hinnulus ceruorum.L.126.T.128.M.132.A.153.L.169.
Hinnuli.L.255.T.258.M.260.L.519.T.521.M.522.
Hinnuli capreæ.T.258.
His qui custodiunt fructus eius.T.654.655.
Homo.M.632.
Hortus.L.277.286.T.288.M.289.290.291.A.291.L.292.300.T.310.M.312.A.313.L.314.M.316.323.T.424.M.426.A.427.L.475.T.477.M.478.479.L.660.661.
Hortus conclusus.L.286.M.289.290.523.L.660.

Horti.

Horti. L.300.301.M.302.303.T.320.M.427.L.661.T.662.
Hortum meum.M.312.321.
Hortum suum.L.314.315.M.316.321.
Hortus nucum. L.475.T.476.477.L.660.
Hyacinthi. L.398.T.403.A.405.417.

I.

Iam declinauerat atque transierat. M.356.
Ibi dabo tibi vbera mea. L.474.M.577.
Ibi.T.575.A.586.600.M.615.616.
Ibi me docebis.L.595.M.599.
Ibi corrupta.L.613.
Ibi corrupta est mater. T.614.
Ibi violata.L.613.
Ierusalem.L.10.M.218.364.365.T.436.M.438.440.A.441.L.488.651.
Ignis atque flammarum. L.619.M.631.
Ignis.A.626.
Illius.L.108.
Ille declinauerat.T.352.
Illud.L.640.
Imber.L.142.143.T.147.A.159.
Imber abiit.T.148.M.152.A.158.
Immaculata mea.L.328.
Immaculata. L.329.T.331.M.333.A.334.
Impetus.T.302.M.302.
In te.L.10.T.24.M.34.
In calceamentis.L.499.T.500.
In curribus.L.44.
In Hesebon.M.529.
In cellam vinariam.L.105.M.112.
In palmam.T.554.
In montibus.L.124.T.128.A.153.
In porta filiæ multitudinis.L.527.T.527.M.529.A.530.
In.L.124.A.427.T.477.A.545.T.581.583.L.660.
In portis nostris omnia. L.578.
In portis. T.528.L.578.579.T.584.M.585.586.A.586.
In portis nostris. L.578.T.582.
In foraminibus.L.142.T.151.M.155.157.
In deliciis. L.543.T.544.M.545.609.
In auribus.L.147.
In cauerna maceriæ.T.150.M.155.157.
In terra nostra.M.153.
In lectulo. L.177.T.178.179.M.180.181.
In lectulo meo.M.181.
In domum matris meæ.L.185.A.191.
In domum matris. T.598.A.600.
In domum.M.189.599.
In vno.L.272.T.273.M.275.
In hortum. L.314.T.315.
In hortum suum.L.314.315.T.316.M.316.451.
In hortum nucum.T.476.477.M.478.
In hortis, L.660.T.661.662.M.662.A.665.
In eis.A.449.M.451.
In agrum. T.569.A.571.L.573.M.586.
In villis.T.569.A.571.L.573.
In die.T.635.636.
In die qua alloquenda est. M.657.
In ea quæ habet populos.M.657.A.659.
Inclinentur. L.168.255.M.260.
Inclinentur vmbræ.M.173.T.258.
Indica mihi. L.20.T.26.M.38.
Inebriamini.T.320.M.321.
Inebriamini charissimi. T.320.M.322.A.325.
Infernus.L.618.619.T.621.622.M.624.625.631.
Innixa.L.607.T.608.M.610.A.611.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Innixa super dilectum. L. 608. M. 610. 611.
Innixa super dilectum suum. M. 610. 623.
Inspicerem, si floruissent vineæ. M. 479.
Inter mulieres. L. 48.
Inter vbera. L. 71. T. 72. M. 74. 542.
Inter. L. 96. 97.
Inter spinas. L. 99.
Inter filios hominum. M. 113.
Inter lilia. T. 171. M. 173. T. 238.
Intremuit ad tactum eius. M. 343. 344.
Intrinsecus. T. 245.
Introduxit. L. 9. 17. M. 33. 34. L. 106. 111. M. 113. 115. 116. A. 117.
Introducam. M. 190. T. 597.
Intueamur. L. 388.
Intueamur te. L. 489. T. 490. M. 491.
Inueni. M. 180. L. 183. T. 185. A. 191. L. 351. T. 654.
Inuenerunt. L. 184. M. 188. A. 191.
Inuenerunt me. M. 360.
Inueniam. T. 591.
Inueniam te foris. A. 593.
Inueniam te foris, & deosculer te. M. 591.
Ipsa. L. 192.
Ipse est amicus meus. L. 414.
Israël. L. 204.
Ista. M. 609.
Iunctura. L. 504. T. 505. M. 506. 507. A. 508.
Iunctura femorum. L. 504. 505. 507. 508.
Iunctura fembrum tuorum sicut monilia. M. 506. 507. 515.
Iuxta tabernacula. L. 44.
Iuxta. L. 389.

L.

Labia. M. 30. 231. A. 234. L. 242. M. 246. 247. A. 247. L. 277. 281. 282. T. 282. M. 282. A. 285. L. 392 393. T. 393. 395. 396. A. 396. T. 453. L. 562. M. 563. 564.
Labia tua. M. 248.
Lac. L. 277. 281. 282. T. 282. M. 285. A. 285. L. 319. M. 321. 324. L. 389.
Lac sub lingua. L. 282.
Lacte lotæ. L. 386. 387. T. 390.
Lætabimur. T. 24.
Læua. L. 108. M. 113. 115. A. 117. T. 601. M. 602. A. 603.
Læua eius. M. 602.
Læua eius sub capite meo. T. 112. M. 113. 115. A. 117. M. 602.
Lampades. L. 619. T. 621. M. 623. 626. A. 627. M. 636.
Lampades eius. L. 619. M. 626.
Lampades eius lampades ignis atque flammarum. M. 623. 626.
Lampades ignis atque flammarum. M. 626.
Langueo. T. 111. M. 115. 116. L. 363. M. 365.
Laquearia. L. 86. 90. T. 91. 93. 94. A. 94.
Laquearia cypressina. M. 93. A. 94.
Later. L. 241.
Lauacrum. L. 235. A. 240.
Laudauerunt eam. M. 465.
Laui. L. 336.
Laui pedes. T. 337.
Laui pedes meos. T. 356. M. 337.
Lectulus. L. 85. 90. T. 91. M. 92. 93. A. 94. L. 177. T. 178. M. 180. 182. A. 191. L. 203. 205. T. 208. M. 209. 210.
Lectulus noster floridus. L. 89. M. 93.

Lectulus Salomonis. T. 208. M. 209. 210.
Leones. L. 267. 268. T. 269. M. 269. 270.
Libanus. M. 218. L. 256. 257. 265. M. 269. L. 270. 294. 300. M. 303. L. 407. T. 408. A. 411. L. 532. 533. T. 534. M. 535.
Ligna siluarum. L. 105. 106.
Ligna Libani. L. 214. 215. T. 216. M. 217. 218. A. 221. L. 296. M. 298.
Ligna. T. 216. L. 295. T. 297.
Lilium cõuallium. L. 96. 98. T. 99. M. 100. L. 373.
Lilium. L. 98. T. 99. M. 101. A. 101. T. 109. 171. M. 512.
Lilium inter spinas. L. 97. 98. T. 99. M. 100. A. 101.
Lilia. L. 168. 170. T. 171. L. 254. M. 260. 261. T. 393. 394. A. 396. 417. T. 425. M. 426. T. 430. 512. M. 516. A. 516. 517.
Lilia colligat. L. 424. M. 426.
Lingua. L. 277. T. 282. M. 284. 285.
Liquefacta. L. 350. T. 353. M. 356. 357.
Loquitur. T. 129. L. 134.
Loquitur mihi. M. 138.
Lotæ. L. 386.
Luna. L. 408. 409. M. 470. 471. 472 A. 473.

M.

Maceria. L. 142. 146. M. 155. 156.
Macula. L. 262. M. 263.
Macula non est in te. M. 263. A. 264. T. 268.
Malus. L. 102. 104. T. 110. 111. M. 113. 114. 115. L. 613.
Mali. L. 553. M. 558.
Malogranatum. L. 102. A. 234. L. 578.
Malum granatum. L. 592.
Malorum granatorum. L. 596. M. 599.
Malum. L. 101. 242. 244. 371. 597.
Malus inter ligna siluarum. L. 104. 106. L. 613.
Malum punicum. L. 244. T. 245. A. 247. T. 454. M. 455.
Mala Punica. L. 295. M. 296. T. 476. 477. M. 479. L. 573. T. 575. M. 577. A. 577. T. 598.
Mammæ. L. 277. 278. T. 279. M. 280.
Mammæ tuæ. M. 279.
Mandragoræ. L. 573. 578. 579. 580. 581. T. 582. 584. M. 585. A. 586.
Mandragoræ dederunt odorem. L. 578. T. 582.
Mandragoræ dederunt odorem in portis nostris. M. 585.
Manè surgamus ad vineas. L. 574. T. 574. 575. M. 576.
Manè surgamus. A. 577.
Mane. L. 574. T. 574. M. 576. A. 577.
Manus. A. 338. L. 339. 341. T. 341. M. 342. L. 346. T. 347. 348. 352. 353. L. 398. 400. 401. T. 402. 403. A. 405. L. 415.
Manum suam. L. 341.
Manus eius tornatiles. L. 400.
Manu artificis. T. 505. M. 507.
Marmoreæ. L. 406. 407. A. 410.
Mater. L. 223. M. 225. A. 226. M. 234 466. A. 599. M. 591. 648. L. 606. T. 608. A. 616.
Mater tua. T. 615.
Matris suæ. L. 438. M. 464. 466. A. 466.
Me audire vocem tuam. T. 662.
Me docebis. L. 596.
Mea. L. 70. M. 82. L. 138. M. 139. 269. 464.
Meum. L. 308. 314.
Meam. L. 319.
Meis. L. 319.
Meo. L. 319.
Medium. L. 214. M. 220.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Media charitate constrata. T. 216. M. 218. 220.
Mel. L. 277. 282. T. 283. M. 283. A. 285. L. 319. M. 322.
Mel & lac. L. 282. M. 284. 285.
Mel meum. M. 324. 325.
Memores. L. 33. M. 34. A. 46.
Memores vberum. T. 25.
Meridies. M. 38. A. 47. M. 56. T. 90.
Messui. L. 67. 318. T. 320. M. 321. A. 325.
Messui myrrham. 320. 322. 323.
Mihi. L. 160. M. 172. L. 329. 358. M. 431. A. 432.
Mille. L. 248. 250. 375. T. 655. M.
Mille clypei. T. 251. M. 252. 658.
Mille tui pacifici. L. 652. M. 658. A. 659.
Mille argenteos. L. 652. T. 654. 655. M. 657. A. 659.
Misit manum. A. 338. L. 341. T. 341.
Misi. L. 341.
Misit manum suam. M. 342. 343.
Misit manum suam per foramen. M. 343.
Monilia. L. 45. 50. 51. M. 62. A. 64. L. 70. 504. T. 505. M. 507.
Monile. T. 54. 55. L. 273. M. 506. 507. A. 508.
Montes. L. 126. T. 128. M. 130. 179. 270. A. 271. L. 667. M. 669.
Montes Bether. L. 169.
Mons Galaad. M. 232. A. 239.
Mons myrrhæ. L. 256. T. 258. M. 261. A. 261. 264. T. 268.
Mons. T. 258. M. 261. A. 264.
Montes pardorum. M. 270.
Montes aromatum. L. 667. T. 668. M. 669. 670.
Mors. T. 624.
Mulieres. T. 52. M. 268. L. 419.
Multitudo. A. 530.
Murenulæ. L. 45. 46. 50. 51. T. 55. M. 63. A. 64.
Murus. L. 640. T. 641. 642. M. 643. A. 644. L. 646. T. 647. M. 648. A. 649.
Murus est. T. 642.
Mustum. L. 595. 597. A. 600.
Mustum malorum granatorum. L. 597. T. 598. M. 598. 599.
Myrrha. L. 66. 70. 71. M. 73. 77. L. 81. 196. 197. T. 198. 199. M. 200. 201. L. 256. 257. T. 258. M. 261. L. 294. 296. T. 297. M. 299. L. 319. T. 320. M. 321. 323. A. 325. 338. L. 345. 346. 347. 348. M. 349. T. 353. L. 393. A. 396.
Myrrha probata. T. 348.
Myrrha probatissima. T. 353.
Myrrha prima. T. 393. 395. 396.

N.

Nardus. L. 65. 70. 71. T. 72. M. 74. 76. A. 78. L. 81. M. 82. L. 278. 293. 296. T. 297. M. 299.
Nardus & crocus. L. 293. T. 293.
Nasus. L. 531. 532. 535. T. 534. M. 534. 535. T. 539. L. 552.
Natus tuus. L. 534. M. 535.
Ne suscitetis. L. 119. 120. M. 123. T. 604. M. 609.
Ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectam. T. 604.
Nec dimittam. L. 183. 184. M. 189. A. 191. L. 595.
Nec flumina. T. 619. M. 631.
Nemo despiciat. T. 591. A. 594.
Nemo. A. 593.
Neque euigilare faciatis. M. 609.
Nesciui. L. 481. 482. T. 485. M. 485.
Nigra sum. L. 10. 18. M. 35. 36. A. 46.
Nigra. T. 25. M. 36. 593.
Nigræ. L. 380. 381. T. 382. 383. 384. L. 389.
Nigræ quasi coruus. L. 381. T. 382. L. 389.

Nisi. L. 494.
Nisi choros. L. 494.
Nisi choros castrorum. L. 495. T. 496.
Nobis. L. 163.
Nomen. T. 22.
Nomen tuum. A. 40.
Non inueni. L. 177. T. 178. 179. M. 180. 181. T. 185. 352. M. 356.
Non est inter eas. T. 238.
Non respondit. M. 356.
Non potuerunt extinguere charitatem. T. 629. M. 631.
Non habet. T. 635. M. 637.
Noster. L. 86.
Nostra. M. 153. L. 163. M. 637.
Noua. L. 578. T. 583. M. 585.
Noua & vetera. T. 583.
Nox. T. 179. M. 180. A. 191. T. 331. L. 574. A. 577.
Noctes. 178. L. 329. T. 331.
Nuces. T. 476. M. 478. 479. T. 582.
Num quem diligit anima mea vidistis? M. 188.
Nuncietis ei. M. 365.
Nunquam indigens poculis. M. 513. 515.

O.

O pulcherrima mulierum. M. 421.
Obruent. T. 629.
Obruent illam. 631.
Occulta tua. M. 455.
Octoginta. L. 456. 457. T. 459.
Octoginta concubinæ. L. 457. M. 463.
Oculi. L. 80. 81. T. 81. M. 82. 84. A. 84. T. 230. M. 231. A. 234. M. 238. L. 273. T. 273. L. 388. T. 390. A. 390. T. 396. M. 442. L. 527. T. 528. M. 528.
Oculi columbarum. M. 231. L. 388.
Oculus. L. 273. M. 275. 276. L. 388.
Oculi tui. L. 526. 527. M. 528. A. 530.
Odor vnguentorum. L. 17. T. 23. L. 278. M. 280.
Odor. T. 23. L. 70. T. 72. M. 74. 76. A. 77. L. 97. T. 149. 279. L. 553. T. 554. 555. M. 558. 559. A. 559. L. 578. T. 582. 584. A. 586.
Odorem suum. T. 150. A. 158.
Odor vestimentorum. L. 256. 282. T. 283. M. 283. 285. A. 285.
Odor thuris. L. 281.
Odor oris. M. 558.
Oleum. L. 8. 14. M. 30. 626.
Oleum effusum. L. 8. 14. T. 22. M. 30.
Omnes gemellis fœtibus. M. 239. A. 240.
Omnis armatura. T. 251. M. 252.
Omnis armatura fortium. M. 252.
Omnia prima vnguenta. L. 294.
Omnia. L. 574. M. 586. L. 595.
Omnem substantiam. L. 627. M. 632. A. 635.
Omnia poma. T. 584.
Omnia poma, noua & vetera, dilecte mi, seruaui tibi. M. 585. 591.
Omnia poma, noua & vetera. M. 585. A. 586
Oprimum. A. 385. L. 561. M. 565.
Ordinauit. L. 105. 106. T. 111.
Ordinauit in me charitatē. M. 112. 115. A. 117.
Ordinata. L. 435. M. 438. 439. L. 468. T. 470. A. 474.
Os. L. 242.
Oris. L. 552.
Osculetur me osculo oris sui. L. 7. 13. T. 21. M. 27. A. 40. 650. M. 663.
Osculetur me. M. 670.
Ostende mihi. T. 151. 152. M. 157.
Ostium. M. 333. T. 347. M. 349. 354. 356. L. 540. T. 642. M. 644. A. 644. T. 647. M. 648.
Ouis. A. 234.
Oues. L. 449. M. 451.

Universidad de Deusto
Biblioteca

P

Pacificus. L.488.A.492.M.649.L. 651.652.T.654.M. 658. A.659.
Pacifici.L.652.T.654.M.658.
Pacem.T.646.647.654.
Pallium. L.358.
Palma. L. 102. 379.381. A.385.L. 547.T.549.M.550.A.551.T.554. M.556.
Palmæ.L.388.
Paradiſus. L.277. M.290.L.292. 294.T.297.M.299.305.
Paradiſus malorum Punicorum. L.295.
Pardi.L.267. T.269.M.269.270.
Paries.L.127.T. 128.M.131.
Paries noſter.M.131.
Paruulæ.T.163.M.166.
Paruula.T.636.M.638.
Parua.L.635.M.637.
Paſcas.L.11.M.38.A.47.
Paſce.M.57.58.
Paſtores.L. 20.48. T. 52.M.57.A. 64.L.70.
Paſtor.A.47.
Paſcitur. L.168. T.171.M.261.A. 261.L.428.
Paſcatur.L. 425.
Paſcitur inter lilia. M.173.A.175. L.428.429.
Paſcatur in hortis. M.426.
Paſcuntur.T.258.M.259.
Paſcuntur in liliis.M.260.
Paululum. L. 184. T. 185.M.187. 188.189.A.191.
Pedes.L.336.T.336. L.499.M.501.
Pelles.L.11.
Pelles Salomonis. L.11.T.25.M. 36.A.46.
Pendent ex ea.M.254.
Per capreas. M.122.L.192.M. 194.
Per cancellos.L.125.
Per feneſtras.L. 127.T.128.
Per noctem.T.178.179.
Per noctes.M.180.
Per vicos.L.183.
Per foramen.L.341.T.342. M.342. 343.
Percuſſerunt me.M.361.
Perfecta.L.456.M.464.
Perfecta mea.460.M. 464.466.
Perſia.L.306.T.310.
Perſia hortum. L.309. T.310. M. 312.A.313.
Peſſulum. L.339.341.M.349.T. 353.M.354.356.
Peſſulum oſtij. T.353.M.432.
Petra.L.142.146.T.151.M.155.
Pharao.L.49.M.61.
Pigmentarij. L.197. M.200.201. T.394.
Piſcinæ. L.525.527.T.528.529.A. 530.
Piſcinæ in Heſebon.L.527.T.527.
Plateæ.T.185.186.
Pleniſſima. L.389.
Plenæ hyacinthis. L.398.399.T. 405.
Plenæ.L.399.T.403.
Pocula.L.509.511.T.512.
Poculum.T.597.M.598.
Poculum ex vino condito.T.598. A.600.
Poma. L. 108.314.474. T.477.555. L.578.662.
Pomum.T.109.614.
Pomorum fructus. L.292.
Pomorum ſuorum. L.315. M. 316.
Poma conuallium. L.474.T.477. M.478.480.
Pone.T.620.621.A.626.
Pone me vt ſignaculum. T.614. M.624.
Pone me vt ſignaculum ſuper,&c. M.622.623.624.625.
Pone me vt ſignaculum ſuper cor tuum.M.622.625.
Porta.L.525.527.T.528.M.529.

Porta filiæ multitudinis.L.526.
Portæ.T.582.584.
Poſt parietem.L.124. 127. M.131. A.133.
Poſt te.M.32.
Poſt te curremus in odorem vnguentorum tuorum.L.666.
Poſuerunt me cuſtodem. M.37.A. 46.
Potandum.L.569.
Prædicauerunt. M.465.
Prima vnguenta, L.294. M.299.
Prima.L.392.
Princeps.M.502.503.
Pro dilectione.L. 627. T.629. M. 632.
Pro fructu eius.T.654.
Pro.A.659.
Probatiſſima.M.349.
Progreditur. L.467.M. 471. T. 608.
Propera.L. 134.T.136.137. M. 159. A.139. T.151.
Propter. L. 204.
Propter timores nocturnos. L. 207.T.208.M.211.A.212.
Propter filias Ieruſalem .L.214. M.218. 220.
Propter quadrigas Aminadab. T. 485.M.485.
Propugnacula. L. 248.250. T.251. M.252. 253.254.A. 254.M. 643. A.644.
Propugnacula argentea.T.641.M. 649.
Proſpiciens.L.125. M.133.
Protulit.L.141.
Propugnauerunt contra me. L. 20.T.26.M.37.A.46.
Pulcherrima. L. 43. 48. T. 52. L. 367.419.
Pulchræ ſunt genæ. L. 49. 50. T. 53.M.62.
Pulcherrima mulierum. M. 363. 422.
Pulcherrima inter mulieres.M.56
Pulchra vt Luna.T.469.M.470. 614.
Pulchra. T. 73. L. 79.81.T.81.M. 82.83.A. 84.M.91.92.T.230.L. 435. T.436.M.438.439.A.441. M.470.L.543.T. 544. M.544. 545.A.545.L.547.M.550.
Pulcher.L.85.88.T.90.M.91.92.L. 97.
Pulchri.L.499.T. 500. M.502.
Pulchra es.M.263.L. 433. M. 438. 439.
Pulchræ.L.277.M.279.
Pulchriora.L.277.M.279.
Pulſans.M.332.L.339.M.354.
Puluis.T.199.M.199.200.
Puluis pigmentarij.M.200.
Punicum.L.242.295.596.597.
Punica.T.575.L.597.
Purpureus.L.214.215.T.216.
Purpura regis. L. 536. 537.T.540. M.541.542.
Purpura.L.538.539.T.539. M.541. 542.
Putatio.L.140.144.T.148.M.153. 154.
Puteus.L.278.300.301.T.302. M. 303.
Puteus aquarum viuentium. A. 291.M.302.303.

Q

Quæ apparuerunt de Galaad. M. 447.
Quæ aſcenderunt.T.450.
Quæ aſcendit.A.611.
Quæ.M.451.610.L.660.
Quæ eſt.L.607.
Quæ eſt iſta. M. 466. L. 608. M. 609.610.611.
Quæ eſt iſta,quæ aſcendit de deſerto.M.609.
Quæ eſt iſta,quæ progreditur. A. 466.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quæ fabricata sunt manu artificis. M.507.
Quæ sunt in portâ.L.525.A.530.
Quæ respicit contra Damascum. M.532.
Quæ habet populos.M.656.
Quæ habitas.M.662.A.665.
Quæ habitas in hortis.M.662.
Quæsiui.L.178.T.179.M.179.180. T.181.185.352.M.356.L.358.
Quæram.A.191.
Quæremus.L.420.
Quæremus eum tecũ M.421.422.
Quadrigæ.L.482.483.M.484.
Quadrigæ Aminadab.L.485.
Qualis est.L.366.
Qualis est dilectus ex dilecto. L. 413.
Quàm pulchræ.M.280.
Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis.M.502.
Quàm pulchri sunt.L.494.
Quàm pulchri.L.498.M.502.
Quàm pulchra. M.544.545.T.555.
Quàm decora.544.545.
Quando alloquenda.L.654.
Quasi coruus.L.381.
Quasi aurora consurgens. L.467.
Quasi nihil despiciet eam. T.629. M.632.
Quasi pacem reperiens. L.646.T. 647.M.648.A.649.T.654.
Quasi pacem.M.640.A.649.650.
Quasi.L.646.M.649.
quem desideraueram.L.103.T.110.
Quem diligit.L.176.T.178.M.181.
Qui pascitur.L.168.A.432.
Qui pascitur inter lilia.M.432.
Qui custodiunt fructus.M.458.
Quia caput meũ plenum est rore. M.333.334.
Quia amore langueo.M.365.
Quia ipsi me auolare fecerunt.M. 444.A.445.
Quia fortis.T.620.
Quia fortis est vt mors dilectio.M. 622.623.624.625.627.
Quid videbis in Sulamite.L.493.
Quid.L.495.
Quid videbis.L.495.T.496.
Quid faciemus sorori nostræ. M. 637.
Quid faciemus sorori nostræ in die qua alloquenda est?L.587.
Quis mihi det.L.582.M.591.
Quis mihi det te fratrem. M. 592.
Quis mihi det te fratrem meum. M. 591.602.
Quò abiit.L.418.419.T. 420. M. 422.
Quò abiit dilectus tuus.M.421.
Quò declinauit dilectus tuus.L. 418.
Quò declinauit.M.421.422.
Quoad vsque velit.M.123.
Quod intrinsecus latet. L.227. T. 231.L.242.

R.

Reclinatorium. L. 214. 215.M. 218.
Reclinatorium aureum.T.216.M. 218.219.
Recti.L.10.18.T.25.M.34.
Reginæ. M.31.A.276.L.457.458. T. 459. M. 461.462.463.465. 466.
Reginæ & concubinæ.M.466.
Reperiens.M.647.648.649.
Resident iuxta fluenta.L.387.
Resident iuxta fluenta plenissima. T.590.
Respicit.L.535.
Respicit contra Damascum.T.534. M.534.535.
Respondit.M.355.
Reuertere. T.172.M.174.L.489. T.491. M.491.492.
Reuertere,reuertere. L.488. A.492.

Reuertere vt intueamur te. L.489. M.491.A.492.
Rex.L.9.M.34.L.65.70. T.72.M. 74.76.A.117.226.T.539.
Riuuli.L.380.T.390.A.390.
Riuuli aquarum.L.387.
Ros. L.329. T.351. 334. A.334.T. 382.
Rubicundus. L.97.371.372. T. 374.
Ruminandum.L.560.561.

S.

Saliens.M.130.A.135.
Salomon.T.25.L.203.204. T.208. M.218.L.488.651.652.T.654.
Sanir. L.266.267.268.T.269.M. 270.271.A.271.
Sapphiri. L.399.401. T.403.404. A.405.
Sedi.L.104.M.114.T.548.
Seruaui.T.582.584.
Seruaui tibi. T.582. M.585.586.
Sexaginta. L.204.205.206.T.209. M. 209.210.211. L. 456. 457.T. 460.M.461.
Sexaginta fortes.L.206.207.A.212.
Si ignoras te.L.43.46.47.M.56.L. 352.
Si.L.47.362.572.645.
Si inueneritis. M.365.
Si inueneritis dilectum meum.M. 364.365.
Si dederit homo.T.629.
Si dederit homo omnem substantiam.T.629.M.632.
Si ostium est. T.642.M.644.
Si floruerunt.L.572.
Sic dilectus meus inter filios. M. 475.
Sic amica mea inter filias. M. 473.
Sicut.L.44.M.239.455.
Sicut malus inter ligna siluarum. M.433.
Sicut lilium inter spinas. M.473.
Sicut lilium.L.98.
Sicut monilia.T.505.M.506.
Sicut elatæ palmarum. L.381.
Sicut malus.A.117.
Sicut columbæ.L.388.
Sicut virgula.M.202.
Sicut areolæ.L.391.
Sicut greges tonsarum.M.239.
Sicut Ierusalem. L.435.M.438. 440.
Sicut vitta coccinea.M.246.
Sicut grex caprarum. M.447. 448.
Sicut turris Libani. L.533.
Sicut turris. M.253.L.533.M.535. 648.649.A.649.
Sicut turris eburnea.L.519.M.521. 522.523.
Sicut cortex mali.M.455.
Sicut odor thuris.M.285.
Sicut acernus tritici. L.511.M.514. 515.
Sicut piscinæ in Hesebon. M.529.
Sicut purpura regis. L.538.539.T. 539.M.541.
Sicut botri vineæ.L.553.T.554.M. 556.A.559.
Sicut botri.T.556.
Sicut malorum. T.554.M.558.559. A.559.
Sicut vinum optimum. A.559.T. 562.M.564.567.
Sicut vinum.L.560.T.562.
Sicut infernus.M.625.627.
Sicut infernus æmulatio.T.622.A. 626.
Signatus. L.286.T.287.M.289. 290.291 A.291.L.501.
Signaculum. L.617.618.T.261. 622.M.622.624.
Siluæ.L.105.T.109.
Similis est.L.124.M.131.
Similis capreæ. L.127.129.A.135. T.172.A.175.
Sion.M.464.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sol.M.37.L.408.T.469.M.471.A. 478.
Sonet vox.L.142.147.T.152.M. 155.
Soror mea. L.273.M.290.L.328. T.331.
Soror.M.275.T.287.L.319.329.T. 331.M.333.A.334.T.424.L.588. M.637.
Soror mea sponsa. M.305.L.589.
Soror nostra parua est. L.589.T. 635.
Soror nostra.T.635.M.637.
Species eius.L.406.
Species eius vt Libani.L.407.T. 490.
Species.T.409.A.410.
Speciosa.L.142.T.150.
Speciosa mea.M.155.
Spinæ.L.97.98.T.99.M.100.T. 109
Spōsa.M.269.274.T.287.M.290. L.319.589.
Sponsa mea.L.275.
Stat.L.124.127.T.128.M.131.
Statura.L.546.547.T.548.549.M. 550.A.551.L.553.
Statura tua.L.546.T.548.
Statura tua assimilata est palmæ. M.549.
Sterilis.L.235.237.T.238.A.240. L.242.
Sterilis non est in eis.M.451.
Stillauerunt.T.347.348.M.349.T. 353.
Stipate.L.104.
Stipate me malis.L.107.T.111.M. 112.113.115.A.117.
Suauissimum.L.413.A.417.
Suauis.L.433.435 T.436.M.438. 439.A.441.
Sub vmbra.L.105.106.T.109.110. M.113.114.
Sub capite.L.104.M.602.A.603.
Sub capite meo.M.602.
Sub lingua.L.281.282.M.285.
Sub.T.601.
Sub arbore.L.613.M.625.
Sub arbore malo.T.614.A.616.
Sub arbore malo suscitaui te.M. 615.623.
Substantia.M.632.
Sugentem.L.589.T.591.M.591.A 594.
Sugentem vbera matris meæ.M. 591.
Sulamitis.L.487.T.490.L.494.
Super montes Bether.T.172.A. 175.M.261.
Super montes.A.671.
Super femur.L.204.207.T.209. M.209.211.A.212.
Super montes aromatum.L.256. T.669.M.670.A.672.
Super vinum.T.383.
Super.L.386.389.
Super eam.M.649.
Super riuulos aquarum.L.388.
Super dilectum.T.608.M.610.
Super dilectum suū.M.610.A.611.
Super cor.T.620.621.M.624.
Super brachium.T.620.621.M. 623.624.A.626.
Super brachium tuū.M.623.624.
Surge.L.134.T.136.137.M.138.139. A.139.L.142.145.T.150.151.M. 155.A.158.159.M.305.L.306.T. 310.M.576.
Surge amica.T.150.M.155.
Surgam & circuibo.L.183.T.186.
Surgam.T.186.
Surgamus.M.576.
Surge Aquilo.M.303.L.309.M. 311.A.313.
Surrexi, vt aperirem dilecto meo. M.343.
Surrexi.T.347.352.
Suscitare.T.120.
Suscitaui.T.614.A.616.
Suscitaui te.L.613.
Suus.L.70.71.M.76.
Suorum.M.317.

Taber-

T.

Tabernacula.L.11.
Tabernacula Cedar.T.25.M.36. A.46.
Tabernacula pastorum.L.70.
Tabernaculum.A.234.
Tabulis.L.640.T.641.A.644.
Tabulis cedrinis.L.641.T.642. M.644.A.644.
Talis.L.413.
Talis est dilectus meus.L.414.589.
Tecum.L.420.
Tempus putationis.L.140.M. 153.154.A.158.
Tenui.M.189.
Tenui eum.M.189.A.191.L.595.
Tenentes gladios.L.204.206.T. 209.M.210.211.A.212.
Terra.L.140.143.M.153.
Terribilis.L.434.T.437.M.438. 440.441.471.472.
Terribilis vt castrorum acies ordinata.M.438.439.440.T.470.
Thus.L.196.197.T.198.199.M. 200.201.L.256.258.T.258.M. 261.T.268.M.270.L.281.T.283. M.283.A.285.L.294.
Tibi.T.575.
Tigna.L.86.90.T.91.M91.93.A.94.
Tigna cedrina.M.93.A.94.
Tigna domorum.M.93.
Timores nocturni.M.210.
Tonsæ.L.225.T.227.L.449.
Tornatiles.L.407.T.408.L.417. A.417.
Tornatiles aureæ.T.402.403.
Tornatilis.L.509.T.511.M.513.A. 516.
Tota pulchra.T.263.M.263.A. 264.L.267.T.268.
Totus desiderabilis.L.412.A.417.
Totus.L.414.
Tradidit.L.651.T.654.M.657.A. 659.
Tradidit eam custodibus.M.657.
Trahe me.L.8.16.T.23.M.31.32.A. 40.L.666.
Transiit.L.140.M.152.A.159.
Transierat.T.352.M.355.356.
Transiliens.M.130.131.
Triticum.L.511.T.512.M.512.513.
Tu pulcher.M.91.93.
Tulerunt.L.358.
Tunica.L.335.T.337.
Turris Dauid.A.234.L.248.T.251. M.252.253.254.
Turris.L.249.250.M.252.253.A. 254.L.391.T.520.M.521.522. 523.L.531.533.T.534.L.645.646. T.647.M.647.648.649.
Turris eburnea.L.520.T.521.M. 522.523.
Turris Libani.T.534.M.534.
Turtur.L.44.50.T.53.M.62 A.64. L.141.144.M.154.
Turtures.T.55.L.142.
Tuus.M.513.514.
Tua.L.552.
Tui pacifici.T.654.

V.

Vadam ad montem.L.255.257.T. 258.M.261.
Vagari.L.12.20.M.38.A.47.
Vagari incipiam.L.12.
Vallatus.L.509.T.512.M.516.
Vallatus liliis.L.511.M.513.514. 516.
Vbera tua.L.7.13.14.M.34.A.40. L.553.M.556.557.
Vbera tua botris.M.550.
Vbera meliora.L.14.T.22.
Vbera mea.L.572.574.T.573.647. M.648.A.649.
Vbera.T.22.M.30.L.67.M.77. 231.A.234.L.255.256.T.259. M.250.260.A.261.L.277.T. 278.M.279.280.T.383.L.518. 519.M.522.523.L.547.T.548. M.550.A.551.L.552.553.T.554. 555.M.556.558.A.559.L.574.T. 575.576.A.577.M.591.A.593.T. 635.M.637.638.L.646.M.648.649

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vbera mea sicut turris. L.391.M. 648.
Vbera non habet. L.634.635. T. 635.M.638.A.639.
Vbera matris.T.592.A.595.
Vbi cubes,vbi pascas.M.57.A.64.
Veni. L.136.T.137.M.139.T.150. 151. M.155.156.A.157. L.166. M.168.L.308.309.M.312. T.315. L.318.M.321.570.
Veni de Libano.A.164.T.269.M. 269.A.271.
Veni,coronaberis.L.265.
Veni Auster.L.306.309.M.312.
Veni in hortum.L.315.
Veni in hortum meum. M. 323.
Veniat.M.363.
Veniat dilectus meus in hortum suum.M.321.
Venidilecte mi,egrediamur.T.566
Veni dilecte mi. M.570.585.
Venter. A.338.L.340.M.343.L. 398. 401.T.403.404.A.405. L.511.T.511.512. M.513.514. 515.
Venter eius eburneus.L.340.401. T.404.
Venter eius.T.403.
Vēter meus intremuit.M.342.343
Venter meus M.343.344.
Venter tuus sicut,&c.M.515.
Venter tuus sicut aceruus tritici. M.514.
Venter tuus. A.516.
Vermiculatæ argento.L.45.46.52. T.55.
Vertex sanit.M.270.
Vestigia.L.44.
Vestigia gregum.L.48.
Vestimenta.L.277.T.278.L.282. T.283.
Vetem.T.583.584.M.586.
Vici.T.186.
Viderunt eam.L.457.M.465.
Viderunt.L.457.M.465.
Viderunt eam filiæ Sion. A. 466.
Viderunt eam filiæ Sion,& beatissimam prædicauerunt. M. 464.
Vidorem.T.477.
Videbis. L.494.495.
Videamus si floruit vinea. M. 577.
Videamus si floruit.L.574.
Videamus.T.475.M.577.
Vigiles. T.186. M.187.188.360.
Vigilat.L.327.T.330.A.436.
Villæ. L.573.
Vincta canalibus.L.536.539.
Vincta.L.537.M.541.
Vinea.T.20. M.37. L.144.145. M. 154.155.156.A.158.T.477.L.553. M.556.L.574.M.576. L.651. T. 654.656.M.656.657.A.659.
Vineam non custodiui.M.37. A.46
Vineæ Engaddi.T.73. M.74.75.78. A.78.
Vinea.L.141.145.M.165.479. 606.
Vineæ florentes. L.145.T.149. M. 154.T.165.M.165.A.167.T.477. L.578.
Vinea nostra.L.161.163.M.165.
Vinea mea.M.657.
Vinea mea coram me est. L. 651. 652. T.654.A.659.
Vinea fuit.M.657.
Vinea fuit pacifico. T.654. M.656.
Vinea fuit pacifico in ea quæ habet populos.M.656.
Vinum.L.7.14.T.22.M.34.T.111. L. 278. M. 279.L.319.T.321.M. 321.323.324.325.A.325.L.561.M. 563. L.596. T.598.A.600.T. 654.
Vinum optimum.L.561.
Vino condito.L.595.
Violata est genitrix.T.614.
Violata est genitrix tua.M. 616.
Violata.A.616.
Vir.L.652.T.654.M.657.
Vir affert pro fructu eius mille argenteos.L.652.M.656.657.
Vir affert.A.659.
Virgula fumi.L.197.T.198.M. 200 201.

201.202.
Virgula.L.197.T.198.
Vitta.A.234.L.241.243.T.245. M. 246.247.A.247.T.453.
Vitta coccinea.M.246.247.T.453.
Viuentes.L.301.M.302.304.
Vmbilicus. 509.510.511.T. 513.M. 513.A.516.
Vmbilicus tuus. L.510.M.513.
Vmbilicus tuus crater tornatilis. M.513.
Vmbra.L.105.106. T. 109. M.112, 114.A.157.T.171.548.
Vmbræ. M. 174. T. 258.M.260. A.261.
Vnguentum effusum.L.16.
Vnguentum.M.30.
Vnguenta optima.A.40.
Vnguenta.L.70.278.T.278.M.280. A.291.L.294.M. 298. 299.
Vniuersi puluueris pigmentarij. T. 199.M.201.
Vniuersa ligna Libani. L.296.M. 299.
Vniuscuiusque ensis.L.204.T.209 M. 210.211.A.212.
Vnus oculorum.L. 272. T. 273. M. 275.276.A.276.
Vnus crinis. T.272.M.275.276.A. 276.
Vnum.T.273.
Vna.L.454.458. M. 464. 465. 466. A.466.M.503.
Vna est columba mea. T.460.M. 464
Vna est matri suæ.T.460.
Vna est. M.464.465.A.466.
Vocaui, & non respondit mihi. T. 352.
Vocaui.M.355.L.358.
Vox dilecti. L.126.M. 129. L.327. T.329. M. 334.438.
Vox.M.129.L.147.T.152.A.159.M. 332.T.661.
Vox turturis.L.141.144.T.148. M. 154.A.159.
Vox dulcis.T.152.M.157.
Vox dilecti mei pulsantis. T.331.A. 334.
Vt comedat fructum pomorum suorum.L.315.M.316.317.
Vt inueniam.L.589.
Vt locutus.L.551.
Vt viderem.T.476.M.480.
Vt viderem poma conuallium. M. 478.
Vt nuncietis ei.M.365.
Vt intueamur te.L.489.
Vt. L. 406. 424. 467.489.M.491.
Vt Libani.L.409.
Vt Carmelus.L.537.538.T.539.540
Vt pascatur.L.424.
Vt pascatur in horris.M.426.
Vt castrorum acies. M.438.
Vt castrorum acies ordinata.L.435. M.440.471.472.
Vt castrorum.L.467.
Vt Luna.M.470.A.473.
Vt Sol.M.471.A. 473.
Vt mors dilectio. T. 620. M. 631.
Vt signaculum. T.620.621.622.M. 624.A.626.
Vt signaculum super cor. M. 624. A.626.
Vt signaculum super brachium. M.624.
Vt signaculum super brachium tuum.M.622.624.625.
Vt inueniam te foris. M.591.592.
Vulnerasti. L.272. M.276.A.276.
Vulnerasti cor.T. 272.M.275.276.
Vulnerauerunt.L.258.
Vulnerauerunt me.M.261.
Vulpes.L. 160.161.163. M.165. 166.
Vulpes paruulas. L.160. T.164.165. M.165.166.A.167.

Deo JESV CHRISTO *honor & gloria.*

Universidad de Deusto
Biblioteca

ALTER
INDEX LOCORVM
SACRÆ SCRIPTVRÆ,
IN PRIORI PRÆTERMISSORVM.

EX VETERI TESTAMENTO.

Obseruabis, pie lector, pro hoc Indice, & sequenti: ea quæ notata sunt numeris Romanis, in Isagoge haberi, quæ verò notis arithmeticis, in toto opere. Nam ipsa Isagoge Romanos numeros præfixos habet, vt totum opus arithmeticos.

GEN. 2. v. 9. Plantauerat autem Deus arborem vitæ in medio Paradisi, & lignũ scientiæ boni & mali. 348.
Gen. 3. v. 26. Sub viri potestate eris. 565.
Gen. 3. v. 16. In dolore paries. 101.
Gen. 7. v. 2. Ex omnibus animantibus tolle septena & septena. 160.
Gen. 22. v. 12. Nunc cognoui. 480.
Gen. 23. v. 16. Quadringentos siclos argenti, probatæ monetæ, Heb. transeuntis. 345.
Gen. 30. v. 14. Reperit mandragoras, quas matri Liæ detulit. 484. & 579.
Gen. 32. v. 26. Iam enim ascendit aurora. 467. & fusiùs 472.
Gen. 49. Filiæ discurrerunt super murum, sed exasperauerunt eum. 99.
Num. 13. v. 24. Pergentésque ad torrentem botri, abscíderunt palmitem cum vua sua, portantes duo viri. 555.
Deut. 32. v. 2. Quasi imber super terram, & quasi stillæ super gramina. 22.
Iosue 2. v. 18. Signum fuerit funiculus coccineus. 453.
Iud. 15. Cepit trecentas vulpes, cau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

caudásque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio, quas igne succēdēs dimisit.166.
4.Reg.21.v.26.Sepelieruntq; eū in sepulchro suo in horto Oza.X.
Esth.15.v.12. Quid habes Esther? ego sum frater tuus, noli metuere. 588.
Iob 7.v.13.Mater mea & soror mea vermibus. 589.
Ps.2.v.12. Apprehendite disciplinam. 7.
Psalm.3.v.9.Domini est salus.114.
Ps.15.v.20. Caro mea requiesceet in spe,& nō dabis sanctum tuū videre corruptionem. 93.
Ps.29.v.10.Quę vtilitas in sanguine meo, si descēdissem in interitum. 556.
Psal. 23. v.8. Dominus potens in prælio. 210.
Psal.35. v.8.Homines & iumenta saluabis Domine. 459.
Psal.44.v.2. Eructauit cor meum verbum bonum. 414.
Psalm.44.v.13. Omnis gloria filiæ Regis abintus. 227.
Ps.44.v.15. Adduxerunt regi virgines post eam. 154.
Ps.64.v.2.Te decet hymnus Deus in Sion. 563.
Ps.75.v.7.Dormitauerunt, qui ascenderunt equos. 60.
Ps.75.v.13.Terribili,&ei qui aufert spiritum principum. 441.
Ps.95. v.1.Cantate Dño canticum nouū,cātate dño omnis terra.1.
Ps.100.v.1.Misericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. 2.
Ps.100.v.8.In matutino interficiebā omnes peccatores terræ.348.
Ps.103.v.2.Omnia in sapientia fecisti. 201.
Ps.110.v.3. Confessio & magnificentia opus eius. 399.
Ps.121.v.1.Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi. 10.
Ps.123.v.2.Torrentem pertransiuit anima mea. 580.
Ps.138. Et nox illuminatio mea in deliciis meis. 331.
Ps.149. v. 6. Exultationes Dei in faucibus eorum. 2.
Prou.23.v.31.Ne intuearis vinum quando flaueſcit,ingreditur blādè, sed in nouissimo mordebit vt coluber. 560.
Ecc.24.v.20.Sicut cinnamomū & balsamum aromatizās.68. quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris. 71.
Eccl.24.v.41.Rigabo hortum meū plantationum. 302.
Eccl.36.v.26. Vir eius nō est secūdū similitudinem hominū. 274.
Eccl.36.v. 6.Innoua signa, immuta mirabilia. 274.
Eccl.43.v.6.Luna in omnib. in tēpore suo,ostēsio tēporis & signū æui : à luna signum diei festi, luminare quod minuitur in consummatione. 472.
Eccl.47.v.18.In cantilenis & prouerbiis & comparationib. & eęt. & inclinasti femora tua mulieribus. XXIV.
Eccl.47.v.26. Et finem habuit Salomon cum patribus suis. X.
Esa.3.v.20. Et periscelides & murenulas.45.& olfactoriola. 67.
Isa.40.v.6.Omnis caro fœnū. 171.
Esa.45.v.8. Aperiatur terra & germinet Saluatorem. 4.
Isa.47.Denuda turpitud. tuā. 228.
Isa.51.v.4.Attendite ad me populę meus. 223.
Isa.53.v.2.Et vidimus eum nō habentem speciem neq; decorē.89.
Esa.63.v.3.Torcular calcaui sol⁹& de gētib.nō est vir mecū.Calcaui eos in furore meo, & omnia vestimenta mea inquinaui. 573.

Isa.64.v.15.Non est qui consurgat, & teneat te. 189.
Iere.2.v.22.Si laueris te nitro.387.
Ier.17.v.5.Maledict⁹ qui cōfidit in homine, benedictus qui confidit in Domino. 114.
Ezech. 23.v.14. Cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum, expressas coloribus. 415.
Ezech. 25. v.7. Fili hominis duæ mulieres filiæ vnius matris fuerūt,& fornicatæ sunt in Ægypto, &c. 521.
Ezech.44.v.2.Porta hæc clausa erit,& non aperietur. 354.
Dan.4.v.14. In sententia vigilum decretum est. 188.
Ose.3.v.2.Fodi eā mihi quindecim argēteis,& coro hordei, &c.655.
Ose.12.v.4.In fortitudine sua directus est cum Angelo,& inualuit ad Angelum, & confortatus est. 522.
Habac.2.5. Iustus ex fid.viuit.163
Zach.9.v.17.Et vinum germinans virgines. 280.

Ex nouo Testamento.

Matth.1.v.17.Ab Abrahā vsq; ad Dauid generationes quatuordecim,à Dauid vsque ad transmigrationem quatuordecim. 132.
Matt.5. v.13. Sic luceat lux vestra coram hominibus. 23.
Matt.11.v.18.Venit Io.nō manducans & nō bibens.Filius hominis venit māducās &bibēs.130.
Matt.12.v.10. Qui fecerit volūtatē Patris,ipse meus frater, & soror,& mater est. 35.
Matt.22.v. 30. Erunt sicut Angeli Dei. 64.
Mat.22.v.30.Sed sunt sicut Angeli Dei. 410.
Marc.3.v.31.Ecce mater tua &fratres foris stant quærētes te.Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? 131.
Mar.14.v.8.Præuenit vngere corpus meum in sepulturam. 72.
Luc.1.v.31.Hic erit magnus coram Domino,& filius altissimi vocabitur,& dabit ei Dominus Deus sedem Dauid patris eius. 225.
Luc.22.v.3.Edetis & bibetis super mensam meā in regno meo.173.
Luc.23.v.11.Et illusit indutum veste alba. 370.
Luc.24.v.42. At illi obtulerunt ei partem piscis assi,& fauū mellis. 324.
Ioan.1. v.14. Vidimus gloriam eius,plenum gratiæ & veritatis. 131.
Ioann.2. Vinum non habent,quid mihi & tibi est mulier? 113
Ioan.4.v.34. Vt perficiam opus eius. 236.
Ioan.7.v.46.Nunquam sic locutus est homo. 129.
Ioan.19.v.3. Mixturam myrrhæ & aloes.296.
Rom.8.v.3. Vt de peccato dānaret peccatum in carne. 395.
Rom.10.v.15. Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem.49.
1. Cor.1. v.23. Nos prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam. 254.
1.Cor.12.v.23. Quæ inhonesta sūt nostra, his etiam abundantiorem honorem circundamus. 506. 507.
2.Cor.3.v.9. Littera occidit,spiritus autem viuificat. 385.
2.Cor.5.v.6.Et si nouimus secundum carnem Christū, sed nunc non nouimus. 224.
Gal.2.v.20. Viuo ego iam non ego, viuit verò in me Christus. 354.365.

Phil. 2. v. 8. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem Crucis, &c. 253.
1. Thessal. 3. v. 2. Qui tentat. 242.
2. Tim. 2. v. 15. Rectè tractantem verbum Dei. 236.
Iac. 2. v. 2. In veste candida & præclara. 370.
Apoc. 6. v. 13. Sicut ficus emittit grossos suos. 141.
Apoc. 14. Cantabant canticum nouum ante sedem Dei, & nemo poterat dicere canticum illud. 3.
Apoc. 15. v. 2. 3. Vidi eos qui vicerunt bestiam habentes citharas Dei, vt cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni. 2.

ALTER



ALTER
INDEX RERVM ET VERBORVM FACILIOR ET VTILIOR.

A

ABstractis vti pro concretis cur soleamus. 8.
Accubare est in secreto residere. 70.
Acies Ecclesiæ tres sunt, Iudæorum, Gentiliũ, & reliquiarum. 435.
Acies castrorum sunt agmen militum, quales sunt Doctores, Cõfessores, coniugati. ibid.
Acies charitatis est quæ facit hominem insuperabilem. 437.
Actionem commendant duo, animus agentis & exterior species actionis. 403
Actionum tria genera, bonę, malæ, mediæ. 220. quædam manifestè, quædam occultè geruntur. 245.
Adam & Edom iisdem litteris Heb. describuntur, & quid sint. 373.
Ægyptiaca seruitus & liberatio ad populum Christianum egregiè accommodatur. 49. & adhuc ad quamlibet animam. 54.
Æmulatio quandoque pro inuidentia, & quandoque pro zelo bono & malo ponitur. 625.
Ætates sex pugnantiũ quomodo designatæ, & tria eorum refugia quæ sint. 277.
Alimentum in naturam eius transit, qui ex eo vescitur. 430
Allegoriæ duplicem sensum habent litteralem, grammaticum & historicum, & quid vterque. XXXIII.
Alma in Hebræo quam vim habeat. 8.
Aloes planta quæ sit, & eius vis. 294.
Amantis animus ibi magis est vbi amat, quàm vbi animat. 12.
Amantes solét lubentissimè audire, quæ etiam aliàs norunt. 47.
Amantium mos initia sui amoris exponere. 613.
Amœbœum carmen est hoc, & quare. 104.
Amana non est idem cum Amano monte. 267.
Amicus verus quisnam, & hostis immanis. 363.
Amicus est Christus magis quàm dilectus. 414.
Aminadab sitne nomen proprium an appellatiuum, & quid significet. 481. est populus spontaneus seu Christianus. 482. est ipsemet Christus. 485. & tusiùs 484.
Amoris summi & perfecti status qualis sit. 326.
Amor verus non veterascit. 331.
Amore ardentissimo saucia describitur. 362.
Amor in Deum non satis est ca-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtus quãdo in aliũ eſt diuis⁹.461.
Amoris terreni cũ cœleſti magna eſt ſimilitudo, vnde in hoc libro ex illo ad hunc deducimur. XL.
Amor per cor intelligitur, & cur. 273.
Amoris vis in vtramque partem quanta. 182. meritò ei nomen ſomni datur. 193.
Amor eſt crucians, & delectans, hic eſt amor Dei. 556.
Amor in deliciis idem eſt quod ſummopere diligendus. 543.
Amoris Chriſti in ſponſam ſuam vehementia quanta. 617.
Anathemata quæ eſſent apud veteres. 248.
Angeli ſunt pigmẽtarij, & cur. 394
Angelorũ ordines plurimi recenſentur, & eorũ officia. 437. ſunt caſtrorum acies ordinata. 440.
Angeli ſũt horti dñici, & cur. 303.
Angeli & Sãcti noſtras preces audiunt, vt eas perferant & intercedant pro nobis. 661. eorũ opera Deus vtitur in docenda propagandáque Eccleſia. ibid. Angeli & Apoſtoli, quãdo quodãmodo contrarij viſi. 664. S. Angeli ſunt montes. 669.
Angeli in hac vita fuerunt B. V. familiares, & ſunt vigiles. 188. nõ inuenimus eos in hac vita, ſed ipſi nos inueniunt. ibi. ſũt cuſtodes Eccleſiæ, & habẽt ſuũ numerum. 204. quomodo B. V. poſt Verbi conceptionem honorarunt. 209. quomodo gladios tenere dicantur. 210.
Angeli vocantur cedri Dei, & qui eis aſſociantur, tabulæ cedrinæ. 644. Angeli ſunt Eccleſiæ cuſtodes. 658.
Angeli videntes Deũ, vino ſapientiæ inebriantur. 11. ſunt cuſtodes macerię, & boni & mali. 15. Eccleſiam & fideles quoſque cuſtodiunt. 187.
Angeli ſũt amici & cariſſimi, quos Deus ad epulandũ inuitat. 322.
Animæ infirmę pro modulo ſuo ſpiritum adoptionis habẽt. 637.
Anima fidelis in hortis habitat, hoc quid ſit. 661.
Anima quomodo ſit munda, etſi quotidie peccet. 265. eius tres abrenunciationes, & quomodo ſint ſignatę. 269.
Anima iuſti ſedes eſt ſapiẽtiæ, hoc vbi habeatur. 52. Anima talis equitatui cur aſſimiletur. 53. non debet eſſe vna prælara virtute contenta, ſed alias ei debet adiungere. 55. eius duę vires. ibid.
Anima fidelis cõpellitur cœleſtia deſerere, & ſe rebus immiſcere terreſtribus. 25. Animę quæ merentur reginę dici, & quę concubinę. 16. quę item adoleſcentulę. ibid.
Anima quæ Chriſti corpus dignè comedit, in palmam aſcendit. 554. anima ad Deum conuertitur, & Deus ad eam. 566.
Anima meditationis dulcedine abrepta Marthę mun⁹ negligit. 329
Anima declarat Dei dilectionem, quãdo conatur alios in Dei dilectionẽ pertrahere. 364. Anima periculum fallendi ſe quomodo vitabit. 367.
Anima religioſi viri habet Iquam Chriſti ſub capite, & à dextra amplexatur. 601. Aïa fidelis quando de deſerto aſcẽdit, malã vitã deſerit. 608. Aïam ſub arbore quomodo Chriſt⁹ ſuſcitat. 614. Aïæ non naſcuntur ex traduce. ibid.
Anima ſancta eſt Paradiſus, & ei omnia Paradiſi aprantur. 297. quomodo fons & puteus dici poſſit. 302. Anima diabolica nihil

nihil infœlicius, & quæ illa ſit. 310. Animæ fideli nihil iucundius quàm cũ matre Eccleſia de Chriſto loqui. 420.
Anima quando ſimilis eſt Chriſto. 99. ipſa quandoque amore diuino ita abſorbetur, vt terrena omnia faſtidiat. 120. nulla verè diligit Chriſtum, niſi ſit lilium, nec viciſſim Chriſtus nullam diligit, niſi ſit talis. 170
Anima fidelis diligendo Dei matrem fit mater Dei. 35. Chriſti amica eſt pulchra & quomodo. 81. Anima verè deſera quę. 221. quomodo ad videndum Chriſtum egrediatur. 224.
Anima Chriſtum imitans, eſt ei ſimilis, & in quo. 436. eſt etiã ſupernæ Ieruſalem ſimilis, & quomodo. ibid. fidelis ardens eſſe debet ad charitatem Dei & proximi, & quid faciet. 452.
Anima peccatoris eſt filia multitudinis tot dæmonum, quot vitiorum. 529. Animę Deo gratæ ſtatura eſt perfectio virtutum. 548.
Anima quatuor modis ad Chriſtũ redit, & qui illi. 491. eſt filia Dei poſt conuerſionem, & qui ſint greſſus eius. 500.
Anima habens dilectionem nihil intolerabilius audit, quàm ex Scripturis aliquid contra honorem ſponſi. 623.
Antichriſti poſt vltimam perſecutionem numerus martyrum explebitur. 452.
Antichriſti perſecutio in Eccleſia ceſſabit. 133.
Antichriſti perſecutio grauiſſima omnium, & ipſe qualem ſe geret. 494. poſt Antichriſti perſecutionem Eccleſia ex Iudæis & gentibus conuerſa ad conuerſionem infidelium vacabit. 572.
Antichriſti poſt mortem quid futurum eſt. 573.
Apoſtoli fuerunt ſicut mali, in quibus eſt odor & fructus. 555.
Apoſtoli ſunt capilli capitis Chriſti, & cur. 382.
Apoſtoli ſunt labia Chriſti, quibus ille per totum orbem fuit effuſus. 30. ſunt mõtes Eccleſiarum toto orbe diſperſarum. 170.
Apoſtoli Iudæam deſeruerunt, & ſe ad gentes conuerterunt. 20.
Apoſtoli licet à Spiritu S. docti, Mariam tamen libenter de fidei myſteriis diſſerẽtẽ audiebãt. 332
Arma ſpiritualia qualia ſint. 49.
Argentum ſanguis & vita eſt mortalibus. 627.
Aroma omne quare Mildag. i. turris Heb. dicatur. 391.
Auro deſignatur obediẽtia, ſapientia & charitas. 62.
Auroræ, lunæ, & ſoli quomodo quis ſimilis eſſe poſſit. 469. Aurora tẽpus eſt, q⁹ aduẽtũ Dñici eſt ſubſecutũ; luna & ſol, quãdo magn⁹ Dñi dies aduenerit. 473.
Aurum plura habet nomina apud Heb. & quæ illa. 376. Aurũ Phas aut Paz quale ſit. 377. quid ſit ob ryſſõ. ib. Aurũ chethẽ ſeu hethem quod ſit. 378. Auri myſticę ſignificationes plurimę. 382. eſt forma ſanctorum. 382.
Aſcendere de mõte Galaad ad mõtẽ Galaad quid ſit. 232. Hoc B. V. quomodo aſſiduè fecerit. ibid.
Auſter hortis eſt, vt omnes venti meridionales adiumento. 308. eſt feruor Spiritus ſancti. ibid.

B

Bahalamon locus prope Ieroſolymam qualis. 611.
Baptiſmi & pœnitentiæ ſacramenta ſunt refectio ſpiritualis. 144.
Baptiſm⁹ lauacrũ eſt animarũ. 237.

Beatitudinis æternæ summum desiderium exprimitur. 590.
Beatitudinem pacis nomine Hebræi comprehendunt. 10.
Bellatores fortissimi quinam. 208. fortissimi sexaginta enumerantur. 201. 211.
Bether nomen in Canticis, non Bethel, & quid sit. 169.
Beza fauet Anabaptistis, Canticorum librum prophanum esse, & nihil continere mysticum affirmantibus. II.
Bezę libido etiam in extrema senectute notatur. 162.
Beza inferni Hebræam vocem cur sepulchrum denotare voluerit. 618.
Boni natura postulat, vt cùm quis expetitus est, velit alteri prodesse. 256.
Boreæ flatus hortis admodùm noxius est. 306. designat diabolũ. 307. cur hoc faciat. 308. capitur etiam pro hæreticis. 309.
Botri sunt prædicatores, & quare. 547.
Brauium æternum Deus est vnus, sed non est vnius. 409.

C.

Caluiniani in quibus vulpibus assimilentur. 162. 163.
Cancellarij regum vnde dicantur, & qui sint cancelli. 128.
Candidus Heb. quomodo dicatur, & quæ sit vestis candida. 370.
Canticum Salomonis spiritualiter ad Ecclesiam transfertur, spiritualissimè ad gloriosam Virginem reducitur. 27. est liber canonicus ex primis. II. Cur Dei nomen in eo legatur. III.
Cantici huius personę quę loquẽtes inducuntur, quæ sint, & quid significent. XXXV. partes huius operis sunt tres, & quænam. XXXVI. in hoc opere series & ordo seruatus, & liber non ab Esdra, sed à Salomone sic digestus. XXXVII. Canticum Canticorum cur inscribatur. XXXIIX.
Canticorum libri scopus quamlibet animam Christo per amorem coniungere. XXV. huius libri materia de nuptiis est, sed de quibus differitur variè. XXVI. Christi & Ecclesiæ in eo nuptiæ canuntur. XXVII. & de B. V, & cuiuslibet anima iusti agitur. XXIIX. de B. V. qui illud interpretentur. XXIX. de anima iusti qui exponant. ibid. in hoc libro quot & qualia sint locutionum genera. XXXI. totus hic liber figurata locutio est, & allegoria est littera. XXXII.
Canticum nouum trifariam diuiditur, & quomodo. 4. Canticorum liber, quid in summa contineat. 12.
Cantici Canticorum libri laus. 1.
Canticum aliud nouum, aliud vetus, & quid sit vtrumque. ibid.
Canticum nouum terra sola cantat, & cur. 2.
Canticum nouum speciale. 3.
Captam qui aptè referant. 446. quid mysticè per eam designetur. 447.
Caritatis præmia nullum finem habebunt. 635.
Caritas tessera est filiorum Dei. 106.
Caritatem ordinauit, id est, statuit sub vexillo caritatis. 107. caritatis ordo. ibid. vinum est in cella Dei. III. Caritatis ordinem amor terrenorum impedit. 116. sola

sola est, ex qua præmia proportione seruata in cœlo dãtur. 117.
Caritas est mediatrix, & forma aliarum virtutum. 218. est risus, quia hilaris, læta, sed non dissoluta. 240.
Caritas quanti valeat nemo scire potest. 628. caritatis vis immensa & insuperabilis. 628. est ignis qui cõsumit nec absumitur. 629 caritatis exempla eximia. 630. caritatem obrui & extingui sunt diuersa. 631.
Caritas est vinum conditum, quia nunquam sola est. 599. Caritas superat omnia, etiam ipsam mortem. 621. nihil graue existimat. ibid. caritas æmulatur & non æmulatur. 625.
Caritas cur per vittam coccineam designetur. 413.
Caritas verè vinculum indissolubile. 171.
Caritas est quæ nos maximè commendat Deo. 273. est vestis nuptialis, quam qui non habuit, è cõuiuio diuino expellitur. 279.
Caprea salutares herbas à noxiis separans denotat Christum malos à bonis secernentem. 667.
Capreæ quatuor proprietates quæ viro spirituali aptantur. 120. capreæ sunt Prophetæ, cerui Patriarchæ. 122. cur dicatur ἀλεκτὰς. 126.
Caprea à canibus insecuta se è rupe præcipitat, quid hoc significat. 519.
Caput nostrum mens nostra est, quod carmelo assimilatur. 540.
Caput hominum Christus est. 380.
Carmelus mons vnde dicatur, & qualis. 536. Carmeli montis præstantia, per quam Christus ei similis dicitur. 537. vnde dicatur, & quid adhuc significet. 538.
Carminũ nuptialium duo genera apud Græcos, & quæ. 192.
Caro occidenda non est, sed castiganda. 60. Caro Christi vocatur corona & diadema, & cur. 223.
Carnalia spiritualibus communicent, qui spiritualibus minùs abundant. 298.
Cedro cur Christus similis. 408.
Cedrus tectorum culminibus apta suspendendis. 86.
Ceruorum in suos amor est ardentissimus. 118. Cerui quæ faciunt, quibus iusti assimilantur. 120.
Chori & castra in Ecclesia Dei sęper sunt. 495. Chori castrorum in Ecclesia sunt religiosi conuersi ad Christum. 496.
Christianis familiare est pię matris precibus se commendare. 605. cur ab ea quę postulant, plerique non accipiant. ibid. qui & quales postulare debeant, vt postulata accipiant. 606.
Christi laudatissima est omnibus, tam beatis quàm viatoribus. 366. eius duplex generatio, æterna & temporalis, vbi delineata. 367. candidus & rubicundus quomodo sit. 370. absq; illo nullus redemptionis humanæ bonum facere potuisset. 371. candidus & rubicundus rursus dicitur. ibid. est candidus secundùm diuinitatem, rubicundus secundùm humanitatem. 372. eum despicabilem & deformem fuisse asserens, redarguitur. 373. Christi eximij & singulares tituli. 375. est Rex regum, & Dominus dominantium. 380. oculi quales & quid significent. 387. ex Adam non traxit peccatum, sed stipendium peccati. 397. nullus adeò mira ac ille operatus est. 399. vnus omnem mate-

ris spiritualis Dei templo cōstruēdo suggerit. 407. est totus nō modò desiderabilis, sed desideriū. 412, hoc fusè explicatur. 413. non ita totus est, vt ex partibus, sed Deus & homo totus. 414. rursus dicitur totus desiderabilis. ibid. rursus asseritur totus desiderabilis, & amentes sunt qui eum nō desiderant. 417. Christi inclinata prius est diuinitas, postea sublimata humanitas. 422. in Ecclesia pascit & pascitur diuersa ratione. 424. nō versatur in anima in qua est solitudo virtutum. 425. Christus vita est quando est sanctificatio, &c. 430. commendat matri in viuis relictæ valdè dulciter suos discipulos. 444. est cortex mali punici, & quare. 455.

Christus honorat matrem suam, & vult eam ab omnibus honorari, 471. Rex fuit & Pontifex magnus. 484. assumpsit humanam non totam, quia non assumpsit culpam, sed pœnam. 501. erat lilium in medio spinarum, quando erat in medio Iudæorum. 513. non habuit corpus phantasticum contra Manichæos. 515. per portam designatur. 526. Caput est nostrum, & quantis bonis nos repleat. 537. & 538. Christus in crucem ascendit, & electos in multis erroribus dispersos ad se collegit. 553. Christus indicauit matri suam passionem. 556.

Christus quæsiuit mandragoras, & inuenit, & quæ illæ sint. 585. easdem ad matrem attulit. ibidem. Christus totum quod frater noster est, de matre est. 591.

Christus dicitur homo dominicus, sed de hoc vide diuum Thom. in 3. p. quæstione 16. ar. 3. 594. est doctor in patria, & quomodo ibi doceat. 596.

Christus quantum honorem matri suæ impendit. 605.

Christus est ostium, & beata Virgo est ostium, diuersa ratione, 644. venit dissoluere inimicitias inter Deum & hominem. 648. matrem pro quibuscunque orantem exaudit. 662. Christus ter matri dixit, fac me audire vocem tuam. 1. in incarnatione. 663. 2. dum ex hoc sæculo transiturus erat. 662. 3. in cœlo. ibid.

Christus est fructº horti, id est, Mariæ. 289. fluuius est, paradisus verus virginis. 290. extra eum non est vita nec salus. 316. in vterum Virginis despondens Ecclesiam nuptias celebrauit. 321. Christi natiuitas, passio, resurrectio, & ascētio quomodo in Cāticis explicata. 323. & 324. obedientia quanta fuerit. 324. abit quandoque & redit quomodo. 351. Ecclesię semper adest, quamuis interdum abesse videatur. ibid. cur transit & declinat ne capi possit. 313.

Christi caro designatur per aream, anima per vnam, & Deitas per Manna. 36. Pascit qua Deus, pascitur qua homo. 39. Christi diuinitas ostenditur. 73. ad inferos etiam adscendit. 76. fuit B. Virginis botrus. 77. pulchram facit Ecclesiam fide & operatione. 88. pulchrior factus est ex quo naturam humanam assumpsit. 92. est fructus omni bonorum omnium abundantia repletus. 97. est flos campi. 98. est lilium conuallium, & cur. 109. est lignum

gnum vitæ solus. 105. est pomum colore oculos, fragrantia nares, cibo os pascens. 109. est sagittarius & sagitta. 111.

Christus regi apum comparatur, & ea quæ de eo dicuntur ipsi adaptantur. 170. à matre quæsitus agnosci nō vult. 180. est Angelis superior & inferior, nunc tamen omnium superior. 188. cum quærere suauissimus somnus est. 193. antequam moreretur, non habuit vbi caput reclinaret, pòst, omnes animas fideles & Ecclesiam totam. 208. eius per passionem & incarnationem, quomodo redemptum genus humanum dicatur. 244. mons pinguis factus est mons myrrhæ. 261.

Christi corporis & sanguinis epulum datum Ecclesiæ. 69.

Christus cur sponsus Ecclesiæ dicatur. XXXII. vulneratus est pro Ecclesia bis, & vt ab ea sit captus. 273.

Christi varia nomina, à quibus variè denominamur. 15.

Christi nomen effusum longè latéque in omni terra nominatur. ibid.

Christi nomen per passionem valdè effudit. 16.

Christus tenebras non amat, sed in Catholicæ fidei luce conquiescit. 20.

Christus est vnus ex filiis hominum, non quilibet. 113. est in cœlis suauitas inter omnes Angelos. 117. vitæ ipsius totius quasi saltus. 126. cur similis capreæ hinnulóque. ibid. quomodo venit, quando, vnde, quare, quousque. ibidem. gaudet humilitate, superbiam detestatur. 146. est petra excisa sine manibus, & abundat foraminibus. 155. quomodo sit pro omnibus mortuus. ibidem. ad se omnes venientes recipit. 156.

Cibus tuus si est facere voluntatem carnis, non est facere voluntatem Dei. 237.

Cingulum Domini vis est à peccatis purificans. 337.

Cinnami & Cinamomi vox Heb. & eius vis. 293.

Circumcisio corporalis cessatura erat post Christum, & ei spiritualis succesſura. 541.

Ciuitates duæ Babylon & Ierusalem habent virtutes eásdem, sed diuerso modo & fine. 439.

Claustra sunt quasi cellaria, in quibus multimodæ consolationis pocula ministrantur. 24.

Claustra sunt spirituales vineæ, in quibus sunt pocula vitæ. 574.

Clypei mille pendentes legem tum naturalem tum scriptam significant. 251.

Cœli serenitas est omnipotētis Dei bonitas. 152.

Cœnaculum domus lectulorum Hebraicè dictum, & cur. 65.

Cogitationes prauæ initio repellendæ. 164.

Cogitationes bonæ nos muniunt, malæ dehonestant. 231.

Collum totius corporis habitum designat. 248. eius descriptio, & prædicatores per illud designati. 249. est fides. 250.

Columbæ Syriæ & Aphricæ sunt oculis perspicacissimis. 79. eius proprietates septem, quæ conueniunt Ecclesiæ. 80. 83.

Columbus Christus, & Ecclesia columba est. 146.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Columba amoris symbolum, & quæ sint ei propria. 134. cur sic Christus Ecclesiam nominet. 135. anima Deo deuota sic rectè dicitur. 137. sic etiam B.V. rectè appellatur. 139.
Columbæ fuerunt apud Palæstinos in magno pretio. 386.
Columnæ duæ quibus sustentatur ædificium spirituale, duo sunt charitatis præcepta. 408. columnarum basis diuina prædestinatio. 409.
Coma & barba Christi quales fuerint. 380. Comæ Christi significatio pulchra. ibid. comæ sunt Apostoli & viri Apostolici. 381.
Compositio hominis in vtero matris qualis sit, & quid denotet. 454.
Concionatorum consuetudo initio concionum Deiparam salutandi quàm laudabilis. 368.
Confessores solo habitu animi pro Christo animas ponunt, Martyres actu. 632.
Confessio & pœnitentia sunt putatio hominis. 149.
Congregatio quælibet spiritualis est vinea Salomonis. 654.
Coniuges nuptiarum die cultiùs ornabantur & coronabãtur. 222.
Contemplari minus idoneos, periculum est otiari. 405.
Continentes & coniugati quomodo designentur. 479.
Conuersio hominum est Deo mel & vinum. 322.
Coram aliquo id esse dicitur, quod quis diligenter curat. 652.
Coronæ quatuor quibus Christus coronatus est. 226.
Corona in sponsalitiis dabatur, & victoriæ est symbolum. 266.
Coronam tripliccm de hostibus Ecclesia reportabit. 268.
Corpore vtendum est tanquã calcamento ad opera virtutis. 501.
Corpus hominis est domus animæ. 632.
Coruus est primus parens generis humani, peccator, & nos corui, id est, peccatores, Christus quasi coruus. 381. Coruus bonus in S. S. & malus. 384.
Crater non est pateræ genus, sed tantùm vas ingens. 509.
Crocus quam vim habeat, & eius descriptio. 295. fides quàm aptè eo figuratur. 297.
Crura Christi sunt eius fortitudo & perseuerantia. 407. aliæ crurum interpretationes. 408
Crucis ligno victus qui per lignũ vicerat, & vnde mors orta est, inde vita surrexit. 614.
Crux Christi reddit omnia amara delectabilia. 554. est vectis quem portauerunt filij Israël, Christus bonus. 555.
Culpæ veniales quotidie in hac vita obrepunt. 588
Cupiditas nobis aliqua necessaria, vt assequamur quod petimus. 110.
Custodes & boni & mali, sed quinam isti sint. 359.
Cyprus quot & quales habeat significationes. 68. Cyprus insula generali nomine dicitur Cethim. ibid. Cyprus arbor & balsamon fuêre diuersa. ibid. Cyprus arbor qualis. 69.
Cyprus arbor quænam sit, & eius vis. 295. quid significet. 296.

D.

Dæmon multò magis tentat ad religionem conuersos, quàm sæculares. 635.

Dæmones sunt leones & pardi. 270.
Dæmonibus quantum B. V. sit & fuerit terribilis. 472. dæmon est sanguisuga. 533. cuius filiæ sunt superbia & luxuria. ibi.
Desertum est genus humanũ, quia illud gratia conditoris deseruit. 609.
Despicere iam nemo potest hominem, neque Deus, neque Angelus bonus vel malus. 593.
Deus est pigmentarius, sed qualis. 201. Deus in iis qui eo digni sunt quàm variè insit. 216. Deus coronatus fuit carne in incarnatione. 222. tres personæ diuinæ quomodo notatæ. 271. noluit sumere carnem de virgine nisi dante ipsa. 284. non est acceptator personarum. 303. nulla ratione à creatura comprehendi potest, nec vllum nomen est, quod eum exprimat. 352.
Deum quo quis plus amat, eo magis se contemnit. 112. cur θεὸς dictus sit. 126. omnia videns à nemine videtur. 127. quid à nobis petat ex desiderio amoris in nos. 136. eius immensa perfectio facit, vt quælibet eius cognitio sit cognitionis inchoatio. 179. cognosci non potest in his inferioribus, & tum cognoscitur, quando quis nouit non cognosci. 135.
Deo nihil acceptius est quàm bene facere & bene docere. 655.
Deus est vbique totus, tamen adire & abire dicitur, & qua ratione hoc fiat. 419. cùm vbique sit totus, quomodo alicubi esse dicatur. ibid. Deum qui quæsierit in forma Dei, non reperiet, nisi inuenerit in forma hominis. 421. Deus inclinatus est in homine, & homo sublimatus in Deum. ibid. Deus bona nostra esurit, cũ nos vult facere bona, & bonis nostris pascitur, cùm ei placent iam facta. 426. Deum semper amare oportet, & illi soli placere studendum est. 429. Deus se ab humana pulchritudine li. sincera intentione & perfecta charitate victum vinctumque fatetur. 443.
Dies Domini qualis. 173.
Diatessaron qualis concentus sit, & quid denotet. 417.
Dilectio magna appetitio alicuius rei perfruendæ, & quomodo diuidatur. 629.
Diluculum seu mane quid significet. 574.
Docenti seu prædicanti duo fidem faciunt, vitæ honestas & iustitia. 574. prædicatores quales virtutes habere debeant. 581.
Doctor pietatis fulget plusquam rex indutus purpura. 540.
Doctoris perfecti est facere & docere. 145.
Domus saltus Libani qualis esset, & cur sic diceretur. 257.
Donec non exclusiuè capiendum, sed quid non factum sit indicat. 168. id pluribus exemplis ostenditur. 188.

E.

Ebur est animantis casti os incorruptibile. 398.
Ebrietas bona, quam temperantiã non intemperantiam parit. 320.
Ecclesiastica munera idoneis personis conferenda. 643.
Ecclesiæ nihil est à ferocissimis hostibus timendum. 268. ei atrocius bellum intulit væsania hæreticorum, quàm nequitia paganorũ. 309. Ecclesia dormiuit quãdo

Universidad de Deusto
Biblioteca

celebrato concilio Niceno ab hæresibus pax fuit. 527. sed hæc diu nõ durauit, quia statim hæreses sunt subortæ. 528.
Ecclesia foris intuenti despicabilis contemptibilis, intus intuenti, admirabilis & amabilis semper fuit. 17. Ecclesiæ periculum cum gentibus & hæreticis versari. 21. vnde Christiana & Catholica. 40.
Ecclesia Christi doctrinam partim euulgat, partim custodit. 562. est similis malo punico, & quare. 575. Ecclesia peregrinans in cœlum quomodo sit itura. 611. Ecclesia Christiana prodiit ex latere Christi, sicut Eua ex costa Adæ. 614. Ecclesia quomodo suscitata est sub arbore malo. 616. Ecclesia triumphans quomodo pro Ecclesia militante intercedat. 639. quomodo sit murus, & pacem reperierit. 649. 650. Ecclesia pro suo grege peruigil excubat. 653. est simul virgo & nupta. ibid. est vinea pacifici, id est, Salomonis. 659. Ecclesia in hortis habitat, & cur. 661.
Ecclesiæ castitas, verecundia & puritas animi egregiè depingitur. 50. vnum est corpus, cuius caput Christus, membra eius ordines. 51. Ecclesia vna ex multis particularibus constans. 162. eius amantis tres sunt gradus, incipientis, proficientis, perfectæ. 177.
Ecclesiæ nouæ, illius scilicet, quæ ex Iudæorum reliquiis collecta erit, laudes. 493. Ecclesiæ perpetuum est certamen aduersus hostes potentissimos. 494. Ecclesia gentiũ liberior in laudando Iudæorum conuersorum Ecclesiam, & cur. 498. Ecclesia est filia Dei, filia Principis. 499. cur filia Nadab à LXX. dicatur. 500. Ecclesiæ statura est ipsius perseuerãtia. 547. Ecclesia triumphans in palmam ascendit, cùm per victoriam crucis ad lignum vitæ peruenit. 559.
Ecclesia Catholica est lilium inter spinas. 98. petit à sponso iugiter, vt eam complectatur. 108. est Christi regnum. 127. non sinit Christus eam diutius quiescere, sed à somno eam excitat. 135. est ciuitas suis omnibus partibus constans. 185. admirationi patet, sed non inuidiæ. 197. eius varia membra & partes describuntur multis. 234. peregrinãs & triumphans quomodo præfiguratæ. ibid. dicitur turris propter tria, & quæ illa. 249.
Ecclesia vniuersalis verus est paradisus omnibus plantariis ornatus. 294. Ecclesię figura aptissima punicum malum. 295. paradisus iterum ostenditur. ibid. Ecclesiæ singulæ sunt pulchræ, sed vniuersalis pulcherrima. 418. est pulchra, pulchrior, pulcherrima diuersa ratione. 419. sine Ecclesia duce Christum nunquã quis inuenier. 420. Ecclesia Catholica est hortus Christi. 424. iterum hoc explicatur. 427.
Ecclesia Christi regnum, & rex eius Christus. 428. Ecclesiæ laudes eximiæ. 429. Ecclesiæ capilli quinam sint. 446. est vna & plures diuersa ratione. 458. Ecclesiæ tres status ante legem, sub lege, & sub gratia designati, aurora, luna, & sole. 468. alio modo hæc tria ei adaptantur. ibid.
Ecclesia famã bonę operationis vtique diffũdit. 78. semper pulchra, ex quo eam Christus mundauit. 79. duæ, & vna. 80.

Ecclesiasticus Hebraicè scriptus, sed Græcè versus. 88. Ecclesia sine macula & ruga est triumphans. 262.
Editio vulgata defenditur cũ equitatum pro equabus vsurpauit. 44. item quòd murenulas non curturellas verterit. 45. & quia floridum lectulum vertit. 86. & quòd vnã vocẽ modò cupressum modò abietẽ vertat. 87. & quòd tempus putationis verterit. 140.
Editio vulgata rursus defenditur, vbi habet, dilectam. 192.
Elatæ palmarum quid significent. 378. 379.
Electi quo celeriùs in cœlum congregãtur, eo citiꝰ mũdus finietur. 158. quotquot virtutes habuerũt, illas à Christo acceperunt. 187.
Electorum sunt decẽ ordines, vnus prælatorum, & alter subditorum. 385. tertius doctorum. 390. quartus religiosorum, quintus magistrorum. 396. sextus militum Ecclesiam defendentium: septimus coniugatorum. 405. Electus Heb. procerus & bonus pulcher. 406.
Electus ex millibus quomodo Heb. dicatur, & cur. 370. Electorum octauus ordo est agricolarum, nonus virginum. 410. decimus est continentiũ vel orantiũ. 417.
Elephanti turres portant, & spirituales viri S. Scripturam. 519. habent naturalem inimicitiam cum dracone sicut B.V. 323.
Emissiones sunt plantarum propagines & arborum. 292. quid per eas intelligatur. 295. emissionum septenario numero vniuersitas virtutum designatur. 298. emissiones sũt bonę operationes. 299.
Engaddi & Hierichus diuersa, & illa vbi sita. 69.
Episcopi quidam se cum hæreticis coniunxerunt, & Ecclesiam sunt persecuti. 359.
Equitatus pro generositate & robore Prophetarũ & Apostolorũ egregie sumitur. 49. Equis in Scriptura tribuitur intẽperantia. 54.
Esebon qualis esset ciuitas, & vbi esset. 525. etymologia qualis. 526. significat Ecclesiam. 527.
Euæ fides venenum fuit, Mariæ fides antidotum. 28. Euæ dentes, oculi & cæt. & Mariæ V. quàm dissimiles. 239.
Euangelica doctrina ex Christo in Ecclesiam manauit. 301.
Eucharistia cur habeat vinum mixtum aquæ. 596.
Eucharistia fructus est gutturi dulcis. 106. est verum Christi corpus, etsi illud non videatur. ibid. eius vtilitas. 110. nulla est extra Catholicam Ecclesiam. 111. omnem pestiferum morbum excutit. 127.
ad Eucharistiam sæpe conuenientes maximè dæmonibus resistunt. 470. Eucharistia sacramentum corporis & sanguinis Iesu Christi. 517. in ea proponitur fidelibus corpus & sanguis Christi. 561.

F

Fauus quid sit, & à melle distinguitur. 281. doctrina Ecclesiæ est ei similis. ibid.
Femur generationis symbolum est, & quid significet. 505. hanc partem libidinis sedem quisque sobrius occultare cupit. 506.
Fenestræ mortis quinque in corpore nostro, & totidem vitæ in corpore Christi. 152. quæ illæ, & quomodo ab eis omne bonum nostrum. 153.
Ferculũ quid sit, & apud Salomonẽ

quid significet. 213. eius descriptio secundùm litteram. 214. hoc ad Ecclesiam tam nouam quàm veterem accommodatur. 215. & ad animam. 216. refertur ad Christum B. V. sibi in matrem adoptantem. 217. est natura humana Christi. 218. accommodatur B. V. totum. 218. 219.
Ferdinandus Archidux Austriæ ex suis ditionibus hæreticos expulit. in præf. ad eum eius dictum Ermenigildi Regis & Martyris nepote dignum. ibid. à Ferdinando & Isabella Regibus Catholicis originem ducit. ibid.
Fideles qui omnia quæ possident ex toto relinquunt, & pacem sibi faciunt, & remunerationem percipiunt. 655.
Fide, spe, & charitate, quicquid Ecclesia operatur subsistit. 267. per fidem & opera clauis regni nobis paratur. 352.
Fidem qui dicit se habere, necesse est vt in bonis operibus se exerceat. 552.
Fides operibus expers mortua est omnino. 636. fides & mandatorum obseruantia prima salutis nostræ ianua. 641.
Fidelis anima à Christo laudatur, & suis quasi coloribus depingitur. 230. fideles cuiusque ætatis ante Christum fuerũt vnus grex. 234. omnes debent habere barbam & cornua, & quid hoc sit. ibi.
Filiæ cùm absolutæ dicuntur nunquam habent bonã significationem. 99. sunt teneri & proficientes. 119. & homines terreni. 120.
Fistula, canna, & calamus idem sũt, sed non casia. 293. quid significent. 296.
Fluuij quatuor quomodo de paradiso egredi dicantur. 304
Flos promissio est, merces ipse fructus. 153.
Foramina petræ vulnera Saluatoris. 146. angusta sunt, sed omnes capiunt. 156.
Fœmina lasciua est laqueus diaboli, quam non videre, nec audire, nec attingere fas est. 668.
Fons signatus mysticè est in Ecclesia, quæ hæreticis non patet. 287. est puritas cogitationum. 288.
Frater habet plures significationes, & quales. 588. non idem est quod vir & maritus. ibid. Frater noster Christus per humanæ naturæ assumptionem. 593.
Funiculus coccineus Rahab quid significet. 242. funiculo confessio fidei, coccineo fides figuratur. 243.

G

Galaad mons qualis, & quales capræ Galaaditicæ. 229. Christum significat caput Ecclesiæ. ibid. vel Ecclesiam. 230.
Genæ quibus areolis aromatum similes sint, & descriptio earum. 392. Genæ Christi quid significent. ibid. iterum quid sint. 393. significant florem pudicitiæ & castitatis. 414.
Gradus ad perfectionem sex, & qui. 198.
Gradus tres, incipientium, proficientium, & perfectorum, qualiter in hoc opere designati. XXXVI.
Gratia Dei necessaria est ad opera heroica. 341.
Gratiæ fluentis impetus, quo præ piscatoribus non attenditur ad Imperatores. 303.
Gratia est cùm prœuenimur, donum cùm iuuamur. 17. sine ea non peruenitur

uenitur ad cœlum, cum ea leue iugum Christi facilè portatur. 41.
Gratia prœueniẽs cui iungitur noster consensus. 343.
Gratiæ Dei prœuenienti aditum præbere debemus, vt maiora recipiamus. 640.
Gressus effectionis celeritatem & promptitudinem indicat. 499. sunt Ecclesiæ agricultores, & quare. 500.
Grossi ficuum quinam sint. 141. quid significent. 144. 145. iterum grossi describuntur. 49.
Gubernatio diuina ima per media ad summa consueuit perducere. 18.
Guttur spirituale est, quo plerumque in laudem Dei clamosus est homo. 562. est virtus discretionis. 564.
Guttur pro voce & eloquio, quæ fuerunt in Christo suauissima. 412. significat nouum Testamẽtum. 413. quomodo hoc guttur sit præ cæteris suauissimum. 414. guttur sunt præclari sermones per ministros Christi prolati. 416. cui guttur alicui rei nõ fuerit assimilatum, sicut cetera mẽbra. 417.

H.

Hæreses virginitatem quæ in Christo est amiserunt. 48.
Hæretici quomodo capiendi, & ad meliorem frugem reducendi. 163. sunt steriles bonorum operum & oues Ecclesiæ non sunt. 237.
Hæretici pati possunt, Martyres esse non possunt. 21. à principio Ecclesiæ fuerunt, quibus Deus opposuit viros pios omni tempore. 161.
Hebræi quicquid eminent turribus comparant. 645.
Hebrææ gestabant pendula vascula pretiosa, quæ olfactoriola Esaias vocat. 67.
Hebræi etsi quandoque fabulantur, vera tamen aliquando dicũt. VIII.
Hebraismus, quo duplicata vox pro vnica capitur. 160.
Hebræi solent quæ mulierum sunt viris, etiam Deo tribuere. 14. solent, vt vnum pro alio ponere, sic ab vno ad alium transilire. 51.
Hebræorum more datiuus genitiui vim habet; quando fit mentio possessionis vel dominij. 428.
Hebræi carent diminutiuis, his tamen vulgarus vrens laudatur, hæretici arguuntur. 85.
Hebræorum mos, quo ianuæ occludebantur. 539. eorum cordis duritia nucibus comparatur. 475.
Hermon mons quisnam sit, & vnde dicatur. 267.
Hiems quale tempus repræsentet. 143.
Hiemis descriptio. 147. quomodo animæ conueniat. 148.
Hœdi alij sunt qui Mariæ non sunt, & alij qui eius sunt. 58.
Hominis status post peccatum miserabilis describitur. 374.
Hominum quàm pauci saluandi sunt. ibi.
Hominum singuli duo habent, corpus & animam. 258.
Homo liber natura, quæ vult admittit & respuit. 81. homo purus matrem non virginem habere potest, purus Deus matrem nonnisi virginem. 92. hominis interioris cibus. 237.
Homo non potest Deo aliquid superimpendere, quia nihil habet proprium nisi vitia & peccata.

427.

Universidad de Deusto
Biblioteca

427. in homine Christiano nihil esse debet præter Deum. 429. in iustanti non fit perfectus. 459.
Homo est debitor deuotionis, qua homo, & compunctionis, qua peccator. 311.
Homo quid sibi est nisi baculus arundineus. 610. homo sibi est domus & dominus. 632. homini duo necessaria, cognitio & actio. 636.
Horti quatuor sunt, hortus conclusus, pomorum, aromatum & nucum, & quinam sint illi. 660.
Hortus conclusus in laude ponitur. 286. est Ecclesia Catholica. 287. quis erit hortus iste mysticè. ibidem. est anima virtutibus consita. 288. Horto quæ conueniãt. 291. est Ecclesia triumphans. ibidem.
Hortus nucum, est quodlibet claustrum, vel locus spiritualium. 477. vel populus Israëliticus. 478.
Hortus est claustrum fratres, flores, vrticæ hypocritæ. 310.
Horti sunt montes piorum imbribus diuinis irrigui. 426.
Hostes nostri sex infensissimi, & quid impugnent. 207.
Humilitatis est metuere, ne semel possessa amittas. 38. Humilis solus, laqueos, quibus oppansus est mundus, superabit. 53.
Humilitatis turrim Christus suis sumptibus ædificauit. 253.
Humilitate Deus maximè superatur. 522. est vera pulchritudo Deo amabilis. 545.
Humilis anima in conspectu Dei nardo similé odorem dat. 72. humilitas V. M. est nardus quo Deus est delectatus. 74. requies est mentis. ibidem. est duplex, & quomodo vtraque designetur. 99.
Humilitas est firmum roboris firmamentum. 363. eius amica & comes est verecundia. 455.

I.

Idiotæ & illiterati priùs conuersi ad Christum, quàm docti. 599.
Ierusalem vrbs pulcherrima, & totius Orientis longè clarissima. 433. eius laudes eximiæ, quæ Catholicæ Ecclesiæ quadrant. 434. cœlestis quàm pulchra & decora. 441.
Ierusalem est vmbilicus Iudææ. 550. quomodo dicta. 525.
Ierusalem nominis ratio varia & multiplex. 10.
In pro præpositione *cum* Hebraismus est. 44.
Incarnationem cur Deus operari noluerit, nisi Maria consentiente. 332. quanto desiderio expetita à iustis fuerit. 333. in ea quot & quanta mira acciderint. 342.
Incarnatio primò & per se pro salute Iudæorum, sed pro salute gentium postea facta. 355.
Incarnationis opus quàm desiderandum hominibus, & quantum bonum attulerit. 592.
Incarnationem voluit Deus operari ex Virgine, sed dante Virgine. 27. Incarnationis causa operans pietas, Dei fides Virginis cooperans. 28.
Incipientes videant vt perseuerent. 655.
Inferorum duritia insuperabilis. 625.
Inferni Hebr. vox שאול scheol contra nouatores verè infernum significat. 618. vnde ducitur infernus Hebr. ex quo colligitur, hãc vocem nulli alij quàm vero inferno

ferno posse adaptari. 619.
Ingenium mulierum quale, quod nolunt summopere volunt. 335.
Ingredi & egredi ad videndũ Christum quid sit. 224. 225.
Initio cuiusque operis quæ examinanda. I.
Ioannes in quo cum Christo conferatur vel differat. 130.
Inuenire Christum, & non deosculari, nihil est, quia fides sine operibus mortua est. 592.
B. Ioseph nunquam de integritate B. V. dubitauit. 35. Iosepho cùm dissentit à nostro interprete, non est credendum, cùm Hebræi sermonis esset ignarus. 87. B. Ioseph ante Christi prædicationẽ obiit. 122.
Iordanis origo ex Libano quomodo se prodat. 300.
Iudæi fuerunt qui M. V. decolorarunt. 37. sunt vinea, quam B. V. se non custodisse ait. ibid. cum patruelibus cõtrahere nuptias cœperunt, vnde consobrinus amicus dictus. 67.
Iudæi Christum occidentes homicidæ & Deicidæ fuerunt. 483. ex Iudæorum conuersione magna futura est in Ecclesia lætitia. 488.
Iudæorum reliquiæ per coenaculum designantur. 189. non sunt odio habendi, nec aspernandi. 190. pro eis orat B. V. incessanter, & quomodo. ibid.
Iudæis filiis Patriarcharum & Prophetarum fides ad nos manauit. 618.
Iudęorum qui Christum occiderũt, & in fine conuertentur, quanta sit differentia. 495.
Iudicia mundi habent vmbram veritatis. 174.
Iuncturæ femorum quæ sint. 504. quid significent. ibidem. est fides 505. in B. V. iuncturæ femorum sunt concordia duarum virginitatum, mentis & corporis. 506. quàm sit laudabilis. 507.

L.

Labia Christi eius suaueloquentia. 392.
Lac triplex in Scripturis agnoscitur. 282. lactis proprium est non repræsentare rei obiectę simulacra. 387.
Lampades charitatis sunt corda Sãctorum. 626. illæ non sunt vacuæ & frigidæ, sicut fatuarum virginum. ibid.
Laudabilius nihil est, nihilque sanctius quàm in se descendere. 636.
Laudet Deum iucundè, qui laudat hilariter, & deuotè. 562. laudantium Deum quatuor genera. 563.
Laudamus priùs, mox illi quem laudauimus prospera precamur. 308
Lector & auditor huius libri quis idoneus. XII.
Lectus in quo Deus quærendus est quies animæ. 180. Lectum alium Christus apud Patrem habet, alium apud matrem. 181.
Lectulus pax est Ecclesiæ, & quies fidelium animarum. 89. est etiam consolationis tempus. 90. & bona conscientia. 91. est etiam vita religiosa & contemplatiua. 94.
Leopardus quod animal sit, & eius varia nomina. 267.
Libanus significat famosum montem & thus. 216. ipsam etiam Ierosolymam significat. 265. mons describitur. ibid.
Libanus mons est Christi D. N. figura. 409. Libanꝰ profert cedros. quid hoc significat. 410. Libanus

Universidad de Deusto
Biblioteca

significat etiam diabolum,& cur. 411. quæ diabolus habeat, in quibus Christo assimiletur. ibid.
Liberi arbitrij conatus adhibendus, sed gratiæ inuitendum. 608.
Libertati arbitrij Deus defert cooperationem gratiæ.346.eius vis est se adiungere parti,cui voluerit,spiritui,& carni. 347.
Libertas arbitrij homini inest, qua potest agere quod bonũ est. 150.
Lilia splendoris ac puritatis in mente, quoddam ænigma sunt. 425.lilia sunt animæ sanctæ, & horti. 427. lilia agri sunt Sancti, lilia cœli Angeli. 429.
Liliis tria insunt, quæ in Apostolis notantur.394. mirè affluunt deliciis,sed circũferunt corpus mortis. 395.
Lilium conuallium Heb. quomodo dicatur,& ab Hispanis. 96. in eo quinque considerantur,quæ sunt in Christo. 98.
Liliis Christus pascitur, & quæ illa sint:& ipse suos liliis pascit.171. lilia cœli sancti Angeli sunt; agri homines iusti.173. quomodo hæc pascantur. ibid.
Liquefactio corporea & spiritualis quomodo differant.351. liquefactũ est cor Virginis in incarnatione quomodo. 355.

M.

Mandragora infidelium multitudinem designat per Antichristum seductam.573. mandragoræ sunt quæ dudaim Heb.dicuntur.579. qui contrà sentiunt redarguuntur.
Mandragotæ in die iudicij dabunt odorem suum, quid hoc sit.586.
Mandragoræ cur dudaim Heb. dicantur. 579. Mandragoræ sunt mares & fœminæ.580.eius vires & effectus. ibid. an habeant formam humanam, & sint diuersi status traditur. 581. quid spiritualiter significent. 582.
Maceria quid, & Heb. & Gr. quod nomen habeat. 542. spiritualiter quid designet. 146.
Malus arbor Heb. quomodo dicatur, & varia malorum genera. 102.fuit amoris symbolum. 105. eius super reliquas arbores præstantia. 104. Christum designat. ibid.& 105.
Malum punicum & malogranatum idem, & cur sic dicantur. 242. huic cur genæ sponsæ comparãtur.243. Christum & Ecclesiam cur simul designet. 244. & religiosum silentium.245. est etiam Ecclesia triumphans. 247.
Mammæ & vbera quos figurent. 278. Deo dilecta anima quales mammas & vbera habeat. ibid.
Mandatorum impletio animã perfectam non facit, sed cõsiliorum. 462.
Manus Dei pro vi miraculorum effectrice sumitur. 342.
Manus Christi cur tornatiles.399. & aureæ, & plenæ hyacinthis. 400.&rursus 402.& rursus 405.
Maria virgo habet priuilegium vt sit virgo inter virgines,mater inter matres.3. Maria virgo typum Ecclesiæ gerit. 27. in B. V. duo exemplaria bene viuẽdi fuerunt, castitas & humilitas. 29.
Maria post filij clarificationem,mysteria quæ de eo nouerat reuelauit,nõ anteà.559. laudauit plus hilariter Deum quã ceteri omnes.563. hoc solum petit à filio, quod discretè petitur. 564. antè Crucẽ stans quomodo filium sit allocu

allocuta. 567. procurat salutem gentium post Iudæorum repulsam. 570. est Christi mater corporalis, sed filij ipsius mater spiritualis. 577. seruauit omnia veteris & noui Testamenti præcepta. 584.roganda est, vt pro nobis ad filium interueniat. 585.
Mariæ virginis opera partim extrinseca, partim intrinseca, & quæ illa.154.est columba columbarũ. 156. est virtutibus & meritis maximè insignis.157. quæcumq; habuit prius à Deo accepit, quã illi dederit.172. est lilium liliorum.173. præ ceteris Deum ardentiùs quæsiuit etiam cùm illũ amplectebatur.179. in cœlo pertransiuit omnes Angelos. 188. assumpta est verè corpore & animo in cœlum.194.est puluis& fumus, sed talis qui describitur. 200.primavirginitatẽ vouit.201. fuit martyr Christi. 216. laudatur in omnibus corporis sui partibus, & quid illæ denotent.231.
Maria V. quibus calumniis à Iudæis Christo viuente appetita. 122.plurimum de factis & dictis filij gaudebat.129. non est ob filij responsa, quibus illam non cognoscere præ se ferebat, indignata.131.est Euæ opposita. 138. eius fœlicitas. 152. quamuis omnis peccati etiam originalis expers fuerit,huius tamen vitæ pœnalitates sustinuit.153.prima sustulit signum cælibatus & castitatis.154.fuit perfectissima creaturarum omnium. 155. fuit verè alma. 154.
Maria quibus honoribus & laudibus à cœlesti Ierusalem decoretur.466. aurora in natiuitate, luna in conceptione, sol in assumptione.470. hæc tria etiã assumptioni filius accõmodantur.471 est hortus omnium fructuũ spiritualium.479.Reuertere quater dicitur B.V.ab angelis eius assũptionem desiderãtibus.491.quomodo sit chorus castrorum.467. eius gressus & calceamenta quenã sunt.501. est filia principis & mater.502. nullum vnquam stimulũ carnis expertа est.506. virginũ prima fuit ex proposito.507
Maria non sibi tantùm, sed & nobis virgo fuit. 508.quid per eius vmbilicum & ventrem intelligatur.513. fomes concupiscentiæ in ea extinctus est.514.eius collum quale sit. 522. omnes homines virtute longè superauit.525. eius oculi quales. 529. est scala cœli, quia per eam est facilis ascensus in cœlum.530. eius nasus est singularis eius clementia. 535. eius deliciæ quales & quantæ.544.in tanta excellentia humilitas maxima inhæsit ei. 545.stando iuxta crucem,ipsa sibi facta erat crux. 550. statura eius quomodo assimilata sit palmæ,& reliquæ.ibid. nõ fuit ab hominibus honorata, nisi post ascensionẽ Christi.568.
Mariæ annunciatæ quæ pulcherrimè adaptentur. 284. est dulcis in ore,& dulcis in corde. 285. semper famulata est Christo tanquã Deo. ibid. quomodo sit hortus conclusus & fons signatus. 289.
Maria V. nullam sui ignorantiam admittere debet, nec potest. 56. mediatrix est Dei & hominum, & quomodo. ibi.hæreses omnes superabit, & alia eius præconia. 57. nos præit & subsequitur. 58. obruit & demerget hæreses omnes fugitiuorum Ecclesiæ reliquias.61. est similis Ecclesiæ in plerisque. 62. verecundia eius &

Universidad de Deusto
Biblioteca

pudicitia singularis. ibi. prophetissa fuit. 75. fuit specialis Dei recubitus. ibid. eius charitas & deuotio. 76. charitatis illius brachia. 77. bis pulchra cur dicatur. 81. eius corpus expers corruptionis fuit. 93. in eam nihil de maledictione Euæ transiuit. 101. accepit de plenitudine sponsi plusquã ceteri. 115. non profecit paulatim in virtutibus, sed perfectas eas simul habuit. ibid. quomodo inter duas sortes dormierit. 121.
Maria seruauit filio omnia noua & vetera, quid hoc sit. 586. est mater omnium nostrum, melius quàm Abraham & Sara. 591. esse Deipara quodammodo præ humilitate renuit. 592. quomodo læuam Christi sub capite habuerit, & dextram ad collum. 602. in cœlo quantum honorem à filio acceperit. 605. quomodo de deserto ascenderit deliciis affluens. 609. in tanta excellentia seruauit humilitatem. 610. B. V. quam veneramur, imitemur. 617. eius charitas charitatẽ omniũ Martyrũ superauit. 632. est ostiũ in Ecclesia, & quale. 644. est porta Orientalis apud Ezech. clausa, & porta cœli. ibid. Est murus infirmis, mater paruulis. 648. est mediatrix mater mediatoris. 649. Habitare in hortis quomodo dicatur. 662.
Maria de filio multa & bona & mala audiuit, & quomodo in vtrisque se gessit. 360. quot & quanta à Pharisæis perpessa sit. 361. pulcherrima mulierum cur dicatur. 368. qui sine eius fide Christum quærit, errare potest, proficere non potest. 421. est areola aromatum in quam Christus descendit. 426. contulit Christo de carne sua carnis substantiam, & Christus ipsi singularem gloriam. 431. hoc elegantissimè sæpè repetitur sub aliis verbis. 432. est vera Ierusalem cœlestis. 438.
Maria habuit quatuor virtutes cardinales excellenter. 439. est verè castrorũ acies ordinata. 440. eius dentes cur similes sint ouibus lotis. 451. eius humilitas & verecundia quanta. 455. eius supra reliquum genus humanum excellentia. 464. est sine peccato originali concepta. ibid. veteres Patres eam spiritu agnouerunt & laudarunt. 465.
Maria V. cur post ascensionẽ Christi vixerit. 32. Maria V. multis aduersis pressa & quasi decolorata fuit. 35. fuit nigra sed formosa in Christi passione. 36. quantũ amore Christi in passione exarserit. 39. fidei mysteria quàm diligenter audierit. 40.
Maria quomodo sit coronãda. 270. est regina cœlorum. ibid. habuit tres laureolas. 271. cur sponsa & ceteris nominibus dicta. 274. quantũ ab Eua differat. ibi. sponsa cur potius dicta sit quàm mater. 275. in filium quãta eius sollicitudo. ibid. eius filialis timor est humilis amor. 276. mammæ eius pulchræ. 279.
Mariæ V. dentes quales fuerunt. 238. eius nullus actus fuit, qui non esset meritorius & dignus imitatione. 239. eius labia vittæ similia cur dicantur. 246. eius silentij mira prædicatio. 247. virtutes eius eximiæ cum collo, turri Dauid & propugnaculis ipsius comparatæ. 252. non decebat eam alios parere, nec aliis vbera admouere. 257. habet duo vbera, vnum compassionis, alterum congratulationis. 260. sine originali concepta. 263.
Maria fuit ante & post partum virgo Beza multo. 289. munita est à tota S. Trinitate. ibi. mater Christi, mater est membrorũm Christi. 298. est fons & puteus. 302. est thus aromum. 313. quàm solitariam, & turbis vacuã post Christi ascensionem vitam voluerit instituere. 333. sed à filio iussa est in salutem animarum incumbere. 334. eius continentia in Ecclesia summopere prædicatur. 349. ei fuerunt duo ostia, carnis, & spiritus, & quæ illa sint. 354. in somnis sæpe filium vidit. 457.
Marmor Parium præstantissimum. 406.
Massoretæ malè interpungunt versum 5. c. 5. vnde eorum interpunctionibus fidendum non est. 345. quod vir doctus Genebrardus obseruauit. 346.
Massoretarum dispunctiones conemendæ. 536. Massoretæ punctis suis vbi maximè sensũ mutarunt. 612.
Meretrices ab Hebræis velatæ & opertæ vocantur. 12.
Metaphora quid contineat, & quid eam explicaturo facere conueniat. 6.
Mentem initium omnium operum quibus modis Hebræi nominare soleant. 7
Methodus Auctoris in toto opere qualis futura est. 6.
Misericordia non prodest ei, qui in seipsum misericors non est. 424.
Montes myrrhæ & thuris quid sibi velint. 257. Mons cur mors, & diuinitas collis dicatur. 258.
Montes aromatum sunt beatorum sedes. 667. sunt sancti inter quos præcipua est Virgo Maria; ad quã auctor orationẽ dirigit. 670.
Mors quod agit in sẽsibus corporis hoc dilectio in cupiditatibus mẽtis. 620. Mors quã sit potẽs. 624.
Mors nulla in homine fuit à principio, cùm Deus plantauerit non mortis arborem, sed vitæ. 348. prima & secunda quæ sint, & quomodo significentur. 395.
Mortificatio membrorum quanti sit facienda. 347.
Moses non vidit faciem Domini, quam tantopere desiderauerat. 352.
Mosis legislatoris & Christi in imperando differentia. 136.
Mosis facies cur velata. 147.
Mundus deserrum dicitur, & cur. 198.
Munditia vitæ & famæ candor procurandus. 260.
Murus pro pectore firmo vsitatũ. 640. Murus spiritualis sunt martyres, & ostium sacerdotes. 642.
Mustum malorum granatorum est fortis dilectio sanctorum. 597.
Myrrha sunt Christi sermones, quibus carnis mortificationem docebat. 393.
Myrrha baptismus est, & cur. 319. quid commune habeat cum carne Christi, vt proinde per illam hæc intelligatur. 322. continentiã denotat, & cur. 349.

N.

Nasus decus faciei, & eius officia & vires. 531. qualem habeat significationem, & cur turri assimiletur. 532. per eũ prædicatores designãtur, & quare. 533. significat discretionem. 534.
Natura in nobis duplex, terrea & spiritualis. 347.
Natura diuina & humana quantum differant. 150. Natura

Universidad de Deusto
Biblioteca

vniuersi in duas partes diuiditur, spiritualem & corporalem. 179.
Nazarenus Christus erat patria nō voto. 327. Nazarenus Christus quos capillos habuerit. 379.
Nemo hîc tam bonus qui non dicere debeat, *Dimitte nobis debita nostra.* 262.
Nomē Dei Saddai vnde deductum. 13.
Notitia sui reddit animam securam à fraudibus dæmonum. 53.
Nox est totum huius sęculi tempus. 377.
Numerus perfectus & imperfectus quis, & quid denotent. 205.
Nuptię sunt in quadruplici genere, & quomodo illæ libro Canticorum accommodentur. XXX.
Nux Aaronici sacerdotij symbolum & synagogæ. 475. Nucum hortus est prędens status Ecclesiæ, seu vita præsens. ibid. Nucis nomine perfecti intelliguntur. 476. est Christus & B. V. 379.

O.

Obedientia est monile Christi. 62.
Omnes virtutes cæteris periti superioris inserit animę. 91.
Oculi sunt omnis pulchritudinis initium. 80. Oculi sunt prælati, vnde multa habere debent cum columbis cōmunia. ibidem. duo sunt, & quid significent, & quales esse debeant. 81. 83.
Oculos cordis in Deum figit, qui S. Trinitatem in vnitate essentiæ considerat. 445.
Oculi & fontes Heb. commune nomen habent, & multa etiam inter se conuenientia. 524. oculi sunt animæ ianua, & ampli laudantur. 525. oculi animæ sunt intentio & ratio. 527.
Oleum sex habet insignia, & Christum designat, qui hæc sex spiritualiter continet. 23.
Opera mortalium quantumuis prędara sine gratia ad salutem non prosunt. 71.
Opera supererogationis quæ sint, & quomodo ea hæreticus quidam blatterarit. 198.
Opobalsamum quid sit. 68.
Opus humanæ redemptionis est excellentius, quàm opus mundanæ cōditionis. 478. Opera bona non sunt nisi vbi est bona intentio. 479. Operum merces secundùm radicem charitatis fundatur. 550.
Orat iugiter, qui meditationem bonis operibus continuat. 282. vtilius sæpe negatur, quod ignari quid expediat oramus. 353.
Orationes qui & quales offerre B. V. debeant. 194. quæ faciendæ sint, vt exaudiantur. ibid. genera rerum quæ in oratione petuntur. 195. orationes non prosunt iis, qui Dominum non desinunt irritare. 208.
Orientalium mos conuiuas præcipuos in conuiuiis vnguētis perfundere. 66.
Orientales non solebant propinare vina conuiuis, nisi probè diluta, & tale vinum κράμα dicitur. 509.
Originale peccatum murus dicitur, quem Christus est transgressus. 127. & paries, quia est salutis impedimentum. 131.
ὄγμος seu ὀγμιαῖος quid sit. 45. eius egregia moralis interpretatio. 54.
Oues cur tonsæ dicantur, & de ouium natura multa. 235. Vbi miræ sint fœcunditatis. 236. audiùs cur post tonsionem comedant, & quando lactant. ibid.

Qui cur viri fortes & Catholici Doctores comparentur. 449. Oues sunt cogitationes. 450. Ouium geminus fœtus quis sit. ibid. Ouium grex multitudo est fidelium. 451.

P.

Pagani vnde dicti sint. 568.
Pallium Heb. quomodo dicatur, & quomodo factum. 358.
Palmę descriptio, & significat Ecclesiā. 547. ei homo iustus assimilari debet, & quomodo. 548. Palmę spinæ in iustis quomodo reperiantur. 549.
Palma Christi crucem optimè designat. 549. Palmæ crucis Christi fructus sunt, resurrectio, ascensio, & salus mundi. 553. est ipsa charitas. 555. est crux Christi. 556.
Parabolæ quando cum allegorico eūdē sensum habeāt. XXXIII. in Parabolis quædam ornatus gratiâ & decoris adhibentur. XXXIV. quomodo sint exponendæ Euangelicæ ex Maldonato. ibid.
Parentes primi duplex malum in nos trāsfuderūt, corporis & siccitatis. 311.
Passio Christi per myrrham designata, quæ & quanta operetur. 71.
Pastores multi nomine, sed pauci re. 132. boni quales esse debeāt. ibidem.
Pastoritiæ vitæ ratio qualis. 11.
Pastores greges suos sole ardente iuxta fontes aut dumeta continent. ibid.
Patrum exempla sunt spiritualia calceamenta. 502.
Pax pro omni bono Heb. ponitur, & quasi pro vere. 646. Pacem plenam quis habebit, quando æterna pace gaudebit. 647.
Pacem homo cum Deo reperit, quando in Christum credidit. 648. Pax impiis non est, sed māsuetis & rectis corde. 654.
Pedes quos Ecclesia lauit, qui sint. 336. pedibus his aliquid pulueris adhærescere quomodo necesse sit. ibid. Pedibus nulla ornamenta Deus præscripsit in lege. 337.
Perfectionis status contemnit tēporalia. 340
Petri lapsus fuit turbata constantia, non euersa. 631.
Philosophia mentem inflat, Ecclesiæ doctrina ædificat. 278.
Pigmenta virtutum nostrarū quomodo tundimus. 199.
Pictoris exemplo declaratur qua ratione hic liber delineatus sit. XXXVII.
Plato quid in Symposio ex hoc Cant. acceperit. 668.
Pœnitentis veri deprecatio qualis esse debeat. 186.
Pœnitentia minas sæpe non abolet. XX.
Pœnitentem qui semper admittit, non semper tempus pœnitendi concedit. 484.
Pontificem triplici corona coronari vnde sumptum. 267.
Porta apud antiquos locus fori & iudiciorum. 525.
Porta filiæ multitudinis est porta multorum seu porta populosa. 526.
in Potestate cuiusq; est, supposita Dei gratia Deum in corde recipere & retinere. 64.
Præcepta omnia tam legalia quā Euangelica nobis diligentissimè seruanda. 583.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prædicatores quàm aptè dentibus comparantur. 236.
Prælati in Ecclesia quales esse debeant. 206.
Præpositus sæcularibus vix aut nullatenus sordes peccatorum deuitat. 337.
Principe nihil dignius est quã *parcere subiectis & debellare superbos.* 502.
Prouidẽtiæ Dei magnitudo & certitudo vbi sit. 341.
Prudentia cum simplicitate coniungenda. 388.
Pulchritudinis descriptio nulla est apud gentiles, qualis in hoc opere. 369.
Pulchritudo & decor corporis in quo consistant. 85. animæ pulchritudo à sponso hausta. 90.
Purgandorum animæ per preces subleuantur contra Caluinistas Ætianos. 621.
Purpura regis est passio Saluatoris. 538. Purpura quomodo cõficiatur, & quid significet. 539. Purpura regis est caro redemptoris. 542.
Prunæ copioso lucentes igne Heb. quomodo dicantur, & ab interprete nostro reddantur. 619.
Putatio vitis quæ sit spiritualiter. 148. Putatio variè spiritualiter exponitur. 155.

Q.

Quadrigę Christi sunt quatuor Euangelia. 482. sunt etiam iugum & imperium ipsius diaboli. 485
Quadrigæ Dei sunt Angeli. 485.
Quiescere perfectè nunquam hîc possumus. 646.
Quis mihi det, pro, *O si mihi detur*, Heb. frequens. 588

R.

Racemus quibus nominibus Heb. dicatur. 141
Rarus est qui possit dicere Deo, *Tuus sum ego.* 431.
Ratio nec sine moribus, nec mores sine ratione docendi. 259.
Ratio quædam speculatiua, quædam actiua. 520.
Rectitudo cordis quæ sit, & qui recti meritò dicantur. 24. Recti soli diligunt se, & diligunt B. Virginem. 54.
Redemptio solis hominibus per Christum contingit. 2. eius fructus quantus. 115.
Regnum cœlorũ rectè turri comparatur. 254.
Religiosi quàm aptè dentibus assimilentur. 240. & tonsis ouibus. ibid.
Religio pura nullibi est extra Ecclesiam. 215. Religiosi qui communi cum aliis clericis victu & vestitu vtuntur non reprehendendi. 220.
Religiosi qui à suis constitutionibus à sæcularibus curis arcentur sunt cauti. 26.
Retia quæ vocare soleant architecti. 125.
Reuersiones animæ sunt quatuor, & quæ illę. 490.
Rex Hebræis nomen est non dignitatis tantùm sed amoris. 9. cur sic dicatur Christus sponsus in hoc Cantico. 65.
Rigorem pœnitentiæ frustra quis prædicat, nisi eam in moribus habeat. 348.
Ruminare labia, & dentes quomodo dicantur. 561.
Rus deserti nomine denotatur. 196.

S.

Sacerdotes mundi & puri, cunctisque virtutibus ornati esse debẽt 516.

516. diuinissimum Christi corpus & sanguinem populo administrant. 519.
Sacramenta nouæ legis ex opere operato morbos sanantia quomodo designentur. 14. ea sunt vmbræ futuræ gloriæ. 170.
Sacramenta sunt veræ & rectæ ianuæ nostræ salutis. 328.
Sacramenta hæreticorũ sunt mortua nihil operãtia. 301. illa à corporis Christi vulneribus originem acceperunt. ibid.
Sacrificium offerre cogitanti, quid maximè cogitãdum & efficiendum. 316. Sacrificium nouæ legis LXX. quomodo designarint. 319. quomodo locus Cantici de eo exponatur. 320.
Sacrificium Christi numquam caret vero corpore & sanguine Iesu Christi. 516.
Salomon damnatus non est, qui tam apertè typũ Domini gessit. XXIV. Methildis de eo reuelatio. ibid. scripsit hoc opus iã senio confectus post pœnitentiam. XXIV. ex eius libris quædã scala ad editissimã sapientiæ diuinæ arcẽ fabricata est. XXV.
Salomoni cur liber dicatur non Salomonis. III. Salomoni idem est quod Salomonis vel secũdũ Salomonẽ. IIII. eũ qui cõtendũt damnatũ esse malè sentiũt. V. argumentũ quo qui cõtẽdunt esse dãnatũ vtũtur, est negatiuũ. ibid. pœnitentiam egisse quomodo ex S. S. deducatur. VII. ei cõueniunt S. S. quæ de eo loquuntur, & Christo allegoricè. ibid. ex Prou. qũo pœnitentiam egisse conuincatur. VIII. Ecclesiastes sub finem vitæ ab eo scriptus eũ ex animo pœnituisse cõfirmat. IX. Patres qui eũ dãnatũ asserunt, quomodo intelligendi. X. XI. nõ fuit Dei filius, vt Hebræi volebãt. XII. Sãctꝰ dicitur ab Ambrosio. ibid. suũ peccatũ agnouit ex Amb. XIII. Chrysostomus quomodo eũ in peccato dormitasse scripserit. ibid. Augustinꝰ quid de eo scribat. XV. plerique alij, qui idem affirmare videntur. XVI.
Salomon est Christus de quo hîc agitur. 202. in quot & quantis Christi figuram gesserit. ib. 204.
Salomonem qui Patres pœnitẽtiã egisse memorẽt, & in primis D. Thomas. XVII. plerique alij. XVIII. rationibus respõdetur, quibus probatur dãnatus. XIX. cur nõ aboleuerit idololatriam si verè eum pœnituit. XX. ratio cur saluatus sit. XXI.
Salomon verus ille est, qui pacificauit per sanguinem Crucis suę, quæ in cœlo sunt, & quæ in terra. 616.
Salus ex æquo omnibus ex parte Dei proponitur. 515.
Saluti necessaria quatuor capita, incarnatio, passio, resurrectio, ascensio. 304.
Sanctorum precibus Deus tenetur, ne populo noceat. 189. eas viri Catholici quotquot fuerũt nunquam aspernati sunt. 195.
Sanctorum suffragia, mala sunt, quibus anima petit fulciri. III. eorum reliquiæ qua ratione inquietari prohibeantur. 123. eorum orationes sunt Deo acceptæ, gratiæq; eius præsẽtes. 147.
Sancti in Ecclesia vertricibus meritorum eminent. 384. Sancti viri quomodo myrrhã distillant. 396.
Sapientia sæcularis in his qui ad Christum conuertuntur, non est destruenda, sed captiuanda. 166.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sapientes mundi ad Christum cõuersi quantum Ecclesiæ profuerint. 167.
Scriptura S. est aqua, quæ fons dicitur & puteus. 302. apud Iudæos est corpus sine anima, littera sine spiritu. 305.
Scripturę S. lib. Auctor Spiritus S. scriptor homo. II. vnus horum est Canticum Canticorum. ibid. quæ narrant quem peccasse, non narrant eum pœnituisse. VI.
Scriptura S. penu est, in quo varia vina sitientibus propinãtur. 24. à S. Trinitate facta, & à S. viris scripta, est honor animæ. 32.
Scripturæ S. liber à viro damnato editus non legitur. XXI.
Scripturæ S. non studens assiduè, ad familiaritatem Christi non peruenit. 544. sunt deliciæ fidelis animæ. ibid. quàm suauis sit, incredibile est infidelibus. 576. quomodo legenda. ibid.
Sensus qua ratione regẽdi. 582. cur nobis sint dati. 585.
Sermonis dulcedine mulcendi sũt auditores, vt non inutiliter audiant. 245.
Si, non est particula dubitantis, sed asseuerantis. 47.
Signaculum est annulus signatorius, quem antiqui vix de digito deponebant. 617. est in anima quãdo quãrum diligatur demonstratur. 620.
Signaculum quid sit, & quomodo hoc virgini M. competat. 624.
Silentium non minima virtus. 246 mirè laudatur in B. V. & aliis. 247.
Simplicitas quorum sit propria. 389.
Sion, interpretatur speculatio, & quid significet. 464.
Sobrietas & humilitas in contemplatione rerum diuinarum adhibendæ. 443.
Sodales Mariani quanta castitate pollere debeant. 508.
Sodales sponsæ quos ipsa rogat, quæ sint. 363. cur illæ de sponso, quem satis nouerant, interrogauerint sponsam. 366.
Somnus mortis simulacrum quomodo sit. 330.
Somnia qualiter dormientibus occurrant. 125.
Sororis nomẽ pro amica vsitatum apud prophanos. 589.
Spes nostra potiùs est quod speramus, quam in quo speramus. 671. Sperantes multi, pauci quęrentes sunt. ibid.
Spina tria habet, quę sunt in malis. 98.
Spiritus S. aqua & ignis dicitur, & cur. 310. est lac & vinum Saluatoris. 325.
Spiritus S. signa certissima mansuetudo in proximũ, humilitas in Deum. 532.
Spiritus S. oscula est oris Christi. 28. Spiritus S. dulcedo est habens duo vbera, & quæ illa. 29.
Spirituales filios nullus gignere solet, qui non docet simul & facit. 207.
Spiritus S. gloria à Christo dicitur. 460.
Sponso tempus est aliquod manẽdi, & tempus fugiendi, & quodnam sit illud. 670.
Spõsę quatuor in hoc Cãtico maximè notandæ. 1. primitiæ synagogæ. 2. Ecclesia gentium. 3. fæces Iacob. 4. reliqui gentiles & hæretici. 568. Sponsa vna ex gẽtibus & Iudæis fiet. 573. Sponsus & sponsa se inuicem petunt, & quomodo. 598.
Sponsa solebat à sponso in matris defunctæ cubiculum introduci. 183.
Sponsorum communia sunt omnia. 314. cur Sponsa ad hortum suum sponsum inuitet, vbi prę clarè de gratia pręuenienti agit. 315. Sponsus non se coniungit nisi vigilantibus. 329.
Sponsus vocatur candidus non candidatus, & sponsa dealbata, & cur. 608. Sponsæ duæ à malo dæmone sub malo violatæ, Eua & Synagoga. 613. Spõsa sponsum redamare debet. 620.
Sunamitis an Sulamithis legendum, & quid sit Sunamitis. 487. Sulamithis legendum, & significat pacificam. 488. Sunamitem populum Iudæorum significare in fine mundi conuertẽdum, qui dicant. 489.
Sterilitatis caussa fluxus menstrui abstructio. 580.
Surgendum nobis semper est, & sine fine currendum. 151.
Superbiæ tres gradus, & quomodo designati. 270. est morbus regius. 296.
Superbia eget, & quærit monilia, humilitas ea nec quærit, nec ọpus habet. 62. Superbia turris est, quam dæmon & posteà homines construxerunt. 253. Superbiã creaturæ nihil ita cõfundit, vt humilitas creatoris. ibid.
Synagoga quomodo mater Iesu fuerit. 223. Synagoga & Ecclesia in quo differant, & quid sit vtraque. 233.

T.

Tabula cedrina significat Sanctorum exempla. 641.
Templum vocatur requies, locus quietis, &c. & cur. 86.
Tepor æquipollet fornicationi, imò est species quędam fornicationis. 463.
Terra est mater omnium, & mors repositorium. 596.
Tharsis mare & lapidem significat. 597. quis lapis hoc nomine dicatur. 598. conuersio gaudij interpretatur. 400. mysticæ significationes. 402.
Thus fumigationem omnẽ comprehendit. 256.
Tichonius in his quæ non pertinent ad Donatistas recipiendus. XVII.
Timor est anxietas periclitandi, & diuiditur in seruilem, & filialem. 629. item in timorem Dei & timorem sæculi. ibid.
S. Trinitatis fides tribus sęculis fidelibus fuit communis. 608. S. Trinitas ædificauit super B. V. propugnacula argentea. 649.
Thirsa regia Regum Samariæ non fuit Salomonis tempore. 433. est potius appellatiuum nomen, quod variè redditum noster bene exposuit. 434.
Torrentis instar sunt omnia, quæ sunt iucunda in hac vita. 476.
Trahit nos Christus & exemplis Sanctorum & admonitionibus. 150.
Trahere verbum cur Christus vsurpet, cùm de cõuersione peccatoris agitur. 16. Trahit nos Deus duobus modis, & duobus modis impellit. 17. Trahitur & trahi cupit, qui veraciter diligit. 23.
Transfiguratio Christi qualiter facta. 88.
Transiens Hebræi vocant, quod in vnoquoque genere perfe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cibissimum est. 345.
Turres veterum quales essent, & cur nasus eis comparetur. 531.
Turris contra Damascum respiciens quid significet. 533.
Turtur non aucm sed torquem etiam significat. 44.

V

Vbera cur Hebræi amoris sedem faciant. 7. Vbera viris à natura data, & lac habere cum natura non pugnat. 13.
Vbera cùm cœperint tumescere, virgines habiles matrimonio esse censentur. 634. Vbera parvula sponsa non habuit, cùm doctoribus caruit. 631.
Vbera B. Virginis, virginitas & fœcunditas. 259.
Vbera duo vetus & nouum testamentum. 256.
Vbera significant Euangelium, vinum Mosem, & cur. 14.
Vbera duo doctores legis sunt, doctrina vtriusque testamenti instructi. 519. significant physicam & ethicam doctrinam, quibus imperfecti nutriuntur. 520.
Venter in Scriptura quid sit. 340. Venter animæ memoria est. 343. Venter Christi humanitas eius est, & cur. 401.
Venter Christi cur sit eburneus. 401. qui sint. 403.
Venter animæ est memoria. 512.
Verbi incarnandi & Ecclesiæ nuptiarum promissio ab initio mundi facta fuit. 12. cur tam ardenter hãc incarnati verbi præsentiam Ecclesia expetierit. 13.
Verbi incarnatio cur per tres tessarodecades dilata fuerit. 132.
Verbũ erat in virgine de qua carnem sumpturum erat. 312. eius incarnationis causa est, vt incorporet sibi electos. 316.
Verbum factus homo, homini non solũ remediũ salutis, sed etiam honoris fastigium attulit. 323.
Verecundiæ commendatio. 395. non potest esse aliis incomitata virtutibus. 394.
Verecundiæ cognata est taciturnitas. 247.
Vernostrum vita præsens est. 149.
Verni temporis descriptio. 140. & 142. ex veris tẽpore quid sponsa flagitet. 143. eo tempore quæ gesta. ibid.
Veritatis principium est, vt quis contra Deũ nõ defendat. 246.
Vermiculatus pulsus medicis quid sit, & emblema vermiculatum. 546.
Vestes Ecclesiæ cur thuri comparentur. 283.
Videre Dei est probare, vel aliis demonstrare, vel remunerare. 477.
Vinea Iudæorum pessimos fructus edidit. 576.
Vineæ vnus cultor, sed custodes plurimi. 657. eam qui plãtat aut rigat, etsi nihil sit, mercedem tamen laboris percipit. ibid. eam Christus respicit clementior, cùm quasi iratus videtur auersari. 658.
Vinea cum vita similitudine habet, & quamnam. 26. Vineæ Deiparæ sunt parthenopæ sodalitates. 37.
Vinum conditum seu odoriferum quale sit. 595. vinum simplex est dilectio sine simulatione, cõditũ, dilectio cũ operatione. 597.
Vinum pro lauto opiparóque cõuiuio Hebræi sumunt. 7.
Vinum inducit præteritorum laborum obliuionem. 325.

Vini optimi qualitates & effectus. 560. quid significet. 561. vinum bonum, melius, optimum, quæ sint. 563.
Viri spiritualis descriptio perelegans. 128. Vir pro vnoquoque frequens est Hebræis. 202.
Viri nomen Heb. quemlibet significat. 652.
Virga Mosis quot quantáque gesserit, quæ B. V. accommodatur. 59. significat potentiam seu Saluatoris iustitiam & fortitudinem. 60.
Virginitas per desertũ olim significata, & quomodo pauci olim eam coluerint. 200. eã B.V. prima vouit, & ideò à Domino honorata. 201. est tegenda & occultanda, nisi charitas proximi cogat. 244.
Virginitas ad meritũ nihil est quæ Deo dicata non est. 516.
Virginis agni primitiæ qui sint. 3.
Virginem parere & lactare Deum, quid mirum ô Philosophi? 279.
Virginitas est vinum quod germinat virgines. 280. Virginitas Mariæ quo sigillo signata. 290.
Virgula fumi cur dicatur euaporatio, quæ ex suffimentis emanat. 197. cur ei Ecclesia similis. ibi.
Virtutes sibi inuicẽ connexæ sunt, vt si vnam possideas perfectè, ceteræ abesse non possint. 55. nullæ sunt veræ & puræ extra Ecclesiam. 70. in eis Deus non amat lentos gressus. 137.
Virtus vapulat quando vitia florẽt. 343. Virtutes quatuor in incarnatione eluxerunt, humilitas, charitas, pietas, prudentia. 486.
Virtus vera nullius imperium expectat, coactionis indiga. 151.
Vitæ futuræ status describitur. 84. & rursus ex gloria corporis Christi. 94.
Vita Sanctorum ascensus, impiorum descensus. 210.
Vita tam matronarum quàm virginum duplex. 241. cur eis labia similia dicantur. ibid.
Vita actualis quantum distet à cõtemplatiua. 604.
Vmbilicus populum Iudæorum significat; qui conuertendus est. 510. est media pars corporis, & quare. ibidem. significat prædicatores. 511. est temperantia media virtutũ omniũ. 512.
Vmbra est refrigerium itinerantium, & Christo conuenit. 105. quomodo fiat, & qualiter ex incarnatione resultarit. 114.
Vnguentum bonum, melius & optimum quale sit, variè explicatur. 21. 22. & rursus alio modo. 40.
Vnusquisque quod egit in hac vitã, sibi egit. 158. qui se Deo vult consecrare, priùs sit myrrha, & postea thus. 198.
Voluntate propria conuerti non possumus sine gratiæ auxilio. 484.
Voluptas duplex in animo honesta & turpis, & vtriusque effectus. 430.
Vterus Virginis hortus deliciarum Dei. 312.
Vulnerare cor idem est, quod auferre. 272.
Vulpibus Iudæa abundabat. 160. sunt hæretici, & maximè Caluiniani. 161. vulpes paruula felem deuorauit, partum eius, quę ei lac dabat. 162. per eas cur dæmon etiam intelligatur. 164.
Vxores, concubinæ, & adolescentulæ quales sint, & quomodo differant. 456. tres ordines Ecclesiæ his designantur.

gnantur. 457. rursus fusiùs de his disseritur. 459. de his item pluribus. 460.462.

Z.

Zelotypia vinci aut placari nescia. 619. Zelum magnum habet dilectio, iram intolerabilem emulatio. 622.

Zelotypia non cadit in animam Christi amore sauciam. 364.

Deo Iesu Christo æterni Dei coæterno Filio laus & gloria. Amen.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca